robus a Graffijs De Gratia Summi

A
12-135

93



№ 1
17 135

R.9949 Bo.

PRACTICA QVINQVE CASVVM SVMMO PONTIFICI RESERVATORVM

IVXTA DECRETVM CLEMENTIS OCTAVI;

Nec non aliorum omnium, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, etiam cenſuram habentium, per totam ferè Italiam;

Iuxtà quorumcunque locorum, & Diœceſum conſuetudinem.

Per quàm vtilis, & neceſſaria pœnitentibus, Confeſſarijs, & Pœnitentiarijs;

In qua omnis elucidatio, quæ deſiderari poteſt, exactè continetur.

Cui etiam ſubſequitur compendioſa interpretatio vndecim Caſuum Regularibus ſuperioribus reſeruatorum.

AVCTORE R. P. D. IACOBO A' GRAFFIIS de Capua, Abbate Congregationis Caſinen. V.I.D. ac Neapolitanæ Diœceſis maiore Pœnitentiario.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA PUBLICA GRANADA

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIIS.

NEAPOLI Sumptibus Iuſephi Peluſij, & Hectoris Soldanelli Bibliopolar. Neapol.

Ex Typographia Tarquinij Longi. M.D.C.IX.

Del Colegio de la Comp.ª de Jesus de Granada

i 11849009

SANCTISSIMAE

DEIPARAE VIRGINI

MARIAE ANGELORVM,

Hominumque Reginæ.

D. IACOBVS GRAFFIVS

Humillimus Seruus cordis oblationem.

SEMPER quidem omni, quo potui conatu, ſtudui placere tibi Sanctiſſima Dei Mater, & Virgo, & nunc quàm maximè, cum interceſſione tua abdicatis curis omnibus honorum, & onerum Religionis, totum me Sacræ lectioni, ac compunctioni cordis dicauerim. Sane poſt ſex Operum in lucem iam editorum lucubrationes, ac labores, cum incępto propoſito inhęrere magis ſatagerem, non defuere preces bonarum mentium, quæ ad hoc ſeptimum, nempè reſeruatorum Caſuum dilucidationem, quaſi metam itineris, & laborum omnium perfectionem accẽderent; Imo arctarent; Quid facerẽ, tu noſti dulciſſima Virgo; Si ad te toto corde meo clamauerim,

rim, vnde totum auxilium meum, si desiderauerim amplius, quàm vt doceres me facere voluntatem tuam. Itaque auspicio tuo, tuoque fauore cepi, & compleui opus merito etiam, & deuotione tibi dicandum, vt sub vmbra manus tuæ protectum, cunctis se exhibeat ad salutem, cunctis se muniat ab insidijs. Neque id mihi temeritati ascribendum, videlicet tam in altum sapere: Quandoquidem tibi cœli Regina haud de meo porrigo munus; sed quod tuum est, reddo, reddere tu mihi digneris lętitiam salutaris tui, augendo propositum meum, & genua debilia roborando; Si.n. tu mecum eris in loco isto, per quem ego ambulo peregrinationis meæ, & redieris me cum salute in domum Creatoris mei, eris tu Domina mea semper in ore meo, semper in corde meo, semperque in cunctis operibus meis, propter quod ego erigo libellum hunc in titulum, & in signum totius deditionis meæ.

ADMODVM
R. PATRI MAGISTRO
FR. CORNELIO TIROBOSCO
BRIXIENSI

Prædicatoriæ Familiæ in Archiepiscopali Curia Neapolitana ab Illustriss.& Reuerendiss.D.D.Cardinali Octauio Aquauiua huius Ecclesiæ Metropolitanæ Archiepiscopo ritè Præposito. S. P. D.

CVm iam inde ab adolescentia mea R.adm. P.Abbatis Iacobi de Graffijs à Capua amicitia beneuolẽtia,& cliẽtela sim vsus, cumvè sciscitatus ex me essem, vbi nàm locorum commodius,ac celerius sua excudi potuissent opuscula, meam ipsi hanc exposui opinionem: nullo pacto scilicet prætermittendũ esse, quìn Venetis prælis committerentur;ibi enim permagni semper licuere,ac veniuere,et ex auctoris manu ardenti quodam Typographorum voto respondere. Quid de tanti scriptoris dicam elucubrationibus,quæ non apud nos Italos dumtaxat, verùm etiam vbiq; terrarum magno in pretio sunt habitæ? Nonnè eas Augustæ Taurinorũ,Nonnè Lugduni Gallorũ ab eo semper auctas,et amplificatas,ab vnoquoq; doctorum, et sapientissimorum hominum honorificè acceptas, studiosè, attentèq; lectas in tria huc vsq; digestas volumina omnium commodo editas conspicimus? An non eiusdem paulò post Typis traditos Italiæ, quid ni Germaniæ dicã vniuersæ probatissimos sermones commendamus? In lucem postea doctissimi viri huius prima consiliorum pars prodijt, quis non secundum opperitur? Quis non illi de Pontificia potestate stu-

det? Quid de isto quod ad manus deuenit meas, reseruatorum casuum praxi inscripto afferam? Hoc mihi nullo pacto visum est omitti, quin immortalitati cõsignaretur: Quapropter Auctorem conueni, nuper cum eo egi me equidem Neapolitana Typographia vti non recusare; tùm, quia ipsi iucũdum, gratumq; fore animaduerti, dùm sibi suum expeditiùs, ac faciliùs præsenti mendis expurgandum impressoriæ Officinæ, velut in natis tradi queat opus, tùm etiam quoniam admonitus sum fore, vt omnibus, quippè cùm casus Episcopis, & Archiepiscopis Neapolitani Regni facultati præscriptos contineat, maximè conduceret; Illud igitur re ipsa exequor, ac nulli parcendo labori, nullamque subterfugiendo impensam presto: tibi Theologorum omnium optimè, ac facilè Princeps M. Corneli Opus istud vndequaq; laudibus elatum spontè nec ab re dedico: nam sicut illæ Deiparæ prudenter in cælis obtulit, ita eius obsequentissimo in terris alumno à te visum & approbatum hoc Opus meis impressum sumptibus non inaniter offero, et oblatum perpetuo relinquo Auctoris operi necessitudine iuncto; Tu enim ille es pro tua sapientia, ac probitate plurimi faciendus; Ille es, qui cùm filius ex meis natu maximus ex Philosophię, et Medicinæ studijs egressus familiaritatem iniuerat maximam, & nunc tua sanè opera, numine afflatus cæleſti Dominicano sancto apprimè cętui nomen dedit. Spero (ita me Deus amet) futurum, vt tibi voluntas hæc mea idq; officij satis probetur, vtq; omnes pluris, quæ tuo sub nomine edo, non ducant solùm; sed omnibus alijs facili negotio literarum monumentis anteponant.
Vale Pridie Kal. April. M. D. C. IX.

P. T. A. R. deuotiss.

Ioseph̃us Pelusius.

AD LECTOREM.

ACCIPE humanissimè Lector laboriosum Opus, quod tui amore ad Dei gloriam cœptum ad finem vsque perduxi: Cum enim aggressionibus plurimis sollicitarer in dies, pro vt emergentia cuique se offerebant dubia circa diuersimodam Casuum reseruationem, studui tandem non solum priuatis amicis; sed cunctis etiam fidelibus facere satis; vtinam sicut voto, ita & re ipsa. Quod quidem assecuturum arbitrabor, cum cognita quisque criminum grauitate vigilantissimè caueat à miserrimo Casu; ne si sæpius macula, & vulnere sauciatus, quando iterum velit, attollere se, seu attolli nequeat. De quocunque agentes diuisimus in tria capita. Vt prima series verborum exposita intelligeretur. Secundò, vt criminis grauitas anteposita, ex qua reseruatio sequebatur, abhorreretur. Tertiò, vt declaratio per decisiones proposita vim eius ostendens, omnem dubitationem abigeret, Confessariumque doceret, qualiter se erga pœnitentem gerere, quidque consilij, & auxilij impendere deberet. Si ita res tua acta sit amice Lector, mea quoque procul dubio erit. Sin minus, corrige amanter quod emunctum minus visum tibi fuerit. Ego.n. non solum Sanctæ Matris Ecclesiæ, cui in omnibus semper, & per omnia me, meaque dicta conformare intendo; sed cuiuslibet alterius saniori iudicio subijcio opus, & ingenium. Vale.

CATALOGVS AVCTORVM,

Quorum auctoritatibus in hoc opere vsi sumus.

ABBAS Panormitanus.
Albericus de Rosatis.
Aegidius Bossius.
Aegidius Bellamera.
Alexander de Imola.
Alexander de Neuo.
Alfonsus Villagut Abbas Cassinensis.
Alfonsus de Castro.
Alnarus Pelagius. D. Ambrosius.
Andreas de Isernia.
Andreas Barbatia Siculus.
Angelus de Maleficijs.
Antonius de Butrio.
Antonius Cordubensis.
Antonucius.
Archidiaconus.
Archiepiscopus Florentinus.
Aristoteles.

Auertimenti dell'officio del Rettore.

Io. Baptistæ Archiepiscopi Consentinus.
D. Augustinus.

B

BAldus.
Bartholus à Capua.
Bartholomæus à Saxoferrata.
Barthol. Brixiensis.
Barthol. Soccinus.
Barthol. Cœpola.
Barthol. Medina.
Bernardus Diax de Lugo.
Bertrandus in consilijs.
Biblia.
Burgas.

C

CAccialup.
Caietanus.
Cardinalis Zabarella.
Cardin. Turrecremata.
Capucinus ad Sorbum.
Casiodorus super Psalmos.
Catechismus Romanus ad Parochos.
Cathech. Neapolitana.
Cesar Lambertinus.
Chrisostomus Portius.
Collectanea ad ius Canonicum.
Concil. Tridentinum.
Concil. Lateranense.
Cynus.
S. Ciprianus.
Corduba ad Sorbum.

Cos-

Cosma Philiarchus.
Conradus de contractibus.
Cumani consilia.

D

Decisiones Borgnini Caualcani.
Decisiones Mathæi de Afflicto.
Didacus Couarruias.
Dominicus de S. Geminiano.
Dominicus Sotus.
Dionysius à Perusio in consilijs.
Dynus.
Directorium Inquisitorum.

E

Emanuel Rodoricus.
Oeconomica Canonica.
Eugenius IV.

F

Felinus.
Franciscus Zabarella.
Franciscus Tolet. Cardin.
Franciscus de Aretio.
Franc. Pegna.
Franciscus à Victoria.
Florianus.

G

Gabriel Biel.
Goffredus.
Gregorius Sayrus Monachus Casinen.
S. Gregorius Magnus.
Guliel. Benedictus.
Guliel. Speculator.
Guliel. Parisiensis.
Guliel. de Monte Lau.
Guido Papę.

H

Henricus Boich.
Henricus Ostiensis.
S. Hieronymus.
Hieronymus Sorbus.
Hyppolitus de Marsilijs.
Hugo Cardinalis.

I

Iacobus Menochius.
Iason.
Iacobus Sbrozius.
Ignatius Lopez.
Iacobus Durandus.
Innocentius.
Io. Andreas.
Ioan. de Anania.
Io. Bertachinus.
Io. de Imola.
Io. Baptista de S. Seuerino.
Ioan. Capeanille.
Io. Rotas de hęret.
S. Io. Chrisostomus.
Io. Maior.
Io. Andreas Georg.
Io. Caldericus.
Io. de Lignan.
Io. Monachus.
Io. à Medina.
Io. Matth. Episcopus Veronensis.
Io. de Deo.
Ioan. à Capistrano.
Io. Cassianus.
Ioseph. Ludouicus.
Ioseph. Anglex.
Isidorus.

L

Lactantius.
Lapus Abbas S. Miniati.
Lucas de Penna.
Ludouicus Romanus.

Mar-

M

Marcus Tullius.
Marianus Soccinus.
Marianus Victorinus.
Martinus Papa V.
Martinus Alfonsus Viualdus.
Mascardus.
Matheus de Afflictis.
Matheus Lauritus Hispanus.
Martinus Nauarrus.

N

Natta in Consil.
Nicolaus de Lira.
Nicephorus.

O

Oldradus.
Opus iudiciarium.

P

Paludanus Theologus.
Paulus Apostolus.
Paulus de Castro.
Paulus Grillus.
Paulus de Eleazar in clem.
Petrus de Anchar.
Petrus de Paluda.
Petrus Rebuffus.
Petrus de Aragonia.
Pius V.
Philippus Decius.
Philippus Francus.
Plinius.
Plautus.
Practica Iulij Clari.
Prosper de Augustino.
Prosper Farinacius.
præpositus.

R

Raphael Cumanus.
Rayn. de Forli.
Richardus.
Robertus Maranta.
Rofundus Beneuentanus.
Rosella.
Rotæ Decisiones.

S

Salicetus.
Signorolus.
Silua allegoriarum.
Simanca de Instit. Cathol.
Simonis Scardij Lexicon.
Stephanus Quaranta.
Summa Azonis.
Summa Angelica.
Summa Astensis.
Summa Azorij.
Summa Armilla.
Summa Pisanella.
Summa Sylueſtrina.
Summa Caietani.
Summa confessorum.
Sixtus IIII.
Sixtus V.

T

S. Thomas de Aquino.
Terentius.
Thomas Grammaticus.

V

Valerius Maximus.
Varro.
Vgolinus de Fontana.

INDEX
OMNIVM TITVLORVM.
LIBER PRIMVS.

I. DE Casus nominis Ethimologia, Definitione, & Diuisione. fol. 2
II. Casuum reseruatio quare fiat, & à quibus. 6
III. Quæ consideranda in Casuum reseruatione. 8
IV. Regulæ generales circa Casuum reseruationem xviij. fol. 11
Et xij. circa excommunicationem. 31
V. De violatione clausuræ Monialium. 37
VI. De prouocantibus, & pugnantibus in duello. 53
VII. De iniectione manuum in clericos. 61
VIII. De Simonia reali, & confidentia beneficiali. 75
IX. De Blasphemia. 90
X. De Sodomia. 118
XI. De Bestialitate. 129
XII. De incestu. 135
XIII. De Homicidio. 150
XIIII. De consulente, Mandante, & auxiliante ad homicidium. 168
XV. De membri abscissione. 175
XVI. De falsis testibus. 182
XVII. De concubinarijs. 195
XVIII. De libellis famosis. 204
XIX. De Commoditate ad ludos prohibitos exhibita. 212

LIBER SECVNDVS.

I. DE Absolutione ab interdicto. 221
II. De Absolutione ab Excommunicatione. 230
III. De Absolutione ab Excommunicationibus maioribus. 238
IV. De Adulterantibus stateras, vel mensuras. 252
V. De Allocutione cum monialibus sine licentia. 259
VI. De Arboribus cæsis. 276

De-

C

VI. De Christianis dantibus pecuniam Iudeis ad fœnerandũ. 281
VII. De clericis ad ordines per saltũ, aut furtiuè promotis. 285
VIII. De coeuntibus in locis sacris. 295
IX. De Comestione carnium in diebus ab Ecclesia vetitis. 300
X. De Confessarijs aliquid exigentibus nomine restitutionis. 313
XI. De Confessarijs sollicitantibus ad turpia pœnitentes. 322
XII. De Confessarijs appropriantibus alijs restituenda. 335
XIII. De Corruptore Monialium. 339
XIIII. De Consentientibus ad prostituendum. 340
XV. De Cudentibus falsas monetas. 356

D

XVI. De Dispensatione super irregularitatibus. 362

E

XVII. De Excommunicationibus contra abutentes Sacramentis. 373

F

XVIII. De falsificantibus scripturas publicas. 389

H

XIX. De his, qui non sunt confessi in anno. 400

I

XX. De Impedientibus vltimas voluntates testantium. 409
XXI. De Infantibus expositis ad Hospitalia. 420
XXII. De Incendiarijs. 439
XXIII. De Intercipientibus literas missiuas. 436
XXIV. De Introducentibus animalia ad fructus colligendos. 442

L

XXV. De Legatis pijs soluendis. 449

M

XXVI. De Medicis non monentibus infirmos ad confessionem. 456

N

XXVII. De Non recitantibus diuinum officium. 466

O

XXVIII. De Operibus seruilibus in festis. 478

P

XXIX. De Partu suppositio. 487

R

XXX. De Raptu mulierum. 492
XXXI. De Relaxatione Iuramentorum. 505
XXXII. De Restitutione male ablatorum. 515

S

XXXIII. De Sacerdotibus absoluentibus à Casibus reseruatis. 523
XXXIV. De Sacrilegijs. 331

De

XXXV. De Secreto confessionis non reuelando. 344
XXXVI. De Sponso cum sponsa se copulante ante matrimonium contractum. 352
XXXVII. De Suffocatione paruulorum in lecto. 560

T

XXXVIII. De Termino moto. 571

V

XXXIX. De verberantibus patrem, & matrem. 577
XXXX. De violante puellam voto castitatis astrictam. 588
XXXXI. De violantibus libertatem, vel immun. Ecclesiasticam. 597
XXXXII. De votorum commutatione, & dispensatione. 614
XXXXIII. De vsurarijs. 621

LIBER TERTIVS;

Quò ad casus reseruatos Religiosis.

DE Veneficijs, Incantationibus, & Sortilegijs. 634
De Apostasia à Religione. 648
De Egressione nocturna, & furtiua è monasterio. 662
De Proprietate Monachorum. 669
De Iuramento falso in iudicio. 685
De Falsificante manus, aut sigillum officialium monasterij. 693
De Furto. 699
De Lapsu carnis voluntario. 708
De Occisione, seu vulneratione, aut graui percussione cuiuscunque personæ. 718
De retardatione literarum. 726

IN-

INDEX
CASVVM RESERVATORVM
LIBER PRIMVS.

VIolationis clauſurę Monialium ad malum finem. fol. 37
Pronocantium, & pugnātium in duello in terminis Concilij,& Conſtitutionis Gregorij XIII. fol.53
Injicientium manus violentas in clericos iuxta can.51. qui ſuadente,ac iuris diſpoſitionem. 61
Simoniæ realis ſcienter contractæ,atque confidentiæ beneficialis. 75
Blaſphemans Deum, vel Beatam Virginem ex peruerſa conſuetudine coram pluribus perſonis ſupra quatuor. 90
Peccatum Sodomiæ exercentes. 118
Vel coeuntes cum brutis. 129
Inceſtuoſi in primo, vel ſecundo gradu conſanguinitatis aut affinitatis, ita vt maſculi tantum in hoc, & præcedentibus peccatis carnis comprehendantur. 150
Conſulentes, iubentes,& auxilium præſtantes. 168
Vel membrum aliquod realiter mutilantes. 175
Falſum teſtimonium in iudicio perhibentes. 182
Publicus concubinarius. 195
Scriptio, ſeu diuulgatio literarum ſine nomine ad infamandum. 204
Exhibitio publicæ commoditatis ludorum prohibitorum,vulgo Barrattaria. 212

LIBER SECVNDVS.

ABſolutio ab interdicto. 221
Abſolutio à ſuſpenſione. 230
Abſolutio ab excommunicationibus maioribus. 238
Qiu ſtateras, menſuraſvè alterauerint. 252

Allo-

Allocutio cum monialibus sine licentia. 259
Clerici ad quoslibet ordines per saltum, aut furtiuè promoti. 285
Coeuntes in locis sacris. 291
Qui diebus ab Ecclesia vetitis absque legitima causa, aut facultate non impetrata carnes comederit. 300
Qui aliquid à pœnitentibus nomine restitutionis, aut satisfactionis, aut pro missis celebrandis in pœnitentiam iniunctis exegerint, aut petierint. 313
Suspenduntur ipso facto tàm à sacramentorum administratione, quã ab ordinum executione quicunque confessarij, qui siue actu confessionis, siue propè cuiusuis sexus pœnitentes sollicitauerint, aut cũ suis pœnitentibus, quandocunque peccauerint; Exemptis verò ipso facto censetur adempta nostra approbatio. 181
Confessarij recipientes in proprios vsus à pœnitentibus, quæ incertis, vel certis personis essent restituenda. 335
Corruptores Monialium. 339
Pater, aut mater, aut vir, qui consenserit, vt filia, vel vxor se prostituat. 346
Monetas tondentium, priuatimque cudentium. 359
Dispensatio super irregularitatibus. 362
Excommunicantur ipso facto sacris oleis ad finem sortilegij abutentes. Item excommunicantur ij, qui sanctissimo Eucharistiæ sacramento abutuntur. 373
Falsificantes scripturas publicas. 389
Qui non sunt confessi semel in anno. 400
Impedientes vltimas voluntates, & peruertentes. 409
Qui hospitali nostro S. Iacobi in Compostella, alijsque pijs locis infantes exponunt, si habeant, vnde illos alere possint. 420
Incendiarij dolosè, & ex proposito, mandantes, & auxilium dantes. fol. 439
Intercipientes literas missiuas vel alias scripturas sub sigillo contentas. fol. 436
Qui in maritimas Ciuitates, & diœcesis nostræ animalia introducunt ad fructus nondum recollectos pascendos, si alicuius possessionem, vel possessiones damnificauerint. 442
Qui solutionem ex legato pio debitam diutius biennio distulerit. 449
Medici non monentes ægrotos ad confessionem. 457
Beneficiarij, vel in sacris ordinibus existentes horas canonicas per quatuor dies continuos recitare, vel pensionem obtinentes, officium Beatæ Virginis prætermittentes. 466
Diebus festis laborantes. 478
Partum sibi supponentes. 487

Mulie-

Mulierum raptores. 492
Relaxatio iuramentorum. 505
Distributio bonorum restituendorum, quando ignoratur certa persona, cui facienda est restitutio. 515
Sacerdotum absoluentium à casibus reseruatis. 523
Sacrilegium per furtum, & rapinam in Ecclesia, vel sanguinis, aut seminis emissionem cum scandalo. 531
Confessarij reuelantes personam, & peccatum sibi in confessione detectum. 544
Sponsus ante contractum matrimonium iuxta Conc. Trid. veniens ante copulam, & dantes fauorem, vel auxilium. 552
Qui paruulos ex culpa, aut negligentia in lecto, vel extra suffocauerint, fol. 560
Qui terminos possessionum vi, aut dolo commutauerint, aut occultauerint. 571
Verberantes patrem, & matrem. 577
Qui puellam voto etiam simplici castitatis obstrictam sciens violauerit, corruperitvè, aut violare tentauerit. 588
Violantes libertatem, vel immunitatem Ecclesiasticam in casibus Sanctissimo Domino Nostro non reseruatis. 597
Votorum commutatio, siue dispensatio, quando Sedi Apostolicæ non est reseruata. 614

Casus reseruati quatenus pertinet ad Religiosos.

VEneficia, incantationes, sortilegia. fol. 634
Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peuenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio. 648
Nocturna è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta. 662
Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 669
Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo. 363
Falsificatio manus, aut sigilli Monasterij, aut conuentus. 693
Furtum de rebus Monasterij, aut Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. 699
Lapsus carnis voluntarius opere consumatus. 709
Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ. 719
Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores. 380

INDEX

INDEX.

RERVM OMNIVM,

QVAE HISCE TRIBVS LIBRIS CONTINENTVR,

Locupletiſsimus, atque abſolutiſsimus.

A

ABBAS quando monacho concedere debet tranſeũdi ad ſtrictiorem religionẽ, nu.50. fol.661

Abbas, qui habet iura Epiſcopalia,num.15. fol.241

Abbatiſſa an poſſit concedere licentiam generalem, vt valeat monachus eſculenta donare, num.58. fol.683

Abbatiſſa an venlat nomine monialium, vel conuerſæ,num.37. & 38. Sed an ſorores,num.39.& 40. fol.269.& 270

Abbati,vel Abbatiſſæ an liceat habere proprium,num.41. 676

Abbates non poſſunt teſtari num. 32. 676

Abortus animatus cõprehenditur ſub homicidio voluntario, non tamen inanimatus, num. 36.& 37. 159

Abradens in literis priuatis nomẽ alienum,& ponens ſuum,eſt falſarius,non tamen incidit, niſi in tribus caſibus, num 39. 398

Abſcondens ſe ne deponat, qualiter puniatur, num.21. 187

Abſens an interdicto ligetur,vt preſens,num.26.& 28. 226

Abſentia iuſta quando excuſet ad denunciandum, num.37. & ſeq. fol. 417

Abſolutio an ſit valida pro peccatis,pro quibus poterat,num.14. fol. 518

Abſolutio ab interdicto iure optimo reſeruatur, num.10. 223

Abſolutio non impendenda,niſi facta reſtitutione damnorum,& intereſſe, num.44. 399

Abſolutio non danda, niſi deleant ſtatuta cum iuramento illa amplius non condendi,nu.59. 612

Abſoluenda quando non ſit mulier ſupponens partum,nu.12. 489

Abſolutio in multis caſibus poteſt impendi non obſtante caſus reſeruatione, num.31. 521

Abſolutionis à ſuſpenſione forma qualis, num.40. 237

Abſolutio ab excommunicatione quid differat à reuocatione,ſeu relaxatione,num.1. 238

Abſolutio nõ danda, niſi ſatisfactis damnis, num.30. 435

Abſolutio ab interdicto quid,num. 1. 221

Abſoluti ſi reconualeſcunt an teneantur iterũ cõfiteri,n.19. 526

Absoluens à casibus reseruatis iterũ absolutis nõ peccat, n. 22. 527
Absolutus si in anno non communicat, est imunis à casu, n. 24. 406
Idem si confitetur in anno; sed nõ in Quadragesima, nu. 25. 406
Sed an incurrat, qui ideo non confitetur, quia non habet materiã necessariam, nu. 26. 406
Absolutio à quibusuis casibus, & censuris fit in articulo mortis, num. 17. 526
Absolutionem ab interdicto multa præcedere debent, num. 16. 224
Absolutio ab excommunicatione maiori est tantum Episcoporũ, num. 8. 240
Absolutio si denegetur, an aliquid possit dari, num. 38. 30
Absolutio non fiat, nisi præcedat restitutio fructuum, & consignetur beneficium, num. 57. 88
Absolutionis forma ab interdicto, num. 41. 229
Absolutiò quid differat à relaxatione, num. 1. 230
Absolutionis forma à peccatis, nu. 85. 117
Absolutionis beneficium Ecclesiasticũ ministerium est, nu. 37. 83
Absolutio contra reseruationẽ nulla est, num. 4. 11
Absolutus à censuris in mortis articulo ab eo, qui non potest, incolumis effectus qd agere debeat, num. 5. 12
Absoluẽs aliquem ab omnibus pro absoluto habitũ, an incidat, nu. 33. 246
Et quid si confessor scit quem semel fuisse excommunicatum, an absoluendo incidat. nu. 33. 246
Absolutio ab excommunicationibus maioribus an comprehẽdat exemptos absoluẽtes, n. 49. 250
Absolutio ab excommunicatione ab homine à quo fiat, n. 21. 233
Absolutio, de qua in litera, quæ hic reseruatur, num. 40. 230
Absoluere excommunicatos si casus sic dicit, q. possint, n. 15. 241
Absoluere qui potest ex officio, potest delegare, nu. 18. 66
Absolutio deneganda, si aliqua crimina non detegat, nu. 16. 547
Absoluens non dum excommunicatum; sed de proximo non incidit, num. 55. 250
Absoluens in periculo mortis non incidit, num. 52. 230
Absolutio non danda, nisi concubinam dimittat, num. 36. 202
Absoluere quis possit ab excommunicatione, num. 41. 248
Absolui quando possint nõ restituẽtes, num. 28. 257
Absoluens à casibus reseruatis qualiter peccet, num. 9. 525
Absoluens quem non debet, quid facere debeat. num. 10. 525
Absolutus si ignorat se non ritè absolutum, est excusatus, n. 11. 525
Absoluens à censuris, à quibus non potest, qualiter veniat puniendus, num. 12. 525
Et quid si absoluit à bullis in cœna Domini, num. 13. 525
Absoluens à casibus, à quibus non potest, incurrit maledictionem, num. 14. 526
Absoluens in dubio probabili ab irregularitate, incidit in casum, num. 36. 369
Absoluens ex tacita Episcopi licẽtia

tia non comprehenditur sub literaa sacerdotum absoluentium à casibns reseruatis,nu.26. 528
Absolutus non dicitur ab excommunicatione,ex quo parti satisfecerit, num.19. 242
Absolutio qualiter istis falsantibus danda,num.25. 256
Abutentes verbum includit dantes; vel eos qui per alium abutuntur,num.41.& seq. 383
Absus qñ propriè dicatur,n.13. 375
Abusus Eucharistiæ Neapoli reseruatur etiam nõ sequuto effectu, num.20. & quandoque sapit hęresim, num.seq.Et quid si admiscet res sacras, vel sacramentalia, an comprehẽdatur sub casu, num.22. cum seq. 379
Abuti an dicatur portans ad sui defensionem,num.52. 386
Abutentes an quandoq; possint inquiri ab Inquisitoribus,num.53. & 58. 386.cum seq.
Abutentes verbũ an cõprehendat mandãtes,n 47.& 49.384.& seq.
Sed quid si mandator antequam fuisset delictum consumatũ,moritur,num.50. 385
Abusiones claustri duodecim.Item aliæ laici,num.14. 376
Abuti masculis,& fęminis iudcantur à pari, num.21. 124
Abutentes materia sacramenti cõfirmationis excõicãtur,n.33.381
Actionem habẽs ad legatum illam ẽt habet,vt exhibeatur,n.12.411
Actionem habens ad rem, habet vt exequatur,num.15. 451
Actum carnis consumans inuitus non incurrit in casum, num.30. vide,num.32. 714
Actus quandoque prohibetur non ppter se; sed pp aliud,n.14.564
Actus intelligi debet de actu consumato,num.25. 120
Accusantes monetam exercentes adulterinam, nõ tenentur de calũnia,licet nõ probent,n.10.338
Adam si viueret, an possit vxorem ducere,num.3. 136
Administratio sacramentorum an differat à missæ celebratione, num.5.& 6. 323
Adorantes dæmones ob libidinis causam grauissimè peccant, nu. 31. 642
Adulterans an licitè recipiat præmium,num.30.cum seq. 351
Adulterium an dicatur inuita muliere commissum,si fuerit perpetratum per pecuniam,n.6. 495
Adulterare mensuras quid sit,num. 6. 253
Affectus quando puniatur effectu non sequuto,nu.29. 593
Affinitas ex coitu fornicario extẽditur vsq; ad secundum gradum, num.8.& 32. 137
Affinitas quando oritur inter coniuges,tunc contrahitur incestus, num.26. 141
Agentes,& consentientes par pęna constringit,num.26. 567
Allocutio an extendatur ad cõsentientes,num.46. 272
Allocutionis prohibitio cũ monialibus omnes subditos comprehendit,num.14. 261
Allocutio cum monialibus cõprehendit etiam alloquentem cum vna,num.41. 270
Allocutio quid differat à collocutione,num.1. 259

Allocutio vt comprehendatur sub allocutione cũ monialibus sine licentia, duo necessaria, n.2. 259
Allocutio cũ moniali de domo, ita vt intelligatur ab ea, quæ est intra clausuram non comprehendi tur, num.43. 271
Alloquens nutu, vel signis an sit casus reseruatus, num.33. 268
Et quid si scriberet Epistolam moniali, num.34. 268
Anatematizatus generaliter est, ac si nominatim esset excommunicatus quo ad Deum, nu.25. 211
Animal cur quandoque præcipitur occidi, cũ non peccet, n.20. 446
Animalia introducens in possessionem alterius tenetur ad restitutionem, num.12. 444
Animalia, vt damni æstimatio fiat, possunt detineri per Dominum damnum passum, nu.14. 444
Animalium appellatione qui comprehendantur, nu.2.& seq. 29
Animalium appellatione quid contineatur, num.7. 443
Animalia introducens tenetur actione iniuriarum, nu.16. 445
Animalia introducens in alterius agrum, vt in casum incidat, quæ necessaria, num.17. 445
Animalia si ex se intrant agrum alienum, custos non incidit in casum, si inferunt damnũ, n.18. 445
Animus malus infamandi quando dicatur, num.28. 213
Apochæ multis modis appellari solent, num.12. 392
Apostata an sit exiens ex eo, quia parẽtes habet in necessitate positos, num.39. 658
an talis trãsitus sit licitus, n.40. 658
Apostata est egrediens, & si efficiatur clericus, nu.41. 658
Apostata an sit exiens ex eo, quia per vim, aut metum prætẽdit se emisisse professionẽ, nu.42. 659
Apostatæ non dicuntur si exeũt viuentes in congregatione collegialiter, num.43. 659
apostatę sunt religiosi societatis Iesu exeũtes post biẽniũ, n.47. 659
Apostatæ mente; sed non corpore non includuntur, nu.45. 660
Apostota neq; qui ad modicum tẽpus egreditur, num.46. 660
Apostata vt quis dicatur, multa requiruntur, num.28. 655
Apostata est cogẽdus sub graui carcere ad reassumendum habitum, num.24. 654
Est infamis, repellitur ab acusatione, & testimonio, nu 26 654
Bona acquisita in apostasia cui applicantur, num.27. 654
Apostata qualis sub casu comprehendatur, num.29.& seq. 655
Apostasia vnde, & quotuplex dicatur, num.1.& 2. 648
Apostasiæ à religione multę tradũtur constitutiones, nu.3 648
Apostata qñ sit monachus, ostenditur in tribus casibus, nu.9. 650
Apostata an sit trãsiẽs ad aliud monasteriũ, vel religionẽ, n.34. 656
apostata reuersus qualiter puniẽd' & publicè absoluẽdus, n.23. 653
Apostata regulariter non est excõmunicatus, num.8. 649
Apostasia inducit irregularitatẽ, di spẽsatur à Papa, n.19.& seq. 652
Apostata quis, & quotuplex, nu.5. & 6. 649
Apostata an sit exiẽs ob rigorẽ prælatorum, n.49. 661

Annos non inſpicimus in nuptijs copulandis, num.24. 200
Appellandi facultas condemnato de falſa moneta denegatur, nu. 11. 358
Arbiter, & moderator quilibet eſt in re propria, nu.28. 280
Arboris appellatione continetur vitis, num.3. 277
Arbor an dicatur, quæ à vento deiecta eſt, num.4. 277
Arbor, quæ non emiſit radices, non dicitur arbor, num.14. 278
Arborem radicitus euellens non comprehenditur, num.15. 278
Arbores quando liceat incidere, num.21.22.& 23. 279
Sed quid ſi non ſuccidit; ſed per medium rumpit, nu.24. 279
Archiepiſcopus an ab excommunicatione ſuffraganei abſoluat, nu. 46. 248
Archiepiſcopus eſt iudex ſuffraganeorum per appellationem, ſub num.33. 381
Articulus mortis naturalis vel violentæ qualis, num.18. 526
Ardua ſoli Epiſcopo reſeruantur, num.9. 240
Aſtrologi, qui volunt prædicere ea, quæ dependent ex libero arbitrio, compreheuduntur, num. 23. 641
Aſſiſtens armatus ex propoſito an includatur ſub caſu, & quid ſi arma non moueat, num. 23. & 25. 173
Aſſiſtentia in delicto multipliciter dicitur, num.24. 173
Attentans pudicitiam alterius minus punitur de iure, quàm violans, num.28. 593
Attentatum etiam in atrociſſimis non punitur pro conſumato, nu. 26. 126
Attentans percutere clericum, & non perficiens nõ eſt excommunicatus, num.39. 500
Auaritia ſeruitus eſt idolorum, num.11. 315
Auctor dicit ſe non eſſe de temeritate arguendum.46. 310
Audientes peccata alterius caſu, vel dolosè an ligentur ſub caſu, & an teneantur pœna ca. omnis de pœnitent. & remiſſion. & qualiter peccent, vſque, num. 33. 550
Aut Dictio dupliciter capitur, nu. 2. 694
Auxilium dantes, & fauorem quando dicantur, nnm.9. 554
Auxilians quò ad caſum incurrendum non dicitur, qui ignoranter commodat arma, n.26. 175
Auxiliantes, vt includantur ſub caſu, quale auxilium eſſe debeat, num.32. 559
Auxiliari ad homicidium committendum, vt ſit caſus reſeruatus quando dicatur, num.22. 173
Auxiliantes ſodomitis capite puniuntur, num.31. 127
Aperire. Verbo literas.

B

BAptizans infantem pro pecunia ſimoniacus eſt, nu.24. 81
Barba an includatur ſub membro, & quid de auricula, num.20. & 21. 180
Barattaria, quæ propriè, vel per tranſlationem dicatur, n.7. 213

Benedicti S. P. & S. Scholasticæ corporum vera existentia in cœnobio Cassin. num. 1. 544
Beneficium Ecclesiasticum non datur nisi propter officium diurnum, num. 4. 466
Beneficiatus an recipiendo aliud beneficium, peccet mortaliter, num. 5. 467
Beneficia duo in Ecclesia an quis retinere possit, num. 6. 467
Potest vno priuari. num. 7. 467
Beneficia plura habere quãdo quis potest remissiuè, num. 8. 467
Beneficium à pensione differt quò ad horas canonicas, nu. 17. 469
In beneficio duo sunt; sed vnum in pensione, num. 18. 469
Beneficiarius & pensionarius num ad vtrunque officium obligetur, num. 43. 475
Beneficiati qui, & vt canonicè beneficium conferatur, quæ nu. 1. & 2. 466
Beneficiatus per simoniam quibus pœnis afficiatur, num. 56. 88
Beneficiati etiam simplices comprehenduntur sub casu non recitantium officium diuinum, nu. 26. 471
Beneficiati solum depositi vel beneficio priuati non comprehenduntur, num. 28. 472
Bestia carens culpa ob carnis vitiũ interficitur, num. 9. 131
Bestialitatis crimen tripliciter ab Ordinarijs reseruari solet, num. 11. 131
Bestialitas grauissimum est peccatum, num. 6. 130
Blasphemus an sit dicẽs. Disgratiò Dio, num. 29. 100
Blasphemia simplex, & hæreticalis quæ, num. 11. 91
Blasphemia hæreticalis in quo consistat, num. 2. 92
Blasphemia, quæ Neap. reseruatur qualiter accipiatur, num. 3. 91
Blasphemia cordis, & oris quæ, num. 4. 91
Blasphemiæ atroces quæ dicantur, num. seq. & 5. 91
Blasphemiæ contra Deum, vel matrem quàm grauis, num. 7. 92
Blasphemia grauissimum peccatũ, & quare, num. 21. 97
Blasphemi omni iure grauissimis pœnis puniuntur, num. 22. 97
Priuãtur Ecclesiastica sepultura, num. 23. 98
Inquisitores quando contra blasphemos procedant, nu. 24. 99
Blasphemi acerrimè debent reprehendi, & quando, nu. 25. 99
Blasphemus qui apud Theologos, & Canonistas, num. 26. 99
Blasphemare an sit dicẽs. Maledetto, &c. num. 27. 499
Blasphemans semel Deum, vel Beatam Virginem, an incidat in blasphemiam Dei simpliciter reseruatam, num. 73. 113
Dictio De, stat augmentatiuè, nu. 74. 113
Blasphemus publicus an sit blasphemãs coram tribus, vel quatuor personis, num. 75. 113
Blasphemans vnum sanctum an cõprehendatur sub casu reseruato reseruãte blasphemiam sanctorum, num. 76. 114
Blasphemia est mixti fori, num. 41. fol. 103
Blasphemia facto qualiter puniatur

tur, num.42. 103
Blaſphemi an ſint trahentes verba ſacræ ſcripturæ ad iocoſa, num. 43. 103
Blaſphemiæ hæreticales quæ, num. 44.& 48. 104
An tales blaſphemi incidant in bullam, num.45. 104
Blaſphemia an ſit dicens, poſſa renegare,num.46. 104
Blaſphemia in B. Virginem quàm grauiter puniatur à Deo, num. 55. 107
Blaſphemus ſceleſtiſſimus eſt idolatra,num.56. 107
Blaſphemus ſemel an incidat in caſum reſeruatum, num.58. 108
Blaſphemans Deũ pluries vno impetu, & eodem pluries Beatam Virginem, an incidat in caſum reſeruatum, num.60. 108
Blaſphemans in ludo cum eiſdem perſonis ex interuallo, & interpellatis diuerſis vicibus an dicatur blaſphemare ex peruerſa cõſuetudine,nu.61.cum ſeq. 109
Blaſphemans pluries extra Ciuitatem;ſed intra paucis vicibus,an ſit peruersè blaſphemans, num. 70. 112
Blaſphemãs peruersè an ſit pluries clã,&publicè bis,aut ter,n.71 113
Blaſphemans ex peruerſa conſuetudine an ſit, qui interiecto tẽporis ſpatio iterum blaſphemat, num.67. 111
Blaſphema verba explicãs an ſemper inter blaſphemos iudicetur, num.49. 105
Blaſphemans ex ira quando ſit blaſphemus,num.50. 105
Conſuetudo blaſphemandi ſit per plures reiterationes, quam per tres,num.57. 108
Blaſphemia eſt dicere Deum ribaldum,vel à diſpetto,nu.32. 100
Blaſphemus ebrius an, & quando peccet,num 52. 106
Blaſphemia facti notoria quæ, nu. 19. 95
Blaſphemia mentalis non eſt caſus reſeruatus,num.37. 102
Blaſphemia facti an comprehendatur,& quæ,num.ſeq.& 38. 102
Blaſphemia in Deum, vel ſanctos non differt ſpecie,num 9. 92
Bonorum nomine veniũt mobilia, & immobilia, num.2. 515
Bona quare ſic dicantur,nu.3. 515
Bulla cruciatę quo ad eſum carniũ non comprehendit commorantes in Italia,num.51. 312
Bullæ cœnæ in caput 15. qui incidant,num.39. 607

C

CAnon ſi quis ſuadente extenditur ad mandantem, & conſentientem,nu.19.24.& 14. 65
Canon ſi quis ſuadente 17. q.4. includit mandantem, num.6. 430
Canoni ſi quis ſuadente quis non incurrit niſi per tactũ perſonæ, vel veſtem clerici,num.13. 171
In canonẽ ſi quis ſuadente exigit factum,num.2. 62
Canoni ſi quis ſuadente facto renũciatur;ſed non verbo,n.40. 102
Canones vltimum ſupplicium nulli irrogant,num 16. 208
C. ſi verò de ſent. excomm. an extendendum, num.34.& 32. 69
Cantans verba cõtumelioſa in in-

famiam alicuius an incidat in casum, num. 22. 209
Capitulum tenetur requirere consilium suorum fratrum, fallit in casu, num. 18. 440
Carcerati pro crimine non communem vitam; sed duriorem agere debent, num. 12. 341
Carnalis corruptio omnis mortalis, præter eam, quæ est matrimonij, num. 8. 710
Carnes gustare recusans quando habeatur de hæresi suspectus, nu. 5. 301
Carnes comedere die Veneris, in qua venit Natiuitas Domini, qñ prohibitũ, & quando concessum, nu. 28. cum seq. 306. & 307
Carnis appellatione quid veniat, nu. 7. cũ tribus seq. 301. & 302
Carnibus vesci diebus vetitis causa exigente an possit, nu. 6. 301
Castitas, & continentia idem significat, num. 8. 589
Castigatio quando conceditur, moderata intelligitur, nu. 26. 668
Casus sollicitantes ad turpia filias spirituales, extenditur ad filios, num 16. 132
Casus reseruati intelliguntur de mortalibus, num. 17. 15
Casus vt reseruentur quæ necessaria, num. 26. 731
Casus reseruãdi in ædificationem, & non in destructionẽ, nu. 4. 9
Casus, qui reseruatur secundũ ius, quid addat iuri communi, num. 4. 540
Casus blasphemiæ reseruatus vt sit in præsenti, quæ requiruntur, nu. 64. cum seq. 110
Casus reseruati in terminis iuris communis qualiter interpretentur, num. 43. 23
Casus reseruati quando tales non iudicẽtur ratione qualitatis personæ, num. 38. cum seq. 22
Casus reseruati dubij, si sunt contra ius commune interpretantur secũdum propriam significationem verborum, num. 40. 23
Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, nu. 41. 23
Casus reseruatio aliquando loquitur in personam, aliquando in rem, & differentia, num. 59. cum seq. 28
Casus quando loquitur in rem, extenditur ad mandantem, fallit in casibus, nume. 60. cum sequent. fol. 28
Casuum appellatione non veniunt Censuræ, nec vota, nec iuramenta, nu. 33. Sed an irregularitas, num. seq. & 31. 20
Casus reseruatio quandoque includit alios atrociores, nu. 34. 21
Casus, qui de iure reseruantur, quare iterum reseruentur per Episcopum, num. 35. 21
Casus, quos possint Ordinarij reseruare, num. 36. 21
Casus interpretari nequeũt hi, qui sunt deputati ab Episcopo ad faciendum illos, num. 49. 25
Casus reseruatio cum sit stricti iuris, an extendenda quandoq; ad alium casum, num. 25. 218
Casus reseruati non extenduntur extra territorium, num. 56. 27
Casus nomen vnde descendat, nu. 4. 3
Casus Episcopis reseruati quandiu durant, & quid de reseruatis ab ho-

homine, nume. 9. vbi quando reseruati ab homine efficiantur iuris, num. 8. 7
Casus dicitur à cadendo, n. 6. 524
Casus appellatione an veniant cẽsuræ, num. 7. 524.
Casus si simpliciter reseruatur, multo fortius si adest censura, ex maioritate rationis videtur reseruatus, & tunc non extensio; sed inclusio dicitur, num. 8. 524
Casus Papæ reseruati sunt à iure, num. 10. 7
Casus Papales omnes habent censuram annexam, non sic Episcopales, num. 11. 8
Casus de excõmunicationibus contra abutentes sacramentis, diuersimodè reseruatur, num. 9. 378
Casus xj. reseruari à superioribus regularium an sit necesse, num. 27. 731
Casus reseruatio in peccatis carnalibus multa fiat prudentia, nu. 3. 8
Casus dicitur reseruatus, ex quo minuitur potestas absoluendi, quam actu habebat, num. 2. 11
Casuum reseruatio vt cesset per obitum Episcopi, qualiter intelligatur, num. 46. cum seq. 24
Casus appellatione non venit irregularitatis dispensatio, num. 41. fol. 513
Casus etiam carnium multipliciter reseruari solet, nu. 25. 305
Casus omissus relinquitur dispositioni iuris cõmunis, nu. 14. 185
Casus à quibus non absoluunt etiã priuilegiati, num. 63. 29
Casus ab Ordinarijs, qui nam reseruandi, num. 2. 8
Casus qui Summo Pontifici reseruati remissiuè, num. 26. 366
Casus multi enumerantur excommunicationis nullæ, nu. 23. 243
Casus reseruandi facultas ad quos spectat, num. 25. 731
Casus quare dicatur reseruatus, num. 9. 4
Casus in proposito dupliciter consideratur, num. 4. 3
Casus omissus comprehẽditur sub mente statuentis, num. 53. 274
Casus descriptio, num. 18. 564
Casus alij Papales, & alij Episcopales, num. 14. 4
Casus reseruatio intelligitur de actu consumato, num. 36. 298
Casus Papæ reseruati differunt ab illis qui reseruantur ab Ordinarijs locorum, num. 6. 599
Casus, qui simpliciter loquitur, simpliciter est intelligendus, num. 23. 434
Casus reseruatos habens an licitè absoluat exterum de casu reseruato in patria, num. 27. 528
Casus violationis clausuræ monialium ab Ordinarijs diuersimodè reseruatur, num. 22. 42
Casus de coeuntibus in locis sacris vt reseruetur, nu. 18. 294
Casus reseruatio de casu ficto, an intelligatur, num. 20. 666
Caput inimici amputans mortui, nec homicida est, nec irregularis, num. 28. 156
Causatum trahitur ad naturã suæ causæ, num. 10. 302
Causa rationabilis, & manifesta multipliciter consideratur, & quæ non iusta, num. 26. cum seq. fol. 43

Causa iusta superioribus ingrediẽdi septa monialium est visitatio, num. 31. 44
Causę vij, ob quas quis punitur ob crimina aliorum, numero 11. fol. 121
Cautela ad refrenandum quem à ludo, num. 40. 202
Cemiterium an pollutum, si occisio fiat in porta magis adhærente exterius, num. 26. 296
Cędere differt à cingere, deglabare, & subsecare, num. 2. 276
Celebrans an, & quando sit irregularis, num. 14. 198
Cemiterium remotum non dicitur locus sacer, num. 23. 295
Cemiterium an propriè dicatur locus sacer, num 9. 293
Cemiteria, quæ faciunt carnis peccatum sacrilegium, num. 5. 292
Cemiterium an propriè dicatur locus sacer, num. 9. 293
Cemiterium quando dicatur Ecsiæ contiguum, num. 20. 295
Charitatis præceptum quale, num. 18. 452
Chrismatis liquorem an liceat aliquando vendere, num. 30. 380
Christianorum quare sic dicitur, & non ludæorum, vel infidelium, num. 5. 281
Christiani dicuntur à Christo, nu. 2. 281
Christianorum duo sunt genera, nu 4. 281
Chrisma quando dicatur Sacramẽtum, vel materia Sacramẽti, nu. 8. cum seq. 375
Cum Christiana non debet se Iudæus commiscere, numero 23. fol. 134
Christianorum duo sunt genera, numero 4. 282
Cingẽdus de proximo habetur pro cincto, num. 10. 324
Quę de proximo fiũt habetur pro ijsdem, num. 11. 324
Sollicitatio filiorum spiritualium an comprehendat adolescentes, num. 12. 325
Circunstantiæ, quæ exprimendæ circa hanc materiam homicidij, num. 67. 166
Circunstantia omissionis officij est confitenda, num. 22. 470
Circunstantia delectationis peccati carnis in Ecclesia necessariò confitenda, num. 21. 534
Circunstantia quando omninò cõfitenda, num. 53. 502
Cõfessor quid agat ante absolutionem, num. 54. 503
circunstantia cum qua specie bestiæ non est necessaria confitenda, num. 17. 132
circunstantia aggrauans quando confitenda, num. 10. 93
Et si circunstantia addatur actui bono, num. 13.
ciuitas vnde, & quæ sit, numero 3. fol. 442
ciuitatis nomine an veniant suburbia cum exemplo, num. 4. 442
clam quæ fiunt habẽt præsumptionem fraudis, num. 13. 664
clam egressio solum non facit incidere in casum, num. 15. 665
clausula apposita in statutis, vt si quid sit cõtra libertatem Ecclesiæ, non valeat; An vi illorũ verborum statuentes non sint excõmunicati, num. 45. 609
clausuræ appellatione quid contine-

neatur, num. 2. 37
clausura quare sit dicatur, num. 4. fol. 38
clericum percutere non tantum mortale; sed excommunicatio est, & sacrilegium, num. 20. & 17. fol. 65
clericus non recitans priuatim extra chorum officium B. Mariæ quando excusetur, vel non, num. 44. cum seq. 475
clerici an sint immunes ab oneribus annexis possessionibus ante collationem ipsis factam, nu. 44. fol. 608
Clericus occidens Paganum est irregularis, num. 18. 154
clerici vnde nomen sortiantur, nu. 1. 285
clerici violantes interdictum quando irregulares, nu 121 223
Sunt ineligibiles, num. 14. 224
clericus priuilegio fori renunciare non potest, num. 22. 602
clerici notoriè fornicarij sunt suspensi, num. 27. 235
clerici appellatione an veniat eius officium, num. 25. 296
clerici ob corruptionem monialiũ merentur perpetua depositione, num. 9. 341
clericorum nomine qui contineantur, num. 21. & 8. 63
clericus de falso conuictus qualiter puniatur, num. 7. 183
clerici raptores pœna qualis, num. 14. 495
clerici an sint ab oneribus annexis possessionibus ante collationem ipsi factam, num. 44. 608
clerici vnde nomen sortiantur, nu. 1. 285
clerici astringuntur ad obseruantiam Quadragesimæ, vt laici, num. 47. 31
clericos non decet ludis tempus cõsumare, num. 27. 219
coactio absoluta distinguitur à cõditionali, num. 32. 511
coactus negare veritatem non corde; sed ore peccat mortaliter num. 28. 100
coactus crimine falsi punitur hinc effectu, num 40. 191
conatus quando puniatur, nisi secuto effectu, num. 12. 171
conatus etiam punitur pro datione spiritualium in pecunia, nu. 15. fol. 316
Est etiam expressè prohibitum, num. 16. 316
Concilium Tridentinum loquitur de duellis sollennibus, nu. 8. 54
Concilio Tridentino ad derogetur si non fiat de eo specialis mentio, num. 19. 42
cognatio spiritualis qualiter contrahatur, num. 25. 14y
cognatio spiritualis quare contrahatur cum filia spirituali, num. 25. 327
cognito vno de contrarijs cognoscitur & aliud, num. 18. 95
colligere herbas tali die quando il licitum, num. 35. 643
colonus arborem incidens comprehenditur, num. 30. 280
collocutiones duæ cum monialibus an, & quando faciunt consuetudinem, num. 63. 110
comedere cibos vetitos quàm graue peccatum, num. 20. 304
comedens cibos vetitos tempore maximæ necessitatus non incidit

dit in casum, num. 52. 312
Comedens carnes coactus an incidat in casum, num. 40. 309
Commixtio mariti cum vxore in Ecclesia sacrilegium, num. 53. fol. 541
commixtio sexus qualiter fiebat in statu innocentiæ, num. 3. 340
Corrumpere mulierem multipliciter dicitur, num. 4. 340
Corruptio transfertur etiam ad mores, num. 5. 340
Communis vsus loquendi si repugnat propriæ significationi verborum est præferendus, num. 30. fol. 19
Communis vsus præfertur proprietati verborum, num. 22. 125
communis vsus loquendi est attendendus, num. 3. 31
commutare votum qui nō potest, commutando quàm peccet, nu. 13. 616
commoditatem publicam ad ludēdum, quis dicatur præstare, nu. 3. 212
commutatio qualiter à dispensatione differat, & cum eo conueniat, nu. 7. & seq. 615
commutandi votum in maius bonum potest per quemcunque, num. 27. 619
communicans cum alijs nō ex hoc necessariò infertur, q; sit ab excommunicatione absolutus, nu. 35. 247
commutatio sicut rerum permutatio debet fieri in æquale, nu. 19. fol. 508
commutatio quid differat à relaxatione, num. 20. 509
compellens ad ludendum potest puniri arbitrio iudicis, & quis dicatur compellere, nu. 14. 216
compensatio quid sit, nu. 28. 454
componentes, & diuulgantes libellos famosos sunt infames, & inteſtabiles, num. 23. 211
complices simoniæ reuelantes prę-miantur, num. 17. 79
conductor non tenetur de incendio domus, num. 20. 433
confabulationes debent cessare in Ecclesia, num. 17. 294
confessor qualiter interroget pœnitentem circa hoc sacrilegium, num. 56. 542
confessor an includatur absoluens ab excommunicatione quem tēpore Iubilæi ex obliuione nō est confessus excommunicationem, num. 37. cum seq. 247
confessor tripliciter potest aliquid pœnitenti imponere, nu 6. 314
confessor qualiter se gerat circa pœnitentem immutantem terminos, num. 26. 576
cōfessor qualiter se gerat erga pœnitentem concubinarium, nu. 32 fol. 201
confessio propriæ dicitur, quæ fit sub spe veniæ, num. 30. 407
confessoris partes in audiendo pœnitentem blasphemum, num. 81. fol. 115
confessor qualiter se gerat contra statutarios in libertatem Ecclesiasticam, num. 58. 612
confessor qualiter se gerat erga pœnitentem, quo ad monetas tondentes, priuatimque cudentes, num. 31. 561
confessor in casibus reseruatis se conformet in qualibet diœcesi, con-

consuetudini, seu statuto illius Ecclesiæ, num. 1. 11
confessarij qualiter se gerant erga pœnitentes contra intelligentes literas, num. 20. 441
confessor qualiter se gerat erga pœnitentem non soluentem legata pia, num. 41. 456
Confessor qualiter se gerat in confessione circa votorum commutationes, quas facere non potest, num. 32. 620
confessio non semper celanda, & si præmittatur signum crucis, & confiteor, num. 19. 548
cõfessarius circa huiusmodi casum quæ considerare debet, num. 41. fol. 148
confessarij, vt per priuilegia absoluere valeant, quales esse debeãt, num. 26. 59
confessarius antequam absoluat pœnitentem introducentem animalia, quid prius agat, nu. 30. 447
confessor qualiter se gerat cum cõsentientibus ad prostituendum, num. 50. 354
confessarius casus quandoq; interpretari potest, num. 51. 26
Licet Doctores interpretari possint, num. 52. cum seq. 26
confessarius restituens, ad tollendũ suspitionem ne sibi restituenda applicet, quid faciat, nu. 11. 337
confessarius quas conditiones debeat habere, num. 30. 732
confessor qualiter se gerat circa exponentem, num. 31. 428
confessor qualiter in crimine falsitatis inquirat, num. 43. 399
confessus & non absolutus in anno incidit in casum, idem si scienter absque contritione confitetur, & absoluitur, nu. 18. & 21. cum seq. fol. 414
confessor applicans sibi vel conuentui quod est alij restituẽdum, incidit in casum, num. 13. 338
confessarij qualiter se habeant erga pœnitentes non recitantes officium, num. 50. 476
confessor vt se gerat cum raptore, num. 52. 502
confessarij qualiter se gerant erga pœnitentes contra impedientes vltimas voluntates testantium, num. 46. 418
confessor qualiter absoluat interdictos, vt in casum non incurrant, num. 17. & seq. 224
confessor absoluendo pœnitentem, qui violauit interdictum nullũ, incurrit, num. 19. 223
confessor qualiter inquirat circa violationem festi, & qualiter iniungatur pœnitentia, nu. 35. 486
confessor qualiter inquirat pœnitẽtem coeuntem cum sponsa ante matrimonium, num. 35. 559
confessor qualiter pœnitentem interroget circa libellos famosos, num. 27. 211
confiteri qui tenentur, & confessio vnde, num. 1. & 2. 400
confessor recipiens munuscula absque delectu, an incidat in casum, num. 29. 319
confessus haud in anno qualiter ab ingressu Ecclesiæ arceatur, num. 11. 493
confessionis sigillum quàm arctissimum, num. 14. 547
confessor qualiter se gerat erga huiusmodi pœnitentem, nu. 45. 186

con-

Confessariorum nomine veniunt solum sacerdotes, num. 2. 544
Confessionem audientes non confessarij non tenentur ita arctiori vinculo ad celandum peccata, vt confessarij, num. 3. 544
Confessor qualiter se gerat circa incendiarium, num. 29. 435
Confessor dubius de reseruatione quid agat, num. 62. 29
Confessionis frequentia cum pœnitentia præseruatiua imponatur blasphemo, num 84. 117
Confessarius tria debet considerare circa suffocantes paruulos, num. 36. 569
Confessionem reuelandi indirectè exempla quæ, num. 21. 548
Confessor qualiter in hac materia contra abutentes sacramentis, & sacramentalibus interroget pœnitentem, num. 57. 387
Confessor non potest permittere, vt quis teneat concubinam, nu. 10. 197
Confessor qualiter se agat circa pœnitentiam iniungendam, num. 4. fol. 73
Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem quo ad transgressionem comestionis carnium, num. 53. 312
Confessor studeat, vt pœnitens criminis grauitatem agnoscat, nu. 55. 51
Confessor an possit à pœnitente aliquid recipere, q̃ secum amplius non confitetur, num. 37. 320
Confessarij partes circa pœnitẽtem quo ad turpia, num 24. 134
Confessor à transgressione voti absoluit; sed non commutat, num. 6. 615
Confessarius qualiter se gerat erga pœnitentem excommunicatum, num. 56. 251
Confessor credens posse absoluere si absoluit non incidit, num. 24. fol. 527
Confessio, & absolutio non debent esse venales etiam post absolutionem, num. 3. & 4. 313
Confessarij exigentes aliquid nomine restitutionis, casus iste diuersimodè reseruari solet, num. 18. cum seq. 316
Confessarij exempti an sub casu cõprehendantur, nu. 20. 317
Confessor qualiter se gerat circa pœnitentem percutientem clericum, num. 48. 73
Confessarius qualiter se gerere debeat circa casũ violationis puellæ, num. 34. 595
Confessor qualiter se gerat circa pœnitentem, quem absoluit à peccatis, num. 29. 529
Confessor recipiens sub sigillo id, quod non debet, productus in testem debet dicere veritatem, num. 38. 551
Cõfessor qualiter se gerat erga sollicitantem, num. 46. 334
Confessor quid consulat pœnitenti, qui confitetur se scire aliquem tractare de morte proximi, nu. 17. cum seq. 547
Confessor non includitur cognoscens filiam spiritualem, grauissimè tamen peccat, num. 39. & 40. fol. 146
Cõfessor pro eodem delicto potest dupliciter pœnitentiam iniungere, vt Deo satisfaciat, & læsis, nu. 16.

16. 254
Confessor absoluēs eum, qui se existimat suspensum; sed non est, an comprehendatur sub litera, nu. 39. 237
Confessio facta calore iracundiæ non præiudicat, num. 61. 100
Cōfessor adhibeat testes si infirmus fateatur se intulisse damnum ex incendio, alias hæredes compelli non possunt, num. 35. 435
confessor qualiter pœnitenti innotescat grauitatem corruptionis monialium, num. 19. 344
confessor in venereis vtatur verbis honestis num. 32. 127
concubinarius publicus dicitur notorietate facti permanentis, nu. 5. 196
coire verbum habet multas significationes, num. 4. 130
concubinarius animi destinatione constituitur, num. 19. 199
concubinarius non est pluries cognoscens aliquam carnaliter nō ex animo, vt sit concubina, num. 20. 200
concubinatus solet esse inter personas impares, num. 3. 319
cōfiteri qui nō vult in quà maximo versatur periculo, num. 31. 407
confessor quæ iniungere debet facienti libellos famosos, n. 30. 212
confessor absoluens quem non debet, monere debet illum non esse absolutum, num. 15. 518
confessor qualiter se gerat in confessione talium, num. 54. 87
confessor quando fructus ipsi beneficiato ob non recitationem officij dispensare possit, nu. 52. 477
confessor ab Episcopo electus omnia in eo potest, quæ Episcopus in eum, num. 19. 618
confessor ab Episcopo approbatus qualis esse debeat, num. 20. 618
confessor qualiter se gerat erga pœnitentem in casu coeuntium in locis sacris, num. 40. 298
confessor qualiter se gerat circa testem falsum, num. 52. 193
confessor an credere debeat simplici pœnitentis verbo, nume. 12. fol. 590
confessor potest aliquid pœnitenti iniungere per modum declaratę obligationis, num. 22. 317
confessarij, qui intelligantur non valentes commutare vota, num. 24. 618
confessor an possit votum commutare ex eo, quia adiri Episcopus non potest, num. 30. 619
confessor insinuare debet vsurario grauitatem criminis, num. 31. fol. 628
confessor, qui in articulo mortis potest quemcunque absoluere, vota tamen commutare nō potest, num. 17. 617
confessor qualiter se gerat erga sacrilegium, num. 36. 537
cōcubina, quæ propriè dicatur, nu. 6. 196
concubinatus crimē quam graue, num. 7. 197
concubinarius etiam secretus tenetur concubinam dimittere, numero 27. 201
concubinarij nomine non venit cōcubina, num. 27. 201
concubinatu reseruato an veniat ille, qui concubinam tenet extra diœcesim, nu. 28. cum seq. 201

con-

Concubinatus vnde, & quis dicatur, num. 1. & 2. 195
coire apud Grammaticos, & Iuristas quid sit, num. 2. 291
coire crimen tria significat, nu. 1. fol. 291
coitus naturalis, innaturalis, & bestialis, num. 20. 124
concubinarius publicus an sit suspensus, vt celebrando, sit irregularis, num. 36. 236
concubina an possit esse minor xij. annis, num. 23. 208
concubitus cum dæmone differt à bestialitatis specie ratione suspitionis, num. 7. 130
concubinarij nisi concubinas dimittant, sunt excommunicati, num. 11. 198
concubinarius clericus plura peccata committit, num. 15. 198
concubinarij sunt tàm retinentes illam domi, quàm extra, nu. 16. fol. 199
coeuntes in Monasterio vel dormitorio, aut cameris Ecclesiæ, vel campanili nõ comprehẽduntur, num. 35. 297
Non tamen qui coit cum persona in cemiterio vbi erat paries intermedius, num. 30. 296
concubinarius qualiter hoc crimen desleat, num. 35. 202
concubitus in Ecclesia mutat speciem actus, num. 12. 293
coitus concubinarij quando dicatur nefarius, num. 12. 198
Constitutio Sixti V. quò ad simoniacè ordinatos, & ordinandos stat in suo robore, nu. 31. 82
Constitutio Pij V. contra deambulantes per Ecclesias, nume. 57. fol. 542
constitutio Constantiensis qualiter intelligatur, num. 26. 234
Constitutio Pij V. contra medicos non monentes ad confessionem, num. 12. 460
consulens falsitatem quando tenea tur, vel non ad interesse, num. 45. fol. 399
consuetudo, vt confessor possit à pœnitente aliquid recipere in confessione, est irrationabilis, num. 38. 320
confessor qualiter se gerat in confessarium aliquid exigentem nomine restitutionis, num. 39. 320
consuetudo propriè ad ius, mos ad factum refertur, nu. 11. 93
consuetudinem quot actus constituant, num. 12. 93
consuetudo multiplex dicitur, nu. 13. 94
consuetudo quare dicatur peruersa, num. 14. 94
consuetudinem inducentes contra libertatem Ecclesiæ an incidant in bullam cœnæ, nu. 40. 597
Et an facientes statuta, ne bona vendantur clericis, nu. 42. 608
consuetudines circa oua & lacticinia an liceat seruare, n. 11. 302
consuetudo religiosorum pessima proprietatis nutritiua pro pannis signatis accipere pecuniam, num. 38. 678
consuetudo non datur contra cap. cum infirmitas de pœnit. & remiss. num. 19. fol. 462. & num. 22. 463
consuetudo excusat etiã exemptos à comestione carnium, num. 27. fol. 306

Consuetudo excusat etiam exemptos à comestione carnium, nu. 29. 306
Consuetudo potest abrogare tàm ius ciuile, quàm canonicum in foro fori, num. 15. 216
Consulens, instigans, & inflammans impropriè præstant opera, tu n. 6. 169
Coniugium dicitur siue matrimonium sit ratum, siue consumatũ, nũm. 3. 292
Coniugatus adulter magis puniendus, quàm clericus, nu. 33. 201
Consanguinei sine licentia loquentes cum monialibus an includantur, num. 47. 272
Sed quid de loquentibus cum his, quæ non sunt sub clausura, n. 48.
Consanguinitas, & affinitas quid, num. 6. cum seq. 136
Consanguinitas non est iusta causa visitandi, num. 28. 44
Consentiens quando minus peccat quam faciens, num. 19. 348
Leno dicitur propriè vendens filiam ad peccandum, nu. 20. 349
Consentientes, & scientes; sed non cudentes non incidunt in casum monetas cudentium, nu. 30. 361
Cõsentiens indirectè adulterio vxoris etiam incidit, nu. 29. 350
Consentire quis dicitur multipliciter, nu. 8. & 12. fol. 347. cũ seq.
Consiliarij, qui comprehendantur sub excommunicatione; Item an scriptores, nu. 51. & seq. 611
Constitutio pœnalis quandoq; extẽdenda, num. 77. 114
Constitutio contra extrahentes ab Ecclesia includit mandantes, nu. 23. 575
Constitutio pœnalis se extendit ad casum maiorem, nu. 14. 132
Constitutio Regni blasphemantibus an militet in blasphemante semel sanctum, num. 54. 107
Consuetus dicere Mal habbia Nico Dio an dicatur blasphemus, num. 72. 113
Consulens leuiter abortum faciendo an sit excõicatus, nu. 47. 193
Consulentes si ex pigritia nõ benè student, tenentur in foro conscientiæ, num. 3. 458
Consulens quando teneatur de cõsilio, num. 43. 192
Contemptus circa benedictionem quando dicatur, nu. 20. 556
Continentia quibus iudicetur, nu. 10. 468
Continens sumitur pro contento, num. 19. 697
Contractus est nomen generale, num. 12. 283
Cõtractibus qui celebrantur venit culpa leuis; sed non leuissima. Secus in contractibus gratia, vnius celebratis, num. 21. 433
Cõtritio tanta esse potest, vt deleat totam pœnam, num. 33. 128
Contritio tanta, vt dimitti possit peccatum absq; pœnitentia, nu. 9. 562
Cõuitium dicitur à collectione vocum, num. 7. 206
Copula ante matrimoniũ in illud non transit post Concilium, vt prius, num. 23. 557
Copulæ natura. Et quæ, nu. 5. 663
Copula Et, propriè est coniungere, num. 4. 544
Cupula, Et, requirit concursum vtriusque copulati, num. 3. 53

Corpus humani,& animati peremptio qualiter fiat, nu.2. 150
Corruptionis crimen est grauissimum abhorrēdum, & nefarium, num.7. 340
Corrumpens monialem tria pecca ta committit,num.8. 341
Corrupta dicitur monialis siue virgo sit, vidua,vel conuersa, num. 16. 343
Non tamen si esset nouitia, licet à nemine corrumpens absolui possit, nisi à Summo Pontifice, num.17. 343
Comprehenduntur sub litera etiā corrumpentes extra claustra, num 18. 344
Corrumpens monialem per fractiō nē virginitatis siue aliter remanens virgo incidit in casum, nu. 13. 342
Corruptio in moniali potest esse,etiam si non fuerit corrupta in parte,in qua mulier efficitur,nu. 14. 342
Corrumpere verbū idem est, quod inficere, num. 1. 339
Corrumpere dicitur,qui ita literas deleuit,vt legi non possint,num. 2. 339
Crimen in damnum Reipublicæ, vel hæresis qualiter detegendū, num.11. 547
Crepusculum an iudicetur de die, vel de nocte,num.11. 532
Crimen minus comprehendit maius eiusdem generis, nu.31. 143
Crimen suppositi partus quando detegendum filio putatiuo,num. 16. 489
Crimina grauiora superiorib. sunt seruanda,num.2. 6
Crimina quæ accusari possint post mortem, num.7. 488
Crimina cętera ad comparationē nem simoniæ pro nihilo reputātur,num.16. 79
Cudere qui incæpit: sed non perfecit,in casum non incidit, nu.23. cum seq. 360
Nec qui vtitur tali moneta illam expendendo, num.25. 360
Tenetur tamen ad restitutionem, & quibus,num.26. 360
Cudendo qui promitteret vnum metallum pro alio incidit in casum,num.37. 360
Cudentes dicuntur cōmittere furtum, num.15. Item excommunicantur,num.16. 358
Cudentes monetam æream etiam minimam in magna quantitate incidunt in casum, num.20.cum seq. 359
Cudere monetam, qui propriè dicantur,num.7. 357
Cudentes dicuntur rei lęsæ maiestatis, num.13. 358
Cudens priuatim dicitur falsare,& adulterare monetam,nu.5. 356
Culpa lata an sit dolus in materia incendij, num.22. 434
Culpæ definitio,& qualiter differat à dolo,& casu fortuito,num.4.& seq. 561
Culpa qualiter dignoscatur à negligentia,num.16. 564
Culpa multiplex, & distribuitur, num.17. 564
Culpa præsumitur in incendio contra habitantes, num.19. 433
Culpa in suffocatione quando prędecedat casum, num.21. 566
Custos animalium an in necessita-

te.

te possit illa confortare in segetes alterius, num. 25. 446
Custos animalium an incidat in casum, si pascit pecora de fructib. oliuarum cadentibus in viam publicam, num. 23. 446

D

DAmnum paruum illatum non præsumitur cõtra Domini voluntatem, num. 27. 447
Damnum inferens an, & quando teneatur in foro conscientiæ, num. 11. 460
Damnum passus potest petere ab Episcopo excommunicari damnificantes, num. 14. 444
Potest etiam criminaliter agere contra eos, num. 15. 444
Damnum vnde dicatur, num. 10. & quid differat à iactura, num. seq. fol. 444
Dare propriè est dominium transferre, num. 8. 282
Debitor an excusetur si creditor non petit debitum ex timore reuerentiali, num. 10. 315
Debitum, quod possit reddi tempore oportuno, qualiter intelligatur, num. 33. 297
Debita quando dicantur incerta, num. 11. 517
Decima an sit soluenda de piscatione, num. 29. 485
Decretum Clem. VIII. contra loquentes cum monialibus extenditur ad regulares S. Ioannis Hierosolomytani, num. 25. 265
Decretalis omnis duo præcepta continet, num. 5. fol. 401. & nu. 27. 406
Decedens in conflictu pugnæ carere debet Ecclesiastica sepultura, num. 15. 56
Defensio permittitur quibuscunq; subditis contra superiores, num. 33. 584
Defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur, num. 4. 719
Defunctorum voluntates vt nõ impediantur, multum interest, nu. 21. 413
Defuncti in Purgatorio non morantur quousque restitutio fiat, nu. 8. 516.
Deflorans spõsam ante benedictionem nuptialem non comprehenditur sub casu, num. 19. 556
Delectationem aliquam in cibis diebus fœstiuis licitum est accipere, num. 30. 307
Delictum cõmissum de nocte quare atrocius, num. num. 17. 665
Delictum præsumitur factum animo nocendi, num. 48. 162
Delictum committere, & opera ferre ad delictum differunt, nu. 19. fol. 172
Delictum graue quando dicatur, num. 28. 427
Delinquens palam videtur se tueri rationibus, num. 22. 483
Delicta paria mutua compẽsatione tolluntur, nu. 6. 183
Dęmones quare promissa seruent, num. 14. 638
Dęmonũ inuocationis regula, quæ num. 9. & seq. 637
Depositio facta causa seductionis si nulla est, an comprehẽdatur sub verbis, si falsũm seduxerint in præiudicium tertij, nu. 48. 193
Depositio falsa facta compulsione

iudicis an comprehendatur, nu. 16. 186
Deseruiens verbum denotat continuitatem, nu. 19. 217
Detegere est patefacere, nu. 5. 545
Diabolum sanctum dicens qualis blasphemia, num. 47. 104
Dicenti se occidisse ad sui defensionem non creditur, nisi probet, num. 49. 162
Dictio vsque ponitur inclusiuè, nu. 19. 565
Dictio etiam est implicatiua, nu. 5. fol. 589
Dictio siue est alternatiua, num. 7. fol. 649
Dictio aut est alternatiua, num. 25. fol. 497
Dictio tantum est taxatiua, nu. 10. fol. 118
Dictio aut in iure multipliciter sumitur, num. 3. 726
Dictio seu est alternatiua, n. 2. 205
Dictio ēt quid significet, nu. 9. 663
Dictio Per designat continuationem, num. 16. 469
Diœcesanus Salernitanus quā prudenter violationem fœsti reseruauerit, num. 13. 480
Diœcesis quæ, & qualiter differat à territorio, nu 5. 443
Diœcesani, & Ordinarij locorum qui propriè dicantur, nu. 6. 443
Dies Sabati de iure an sit de præcepto abstinendi à carnibus, num. 26. 306
Dies quando incipiat & terminetur, num. 1. fol. 478. & num. 34. fol. 486
Dies fœstus præcipuè Dominicus quàm insignis, num. 2. 478
Dies quare sic dicantur, n. 14. 468
Dies continui qualiter differant ab vtilibus, num. 15. 468
Dies vnde dicantur, & quando incipiant quo ad ieiunium carnium, num. 1. & seq. 300
Dies vetiti ab Ecclesia ab esu carniū qui, nu. 3. cū seq. 300. & 301
Dies quando dicatur, nu. 19. 666
Differens vltra tempus determinatū ex iusto impedimento non incidit in casum, nu. 26. 453
Nec qui Ecclesiæ restituere tenetur ex causa donationis, n. 27. 453
Diffidamentum quid differat à proditione, num. 6. 54
Digitus non includitur sub amputatione membri, num. 13. Fallit, num. 14. 178
diuinatio qualiter definiatur, num. 3. 634
Futura cognosci possunt vel in suis causis, vel in seipsis, n. 4. 635
dispensatio an fiat cum irregulari post adeptū beneficiū, n. 30. 367
dispensatio debita quādo dicatur, num. 10. 363
dispensatio concessa super vno facto ad aliud an extendatur, nu. 33. & seq. 368
dispensationem inducit multitudo sub nu. 8. Fallit in religiosis, nu. 9. 363
dispensatio debita quādo dicatur, num. 10. 363
dispensatus vt in Quadragesima comedat oua, an teneatur ieiunare, nu. 49. 311
dispensatus in ouis an possit eodem prādio comedere oua, & pisces, num. 50. 311
dispensare non potest prælatus sine causa, nu. 36. 677

Et nec vt expendat pecuniam ad libitum, num. 37. 678
Dispensatio quid, & qualiter faciẽda, nu. 1. & 2. Et à quo, nu. 3. 362
Dispensatio strictè interpretanda, num. 4. 6. & seq. 363
In dispensatione non licet arguere à minori, num. 5. 363
Dispensandi facultas latè interpretanda, nu. 7. 363
Dispensatio alia debita, item prohibita, concessa, & permissa prohibita quando, numero 8. & 11. fol. 363. cum seq.
Dispositio extendenda, ne fiat elusoria, num. 24. 175
Dispositio pœnalis extẽditur, si fieret elusoria, num. 14. 51
Dispositio per verbum aliquid verificatur etiam in minimo, num. 24. & seq. 318
Dispositiones ad pias causas, quæ dicantur, num. 10. 410
Distributio pauperibus facta per eos, qui extorserunt quando illis non prosit, num. 18. 519
Distribuere quid sit, & qualiter hic accipiatur, num. 1. 515
Diuina quæ sint, num. 15. 224
Diuinum adiutorium in principio operis inuocandum, num. 1. 2
Diuinatores quando hæretici iudicandi, num. 26. 641
Diuortiũ quid differat à repudio, num. 44. 501
Diuulgatio qualiter accipiatur, num. 3. & quando dicatur, num. 6. 205
Diuulgatio si fuit facta sine dolo, non comprehenditur sub litera, num. 13. cum seq. 208
Dolosè quando aliquid dicatur factum, & an dolus præsumatur, num. 2. 429
Dolus duplex, bonus, & malus, nu. 9. 573
Dolus duplex. Dolus malus semper culpam continet, & in quibus cõtrahatur, num. 1. 726
Domus appellatione venit hortus contiguus, num. 21. 295
Domus, in qua cuditur falsa moneta, publicatur, & num. 12. 358
Domum præstantes ad ludendum, quare peccent mortaliter, num. 8. 214
Dominus fundi an alienum pecus inuentum in suo possit includere, vel occidere, numero 22. fol. 446. & num. 29. 447
Dominus est, qui habet dominium directum, vel vtile, nu. 8. 277
Donatum à parentibus moniali est resignandum in manu Abbatissę, num. 49. 681
Dos quando debetur, secutis nuptijs debetur, num. 25. 557
Dubium si est, an suffocatio successerit culpa parentum, tunc est perquirendum iudicium sacerdotis, num. 35. 569
Duellum sponte suscipiens an eadẽ pœna puniatur, ac sponte offerens, num. 22. 57
Duellum quando sit Summo Pontifici reseruatum ita, vt facultas tollatur confessarijs, nu. 12. 55
Duellum à clericis susceptum qualitercunq; sit, depositione dignũ est, num. 13. 55
Duellum omni iure prohibitum reperitur, num. 14. 55
Duelli vsus vt detestabilis est, omni nò exterminandus, nu. 16. 56

Duellorum spectatores præter peccatum mortale sunt excommunicati, num. 17. 56
Duellum quid, & quare appellatur Monomachia, num. 5. & 7. Et an comprehendantur insultus, nu. 21. & 4. 53

E

EBrius quando culpa sua dicatur effectus, num. 53. 106
Ebrietas quando peccatum mortale, vel non, num. 34. 144
Ebrietas quando peccatum mortale, vel non, num. 35. 144
Aedificium dissipans ædium alienarum ne ignis alienus ad suas accedat an sit sub casu, num. 26. fol. 434
Ecclesia reconcilianda in effusione notoria, num. 39. 298
Ecclesia reconcilianda, si occisio in Ecclesia sine sanguine fiat, nu. 46. 540
Ecclesia in cap. omnis de pœnit. & remiss. præfixit solum tempus, quo quis confiteri tenetur, nu. 10. 403
Ecclesia in multis casibus habet potestatem contra Iudæos, num. 6. 282
Ecclesia ob peccatum carnis ibi cõmissum dicitur pollui, numero 16. 294
Ecclesia quare dicatur polluta, num. 41. 539
Ecclesia ante consecrationem vocatur Basilica, num. 10. 293
Ecclesia an reconcilianda, si vulneratus extra Ecclesiam fudat sanguinem intra illam, nu. 43. 539
Ecclesia in multis casibus habet potestatem in Iudæos, nu. 65. 282
Ecclesia an recõcilianda si quis occidatur supra tectum Ecclesiæ, num. 24. 295
Ecclesiæ nomine quo ad peccatum carnis quid veniat, numero 20. fol. 534. & num. 38. 538
Ecclesiam violans voluntaria emissione seminis præter casum reseruatum sacrilegus est, nu. 28. fol. 714
Ecclesiam polluens non absoluendus, nisi prius satisfaciat, nu. 59. fol. 543
Effactor quis censeatur, nu. 9. 532
Ecclesiarum nomine quæ comprehendantur, num. 10. fol. 532. & num. 18. 534
Effusio seminis in Ecclesia requiriritur, vt sit hominis, nu. 54. 541
Effusio sanguinis quando dicatur intra Ecclesiam facta, n. 44. 539
Effractio Ecclesię & spoliatio requiruntur ad incurrendam excommunicationem, num. 8. 532
Effusionis seminis, vel sanguinis casus dupliciter reseruatur, num. 42. 539
Egressio nocturna seu furtiua qualiter intelligatur, num. 22. 667
Egrediens propter impatientiam an incidat, num. 23. 667
Egressio quid significet, nu. 8. 663
Egressio nocturna è monasterio vt incurratur, quæ necessaria, num. 14. 665
Egressio quãdo est dubia, qualiter interpretanda, num 18. 666
Aegrotus in extremis difficulter verè confitetur, num. 18. 461
Electio facta per saltum ordinati ad

ad beneficium non tenet, num. 13. 288
Eleemosyna magis satisfactoria, quàm oratio, & ieiunium, num. 8. 314
Eleemosyna non facienda de alieno, num. 27. 256
Eleemosynam religiosus faciens quando incidat in casum, nu. 33. & qñ possit facere, nu. seq. 677
Emere, aut vendere absq; debita licẽtia est monachis prohibitum, num. 39. fol. 678. sic donare, nu. 40. 679
Emphyteuta an sub casu contineatur, num. 9. fol. 227. & num. 27. & 29. sub eod. cap.
Error, cui non resistitur, approbatur, num. 13. 216
Esculentum quãtum à moniali per diem consumatur, nu. 32. 319
Xenia quod non excedant aureos centũ, an vera opinio, n. 33. 319
Aestimatio dãni qualiter iudicanda in foro exteriori, nu. 31. 447
Episcopi possunt celebrationẽ dierum instituere, nu. 3. 479
Item possunt contra inobedientes apponere pœnam, nu. 4. 479
Potest quoq; solus instituere vt tale fœstum obseruetur, nu. 5. 479
Episcopus de iure cogit per excõmunicationem ad soluenda legata pia, num. 11. 411
Episcopus remittere potest pœnitẽtiam à Deo iniunctam, n. 20. 35
Episcopus an possit dispẽsare cum ordinato per saltum occulto, numero 12. 287
Episcopus etiam ab excommunicationibus Papæ reseruatis absoluit modo sint occultæ, n. 20. 35
Episcopus statuens non ligatur suo statuto, num. 28. 406
Episcopus à quibus irregularitatibus dispensare potest, n. 18. 365
Episcopus vt tempus à iure potest coarctare soluendi legata pia, ita & prorogare, nu. 13. 451
Episcopus potest cogere negligentes ad satisfaciendum per viam excommunicationis, n. 14. 451
Episcopus à quo interdicto absoluere possit, num. 8. 222
Episcopus põt implorare brachiũ sæculare contra incendiarium, num. 10. 431
Episcopus absoluens à lęsione enormi an incurrat, nu. 44. 72
Episcopus reseruando sibi casus, qñ videatur concedere alios de consuetudine, vel iure communi sibi reseruatos, num. 27. 21
Episcopus, qui reseruat commutationem, multo magis includit dispensationem, num. 15. 617
Episcopus alicui dans generaliter vices suas in cõfessione, non includit votorum commutationem, num. 16. 617
Episcopus absoluere nequit, etiam si peccatum esset occultum, nu. seq. & 17. 39
Episcopus concedendo casus, non concedit censuras, fallit, nu. seq. & 7. 3
Epis quare facultas detur dispẽsandi in irregularitatibus ex crimine, & nõ ex defectu, n 22. 366
Eps absoluit qñ Papa sibi excõmunicationẽ non reseruat, n 18. 35
Episcopus incidens in casum reseruatum de iure an possit committere potestatem alteri eum ab-

ſoluendi, limita, num. 80. & 78. fol. 114

Epiſcopus an ſuis manibus verberet clericum, & an Abb. num. 5. 578

Epiſcopus excommunicatus an poſſit ſibi reſeruare abſolutionem excommunicationis, num. 39. 247

Epiſcopus an poſſit diſpenſare cũ ordinato per ſaltũ occulto, num. 12. 287

Epiſcopus debet præuidere qđ contingere poteſt, num. 7. 282

Epiſcopus an Papa diſpenſet in iuramentis dubijs, nu. 10 506

Epiſcopus poteſt ſe intromittere quatuor in caſibus ob reſtitutionẽ non factam de rebus tàm certis, quàm incertis, nu. 32. 521

Epiſcopus ſolet non ſoluentes pia legata excommunicare, numero 17. 452

Epiſcopus poteſt arbitrari quis defectus inducat irregularitatem, nu. 20. Sic circa excõicationẽ an ſit enormis vel leuis, nu. ſeq. 365

Epiſcopus qualem ſacerdotem nõ ſubditum eligere debet, vt ſuam audiat confeſſionem, nu. 29. 407

Epiſcopus à quibus ſuſpenſionibus abſoluit, nu. 12. cum ſeq. 232

Epiſcopi an diſpẽſent cum irregulari in beneficijs, num. 31. 367

Epiſcopus poteſt cõpellere clericũ ad abiurandũ ſuã diœceſim, ſi falſificauerit ſigillum, nu. 13. 695

Epiſcopus vtẽdo vno oleo pro alio an, & qualiter peccet, n. 24. 379

Epiſcopus an poſſit iubere ne extorquens ipſe reſtituat, numero 20. 519

Epi tàm de iure, quàm ex Concil. Trid. vt Sedis Apoſtolicę delegati ſunt executores piarum executionum, num. 3. 449

Epiſcopi habẽt ius viſitandi hoſpitalia, num. 5. 421

Epiſcopo quando eſt tradendum id qđ eſt reſtituendum, nu. 13. 489

Epiſcopo an liceat infirmum vngere pro Chriſmate, nu. 28. 380

Euchariſtia deneganda tàm offerẽti, quàm ſuſcipienti duellum, num. 23. 58

Euchariſtiæ Sacramentum quare fuerit inſtitutum, num. 54. 386

Euchariſtiæ abuſus bono fine mortalis, nu. 32. 381

Euchariſtia pro tàm horrendo crimine deneganda, num. 11. 341

Euchariſtiam non ſuſcipere ſemel in anno an mortale, nu. 18. 377

Euchariſtiæ Sacramento, qui abutuntur, num. 16. 376

Euchariſtiæ Sacramentum ſolus ſacerdos conficit, num. 25. 289

Euentus in delictis, & non propoſitum inſpicitur, num. 31. 435

Exceſſus enormis quando leuis reputabitur, ſi fiat ſe defendendo, num. 38. 70

Excommunicatio grauis materia peccatum mortale, nu. 1. 373

Excommunicationes ſynodales dicuntur iuris, & ad quos extendãtur, num. 2. 373

Excommunicatione non ligantur ratione carentes, num. 37. 383

Nec qui non perficit opus illicitum, num. 38. 382

Excõicatio contra loquẽtes cũ mõnialibus ſine licẽtia lata in diœceſi Neapolitana, nu. 49. 373

Excõmunicatio per verba de præsenti statim incurritur, num. 50. fol. 273
Necessaria quę vt hęc incurratur, num. 51. 273
Non extenditur ad non loquentẽ dolosè, nu. 52. 274
Excõmunicatio contra dantes Eucharistiam an cõprehendat dantes metu mortis, nu 43. 383
Excommunicatio contra accipiẽtes an includat dantes inaduertenter, nu. 44. 384
Excommunicationis verba nõ debent excedere proprium significatum, nu. 46. 384
Excõmunicatio solita apponi cõtra non ritè ordinatos quid operetur, nu. 14. 288
Excommunicationis iniustæ, vide tres casus, nu. 15. 34
Excõmunicatio valde sobriè exercenda, & quare, nu. 16. 34
Excommunicatio per sententiam hominis in genere æquipollet canoni, nu. 17. 241
Excommunicatio à Papa cõfirmata, an illi sit reseruata, num. 18. fol. 242
Excommunicatio cum sit pœna pœnarum non extendenda, n. 6. fol. 32
Excommunicatio Papæ reseruata potest vigore Iubilæi absolui, & quid si quando confitetur, obliuiscitur excommunicationis, vibi. nu. 27. 59
Excommunicatus contritus si absolui non potest ab excommunicatione, an sit particeps suffragiorum Ecclesiæ, nu. 28. 60
Excommunicatio Papalis frequenter incurritur in materia duelli, non sic absolutio, nu. 30. 60
Excommunicatio Gregorij XIII. circa duellũ, vt incurratur, duo necessaria, nu. 25. 58
Excommunicato participans in oratione, peccat venialiter, nu. 22. 16
Excommunicatio minor est vinculum Ecclesiasticum, nu. 23. 16
Excommunicatio ad terrorem nõ extenditur vltra mentem proferentis, malè tamen facit sic excommunicans, nu. 20. cum seq. fol. 242
Excommunicatio nulla non timẽda, nu. 22. 242
Excommunicatio simpliciter prolata includit maiorem, & minorem, nu. 4. 239
Excommunicatio minor an differat ab à natematizatione, nu. 3. fol. 239
Regula in pœnis fallit in excommunicatione, nu. 5. 239
Excommunicatio lata à iure, vel statuto est perpetua non sic per sententiam, nu. 9. 32
Excommunicatio contra tenorem priuilegij an timenda, num. 24. fol. 243
Et an si post legitimã appellationem, nu. 25. 244
Vel quando sententia continet in tolerabilem errorem, num. 26. fol. 244
Excommunicatio contra participantes quando nulla, nu. 30. 245
Excommunicatus nulliter an vitandus, nu. 28. & seq. 246
Excõmunicatio solita apponi contra non ritè ordinatos qđ operetur

retur,nu.14. 288
Excommunicatio ipso facto quid operetur, nu.4 374
Excommunicatio nemini reseruata est Episcopalis, nu.56. 503
Excommunicatio an liget loquentem cum alia, quàm cum ea, cum qua habuit licentiam,num. 58. 275
Excommunicatio quos malos effectus pariat, nu.11. 241
Excommunico si hoc feceris,qualiter intelligatur,nu.32 246
Ab excommunicatione multa excusant,& quare, nu.18. 35
Excommunicatio ad connexa, & adhærentia extenditur,num,22. fol. 295
Excõmunicationis sententia quantumcũq; iniustè infligatur,quod sit timenda qualiter intelligatur,& quare, nu. 16. 34
Excommunicatio generalis tantũ subditos comprehendit, num.8. fol. 32
Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori, nume.1. fol. 31
Excommunicatio minor dupliciter consideratur, nu.43. 248
Excommunicatio minor est vera censura Ecclesiastica,nu.44. 248
Excommunicatio Episcopi exemptos non coarctat, nu.2. 449
Excommunicatus an quis sit verba ponderanda, nu.13. 65
Excommunicatus priuatur vsu iurisdictionis,nu.40 247
Excommunicantes in die festo laborantes,non ligat contrauenientes ex casu necessitatis, num.30 fol. 568
Excommunicatum se dubitans esse pro tali se gerere debet,num.12 fol. 33
Excommunicatus ob cõfessionem non factam in anno nõ debet absolui ab illa,nisi confiteatur,nu. 20. 405
Excommunicatus quãdo de hæresi sit suspectus,nu.21. 653
Ab excommnnicatione maiori, etiam superior quandoq; excõmunicantis absoluit, num.47 & seq, 249
Excommunicatus non est nisi sit in dolo,nu.42 47
Excommunicatus quando efficiatur irregularis,nu.57. 251
Excommunicatus, & suspensus nõ recitando incidunt,nu.27 471
Excommunicatus apud Deum non est,qui certus est non peccasse mortaliter,nu.11. 33
Excommunicatus celebrans an semper sit irregularis, num.42. fol. 370
Examinatores deputati pro eligẽdis ad gubernãdas Ecclesias parochiales, si aliquid accipiunt, simoniaci sunt, nu.53. 87
Excõmunicationes frequẽtes multa mala pariunt, nu. 17. 35
Excommunicatus est etiam injiciens manus iniuriosas in clericum, num.22. 67
Excommunicationis verba quæ habeant vim sententiæ,vel excommunicationis, num. 4. cum seq. fol. 31
Excommunicatio hominis non est ferenda, nisi pręcedentibus monitionibus,nu.10. 33
Excommunicatur sacerdos faciẽs sibi

sibi relinquere quod Ecclesiæ erat relinquendum, nu. 16. f. 412 & nu. 23. 414
In foro exteriori ad quid teneatur, nu. 17. 412
Excommunicandi potestas est delegabilis, sed quibus, num. 50. & 51. 250
Executor differendo dare eleemosynas per aliquod tẽpus, quando laudabiliter faciat, num. 24. & quando non, nu. 25. 453
Executor religiosus an satisfaciat, si relictum ad pias causas applicat suo monasterio, nu. 33. 414
Exercere verbum quid significet, nu. 14. cum seq. 284
Exercere verbum denotat frequẽtiam, nu. 10. & seq. & 27. 120
Exempti sunt immediatè Sedi Apostolicæ subiecti, nu. 18. 326
Exẽptus sollicitans eo ipso ab audiendis confessionibus est reprobatus, nu. 42. 333
Exempti tenentur obseruare fœsta an Episcopis instituta, num. 6. fol. 479
Exemptus, & nõ subditus an idem videantur, nu 22. 220
Exemptus an loquens cum moniali comprehendatur, nu. 23. 264
Exempti in quibus subsunt Ordinarijs nu. 26. 166
Exempti concubinarij an sub Casu comprehendantur, nu. 31. 201
Exemptæ moniales dupliciter intelliguntur, nu. 57. 275
Exhibere verbum est in publicum producere, nu. 1. 212
Existens in porta partim est extra, & partim intra, nu. 27. 296
Exponẽtes infantes peccant cõtra ius naturæ, & scripturæ, n. 12. 423
Exponens iudicatur, vt homicida, & quare, nu. 13. 423
Exponendi crimen sanguinis pœna Inendum in foro fori, nu. 14. fol. 423
Exponẽtes patres, vel domini priuãtur patria, & dominica potestate, nu. 15. 424
Exponentes vocantur fraudolenti, & sacrilegi, nu. 16. 424
Exponens ex necessitate, an à peccato excusetur, nu. 18. 424
Exponere infantes grauissimum peccatum, nu. 23. 425
Exponentes filios ad hospitalia, quia commodè viuere non possunt, excusantur, nu. 24. 426
Exponẽs an incidat in casum si hospitale non esset erectum auctoritate Episcopi, nn. 20. 425
Exponens etiam filium infantem naturalem includitur sub casu, nu. 21. 425
Exponi mandantes an includantur sub casu, nu. 25. 426
Extensio quando fiat ex maioritate rationis, nu. 42. 353
Extensio de iure communi fit ad vsurarios in odiosis, nu. 21. 626
Extensio quando fiat ex maioritate rationis, nu. 42. 353
Extensio fit ex maioritate rationis circa ea, quæ sunt eiusdem generis, nu. 18. 696
Extinctio hominis per venenum dicitur propriè homicidium, nu. 31. 157
Extrema vnctione non vti an mortale, nu. 17. 377

F

FAbrica Sancti Petri de Vrbe etiam executrix est, piarum executionum, nu. 4. 449
Ad fabricę S. Petri fauorem adest motus Pij IV. nu 16. 451
Fabricans nouam monetam sine scitu Principis committit inobedientiam, nu. 18. 359
Facere non dicitur quod propria auctoritate non fit, nu. 28. 126
Faciens per alium non dicitur verè facere, nu. 26. 689
Factum in delictis potius attenditur, quàm animus, nu. 29. 583
Factum debet formaliter impleri, si potest, nu. 46. 609
Factis tentari aliquid plus est, quã verbis, nu 1. & 2. 621
Facultas dispensandi super votis non extenditur ad iuramenta, nu. 22. 509. & 37. 512
Falsitas multipliciter cõmitti potest, nu. 34. 397
Scriptura pertinens ad officium non dicitur publica, nu. 35. 397
Falsans literas ludo, & non animo nocendi, non incidit in casum, nu. 36. 397
Et nec qui falsificaret in minimo, modo non mutet sensum, nu. 37. fol. 398
Et neque falsans, sed pœnitentia ductus illam non perficit, nu. 38. fol. 298
Falsum deponens extra iudicium dolosè, & cum præiudicio tertij non comprehenditur sub litera. nu. 15. 185
Falsum est immutatio veritatis, nu. 16. 729
Falsum tripliciter consideratur, num. 4. 686
Falsificans in modico non mutans substantiam literarum, an punia tur pœna falsi, nu. 12. 185
Falsarius inter homines deuenit ad nihilum, nu. 13. 687
Falsario non creditur, sed alijs criminosis sic, nu. 14. 687
Falsarius comprehenditur siue sit principalis, siue sit reus, nu. 20. fol. 688
Falsum dicere, & veritatem tacere, an idem sint, nu. 21. 688
Falsum deponens in causa criminali ad quid teneatur, num. 29. cum duobus seq. 690
Falsificationis sigilli ad incurrurrendum casum, quæ necessaria, nu. 16. 696
Falsatio literarum sola non sufficit ad incurrendam pœnam falsi, nu. 17. 696
Falsitas, vt sub casu comprehenda tur quæ necessaria, nu. 3. 181
Falsitatis crimen quã sit enormissimum, nu. 6. 686
Facultas absoluendi à censuris, nõ extenditur ad irregularitatem, nu. 35. 368
Falsus est affirmans verum, quod dubitat falsum, nu. 34. 190
Falsus secundum iura dicitur etiã tacens veritatem, non tamen vt comprehendatur sub casibus reseruatis, num. 18. cum duobus seq. 186
Falsarius si ducitur ad supplicium non liberatur à morte si Dominus Cardinalis poneret pileum in capite illius, nu. 5. 183
Falsũ capitur tripliciter, n. 1. 181

Falsificans literas publicas quibus non vtitur, an incidat, num. 16. fol. 393
Falsificatio, & vsus sunt necessaria copulatiuè ad incurrendum casum, nu. 17. 393
Falsi pœna non habet locum quãdo scriptura non probat, num. 24. fol. 395
Falsificans literas non sigillatas an incidat, num. 25. 395
Falsi pœna non tenetur accipiens pecuniam ne testificetur, nu. 35. fol. 190
Falsificans literam non sigillatam an comprehendatur, nu. 22. 697
Falsificare est immutare veritatem num. 1. 389
Falsarius non est credẽs dicere veritatem si dicit mendacium, nu. 23. 188
Falsi quis teneatur pœna, licet non immutet veritatem, numero 17. fol. 729
Falsans mensuras, licet non vtens comprehenditur sub casu, non è contra, num. 17. & seq. 255
Falsans literas Episcopi dimissoria les incurrit, nu. 40. 398
Falsitas vt propriè committatur tria necessaria, nu. 29. 396
Falsificantes nouas literas sub nomine alterius incidũt in casum, num. 33. 397
Falsarius quandoque incidit in bullam cœnæ, num. 31. 396
Falsitatis crimen ab Ordinarijs variè reseruatur, nu. 11. 392
Falsum testimonium requirit actũ personalem testificantis, num. 24 fol. 689
Falsarij hortandi quandoque vt officium deserant, nu. 26. 256
Falsarij ob pecuniam dicuntur vẽdere Christum, num. 8. 184
Falsificare est immutare veritatẽ, num. 1. 389
Falsificari scriptura quot modis possit, num. 2. 390
Familiæ appellatione quid veniat, num. 22. 575
Famuli an excusentur si cogantur exponere infantes ad hospitalia. vide distinctionem, numero 29. fol. 427
Famuli qui iussu Domini exponunt excusantur, num. 26. 426
Fauendum est Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, nu. 55. 611
Fœmininum an comprehendat masculinum, num. 33. 330
Fœnus quid, & qualiter differat ab vsura, num. 11, 283
Fœstum violatur etiam nulla mercede recepta, num. 14. 481
Fœsta violare ad modicum tempus non est mortale, numero 32. fol. 436
Fœstum violare est sacrilegium, numero 11. 480
Fœstum violandi casus multipliciter reseruatur, num. 12. 480
Fœstorum sub obseruationis præcepto tria continentur, num. 16. fol. 481
Fœstis diebus quatuor propriè vetantur, num. 17. 482
Fœsta violantes in necessarijs sibi vel proximo an incidant in casum, num 21 & sequen. fol. 483. & num. 30. cum seq. 485
Fœstiuis diebus accipientes quodã genus piscium excusantur à peccato, num. 26. 485

Fides nulla danda est reuelanti ēt in iudicio,num.12. 546
Fideles omnes primo dicti fuerūt discipuli,num.1. 281
Filia excludit nepotem, & naturalem, num.4.& 6. 346
Filiorum quatripartitus ordo est, num.5. 346
Filius occidēs patrem naturalem, punitur,ac si occidisset legitimū, & naturalem,num.10. 578
Filius prius torquendus, quàm pater, si pro eodem delicto essent torquendi,num.14. 380
Filius eleuans manum contra patrem & non verberans non incidit,num.23. 582
Et nec si solam admenationem faciat, num.24. eod.
Filij quando efficiantur illegitimi, num.16. 555
Filius deijciendo patrem ab æquo, vt euadat manus inimici sub litera comprehēdatur,n.38. fol. 585
Filiam relinquens ad meretricandum incidit,num.38. Et de caupona,num. seq. 352
Filius prius torquendus,quàm pater,si eodem delicto essent torquendi,num.14. 580
Filius verberans patrem non præsumitur filius,num.15. 180
Filium toruo aspectu semper respicere patrem mortale, nume. 16. 580
Filiorum appellatione propriè veniunt filij primi gradus,num.21. fol. 349
Filiarum appellatione non continentur filij, tamen quandoque masculi comprehenduntur, numero 22. 349
Filio an liceat inuadere contra patrem bannitum,num.34. 584
Filij nati ex incestu an per subsequens matrimonium legitimentur,num.36. 559
Filius percutiendo patrem, quādo excusetur, num.27. 584
Filius repellendo vim, vi percutiē do non incidit, num.30. 584
Filius compelli potest præstare alimenta patri bannito,nu.36. 585
Filius non absoluendus,nisi veniam petat, num.46. 587
Fines,& termini terræ qualiter pro bentur remissiuè, num.13. 574
Forma dispensandi ab irregularitate qualis, num.47. 371
Forma,quæ obseruanda in excommunicatione,num.10. 240
Fornicationis nomine continentur omnia prohibita in sexto pręcepto, num.19. 712
Foro pœnitentiali statur pro pœnitente & contra eum, num.45. fol. 24
Forus animæ, & quasi animæ quid sit,num.22. 200
Fratrum,& parentum nomine, qui propriè veniunt,num.15. 262
Fratrum appellatione veniunt monachi, num.17. 652
In fraudem legislatoris non est aliquid faciendum,nu.38. 716
Frequentatio assidna præbet nonnullam infamiam,num.16. 325
Frequentatio quando dicatur, nu. 20. 263
Fructus alij naturales,alijque industriales, num.5. 277
Fructus industriales qui,nu.6. 277
Fructus computantur intnr mobi-

lia,num.8. 443
Fructus alij naturales,alijque indu ſtriales,& qui,num.9. 443
Fructus cadẽtes in fundo vicini nõ poſſint recolligi per dominũ fructuum, num.24. 446
Fugere quãdo liceat religioſo abſque Apoſtoſia,num.25. 667
Furioſus verberans patrem,non incurrit,num.42. 586
Nec qui cogit patrem aliquid ſibi dari metu verberum;ſed non verberat,num.43. eod.
Nec qui arcens turbam, percutit patrem, num.44. eod.
Furtum imperfectum nõ ſic vt perfectum punitur,num.27. 535
Fur non eſt intrans domum cum claue falſa,ſi furatus non eſt,nu. 28.cum ſeq. 536
Furatam rem ab Eccleſia recipiẽs non dicitur fur,num.29. 536
Furtum rei modicæ an comprehendatur,num.32. 536
Furari ſacrum, vt det pauperibus, eſt ſacrilegium, num.34. 537
Furtum dicitur à ferendo, & auferendo,num.28. 705
Furtum domeſticum grauiorẽ mẽretur pœnam, quàm ſi non ita eſſet,num.19. 703
Furtum quandoque habet cenſurã Papalem, num.20. 703
Furandi actus cum præcedentibus accedens factus mortalis an cõſtituat peccatum mortale,num. 22. 704
Sed an taliter accepta, quando perueniunt ad notabilem quantitatem, ſint ſub mortali reſtituenda, num.23. 704
Furtum à monacho cõmiſſum crimen eſt proprietatis, num.16. fol. 702. & num.21. 704
Item ſacrilegij,num.17. 703
Fur non eſt recipiens inuentum,nõ conſiderans an ſit habitum pro derelicto,num.28. 528
Furtiua egreſſio qualis dicatur,nu. 6. 663
Furti prohibitione cõtinetur rapina,num.15. 533
Furtiuè quadrupliciter ordines ſuſcipi poſſunt,num.5. 286
Furtum calicis extra Eccleſiam an comprehendatur ſub caſu, num. 19. 534
Fur præſumitur, qui clã rem emit, num.24. 535
Furtum de re ſacra Domino ſciente,& non contradicente quando ſub ſacrilegio comprehendatur, num 35. 537
Furtum calicis ſui, quem credit alienum ab Eccleſia an includatur ſub caſu, num.22. 535
Furti nomine quid intelligatur, num.1. 699

G

GRadus aliter computatur de iure canonico,& aliter de iure ciuili,num.4. 136
Gradus quò altior, eo periculoſior eſt Caſus,num.2. 588
Gratis qui tenetur aliquid facere recipiendo aliquid turpiter accipit, num.10. 337
Gradus in materia conſanguinitatis quid,num.2. 135
Gregorius XIII.extendit ad duella ſollemnia etiam priuata,num.9. fol. 54

H

HAbitu quali quis reperitur talis præsumitur, nu. 27. 593
Habitus nouitiorum quotuplex sit, num. 10. 650
Habitus professorum qualis esse debeat, num. 11. 656
Habitus dimissio ad modicum tempus non facit apostatam; sed quando faciet, num. 12. fol. 650 & 13. 651
Habitum deferens coopertum monachus, ne capiatur ob aliquod delictum, an sit apostata, numero 38. 657
Hebræi comparantur bestijs, num. 19. 133
Hæredes incendiarij an compellantur ad satisfaciendum, num. 13. fol. 431
Hæredes compelli non possunt, nu. 33. 435
Hæres, & legatarius vsurarij quando restituere teneantur, nu. 33. fol. 629
Hæresis purè mentalis nō est à prę lato reseruanda, num. 14. 14
Hæreticorum est dicere prælatos non posse, vel non debere crimina atrociora reseruare, nu. 3. 6
Hæreticus purè mentalis est perfectè hæreticus, num. 15. 15
Hæreticum est Canones non obseruare ex contemptu, num. 15. 41
Hæreticæ opinioni sola mente assentiens hæreticus est; sed non excommunicatus, num. 16. 94
Hircus interfecit coeuntem cum capra, num. 10. 131
Hyppocrita qui sub nomine boni Christiani multa est lucratus tenetur ad restitutionem, num. 19. fol. 519
Homicidium casu secutum non cōprehenditur sub litera, duo exē pla, num. 24. & 25. 723
Homicidium multiplex: sed quale hic comprehendatur, nume. 14. fol. 725
Homicidium potest etiam sine sanguine fieri, num. 3. 150
Homicida propriè non est condemnās aliquem ad mortem iniustè, & eum exequens, num. 55. 163
Homicidiū incidit in manus Dei, num. 14. 153
Vsurpat sibi quod est Dei, num. 15. 153
Homicidium vocatur contra naturam, num. 16. 133
Homicida clericus qualiter de iure canonico puniatur, num. 17. fol. 133
Homicidium simpliciter reseruatū intelligitur de voluntario, num. 15. 432
Sed an extendatur ad homicidiū factum pro defensione rerum, num. 40. 160
Homicidij voluntarij definitio, nu. 16. 721
Homicidium est animati corporis peremptio, num. 15. 721
Homicida verus non est dans mulieri aliquid quod non possit generare, num. 38. 159
Homicida per insidias quis dicatur, num. 50. 162
Homicidij plures species narrātur, num. 1. 150
Homicidium casuale quid, numero 47. 162
Homicidium dupliciter reseruari solet

solet ab Ordinarijs,nu.11. 152
Homicidium horribilius est omni peccato,num.13. 153
Homicidium simpliciter reseruatũ de quo intelligatur, nu.4. 150
Homicidium voluntarium quid, num.5.& 26. 151
Homicidium voluntariũ reseruans an comprehendat mandantem, num.6.9.& 10. 151
Homicidium voluntarium quadrupliciter dicitur,num.7. 152
Homicida voluntarius ad quid teneatur in foro conscientiæ,num. 68. 166
Homicida voluntarius est.si appensatè interficit carceratum, quẽ sciebat à iudice debere occidi, num.53. 163
Homicida voluntarius non gaudet immunitate, num.24. 155
Homicida facit iniuriam Deo Angelo, sibi, & homini, nu.23. 155
Homicidium voluntarium simpliciter reseruatũ multa requirit, num.25. 156
Homicidium voluntarium non includit factum in defensione, nu. 39. 159
Homicidium casuale differt à voluntario,exempla,num.46. 162
Horas non recitans quia fructus nõ percipit, an excusetur, numero 32. 472
Sed an qui beneficium tenue habet,num.33. 473
Sed vtrũ is,qui deuotè audit, sed non recitat,num.34. 473
Horas recitans in sacristia an choro satisfaciat, num.31. 296
Horæ Canonicę,& diuinę quare sic dicantur,num.22. 468
Horarum Canonicarum obligatio quo iure interducta,nu.13. 468
Horas omittens quatuor peccata committit, num.23. 470
Hospitale quid,& quæ eius nomina,num.1.& 3. 419
Hospitale gaudet priuilegio Ecclesiæ,num.2. 419
Hospitalis vsu quando quis abutitur,num 8. 422
Hospitalium rectores an teneãtur recipere infantes filios diuitum, num.9. 422

I

IEiunium Quadragesimale ante Pascha beatus Petrus instituit; num.15. 303
Ieiunia Quadragesimæ strictius seruanda,quàm alia,num.12. 302
Non ieiunãs in Quadragesima astringitur,vt comedens carnes,nu. 22. 309
Ieiunium vnum frangens videtur omnia fregisse,num.24. 305
Ignarus recipiens libellum famosum, si non lacerauit, nec diuulgauit,an includatur sub casu,nu. 15. 208
Ignem immittẽs tempore belli auctoritate superioris est immunis à casu,num.25. 434
Ignem apponens in proprio loco,si ad alienum extenditur, an comprehendatur sub casu,n.24. 434
Ignis Purgatorij miro modo est grauis,num.14. 411
Ignorantia etiam probabilis eum eximit à casu,num.28. 583
Ignorantia iusta excusat ab excommunicatione,num39. 47
Ignorantia quando excuset ab in-

uocatione dæmonis, nu.11. 637
Ignorantia qñ æquiparetur scientiæ,num.20. 289
Ignorantia aliter interpretanda in foro fori, & poli,num.21. 204
Ignorantia crassa æquiparatur sciẽtiæ, num.25. 593
Ignorantia an excuset à censuris, num.55. 274
An loquentes cum exemptis comprehendantur, num.56. 275
Ignorantia Iuris quos excusęt, nu. 26. 593
Impedire, vel peruertere vltimas voluntates testantium quid propriè sit,num.1.& 2. 409
Impedire, vel peruertere vltimas voluntates testantium quid propriè sit, num.1.& 2. 409
Impediens,aut aperiens literas tenetur ad damnum,num.11. 728
Non impediens, vel prohibens vxorem adulteram an incidat,nu. 37.& 49. 352
Impedientes verbum qualiter accipiatur,num.22. 414
Impedientes directè, vel indirectè comprehenduntur, nu.24. 414
Impedientes ex causa,quia debent à testatore habere,non includuntur,num.25. 414.
Et nec qui animo compensandi, num.seq. 415
Impedientium vltimas voluntates, vel reuelantium crimen quam graue, num.13. 411
Impediens volũtatem defuncti per vim,aut fraudem condendi testamẽtũ,incidit in casum, n.31.415
Impedientium vltimas voluntates casus diuersis in locis reseruatur, num.18. 413
Notariorum comprehẽsorum sub casu decisio,num.19. 413
Impedimentum differt à retardatione,num.8. 773
Impedimentum literarum quando excusęt à mortali,num.2. 726
Imperitia, & negligentia ascribitur culpæ, num.2. 457
Impositio manuum super caput pęnitentis non imponenda, nu.86. fol. 117
Immunitas multipliciter sumitur, num.3. 598
Immunitas,& libertas Ecclesiastica an idem sint & qualiter differant,num.4.& 5. 598
Immunitas Ecclesiastica quare sit introducta, num.7. 599
Impudicitia numeratur inter opera carnis,num.38. 298
Inaduertentia excusat à peccato mortali,num.27. 380
Incãtatio,& sortilegium quid sint, num.15.& seq. 639
Incerta sunt restituenda iuxta diœcesani prouidentiam,nu.14. 338
Incendia contingunt varijs ex causis,num.3. 446
Incendio probato fundata intẽtio contra inhabitantes, nu.4. 430
Incendiarius non omnis dolosus cõprehenditur, num.27. 434
Incendij crimen vocatur malitia pessima, num.7. 430
Incendiarij an ipso facto sint excõmunicati, num.8. 431
Incẽdiarius & clerici percussor ad quid parificentur,num.9. 431
Incendium diuersimodè ab Ordinarijs reseruatur,num.14. 432
Incendiarius sine pœnitentia debet carere sepultura,nu.32. 453

In-

Incendium multipliciter contingere potest, num. 18. 433
Incendiarij, qui propriè dicantur, num. 1. 439
Incendiario iuramentum est præstandum, se ignem vlterius non appositurum, num. 34. 436
Incendiarius qualiter secundum leges puniatur, nu. 11. & seq. 431
Incestus consanguineorum quando non reseruatus, num. 27. 142
Incestus masculorum nondum puberum potentium tamen generare an sit reseruatus, nu. 28. 142
Incestuosus est à communione fidelium separandus, eique filij non succedunt, num. 21. 140
Incestus qualiter puniebatur in testamento veteri, num. 14. 139
Incestus peccatū quantū aggrauet, num. 22. 140
Incestus inter ascendentes, & descēdentes vocatur casus nefarius, num. 30. 143
Incestus grauius peccatum adulterio; sed minus peccato contra naturam, num. 13. 138
Incestum nesciens committere nō dicitur, num. 36. 145
Incestus an committatur cum tactibus impudicis, nu. 37. cū sequ. fol. 145
Incestuosus, vt incurrat in casum, quæ necessaria, num. 23. 141
Incestus in 1. & 2. gradu consanguinitatis reseruatus an comprehēdat affinitatem, num. 24. 141
Incestuosus post mortem vxoris, ꝙ sit absque spe coniugij, qualiter intelligatur, num. 19. 140
Incestuosus amittit ius petendi debitum etiam post peractam pœnitentiam, nu. 16. cum seq. 139
Incestuosus, qui coactè hoc crimen commisit, non dicitur verè incestuosus, nu. 32. 144
Nec ebrius, num. 33. 145
Incidentes arbores sunt latrones, & ad quod condemnandi, nu. 11. & si agatur ciuiliter, condematur in quadruplum, nu. 13. & 10. fol. 278
Incidere idem est quàm succidere, vel cędere, num. 1. 276
Incidere incipiens, & non perficiēs non incidit, vide etiam aliam quæstionem, num. 25. & 26. 280
Incidens an ligetur, si mandans habebat ius imperandi, nume. 17. fol. 279
Incidens arborem multum tenerā ligatur, num. 18. 279
Et quid si incideret, arboris ramum extensum super domum, num. 19. 279
Incidens verbo Arbor.
In Dictio habet xj. significatus, nu. 5. 700
Incontinenti defensio quando dicatur facta, num. 21. 722
Inconsideratio quandoque est peccatum mortale, num. 35. 417
Infans qualiter cognoscatur an sit suffocatus, num. 13. 563
Infans ab alio expositus sciente patre, aut ratum habente an exponens incidat vel pater, num. 30. fol. 438
Infans licitè admittitur ad claustra monialium, num. 30. 227
De infantibus expositis loquūtur multa iura, num. 6. 422
Infantes quando dicantur exponi, num. 7. 422

Infantes,& furiosi an interdicto ligentur, num.27. 226
Infantium expositorum ad hospitalia casus quam optima ratione reseruatur,num.4. 421
Infamare innocentem quàm graue peccatũ mortale,nu.29. 211
Infamia quid operetur in vsurario,num.26. 627
Inferiores duplicem honorem debent superioribus,num.7. 727
Inferior in dubijs debet obedire, non tamen quando certum esset præceptũ esse peccatũ,n.27.427
Infideles excommonicationi non subijciuntur, num.39. 382
Casus in quibus Ecclesia habet iurisdictionem in infideles remissiuè,num.40. 383
Infirmus qui facit se tangere Oleo sacro pro liberatione suę infirmitatis an peccet,num.29. 380
Infirmitates periculosiores peritiori medico curandæ reseruantur, num.7. 7
Infirmitas corporalis quandoq; ex causis prouenit,num.8. 458
Infirmi non recitantes quando cõprehendantur,num.38. 474
Ingratitudo quam maximũ est peccatum, num.13. 579
Ingressus ad malum finem ad monasteria qualis,num.9. 39
Ingressus ad monasteria tribus cõcurrentibus est licitus,nu.25.43
Ingredientes quicunq: absq; licentia incidunt,nu.24. 42
Ingredientes hortos Monasterij nõ dicũtur violatores clausuræ; sed quid de sacristia,n.53.& 51. 50
Ingressus quare sit prohibitus, nu. 10. 40
Ingredientes vt canonũ violatores peccat mortaliter,nu.12. 40
Ingrediens ad malum finem, licet non perfecerit opus comprehenditur sub censura, num.54. 51
Ingressus ad materiales eodem vinculo inhibetur, num.7. 38
In generali cõcessione non veniunt ea, quæ in specie, quis non esset concessurus, num.41. 71
Iniectio manus multiplex, & qualis hic, num.1. 61
Iniuria facta gerenti vices facta vĩ ei,cuius vices gerũtur,n.14.696
Iniuria grauis infertur facta à consanguineo quàm ab extraneo, num.12. 579
Iniuria fit tribus modis,re, verbis, & literis,num.6. 206
Iniuriarũ actio tollit ãno,n.5. 488
Iniuria quando fieri posset in volẽtem, num 52. 163
Iniuria grauior infertur facta à cõsanguineo, quàm ab extraneo, num.12. 579
Innocentes etiam interdicto ligantur, num.29. 226
Inquisitores an, & quando procedant in apostatam. nu.22. 653
Inquisitio non est formanda super libellũ famoso incerto, qualiter intelligatur,nu.11.cũ seq. 207
Inquisitor an possit cognoscere si dubium est, an sapiat hæresim, num.34. 643
Instrumẽtum publicum dicitur sex modis, num.7. 390
Instruens aliquem, vt dicat falsum testimonium quando puniatur, vt deponens,nu.42. 191
Instrumentum vnde, & quando dicatur,num.5. 390

Instrumentorum appellatione an contineantur testes, numer. 10. fol. 391
Instrumentum an sit falsum, si nomina absentium in illo scribantur, nu. 22. 395
In scripturis ratione partis falsæ totum vitiatur, nu. 23. 395
Intellectus ad tex. in c. 1. de homicidio lib. 6. nu. 10. cum sequent. fol. 170
Intellectus ad tex. in c. quod quidam de pœnit. & remiss. nu. 19. fol. 404
Intellectus ad tex. in c. fin. de homicidio lib. 6. nu. 18. 171
Intellectus ad tex. in c. insinuante, qui cler. vel vou. nu. 47. 681
Intellectus ad tex. in cap. quisquis §. si quis domum 17. q. 4. nu. 25. fol. 704
Intellectus ad text. in c. ne pro dilatione de pœnit. & remiss. n. 79. fol. 115
Intellectus ad tex. in c. si quis suadente 17. q. 4., nu. 10. 64
Intellectus ad tex. in lege ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. num. 44. fol. 309
Intellectus ad ca. 1. de celebr. miss. nu. 39. fol 44. & nu. 40.
Intellectus ad tex. in c. monasteria de vita, & honest. cleric. num 10. fol. 261
Intellectus ad tex. in cap. & si quæstiones extra de simonia, nu. 19. fol. 16
Intellectus ad tex. in cap. 1. de his, qui fil. occid. nu. nu. 7. 561
Intellectus ad tex. in l. minime, ff. de relig. & sumpt. fun. num. 35. fol. 585
Intellectus ad text. in cap. mulieres de senten. excommunic. nu. 10. 13
Interdictum si fit ad tempus, quem effectum habeat, vel donec satisfecerit, &c. nu. 35. 228
Interdictus quando pœnæ non subiaceat illud violando, num. 36. fol. 228
Interdictus in mortis articulo, & de mandato interdicentis absolui potest à quocunque, num. 37. fol. 228
Interdicti violatio per ignorantiã non afficit violantem, num. 38. fol. 228
Interdicti prohibentur à diuinis, nu. 14. 224
Interdictus an remaneat, transferens alibi domicilium, num. 20. fol. 225
Et quid si alibi transmigrando nõ mutauerit illud, nu. 21. 225
Interdictus an remaneat transferens domicilium Caetæ, vt perpetuò relegatus, nu. 22. 225
Interdictum quotuplex. numero 8. fol. 222
Interdictum personale quid, & locale, nu. 5. & 6. 222
Interdictum speciale loci quale sit, nu. 7. 222
Interdictum violans ex quo non obseruatur ab eo, qui tulit, an excusetur, nu. 40. 229
Interdicta Ecclesia etiam capellæ continentur, nu. 32. 227
Interdicta ciuitate etiam suburbia interdicta censentur, sed an ecõtra, nu. 33. & 39. 227
Interdictum propriè qualiter hic accipiatur, nu. 2. 221

Interdicti violatio in locis quando peccatum mortale, numero 11. fol. 223
Interdictus est effectus ciuis post interdictam ciuitatem, num. 25. fol. 226
Intrans malo fine ignorans censuram, an excusetur, nu. 20. 42
Interficere ibi cēsetur, vbi quis vulnerat, nu. 45. 539
Introducentium animalia ad fructus colligendos casus quare reseruetur, nu. 1. 442
Introducens animalia an includatur sub casu, si pascit sine damno, num. 26. & 28. fol. 446. cum seq.
Interrogatus in generali sermone, an alicui persuaderet, vt poneret falsum ad eruendum aliquē à morte, & respondens quod sic, an includatur, nu. 49. 183
Interrogationes à confessarijs nō esse faciendas opinio periculosa, & falsa, nu. 7. 458
Irregularitas veritatem requirit, nu 40. 370
Irregularitatem non incurrunt ratum habentes homicidium, nu. 45. cum seq. 371
Iuramentum notoriè illicitum potest relaxari, num. 24. cum seq. fol. 509. & seq.
Irregularitatem non inducit pueritia, & furor. nu. 43. 371
Irregularis, vel verbo depositus, aut facto non continetur sub suspensione, vt est censura, nu. 31. fol. 235
Sed quid si aliter appareat de mente proferentis, nu. 32. 236
Irregularitates omnes sunt de iure positiuo, nu. 23. 366
Irregularis est etiam post peractā pœnitentiam à peccatis, nu. 24. fol. 366
Irregularitas est de maioribus, negotijs, nu. 25. 366
Iuramentum, & votum sunt vincula diuersa, nu. 39. 513
Iuramenta minima an possint per confessarium relaxari, num. 40. fol. 513
Irregularitatum plures species, sed principaliter duæ, nu. 12. 364
Irregularitates contractæ absque culpa quinque capita reduci possunt, nu. 13. 364
Irregularitates ex defectu ad quatuor capita reducuntur, num. 14 fol. 364
Circa irregularitatem ex aliquo morbo regula. nu. 15. 365
Sub irregularitate ex defectu animæ, qui comprehendātur, & qui ex defectu libertatis, vel leuitatis, nu. 16. & 17. 365
Irregularitas nec peracta pœnitētia tollitur, nu. 19. 154
Irregularis est sacerdos quò ad celebrationem amputato pollice, nu. 16. 179
Irregularitatum plures species, sed principaliter due, num. 12. fol. 364
Regula circa irregularitatem ex aliquo morbo, num. 15. 365
Sed quid de indice, & quare sic dicatur, nu. 15. 178
Irregularitas non comprehenditur sub censuris, nu. 27. 366
Irregularitas non iteratur per multitudinem actuum, numero 28. fol. 467

Irregularis priuatur beneficijs,sed qualiter,nu,29. 367
Irregularis an iudicãdus in dubio, nu. 37. Et quid si æqua sit dubitatio,nu.seq. 369
Irregularitatem inducit opus cõsumatum,nu.39. 370
Irregularis celebrans peccat mortaliter, non tamen nouam irregularitatem incurrit, num. 58. fol. 251
Interrogatus de pœna delicti, respondens quod est pœna mortis, non est irregularis,nu.50. 193
Inueniẽs libellum famosum, quem non lacerauit, nec diuulgauit, vt includatur sub casu, num. 18. fol. 209
Inuentum simpliciter non considerans, an sit habitum pro derelicto excusat à furto,& censura, nu.41. 47
Inuitus Dominus dicitur multipliciter,nu. 7. 277
Iudex Ecclesiasticus quãdo cogat statutarios ad declarandum eorum statuta non comprehendere Ecclesiam, nu.25. 604
Iudæi distinguntur à Paganis, & sequuntur testamentum vetus,nu. 10. 283
Iudex exculentum,& poculentum, quando recipere possit,num.26, fol. 318
Iudicium regulare siue legitimum quid sit,nu.5. 686
Iudæi peiores sunt Sarracenis, nu. 21. 133
Iudæi,& Infideles percutientes clericos,non includuntur, num.29. fol. 68
Iudicium humanum si non debet esse venale, multo minus confessio,nu.13. 315
Iuramentum indirectum an relaxari possit,& quare,nu.33. 511
Iuramentum an possit commutari in melius,nu 34. 511
Iuramenta temeraria, & quæ alia possint irritari, nu. 35. cum seq. fol. 512
Iuramenti relaxatio debet fieri ex causa.nu.11. 507
Iuramenti relaxatio quando sit casus reseruatus,intelligitur in foro conscientiæ,nu.12. 507
Iuramentum in genere sumptum duplex est,nu.1. 685
Iuramentum iudiciale, quid sit, & eius,species, nu.2. 685
Iuramentũ vnde, & idem quod ius iurandum:& sacramentũ, nu.3. fol. 685
Iuramentum an,& quando per partes remitti valeat.num.29. cum seq. 510
Iuramentum an possit relaxari si fuerit præstitum per coactionẽ, nu.31. 511
Iuramentum, vt sit casus reseruatus,oportet falsum esse,num.15. fol. 687
Sed quid de temerario: num.25. fol. 510
Et quid de eo,qui iurauit non petere absolutionem à iuramento, nu.26. 510
Iuramentum pro tempore imminentis necessitatis, aut vtilitatis, an possit relaxari per sacerdotem,nu,27. 510
Iuramenta cum Petro loqui, vel non comedere, an possit per confessorem relaxari.nu.33. 509

Iuramentum, & simplex loquela, an differant, num.7. 589
Iuramentum iusiurandum, & Sacramẽtum sunt sinonima.nu.14. fol. 507
Iuramentum falsum à religioso,vt sit casus reseruatus quid sit necessarium, nu.19. 688
Iuramentum promissorium inducit fortiorem obligationem, quam votum,nu.17. 508
Iuramenti duæ sunt species principales, nu.5. 505
Iuramentum falsum an maius sit, quàm homicidum, nu.8. 686
Iuramentum diuiditur in multas species,nu.4. 505
Iuramentum est de substantia testimonij,nu.25. 188
Iuramentum necessarium in absolutione suspensionis.nu.16. 232
Iuramento statur in dependentibus ex animo,uu.26. 723
Iuramẽta faciens scelerata an blasphemus,nu.24. 701
Iurare per membra Dei quando sit blasphemia hæreticalis,num.35 fol. 101
Iuramenta quæ sunt Papæ reseruata, & quæ Episcopo, nu. 8. cum seq. 506
Iuramenta dubia interpretari ad quem spectet,nu.21. 509
Ius, vel statutum imponens certã pœnã pro delicto,an intelligatur apposita pro prima vice,nu.18. & seq. 217
Iussus quando accipiatur pro mandato,nu.4. 168
Iussusquid à ratihabitione mãdat, auctoritate, & consensu differat,nu.3. 168
Iustus dolor compesci non potest. sub nu.32. 69

L

LAbens in peccatum carnis,fur est.Sacrilegus,nu.13.14. Affert scandalum,nu.15.Est Hypocrita, nu.17. 711
Laborans palam in festis ob necessitatem non multum grauem debet pro licentia adire Episcopum,nu.23. 484
Laicus confessiones audire,sed absoluere non potest, nu.15. 526
Laicus absoluendo sacrilegus est, sed non irregularis.nu.16. 526
Laicus recipiens sacerdotium, vel Episcopatum recipit caracterẽ, nu.23. 289
Laicus non potest conferre beneficia,nisi ex priuilegio, nu.3. 466
Laicus pœna vltimi supplicij plectendus est,nu.10. 341
Laici non possunt disponere super spiritualibus annexis, nu.9. 600
Lapsus carnis non includit humectationem prouenientem ex tactu libidinoso,nn 21. 712
Lapsus vnde, & iura,quæ de eo mẽtionem faciunt,nu.1. 708
Lapsus quare vocetur carnalis fornicatio,nu.2. 709
Lapsus carnis comprehendit omnes species peccati mortalis,nu. 3. 709.nu.19.fol.712,n.40. 716
Lapsus in secundam personam an committatur per tactum cum seminis effusione,nu.36. 715
Lapsus carnis consumatus voluntate peccatum est mortale, nu. 9. 710

La-

Lapsum carnis cum muliere adimplens, vi conditionata non est à casu immunis, num. 33. 715
Lapsus carnis in religioso quã graue peccatum, num. 11. 710
Lecti appellatione an contineatur terra, vbi dormitur, numero 35. fol. 569
Legata pia impedientes, vel non exequẽtes sunt animarum necatores, num. 15. 412
Legatum est donatio à defuncto facta, num. 7. 450
Legatum quid differat à donatione causa mortis, & inter viuos, num. 8. 450
Legatum differt ab hæreditate, nu. 9. 450
Legatum pium quid dicatur, num. 10. 450
Legatus à latere quare inijcientes manus in clericum absoluit, & non falsarios literarum Papæ, num. 32. 397
Legatus Sedis Apostolicæ non potest manus extendere ad ea quæ sibi Sedes Apostolica reseruauit, num. 25. 527
Legata pia non exequentes sunt animarum necatores, numero 19. fol. 452
Malè videntur sentire de resurrectione, num. 20. 432
Sunt sacrilegi, nu. 21. & defunctus damnificatur, num. 22. 453
Peccatum hoc pœnitentia sola non deletur, num. 23. 453
Legati à latere quare sic dicantur, num. 39. 70
Legatum pium an dicatur pro anima, si relinquatur suo consangui neo, num. 34. & seq. 455
De legatis pijs soluendis casus diuersimodè reseruatur, num. 36. fol. 455
Legatum de malè ablatis dicitur pium, num. 28. 121
Leges Imperiales quando à Papa approbatæ censeantur, vel improbatæ, num. 34. 606
Lenones dicũtur homicidæ, & quare, num. 14. 348
Lenociniũ maius delictum, quam adulterium, num. 15. 348
Lenones vocãtur scelesti fures, nu. 16. 348
Dicuntur infames, & qua pœna plectentur, nu. 17. cum seq. 348
Lenocinij peccatum quanto sit grauius, num. 13. 348
Lenocinij duæ sunt species, num. 9. cum seq. 347
Leuis percussio, quæ dicatur, & enormis, num. 11. cum seq. 64
Leuis vel enormis, quæ sit, statur arbitrio Episcopi, nu. 13. 65
Lex municipalis potest arctare ne res vendantur certis personis, num. 27. 604
Libertas qualiter definiatur, num. 2. 598
Libertati Ecclesiasticæ derogatur, si impediuntur clerici ea facere, quæ sibi à iure conceduntur, & quare tale statutum non valeat, num. 28. & 29. 605
Sic si per statutum vsurpetur iurisdictio Ecclesiastica, nume. 30. fol. 605
Idem, si specialem mentionem faciat de ecclesiasticis, numero 31. fol. 605
Libelli famosi quando dicuntur ratim lacerati, num. 17. 209

Libel-

Libellos famosos faciens in ignominiam Ordinis Prædicatorum, vel Minorum sunt excommunicati, num. 26. 211
Libertatem Ecclesiasticam de facto restringens incidit in bullã, num. 41. 608
Libelli famosi qui dicantur, nu. 4. fol. 205
Libellos famosos scribere, quã graue peccatum, num. 5. 205
De libellis famosis casus, vt incurratur quatuor requiruntur, nu. 8. 207
Libellos famosos prælato, aut iudici porrigi de infamia alterius sæpè contingit, num. 9. 207
Licentia, quando requiritur, sufficit verbalis, num. 9. 260
Liber stylus dicitur dispositio sine contradictione, num. 6. 410
Licentia non suffragatur loquentibus obscenè, vel mittentibus literas, aut nuncium, num. 59. & 60. fol. 275
Sic neque nuncio scienter huiusmodi literas deferenti, num. 61. fol. 276
Licentia concessa ob necessitatem, ea cessante extinguitur. Fallit, num. 29. cum seq. 44
Licentia simpliciter concessa quantum duret, num. 43. 270
Licentia loquendi cum monialibns an sufficiat verbalis, nu. 42. 270
Licentia à prælato, vt possit subditus mobilia, vel immobilia retinere, an concedi possit, num. 44. fol. 680
Licentia debet præcedere actum, & quando requiratur in scriptis, num. 17. 303
Ligare seipsum nemo potest, num. 25. 379
Literas intercipere quid propriæ sit, num. 1. 436
De verbo intercipere, quæ iura locuntur, num. 2. 436
Literis, de quibus casus loquitur, num. 3. 437
Sed quid si literas aperiendo, peccaret venialiter, num. 20. 729
Vel quando literæ deueniunt ad manifestum inimicum mittẽtis, num. 19. 729
Vel si aperiret bono fine ad obuiã dum delicto, num. 22. 729
Et nec qui aperiret ex tacito cõsensu mittentis, num. 23. 730
Et nec qui traxit sigillum, non tamen aperuit, nec legit, num. 24. fol. 730
Literæ quæ dimissoriæ, & quæ commendatitiæ, num. 41. 399
Literis Episcopi credendum est maximè sigillatis, num. 42. 399
Literas intercipere quàm graue sit peccatum, num. 5. 437
Literas superioris transmissas aperire, quæ sit pœna, num. 6. 437
Literarum interceptnr furti, & iniuriarum actione tenetur, num. 7. 437
Literas intercipientes, qui sub casu comprehendantur, nu. 8. 438
Literas intercipientes bono fine nõ includũtur, num. 10. & seq. Secus si malo, num. 12. 439
Literas intercipientes in quibus nihil erat scriptum, an includantur, num. 13. 439
Non includuntur inconsideratè, vel ex curiositaee literas aperiẽtes, num. 14. 439

Nec

Nec literas aperiens illarum personarum, in quibus habet ius, nu. 15. 439
Litera, quæ simpliciter loquitur est generaliter intelligenda, num. 3. fol. 62
Literas mandati ad homicidiũ deferens tenetur de homicidio, si conscius est; sed an in foro interiori vide, num. 7. 170
Literas aperiens incidit in casum, etiam si aliquid suspicetur esse contra se, num. 14. 728
Litera, quæ generaliter loquitur, generaliter intelligenda est, nu. 3. 390
Literas alienas aperiõs tenetur in quocunque casu contegere, nu. 9. 727
Literas retardans quando incidat in casum, num. 4. 726
Literas aperiens incurrit tunc, qñ fecit animno inferendi notabile damnum proximo, nume. 17. fol. 729
Literas aperiens quandoque punitur, vt falsarius, num. 75. 728
Literarum comparatio regulariter non plenè probat, num. 14. fol. 393
Literas aperiens solum legendo, & alteri non ostendendo incidit in casum, num. 18. 729
Loci, & temporis assignatio requiritur, vt dicatur duellum iuxta literam, num. 21. 57
Loca quando dicantur contigua, num. 52. 50
Locus sacer multiplices habet significationes, num. 4. 292
Locus alius nõ sacer, alius religiosus, & alius sacer, num. 6. 292
Loci mutatio valet conuersis pro salute animæ, num. 38. 202
Locus exemptus, & extra diœcesim æquiparantur, num. 24. 265
Locus directè sanctificatur ad exhibendum cultum diuinum, num. 15. 294
Locorum nomine an veniant horti, & sacristiæ, num. 3. cum nu. 51. & 53. 38
Locutio cum moniali consanguinea coram Abbatissa facienda, num. 11. 261
Locutio qualis cũ virginibus Christi, num. 12. 261
Loquens cum moniali extra clausuram an ligetur, num. 44. 271
Loquens absque licentia cum noui tia, non ligatur, fallit, num. 35. cum seq 268
Loqui de auditis in confessione, quàm cauti sint sacerdotes, & si interrogentur, quid faciant, nu. 23. cum seq. 549
Loquentes etiam non subditi quãdo comprehendantur, num. 54. fol. 274
Ludentes ludo prohibito an peccent mortaliter, num. 16. 217
Ludentes ludo prohibito in modico qualiter peccent, numero 22. fol. 218
Ludus schachorum animum valdè distrahit, & tempus plurimum consumit, num. 28. 219
Ludi, qui dicantur prohibiti, & qui permissi, num. 4. cum sequẽ. fol. 213
Ludus schachorum est permissus, modo duo concurrant, nu. 6. 213 & 29. 219
Ludis prohibitis domum submini-

ſtrantes peccant mortaliter,nu. 20. 218
Ludus prohibitus eſt peccatũ mortale,num.8. 214
Ludus ſchachorum an ſit clericis prohibitus, num.26. 219
Luxuria contra naturam non comprehenditur ſub caſu,& quæ cõprehendat,num.29. 127

M

MAgiſter excedens modum in percutiendo diſcipulum, qui mortuus eſt, non includitur ſub caſu, num.27. 724
Maledictio quid differat à blaſphemia,num.30. 100
Maledicere proximo quando peccatum mortale,num. 31. 100
Maledicens creaturę ratione carẽti eſt blaſphemia,num.33. 101
Malefici vocantur ob facinorũ magnitudinem,num.18. 339
Malefici,qui in caſum incidunt,nu. 19. 640
Maleficium maleficio tollentes in caſum incidunt,num.40. 644
Idem vtentes verbis deprecatiuis cum dęmone, num.41. 644
Idem dantes poculum effectu nõ ſecuto, num.42. 645
Maleficam ſi quis peteret pro fatura, & pœnitentia ductus non accedit ad illam , non includitur , num.44. 645
Et nec qui pergit non cauſa maligandi; ſed conuerſandi,vel pro cauſa licita, num.45. 645
Et nec mittentes ad magos, ſeu conſulentes,aut mandantes,nu. 46. 646
Et neque futura prædicens,attendendo alicuius rei diſpoſitionẽ, vel motum, num.47. 646
Et neq:,qui ignorãter agit opus, credens eſſe licitum , num.49.& 50. 646
Maleficæ,aut ſtrigæ, ſub caſu comprehenduntur,num.21.22. 640
Maleficium , quod nocet in rebus, quale,num.22. 641
Maleficia diſtingunt voluntas , & propoſitum,num.26. 535
Male is de duobus minus eſt eligendum,num. 30. 202
Malus quòd præſumatur malus, qualiter intelligatur, nume.37. fol. 202
Malum minus inter duo eligendũ, num. 18. 490
Mala multa proueniunt ex ludis,& præcipuè 16.num. 10. & ſequen. fol. 214
Maius malum eſt euitandum,num. 29. 568
Mammilla an veniat appellatione membri,num.19. 179
Mutilare idem eſt quod detruncare,num. 8. 177
Mandans , ſeu conſulens non comprehenditur ſub deponente , nu. 17. 186
Mandatum:quod comprehendatur ſub caſu,intelligitur de expreſſo num.17. 171
Et quid ſi mandans expreſsè , aut tacitè reuocauerit, nu.15. 171
Mandans an comprehendatur , ſi mandauerit fieri homicidium, ſi mandatàrius erat aliàs facturus, num.14. 171
Mandantes,& cõſulentes ſuperfluè apponuntur,quo ad incẽdiarios, num.

num. 17. 433
Mandans fieri homicidium à sub casu comprehendatur, nume. 9. fol. 13
Mandans, seu consulens an cõprehendatur sub iuramento falso in iudicio, num. 23. 689
Mãdati turpis nulla est obligatio, num. 8. 152
Mandans an comprehendatur sub homicidio reseruato, nu. 17. 721
Mandans auelli terminum, an incidat, num. 20. 575
Mãdatum quid differat à consilio, num. 5. 169
Mandans verberari, si occidat mãdatarius, an mandaror teneatur num. 9. 170
Mandare an liceat in casibus, quibus licita est percussio, num. 19. fol. 721
Mandans, vel persuadens seruo, vt bona monasterij surripiat, an incidat in casum de religioso furante, num. 35. 706
Mandatum generale non extenditur ad specialia, num. 18. 618
Mandantes an cõprehendatur sub incendiarijs, nu. 5. 430
Mandare, & præcipere an differat, num. 21. 394
Mandantes an cõprehendãtur sub verbo incidentes, nu. 16. 278
Manducare olera cum carnibus est carnes manducare, nu. 36. 308
Non tamen belluas marinas, licet sint carnes, nu. 37. 308
Sed sic aues, & pullos, qui nascuntur in aquis, nu. 38. 308
Sed an lardum, & sagimen manducare sit manducare carnes, num. 39. 309
Manus violenta imperfecta non includitur sub litera, & quid si est defectus exterioris actus, num. 30. & 28. 68
Manus multis modis sumitur, sed qualiter hic, numero seq. & 4 fol. 62
De manu violenta multa iura loquuntur, num. 6. 63
Manus multipliciter in iure sumitur, num. 1. 693
Manus appellatione, quæ veniant num. 7. 578
Maria Virgo dignior est cunctis Apostolis, num. 8. 92
Maritimæ ciuitates differũt à Mediterraneis, nu. 2. 442
Maritus dans vxori causam remotam adulterandi, incidit, nu. 25. & 28. 350
Nec excusatur si prætextu paupertatis hoc facit, licet alleuietur pœna in foro exteriori, nu. 26. & 27. 350
Maritus, qui patitur vxorem delinquere non ob quæstum, sed ob negligẽtiam, vel aliam causam, an incidat, nu. 33. 351
Maritus residens in Ecclesia, vt interim sua vxor adulteretur an dicatur consentire, nu. 49. 354
Maritus adulteranti an possit tribuere necessaria vitæ pietatis causa, num. 47. 354
Marito qualiter liceat vxorem verberare, num. 6. 578
Mariti ius fortius est iure patriæ potestatis, nu. 43. 501
Maritus habens rem cum vxore in Ecclesia, an sub casu cõprehendatur, num. 52. 297
Masculi vt comprehenduntur sub casi-

casibus reseruatis qualiter intelligatur, nu 11. 138
Mater an excusetur, si filium exponat ad euitandam infamiam, num. 19. 425
Matre filium suffocante casu precedente culpam, an etiam pater teneatur, num. 25. 567
Matrimonium prohibetur inter raptorem, & raptam, nu. 12. 494
Est impedimentum dirimens cõtractum, num. 13. 494
Matrimonium consumatum quare separari non possit, & consumatum sic, num. 4. 553
Matrimonium quando dicatur impediri per affinitatem, num. 10. fol. 590
Medici non monentes faciunt cõtra Ecclesiæ præceptum, num. 10. 461
Sunt causa multorum malorum, num. 17. 461
Medicus non conuentuatus an includatur sub pœnis, numer. 14. fol. 460
Medici quàm circuspecti circa fidem soluendi quadragesimam, num. 18. 303
Medici non monentes infirmum, casus intelligitur etiam de infirmitate non mortali, nu. 28. 463
Medicus an liberetur à reseruatione casus, si ordinauerit consanguineo, vt moneat ægrotum ad confessionem. nu. 29. 464
Medico corporali, quæ necessaria, vt sine animæ periculo mederi possit, & quæ medico spirituali, num 1. & 3. 457. & seq.
Medicus excusatur, si infirmum credit esse in bono statu, nu. 26. 463
Medicus peccat dãdo medicinam, si dubitat non proficuam, num. 4. 458
Medicus spiritualis in quibus debeat esse cautus, & discretus, nu. 6. 458
Membrorum mutilatio quare reseruatur post homicidium, num. 1. 175
Medici debent læta ægrotis ingere re, num. 21. 462
Membrum quare sic dicatur, quid, & quotuplex, nu. 4. & 5. 176
Medium naturaliter pertinet ad extrema, nu. 21. 666
Membrorum mutilatio cõprehendit mutilantes vnum membrum num. 10. 175
Membri officia. quæ dicantur, nu. 5. 176
Membrum simpliciter intelligitur de manu, non tamen in foro cõscientiæ, num. 7. 177
Mensuræ mentio fit in pluribus locis, & quæ, num. 2. 252
Metropolitani vocantur à mensura, num. 3. 252
Mensuræ iustæ esse debent, num. 4. fol. 253
Mensuras iustas prouidere ad quos spectat, num 5. 253
Mensuram imminuentes quandoq; non tenentur restituere, nume. 19. & 21. 225
Mẽsuras de falsante casus interpretandus secundũ ius, nu. 20. 255
Mensuras adulterare in veteri testamento crimen maximum, & apud Deum abominabile, num. 7 & vlt. 253
De iure ciuili qualiter puniebantur, num. 8. 25

Mensuræ iniustæ apud quemquam inuentæ sunt frangendæ, num. 10. 253
Mensurarum falsarum inquisitio ad quos spectat, nu. 11. 254
Mensuras falsas an teneatur æquare cum periculo vitæ, vel fame, num. 30. 257
Mens prius attendenda, quàm verba, num. 23. 405
Membrum aridum verè est membrum, num. 18. 179
Mens ordinarij voluit interdicere mensuras falsas, numero 22. 256
Mercede soluta multa non licent, quæ gratis licent, nu. 15. 481
Mercator an verificetur ex vnica negotiatione, nu. 5. 622
Metus illatus consanguineis clericorum habetur, ac si clericis inferatur, num. 16. & seq. 601
Metus nullus iam est reuelandi confessionem, nu. 21. 548
De minimis non curandum qualiter intelligatur, nu. 22. 359
Minister Dei debet esse mundior, num. 16. 711
Miserabiles personæ, quæ sint, nu. 11. 450
Missæ qui die fœsto non interest non includitur sub casu operum seruilium, num. 18. 482
Monasterium qualiter differat a conuentu, num. 16. 761
Moderamen inculpatæ tutelæ quale num. 31. 584
Modicum tempus ad quantum refertur, num. 33. 486
Modus in interpretaudo qualis tenendus, num. 54. 27
Modicum arbitratur iudicio confessarij, num. 28. 435
Modica quantitas diuersimode designatur habito respectu ad personas, num. 23. 218
Molles dupliciter dicuntur, num. 6. 119
Molliciem patienti tactibus professi an sufficiat dicere, voluntariè passum pollui tactibus alienis, num. 39. 716
Mollities grauius peccatum cum alterius adminiculo, quam sine, 28. 296
Mollitiei dans causam voluntariã incidit in casum de religioso æquitante, num. 29. 714
Monachi ad clausuram tenentur, vt moniales non tamen sic strictè obligantur, nu. 5. 38
Monachus factus Episcopus à quibus absoluatur circa ea, quæ pertinent ad religionem, num. 51. 661
Et quid si est translatus ad Ecclesiam sæcularem parochialẽ, num. 52. 661
Monachi nigri confiteri tenentur singulis mensibus, sed quoad alios monachos hoc est honestũ, num. seq. sed quid de monialibus Sancti Benedicti, numer. 8. fol. 401. & seq.
Monasterium cænobium, & conuentus differt, num. 7. 663
Monialis an esculenta donare possit, num. 53. 682
Quid si sic, erit hæc quantitas, nu. seq. & 55. 683
Monialis quoties in anno esculenta poterit donare, num. 66. 683
Moniales professæ exire prohibentur sub excommunicatione, num.

num. 6. 38
Monialium nomine, quæ veniant & an comprehendatur sorores sub eodem numero in fine, num. 8. 39
Monialium appellatione non continentur nouitiæ, num. 7. 260
Sed an professæ non consecratæ, num. 8. 260
Moniales quoties in anno possint munuscula facere, nu. 34. 320
Accipere esculenta, & poculenta, quæ nõ possunt cõsumi duobus, vel tribus diebus an peccatum, num. 35. 320
Et quid si non essent comestibilia quoad personam, nu. 36. 320
Moniales dicuntur professæ siue virgines, siue viduæ, vel conuersæ, num. 6. 340
Moniales quare vocentur religiosæ, num. 3. 259
Vel Deo sacratæ, aut sponsæ, nu. 5. vel sanctimoniales, numer. 6. fol. 260
Moniales admittẽtes furiosos incidunt in excommunicationem num. 50. 50
Moniales excusantur ab ignorantia iuris; num. 35. 83
Monere cum effectu an intelligatur ex parte infirmi. numer. 25. fol. 463
Monere verbum intelligitur cum effectu, scilicet inducere, num. 15. 461
Moneta ex eo dicta ne quid fraudis in ære fiat, num. 1. 356
In moneta tria requiruntur, nu. 2. & 4. 356
Monetæ falsarius, vt dicatur quid requiritur, num. 17. 359
Monitioni satisfit per alium. num. 20. & seq. 462
Moneta quando vitietur in pondere. num. 6. 356
Morte delinquentis extinguuntur delicta, num. 6. 488
Mortis causam dantes an dicantur occisores, num. 65. 166
Mulier an relaxare teneatur cum probabili detrimẽto famæ quãdo intelligit reuelationem profuturam recitantur tres opiniones. num. 20. 490
Mulier vnde dicta, & eius ampla appellatio, num. 1. & 2. 592
Muliebria patientes sunt infames, num. 35. 70
Mulier timẽs ne viri possessio deuoluantur ad alios si supposuit partum incidit in casum de suppositione partus, num. 9. 588
Idem si fecerit ne deueniat ad extraneos hæredes, numero. 10. fol. 488
Idem si subiecerit partum viro sciente, num. 11. 489
Mulier percutiens clericum eam ad turpia impetentem non ininciduditur sub litera, nume. 36. fol. 70
Mulier quando absoluenda propter crimen suppositiones partus, num. 17. 490
Mulier qualiter iudicabitur honesta, vel meretrix, num. 30. 498
Mulier parens libidini multorum non dicitur concubina. num. 17. fol. 199
Mulier à natura cõstituta, vt partum ederet, num. 3. 119
Mulier an rapiens mulierem cõprehendatur, num. 37. 500

Multitudo dispẽsationem inducit, sub num. 8. Fallit in religiosis, num. seq. 363
Multitudo delinquentium dat causam dispensandi, num. 59. 108
Munuscula, vt moniales possint facere, quanta esse debeant, num. 31. 319
A nemine recipere valde inhumanum, passim vilissimum, omnia auariſſimum, num. 27. 318
Munuscula quædam an possint donari, num. 41. 679
Mutatio loci mutat mentis affectũ, num. 34. 128
Mutilatio realis quid differat à debilitatione, num. 9. 177
Mutuum palliatum quare sic dicatur, num. 17. 624

N

NAaman siri historia, & Giezi simonia narratur, nu 13. 77
Nobilitas amittitur per sacrilegiũ, num. 13. 533
Nobilitas perditur ex periurio, & falsitate, num. 9. 184
Nobiles non sunt verberibus fustigandi, num. 12. 573
Necare quando quis dicatur infantem, num. 22. 425
Necessarium quatuor requirit, vt quis incurrat canonem si quis suadente, num. 9. 63
Necessitas multa prohibita alias permittit, num. 27. 485
Negotiatores in loco interdicto an sint interdicti, num. 31. 227
Nescire dicitur quod quis audit, num. 27. 690
Nomina debitorum an computentur inter mobilia, num. 4. 515
Non esse, vel esse, & non comparere paria sunt, num. 19. 209
Notarius non reuelans ex obliuione, aut inconsideratione non peccat mortaliter, nu. 35. fol. 416. Et num. 40. 417
Notarius post testamentum stipulatum effectus alterius diœcesis an reuelare teneatur, num. 43. Item vide aliam casum, nu. seq. fol. 418
Notario sufficit manifestare particulam attinentem casum, num. 45. 418
Notarius scienter faciens contractus vsurarios, an includatur cũ nexu restituendi, num. 29. 628
Notarius absens, qui non potest infra mensem venire, an ante finitum mensem incidat, num. 41. & seq. 417. & 418
Nocturna egressio religiosi grauius peccatum, quàm diurna, num. 4. fol. 663. Et num. 12. 664
Nox quid, & partes eius, quæ sint, n. 1. & 2. f. 662. Et nu. 15. 665
Numisma quare sic dicitur, & à quo nomen sumpsit, nu. 3. 356

O

OBedientia in spectantibus ad interiorem hominem non est de necessitate præstanda, nu. 16. fol. 15
Occisio alia iuxta propriam significationem verbi, & alia secundũ opinionem, num. 1. 718
Occidere dicitur præbens causam mortis, nisi in casibus, num. 2. fol. 718

Occisio voluntaria dupliciter committitur, num. 3. 719
Occidere suum inuasorem intelligitur, quòd sit licitum etiam de occidente patrem, & matrem, num. 20. 581
Occidens voluntariè sic volentem includitur sub casu, nu. 51. 162
Occisio quando percutienti nō imputetur, num. 5. 719
Occidens ob sui defensionem an includatur, num. 18. 722
Occidēdi animus qualiter colligatur, num. 9. 719
Occisionis grauitas ex multis ostēditur, num. 13. 720
Occultus quando dicatur iuuentus in actu veneris, num. 43. 161
Officiales, qui dicantur, nu. 8. 695

P

PApa solus dispensat in irregularitatibus prouenientibus ex defectu corporis, num. 19. 365
Papa facilius dispensat super homicidium casuale, num. 22. 158
Papæ q̄ non liceat dispensare super homicidio voluntario, qualiter intelligatur, num. 21. 154
Pars quæ in dubijs accipienda in foro conscientiæ, num. 21. 16
Parentes an agere possint actione iniuriarum, ex quo sponsus deuenit ad copulam, nu. 12. 554
Parentū contradictio in raptu vxoris an aliquid operetur, num. 42. 500
Parentum nomine veniūt tutores, num 46. 354
Parentes an in dubio præsumantur suffocasse filium, nu. 24. 566
Parentum appellatione, qui veniāt num. 22. 581
Parentes paruulos casu suffocātes tenentes in lecto, an includantur, si sint paruuli, nu. 28. 567
Parentum nomine qui veniant, nu. 31. 558
Paria videntur nō esse, & inutile esse, num. 17. 179
De partus suppositione, quæ iura loquantur, num. 1. 487
Supponere partum quid propriè sit, num. 2. fol. 487. Et quid supponere testamentum, num. seq. fol. 488
Suppositionis partus crimen, quā graue, num. 4. 488
Paruulus multipliciter capitur, nu. 3. 561
Paruulus potest dupliciter casualiter suffocari, nu. 7. & seq. 561
Pater naturalis an comprehendatur sub casu, nu. 23. 349
Et quid si pater cōsentit, sed filia erat factura, num. 24. 350
Paternitas spiritualis qualiter contrahatur, num. 40. 585
Pater prostituens filiam multò magis peccat quā consentiens, nu. 34. 351
Pater an incidat, si consensus non peruenerit ad effectum, num. 44. fol. 353
Patrem occidens spiritualem non minus punitur, quam qui carnalem, num. 26. 328
Pater quid si incipiat tractare de prostituēda filia, discrepat tamē de pretio an incidat, nu. 48. 354
Pater potest filium in vinculis tradere, num. 32. 583
Patres, & matres, quando in casum sponsū

sponsi violantis sponsam, includantur, num. 22. 556
Patris assensus non requiritur, vbi filius potest agere, num. 17. 440
Pater an incidat si consensus non peruenerit ad effectũ, n. 44. 353
Pater multipliciter capitur, num. 9. 578
Paternitas spiritualis maior est carnali, num. 11. 579
Pater occidens filiam adulteram peccat mortaliter, num. 20. 722
Paternitas spiritualis maior est carnali, num. 11. 579
Patris appellatione nõ continetur auus, num. 1. 346
Sed benè pater naturalis, n. 2. 346
Pauper dici non potest, habens patrem diuitem, num. 10. 422
Peccatum differt à crimine, & delicto, num. 18. 702
Peccatum minus est pati, quàm agere, num. 20. 592
Peccans mortaliter venit contra multa præcepta, num. 32. 407
Peccata in Ecclesia non committenda, in qua venia peccatorum est postulanda, num. 58. 543
Peccatum non remitti, nisi fiat restitutio, qualiter intelligatur, num. 9. 516
Peccatum committendum includitur sub sigillo, num. 30. 550
Peccatum differt à delicto, & crimine, num. 1. 118
Peccatum maius est opprimere paganum, quàm Christianum, nu. 11. 563
Peccatum, quod pluries fit, aggrauatur, num. 68. 112
Peccare carnaliter qualiter intelligatur, num. 17. 326
Peccatum accedente pœnitentia quodcunq; remissibile, nu. 1. 6
peccatum maius videtur coire cũ fœmina in vase indebito, quàm cum mare, num. 23. 125
peccatum graue confessarium reciperе in proprios vsus alijs restituenda, num. 9. 337
peccatum quando ita augetur ratione circunstantiæ, vt fiat reseruatum est omninò confitendum alias confessio iteranda, nume. 13. & 14. 40
peccatum quàm graue dicere aliquid in confessione, nu. 20. 548
peccatum ratione personæ aggrauatur, num. 82. 115
peccatum incestus quam grauius, num. 12. 138
peccata reuelans de licentia pœnitentis non comprehenditur sub litera, num 34. 551
Et nec includitur, qui recipit qđ ex se non est peccatum, num. 35. fol. 551
peccatum grauius cognoscere propriam consanguineã, quàm vxoris, num. 15. 139
pecunia secundum communẽ vsum loquendi transfertur ad numeratam, num 9. 283
pecuniam retinentes ob consuetudinem non excusantur, num. 42. fol. 679. & seq. 480
pecunia ẽt continetur sub nomine albarani, qñ quis se confitetur debitorem Episcopi, nu. 51. 87
Sic etiam, si pecuniam nõ dat; sed debitum remittit, nu. 52. 87
pecunia secundum cõem vsum loquẽdi transfertur ad numeratã, num. 9. 283

pecuniam accipientes pro ingressu ad monasterium sunt simoniaci, non tamen si sponte dant, num. seq. & 33. 82
pecunia an licitè detur pro baptizando infante, vel quando sacramentum potius differendum, nu. seq. & 25. 81
pecuniæ nomen quid comprehendat, num. 8. 671
pecuniam dans mediatori, vt sibi dimissorias impetret, simoniacus est, num. 32. 82
pœnæ cõtra ingredientes monasteriũ an ipsofacto incurrãtur, n 36. 45
pœna pecuniaria quando pœnitenti possit imponi, num. 21. 317
pœna maior imponenda ob transgressionem factam à religioso, quàm à laico, num. 18. 712
penitentiæ graues an possint à superioribus determinari pro quibusdam peccatis, nu. 31. 732
pœnitentiarij an possint suam facultatẽ subdelegare, n. 32. 732
pœna temporalis magis arcere solet à voluntate peccandi, quàm Dei timor, num. 51. 477
pœna viri suffocantis infantem, nu. 37. 570
pœna nulla maior quàm excommunicatio, num. 12. 241
pœna absoluentis excommunicatũ, quem non potest, nu. 13. 241
pœna potest induci vbicunque aliquid fit contra bonos mores, nu. 30. 202
Ad pœnam non tenentur qui patiuntur iniuriam; sed illã facere non possunt, num. 49. 49
pœna statuta contra vsurarios procedit etiam in vendẽtibus iuxta pretium rigidum, nu. 20. 626
pœnæ non debentur ante sententiam, fallit sub num. 3. & 4. 323
pœna non potest imponi, quando nõ est peccatum, num. 19. 445
pœna suffocationis in clerico qualis, num. 12. 563
pœna non debetur ante sententiã, num 22. 405
pœnæ variæ, quando pro vno delicto ponuntur, iudex potest pone re quam vult, num 9. 253
pœnarum grauitas infertur secundum gradum sacrilegij, num. 37. fol. 537
Ecclesia vt sit polluta sanguine, vel semine quę necessaria, nu. 40. fol. 538
pœnæ appositæ à Pio V. an requirant sententiam, num. 13. 460
In pœnis benignior est facienda interpretatio, num. 2. 31
pœna quando sit extendenda, num. 2. 634
pœnalia ex se restringenda; quãdoque ampliãda, num. 34. 330
pœnæ falsæ, & dolosæ quæ, & quare sic vocentur, num. 14. 254
pœna, siue multa non est à confessore imponenda, nu. 15. 254
pœnæ contra eos, qui cum presbyteri non sint temerè celebrant, confessiones audiunt, nume. 24. fol. 289
pœna maior quare apponatur in fabricante falsum, quam in vtente, num. 18. 394
pœna pro delicto non incurritur, ni si eo consumato, num. 11. 13
pœna euitatur, si quod cõmittitur sub pœna, fiat per alium, nu. 24. fol. 463

Pœna qualis imponebatur falsanti mensuras de iure Pontificio, nu. 12. 254
Pœnæ plures contra falsantes sigillum ponuntur, num. 72. 695
Pœna quàm grauius iniungenda concubinario in foro exteriori, num. 34. 201
Pœnitentiæ etiam à canonibus impositæ sunt arbitrariæ, num. 48. fol. 334
Pœnitentia iniungenda contraria, peccato, num. 83. 116
Pœnitens qualiter induci possit ad veram cõtritionem, quo ad hoc peccatum, num. 58. 387
Pœnitentiarij an dispensent super irregularitate delictorum, num. 20. 154
Pœnitens qualiter inducendus ad contritionem, num. 50. 334
Pœnitens ita à confessario constituendus, vt eius vultum intueri nequeat, num. 51. 335
Pœnitentia præcipuè debet esse prę seruatiua, num. 35. 595
Pœnitentia qualiter eis iniungenda, num. 22. 304. & num. 53. 312
Pœnitentiarius an non subditos à casibus reseruatis absoluat in sua diœcesi, num. 57. 27
Pœnitentiæ sunt moderandæ iuxta illas, quæ iniunguntur à canone, num. 35. 128
Pœnitentiarij an possint suam facultatem subdelegare, num. 32. fol. 733
Pœnitentia secundum canones imposita non mitiganda à confessore, nisi ex causa, num. 52. 335
Pœnitentiarij ij delegandi sunt ab Ordinarijs, qui impartiantur facultatem absoluendi à casibus reseruatis, num. 5. 9
A pœnitentijs per canonem taxatis non debet sacerdos de facili recedere, num. 13. 254
Pœnitens, qui per alium restituit non liberatur si restitutio nõ fit, 12. 337
Pensionarius an includatur recitãs, sed non attentè, num. 41. 474
Pensionarius non recitans officium Beatæ Virginis quando incidat, num. 42. 474
Pensio vnde dicatur, num. 19. 469
Pensio non continetur nomine beneficij, num. 49. 87
Perfectum nõ dicitur, cum aliquid supereſt ad agendum, num. 28. fol. 189
Persona quando dicatur ignota, nu. 10. 517
Percussionis nomine an comprehendatur spuitio, num 25. 582
Et assignatio baculi, nu. 26. 583
Percutiens consanguineum clerici, an ligetur litera, & quid de affinibus, num. 27. & 26. 67
Percutientes clericos turpiter cum vxore operantes non includuntur sub litera, num 31. 69
Percussio leuis differt ab enormi, quo ad delegationem faciẽdam ab Episcopo quo ad absolutionem, num. 43. 72
Percussio nouitij etiam vnius diei includitur sub casu, nu. 22. Non sic si de proximo vestiendus, nu. seq. 723
Percussus an prę sumatur ex percussione mortuus, num 28. 724
Et quid si postquàm conualuit, re-

cidiuauit,& obijt,num.29. 724
Percussio quæ enormis, aut leuis, num.10.& 32. fol.720
Percussio grauis an augeatur ex superuenientia personarum, num. 37. 70
Peregrinantes relinquentes vicarium an excusentur à recitatione horarum,num.29. 472
Peregrinantes an & quando incidant in casum,num.30. 472
Periculum quando non dicatur graue,num.15. 489
Periculum mortis qualiter intelligatur,num.53.cum seq. 250
Periurium blasphemiæcomparatur & peccato contra naturam, nu. 1. 687
Periurium etiam refertur ad reos, num.38. 191
Periuri sunt infames vnde non promouentur ad ordines, nu.9. 687
Et cleri sunt deponendi ab ordine & beneficio,num.10. eod.
Et condemnati & declarati post sententiam etiam non admictuntur in testem, num.11. eod.
Personæ incertæ,vel certæ quę dicãtur,num.5.& 6. 386
Permittendum an aliquid sit cum periculo peccandi, nu.30. 558
Personæ appellatione continetur Ciuitas, num.7. 336
Personæ plures, vt faciant publicã blasphemiam quales, nume.20. fol. 96
Personæ multæ sunt excommunicatæ in c.nouerint de sent.excom. num.50. 610
Persuasio, consilium, inuestigatio, & instructio ad homicidium cõmittendum quãdo auxilium,vel consilium dicantur, nu.21. 172
Persuadens testari, vt me, & non alium instituat, quando non teneatur ad interesse,nu.32. 416
Persuasio dolosa plus est quam violenta coactio,num.17. 495
Persuasiones differunt ab illatione violentiæ,num.18. 496
Persuadentem ad coitum an in casum corruptionis monialium incurrat,num.15. 343
Et an in excommunicationem synodalem Neapolitanam. fol. 343
Petitio quid differat ab exactione, num.9. 314
Pictores die fœsto retrahentes non includuntur sub casu violãtium num.20. 482
Pietatis officium relegatur exponẽdo filium ad hospitale, num.11. fol. 423
Piscatores an teneantur ad pœnam appositam ab Episcopo si contrauenientes accipiunt pisces, num.26.& 28. 485
Pluuias, vel grandines futura prænunciare quando licitum sit,nu. 6. 636
Poculum amatorium quid sit,num. 20. 640
Polluens se cum mare inter crura, an sufficiat ei dicere se tactu alterius mollitiem commisisse,nu. 44. 717
Pollutio in vigilia perfecta quãdo peccatum mortale,nu.31. 714
Polluens se cum bestia extra vas incidit in casum,num.13. 132
Pollutio in somnis inchoata,& perfecta non est peccatum,num.35. fol. 715

Pollutio voluntaria quam frequẽs, num.41. 716
Pompæ, quæ fiunt mortuis potius sunt consolationes viuorum, quam mortuorum, nu.10. 600
Possessio regulariter differt à proprietate,num.4. 572
Quandoque denotat proprietatẽ, num.5. 572
Possessio transfertur per impressionem sigilli,num.4. 694
Posse id dicimus quod honestè possumus,num.34. 297
Potestas clauium requiritur,ad effectum ligandi,& soluẽdi,& materia,num.5. 6
Potestas excõmunicationis est delegabilis,num.40. 71
Potestas amplissima confessori data, vt intelligatur,num.32. 368
Potestas ordinaria sacerdotum curatorum potest per Episcopum restringi,num.6. 7
Præceptum non reuelandi audita in confessione est negatiuum, & semper obligat, num.11. 546
Præceptum. Non fornicaberis obligat semper, & ad semper, num. 12. 711
Præceptum abstinendi ab esu carnium est inhibitiuum, num. 24. fol. 305
Prædicatores nec includũtur sub incestu,num.41. 147
Prægustare aliquid die ieiunij an sit illud frangere, num.31. 307
Præfationes duos pariunt effectus, num.3. 33
Prælatus potest dare licentiam monacho exeundi extra monasterium, num.24. 667
Prælati tàm regulares,quàm sæculares in casibus non concessis cõprehenduntur si ex causa necessaria non ingrediuntur, num.34. cum seq. 45
Prælatus vt rem immobilem alienare non potest; Ita nec remittere seruitutem, num.3. 315
Prẽmium accusanti constituendum est,num.14. 358
Præstigium quare sic dicatur,num. 25. 641
Præsumens absoluere quando dicatur,supra num.4.& 23. 527
Præsumptio est hæreticæ prauitatis,num.21. 304
Præsumentes absoluere quos comprehendat,num.4. 524
Præsumit verbum denotat dolum, & temeritatem contrafacientis, num.5. 524
Præsumitur infidelis qui videtur cõtendere Ecclesiastica sacramenta, num.12. 403
Est alijs in exemplum scandali,& peccandi,num.13. 403
Possunt à prælatis in genere excõmunicari, nu.14. 403
Cogi possunt ad confitendum,nu. 15. 403
Mortui carent Ecclesiastica sepultura, num.16. 403
Regula cui communicamus viuo communicamus, & mortuo, fallit in præsenti casu,nu.17. 404
Priuilegia confessoribus concessa, vt absoluat à casibus Papæ reseruatis tolluntur in simonia reali, num.11. 77
Priuilegia concessa Ecclesiæ sunt tria præcipuè,num 18. 602
Priuilegium cap.si quis suadente Diabolo 17.q.4.est concessum à

Papa, num.19. 602
Priuilegia cõcessa Ecclesiæ ab Imperatore sunt multa, nume.20. fol. 602
Priuilegium alicuius Ecclesiæ particulare violans an agat contra libertatem Ecclesiæ,numer.21. fol. 602
Priuilegium Casinẽse, ne in aliam religionẽ monachi recipiuntur, num 37. 657
Priuilegijs Episcoporum,an derogetur per præsentem casum, & num.45.& seq. 72
Prohibitus agens directè,vel indirectè idem est,num.24. 603
Prohibito vno omnia prohibentur per peruenitur ad illud, nu. 43. fol. 353
Prohibitum recipere nec potest in vno nummo,num.2. 313
Prohibetur in veteri, & nono testamento,num.8. 197
Professus tacitè, vt quis dicatur, tria requiruntur, nu 31. 656
Et an qui dimittit partem habitus,num 33. 656
Professus incidens in lapsum carnis cum nouitio, circũstantiam sacrilegij ex parte nouitij confiteri non tenetur.nu 26.Sed sic, si cum professo,numero sequen. fol. 713.& seq.
Professio solemnis tollit interdictum,nu.23. 225
Professio tollit omnem maculam, num. 24. 226
Prolem opprimi contingit multipliciter,nu.6. 561
Propè dictio, quæ significet, num 9. 324
Proprietatis quicunque sunt species, num.6. 670
Proprietas quando sit peccatum mortale, num.7. 671
Proprietas quid, & à quo descendat, & qualiter hic, accipiatur numero 1. cum duobus sequen. fol. 669
Proprium quid dicatur,numero 1. fol. 355
Proprietarius an sit subripiẽs paulatim deueniens ad notabilem quantitatem,nu.50. 681
Proprietarius dici non potest possidens aliquid,votum non emittens,num.45. 680
Vel qui habitum suscipiunt in domo, nu.46. 680
Proprietatis grauius quanta sit, ostenditur,nu.9. 681
Proprietarius & religiosus petens indumenta ab Abbate, & non indigens,num.35. 677
Prostituere verbum quid denotet, num. 11. 347
Prouisio hominis tollit prouisionem legis, nu.22. 519
Prouocatio quandoq; sumitur pro appellare,& quandoque pro insultu,num.1. 53
Prouocatio quæ capitur pro insultu, dupliciter fit,nu.2. 53
Prouocantes ad pugnam ex iracundia non incurrunt in pœnas concilij, num, 18. 57
Sed an absolui possint ab Episcopo,si delictũ sit occultum,nu.20 fol. 57
Prouocans ad duellum iuxta Clementem VIII. potest absolui à Confessario habente priuilegium absoluendi à casibus reseruatis Summo Pontifici, num.

19. 53
Proxenete, & mediatores quando teneantur in contractu vsurario, nu. 30. 628
Pubertas in materia inceſtus vt conſideranda, nu. 9. 137
Pubertas ſignis tribus cognoſcitur num. 25. 201
Publicum an dicatur, quod fit coram quinque, nu. 26, 201
Publicum eſt quod omnibus patet, num 2. 213
Publicum qualiter dicatur, num. 4. fol. 196
Publicus concubinarius ſacerdos eſt ſuſpenſus, nu. 13. 198
Publicus aleator nõ poteſt ad ordines promoueri, numero 12. fol. 215
Pudicitia quando dicatur actẽtata, num. 13. 590
Pueri grandiuſculi dicuntur maiores ſeptemnio, nu. 18. 263
Puer poteſt detineri in lecto cum aliquibus circunſtantijs, nume. 31. 568
Puer quinque annorum blaſphemus è diabolo raptus, numero 17. 262
Puer antequam ablactetur, eſt in poteſtate matris, nu. 20. 565
Puella dicta eſt à pupillari ætate, num. 3. 588
Puella à quo anno obligetur voto caſtitatis, nu. 4. 589
Pugnans ex cauſa inculpabili non incurrit pœnas duelli, num. 24. fol. 58

Q

QVadrageſima tota ſeruanda, num. 16. 303
Quadrageſimæ obſeruantia in quo conſtit. num. 14. 302
Quantitas furata, quæ ſufficiat ad conſtituendum peccatum mortale, num. 33. 537
Quantitas diuiditur in pondus, numerum, & menſura, numero 6. 700
Quantitatis nomine apud iureconſultum pecunia continetur, num. 7. 700
Quantitas qualiter conſideretur in foro fori, & animæ, numero 9. & 10. 101 vſq. 25. 702
Qualitas ſemel adiecta sẽper præſumitur durare, num. 36. 247
Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, qualiter intelligatur, num. 7. 555

R

RApiens mulierem, ſed pœnitentia ductus non perficiens delictum, an includatur, nume. 40. 500
Rapiens vxorem ſequuto diuortio an ſit caſus reſeruatus, num. 41. fol. 500. vide, num. 40. fol. 501. & 56. 503
Rapiens mulierem ad finem contrahendi matrimonium à ſit caſus reſeruatus, nu. 48. 502
Raptus non dicitur, vbi præceſſit tractatus de nuptijs, numer. 49. fol. 502
Rapiens ſponſam de præſenti volentem ingredi in religionem, an includatur ſub caſu, num. 50. fol. 502
Raptus tres habet ſignificationes, num. 3. 492

Raptus est species luxuriæ ab alijs distincta,num.4. 493
Raptum iura exagerantur ad puniendum, & quare, numero 10. fol. 494
Raptus crimen reperitur coniunctum cum alijs criminibus, nu. 11. 494
Raptus quandoque concurrit cum strupo, num.6. 493
Raptus quandoque requirit amotionem de loco ad locum, num. 7. 493
Raptus crimen est valde detestabile,num.8. 493
Raptus viduæ quando dicatur, vt sit sub casu,num.31. 599
Raptus an dicatur in sponso,num. 32.cum seq. 499
Raptores quando dicatur auxiliatores,nu.34. 499
Raptor viri an comprehendatur sub casu, num. 35. cum sequen. fol. 99. 500
Raptus an dicatur mulieris semel ab alio cognitæ, numero 26. fol. 498
Raptus an sit non nuptæ in potestate parentis consentientis nu. 27. 498
Raptus an sit meretricis volentis pœnitere,numero .28.cum seq. fol. 498
Raptus quando propriè dicatur, num.45. 501
Rapiens non dum viri potentem, an comprehendatur sub casu, num.46, 501
Raptus mulierum casus multipliciter reseruari solet,numer.23. fol. 497
Raptus an dicatur sine concubitu,num.24.cum seq. 497
Raptus non includit coactionem, cum blandis verbis numero 15. fol. 495
Raptus an includat solutam ab alio semel cognitam,numero 25. fol. 496
Raptor ad quid teneatur raptæ, num.55. 503
Raptus an includatur si non fuerit perfectus,nu.38. 500
Raro dicitur,quod bis fit num.23. fol. 626
Rasura paucarum litterarum, an inducat probationem falsitatis, num.15. 392
Ratihabitionē retrotrahi, & mandato comparari qualiter intelligatur, nu.21. 527
Ratum habens an comprehatur sub mandante,nu.51. 385
Ratihabitio copulæ habita cum sponso nō comprehenditur, nu. 34. 559
Ratam habens termini immutationem an includatur sub casu, num.25. 575
Reconciliatio an videatur facta si vxor scienter debitum marito reddiderit,num.18. 140
Redemptio voti aliud est quàm commutatio,nu.9. 615
Reginæ solæ, & non duciſſæ non comprehenduntur sub regula, num.38. 49
Regula, quando Episcopus absoluat à casibus Papalibus, nu. 15. fol. 5
Regula generalis quando statuta laicorum sint cōtra libertatem Ecclesiæ,nu. 37. 607
Regula quo ad immunitatem Eccle-

Ecclesiæ, num. 38. 607
Regula circa gradum, numero 5. fol. 136
Relatiui qui natura est restringere, num. 1. 560
Relatiuum qui simpliciter appositum est vniuersale, num. 22. 561
Relatiuum qui omnes subditos Ordinarij includit, num. 1. 449
Relatiuum qui omnes includit, nu. 1. 588
Relaxatio iuramenti quid, num. 1. fol. 505
Relaxatio iuramenti potest multipliciter contingere, nu. 2. 505
Relaxatio quandoque ponitur pro declaratione iuramenti, num. 3. fol. 505
Relaxatio non intelligitur in iuramentis assertorijs, nu. 6. Sed solum in promissorijs, nu. seq. 506
Relaxationis iuramenti grauitas quanta, num 15. 507
In relaxando iuramentũ, quæ consideranda, num. 16. 508
Relaxatio iuramẽti in foro fori fit ad duplicem effectum, num. 13. fol. 507
Relaxare iuramenta, qui non possunt, nec commutare, num. 18. fol. 508
Relatiuum qui est generale cõplectens omnes, num. 1. 571
Religiosus an casu innodetur, si retinuerit pecuniam sibi datam à laico, vt det superiori monasterij, num. 36. 706
Et quid si longius duxerit iumentũ datum à monasterio causa proficiscendi, nu. 37. 707
Religiosus nõ incidit, si aliquid habet de rebus monasterij, credens illa habere ex tacito consensu prælati, num. 38. 707
Sed qualiter præsumatur prælatũ tacitè concessurum, nu. 39. 707
Reliquias sacras deferens quando non peccet, sic de deferente sacras reliquias ad collum, nu. 55. & seq. 386. cum seq.
Religiosi quando possunt sine consensu superioris scribere, nu. 16. fol. 439
Religiosus, qui sine animo furandi magnum aliquid surripit, non incidit in casum de furto de rebus monasterij, num. 40. 707
Religiosus pro necessitate vitę alterius furtum committere potest, non tamen sic est in fornicatione, num. 32. & seq. 706
Religio quotupliciter capiatur, & qualiter in apostasia à religione, num. 4. 649
Religiosus sentiens se de proximo semen emissurum, habetur, ac si seminasset intra, nu. 37. 716
Religiosi non teneantur ad Officiũ Beatę Virginis vide plures casus, num. 46. vsque 50. fol. 475. cum seq.
Religiosus capiens vestes à conseruatorio bonorum an sit proprietarius, num. 52. 682
Religiosus fugitiuus an apostata, num. 47. 660
Religiosus cameram intrans causa furandi, si non furetur, in casum non incidit, num 29. 705
Religiosus non est dominus suijpsius, num. 11. 664
Religiosus polluens cum masculo extra vas committit actum Sodomiticum. 42. Sed non Sodomiam,

miam,num.43. 717
Religiosus,vt sit locus de iure canonico, quę requirantur, nu.7. cum seq. 292
Religiosi,Capellani Papę recipientes portionem de seruitijs non sunt proprietarij,num.48. 681
Religiosi non sunt Episcopo subditi,num.19. 440
Religiosi quoties celebrare teneãtur,num.9. 402
Remedia pręseruatiua contra reciduum iniungat sacerdos pœnitenti, num.57. 51
Remissio generalis delictorum nõ comprehendit crimen falsi, nu. 4. 183
Res cum effectu est restituenda, num.23. 318
Res transit cũ onere suo ad quoscunque transit,num 46. 86
Rem propriam rapiẽs propria auctoritate cadit à dominio,num. 19. 575
Rem propriam quãdo propria auctoritate licet recuperare,num. 20. 279
Rei appellatione multa continentur, num.3. 699
Sed qualiter hic capiatur, num. seq. 700
Restitutio dicitur quasi iterata situatio,num.8. 337
Restituere an teneatur, quis cum detrimento famę,nu.29. 257
Restituendi incerta malè ablata, casus vbi soleat reseruari,num. 23. 520
Et an possit reseruari,num.24. & qualiter intelligatur, num.26. & seq. 520
Restitutio facienda per Episcopũ quando circa restituenda nõ est deputatus à testatore executor, num.27. 520
Restitutio differt à satisfactione in multis,num.6. 516
Non restituere est vnum de maioribus criminibus, nu.12. 517
Reseruatio casuum intelligitur de actibus exterioribus, nu.6. 11
Reseruatio an fieri possit de peccatis mere interioribus, nu.7. cum sequenti. 11
Reseruatio casus non intelligitur quoad actũ ipsum quo quis habet incerta, num.16. 518
Reseruari potest incertum, quando distributio facta per alium esset suspecta, num.29. Vel quo ad confessores,ne ipsi restituãt, num.seq. 521
Reseruatio extenditur in fauorem Rep.num.26. 17
Idem, si contineret fauorem Ecclesiarum, vel animarum, nam tunc extenditur ad similes, & maiores casus, nu.27. cum seq. fol. 18
Idem,si sensus proprius contineret iniquitatem, num.29. 19
Reseruatum nõ dicitur peccatum ex se mortale,quod fit incidenter veniale,num.20. 16
Reseruando minus multò magis intelligitur reseruatum id qꝺ est maius,num.11. cum seq. 178
Reseruatio confessarij appropriãtis sibi restituenda,qualiter intelligatur,num.15. 338
Reseruatio potest recipere interpretationem à consuetudine, num.50. 26
Reseruatio casus nõ habet locum quan-

quando testator mandauit, vt incerta restituantur per executores, num. 21. 519
Reseruatio casus non intelligitur quo ad actũ ipsum, quo quis habet incerta, num. 16. 518
Nec quo ad ipsum, qui malè accepit, num. 17. 518
Reseruatio casuum fieri debet adhibitis pręstantibus viris, num. 1. 8
In reseruatione consideranda est proprietas vocabuli, nu. 24. 17
Reseruatio dubia casuum capit interpretationem potius à reseruante, num. 48. 25
Reseruare Episcopi, & prælati tria possunt, num. 4. 46
Reseruatio non extenditur ad casum fictum, num. 55. 27
Reseruatio nulla fit in articulo mortis, vide etiam sacerdos.
Reuelare dicta in confessione est omni lege prohibitum, num. 6. fol. 545
Reuelare peccatum pœnitentis ex eo, q̃ malè absoluit, quàm malum, num. 26. Sed quid faciet, num. 27. & 28. 549
Reuelatio confessionis causa est multorum malorum, nu. 7. 545
Non reuelans motus metu iusto excusatur, num. 39. 417
Reuocatio consilij quando est denunciãda ei in cuius personam debet maleficium cõmitti, nu. 28. 174
Sed quid si reuocatio mandati non peruenit ad mandatarium, num. 16. 171
Reus iuridice interrogatus negãs delictum iurare an dicatur falsum, num. 34. 691
Reus negans veritatem an possit à confessario absolui, num. 37. fol. 191
Reus negans veritatem coram iudice non comprehenditur sub casu, num. 36. 191
Robur literarum Regis est in sigillo, num. 26. 395

S

SAcerdos carnaliter cognoscẽs pœnitentem tria peccata cõmittit, num. 26. 328
Sacerdos de mãdato Episcopi absoluens percutientem clericum enormiter an sit excommunicatus num. 42. 71
Sacerdos vt valeat audire confessiones, qualis esse debeat, nu. 1. 313
Sacerdos dispensans super irregularitate contracta sine peccato incurrit, nu. 44. 371
Sacerdotes qui, & quare sic dicantur, num. 1. 523
Sacerdotes quandoque pro confessoribus capiuntur, numer. 2. fol. 523
Sacerdotes in reseruatis ab Episcopo non dicuntur, habere ordinis executionem, nu. 3. 524
Sacerdos inaduertenter dimittẽs partem canonis excusatur a peccato mortali, numero 43. fol. 48
Sacerdos qui eo ipso tenetur deserere officium confitendi, an teneatur si periclitaretur vita, vel fama, nu. 4. 323
Sacerdos in reseruatis Episcopo non

nō habet ordinis executionem, num. 3. 11
Sacerdos quare à venialibus absoluit, & non ab excommunicane minori, nu. 45. 248
Sacerdos absoluens eum, qui debet restituere aliena, quam maximè peccet, nu. 15. 517
Sacerdos in reseruatis Episcopo non dicitur habere ordinis executionem, nu. 10. 4
Sacerdotum crimē sollicitantium quam grauissimum, numero 21. & 24. 326. cum seq.
Sacerdos proprius quis dicatur, num. 42. 248.
Sacerdos abutens extrema vnctione peccat mortaliter, numero 31. 381
Sacramenta quare sic dicantur, & Eucharistia, nu. 15. 376
Sacramentum an iterandum, quādo admiscetur vnum oleum pro alio, nu. 26. 379
Sacristia an sit locus sacer, nu. 37. fol. 298
Sacrum quid, & vnde dicātur Christiani, nu. 5. 374
Sacra res pretio vendi non potest, nu. 19. 79
Sacrilegij pœna de iure canonico, quæ, nu. 12. 533
Sacrilegium vnde dicatur, & quid sit, num. 1. 531
Sacrilegium multipliciter committitur, nu. 2. 531
Sacrilegium ratione rei aliter cōmittitur de iure ciuili, & aliter de iure canonico, num. 3. 531
Sacrilegus multis modis dicitur, num. 4. 551
Sacrilegium ratione personæ tripliciter fit, & totidē rationem rei, num. 5. cum seq. 531
Sacrilegus rerum Ecclesiasticarum comparatur Iudæ proditori, num. 7. 532
Sacrilegij casus, quot modis reseruari solet, nu. 16. 533
Sacrilegium est, mentale desideriū peccandi carnaliter in Ecclesia, num. 14. 293
Sacrilegus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri, num. 14. 533
Sacrilegium mentale licet fit confitendum, non tamen casus est reseruatus, num. 55. 542
Saluatoris nomen conuenit soli Christo, num. 3. 281
Saluatoris nomen conuenit soli Iesu, num. 3. 281
Sanctum qualiter malis dicitur obesse, num. 47. 334
Sanguinis effusio quando sub sacrilegio non comprehendatur, nu. 49. 540
Sanguinis effusio cum scandalo, quando dicatur nu. 50. 540
Sanguinis effusio quæ publica, nu. 51. 541
Sarraceni intelliguntur per oues, & pecora, num. 20. 133
Satisfactio ad tria principaliter reducitur, num. 7. 314
Satisfactio qualiter à monacho fiat, cum nihil possideat, nu. 18. fol. 703
Satisfactum dicitur: qualitercunq; dicitur satisfactum, nu. 32. 629
Satisfactio, & non restitutio fit in Purgatorio, num. 7. 516
Satisfacere sibi nemo potest propria auctoritate, num. 25. 535

Satisfactio qualis à pœnitente facienda, nu.49. 73
Scãdalum facilius nasci permittitur, quã vt veritas relinquatur, num.19. 490
Sciens aliquem retinere animo compensandi non tenetur ad reuelandum,nu.27. 415
Scriptura publica est authentica, 53. non e conuerso, nu.21. 390
Scribere dupliciter capitur, nu.1. fol. 204
Scriptura publica quando dici potest authentica,nu.8. 391
Scripturæ publicæ triplex est genus, nu.9. 391
Scriptura priuata quando potest dici authentica,nu.6. 390
Scripturam sigillatam,in qua erãt scripta peccata aperiẽs ligatur casu,num.9. 438
Scriptor occultus libelli famosi qualiter admonendus, num.24. fol. 210
Scriptor libelli famosi contra nocentem, an ligetur casu, nu.10. fol. 214
Scripturam publicam mutãs, cum sit falsarius, includit in casum, nu.13. 393
Secta differt à sepa, & seta,n.15. fol. 651
Secretum quibus in casibus reuelandum,nu.10. 546
Secreta quæcunque tacere natura astringit, nu.8. 545
Secreta Ciuitatis,vel Capituli reuelantis quæ pœna,nu.10. 727
Seducens an quandoq; benefaciat, nu. 45. Et quid si leuiter seduxerit,nu.seq. 192
Seducens non includitur sub verbo testimonium perhibẽtes, sed qualiter puniatur,nu.41.nu.39. fol. 191
Sedes ibi dicitur,vbi est Papa, nu. 10. 615
Sedi Apostolicæ multa sunt reseruata,nu.11. 615
Seducens ad testificandum falsum an teneatur si eo non seducente alij seducederent, nu.44. 192
Seducens ad dicendum falsum, si postea reuocat dictum suum,an teneatur,nu.51. 193
Semel aduerbium qualiter accipiatur,nu.3. 401
Semel denotat peccatũ mortale, nu.4. 401
Seminis effusio, vt sub casu comprehendatur, oportet vt actus sit consumatus,nu.52. 541
Sententiæ iustæ ad esse quæ necessaria, num.30. 246
Sed quid si sententia banni esset nulla, nu.57. 164
Sententia iniusta dupliciter dici potest,nu.31. 246
Sigilli fractura quando nõ noceat ad incurrẽdum casum, num.28. fol. 396
Sigillum ex metaphora sumpta à clausura literarum dicitur, nu.9. 546
Sigillũ ex se cõseruat literas clausas, nu.6. 694
Sigillum violãs qualiter puniatur, num.7. 694
Sigillum aliter sumitur à legistis, & aliter à canonistis,nu.3. 694
Sigillum quale esse debeat, nu.24. fol. 697
Sigillum monasterij dicitur esse prælati,nu.9. 695

Sigil-

Sigillum falsare quàm graue peccatum, nu. 10. 695
Est maius quàm cudere monetã falsam, nu. 11. 695
Signum adulterinum facere quid, num. 15. 696
Sigillum, & subscriptio quare in literis apponatur, nu. 4. 437
Simoniaca prauitas tàm diuina, quàm canonum auctoritate abhorretur, nu. 12. 77
Simoniæ species multiplex, nu. 1. fol. 75
Simonia mentalis duplex est, nu. 2. 75
Simoniacis mentalibus sola pœnitentia sufficit, nu. 3. 75
Simonia conuẽtionalis duplex, nu. 4. 75
Simonia realis perfecta quę, & quę non punibilis, nu. seq. & nu. 7. nu. 5. 76
Simonia in quibus committatur, nu. 8. 76
Simonia confidentiæ beneficialis quæ, & confidentialis quæ dicatur, nũ. seq. nu. 9. 77
Simonia an sit aliquid pro benedicendis calicibus capere, nu. 40. fol. 84
Simonia quàm detestanda in beneficijs ad confidentiam, nu. 41. fol. 84
Simonia confidentialis multifariã committitur, nu. 42. 84
Simoniaci in cõfidentiam ipso iure priuantur beneficijs, fallit si inscio eo, cui beneficium cõfertur fit, num. seq. nu. 43. 85
Simoniæ inscius statim vt scit, beneficium resignet, n. 45. 86
Simoniaci sunt exigentes pecuniã pro Sacramentorum exhibitione, siue capiantur strictè, siue impropriè, nu. seq. nu. 22. 80
Simoniaci puniuntur cuiuscũque status sint, nu. 20. 80
Simonia in confidentiam quàm grauissimè punita, nu. 21. 80
Simoniæ à peccato immunis est pecuniam dans, ne simoniace quis conferat Sacramenta, nu. 27. 81
Simoniacus est recipiens pecuniã pro collatione quorumqunque ordinum, nu. 28. 81
Simoniæ commissæ in ordine suscepto effectus, nu. 39. 82
Simoniaci reales in ordine sunt irregulares, nu. 30. 82
Simoniæ inscius quando non peccet, nu. 47. 86
Simoniaci mentales non includũtur sub casu, nu 48. 86
Contra simoniacos variæ sunt Pontificum Constitutiones, nu. 14. 78
Simonia si reseruatur, etiam de minima intelligitur, nu. 18. 15
Simoniacum est aliquid accipere in confessione, nu. 14. 316
Simonia quòd sit capitale crimen, ex multis cognoscitur, num. 15. fol. 79
Simoniaci ordinati suspenduntur ab omnibus, nu. 55. 87
Sodomia est mixti fori, punibilis per vtrunque iudicem, num. 19. fol. 113
Sodomita propriè concubitor masculi dicitur, & non patiens, nu. 7. & 27. nu. 5. 119
Sodomitæ quare dicantur filij diffidentiæ, num. 17. 123

Sodomitæ vxor potest petere separationem à toro, nu. 18. 123
Sodomia quàm graue delictum sit, patet, ex multis, num. 13. 121
Sodomię ab crimen tres, & duę ob ciuitatem fueret consuntæ ciuitates, nu. 14. 121
Sodomia vocatur Apostasia à natura, nu. 2. 119
Sodomitica copula differt ab actu sodomitico, nu. 9. 120
Sodomia vt propriè cõmittatur, duo necessaria, nu. 10. 120
Sodomitæ, & coeuntes cum bestijs pari pœna puniuntur, num. 1. fol. 129
Sollicitantes cõprehenduntur etiã non deuenientes ad actum, nu. 35. 531
Sollicitans pœnitentẽ non ad prę-sens, an comprehendatur, nu. 36 fol. 331
Sollicitans filiam spiritualem cõprehenditur siue bonam fecerit malam, siue malam deteriorẽ, nu. 37. 331
Sollicitatus à pœnitente non continetur, num. 38. fallit num. 40. fol. 332
Soll citans quamuis statim pœniteat non excusatur, nu. 39. 332
Sollicitans pęnitentem longè post cõfessionem, an comprehendatur sub censura, nu. 41. 333
Sollicitãtium ad turpia casus quatuor continet, nu 1 322
Sollicitantium casus diuersimodè à diœcesanis reseruatur, & ab Ordinarijs, nu. 28. 328
Sollicitans per lenonem quando comprehendatur, sub casu, nu. 29. 329
Sollicitans per alium tria peccata committit, nu. 30. 329
Sollicitans pęnitentem quem non absoluit, comprehẽditur, num. 31. 329
Sollicitantis filiam casus, an comprehendat filium spiritualem, num. 32. 330
Sollicitatores fęminarum, & adolescentum de iure ciuili qualiter puniantur, num. 19. & de iure canonico, num. 22. sunt de hæresi suspecti, num. 23. fol. 326 cum seq.
Sollicitata quando possit detegere sollicitatorem, num. 44. cum seq. 333
Sollicitare, attentare, appellare, interpellare, & assectari quid, nu. 13. & 15. 325
Sollicitare fit aliquo exteriori signo, nu. 14. 325
Soluere dicitur, qui compensationem facit, nu. 6. 450
Soluere an dicatur, qui cautionẽ præstat de soluendo, nu. 29. 454
Solutionis verbo quid cõtineatur, num. 5. 450
Somnia obseruantes quando comprehendantur, nu. 27. 642
Idem de vtentibus sortibus ad requirenda furta, nu. 28. 642
Sic proijcientes plumbum, aut cæram liquefacientes, vt ex his occulti cognitio colligatur, nu. 29 fol. 642
Idem de fabricantibus per se, vel alios imagines, phialas, & annulos, nu. 30. 642
Somnia quę licitè possint deducere, nu. 5. fol. 635. & nu 48. 646
Sortilegia quàm maximè execra-

biliora facta cum hostia consecrata, nu. 32. & seq. 643
Sortilegia tribus modis exercentur, nu: 11. 375
Sortilegium hic comprehēdit omnes species sortilegiorum, num. 12. 375
Sortilegia quæ sapiant hæresim, nu. 8. 636
Spirituale dans pro temporali cōuento, licet nō tradito, simoniacus est, nu. 26. 83
Sponsalia de præsenti dicūtur matrimonium ratum, numero 6. fol. 553
Sponsa non trāsit in vxorem, si matrimonium est cōtractum iuxta Conc. Trid. Non tamen est cōsumatum, nu. 5. 553
Sponsalia tàm publica, quàm clādestina contrahens, comprehēditur sub litera, nu. 18. 556
Sponsus quando cogi possit ad dotandum, nu. 24. 557
Sponsaliorum duplex effectus, nu. 26. 557
Sponsa quādo tactus à sponso possit pati, nu. 28. 557
Sponsus, qui nititur venire ad copulam, sed non potuit, non includitur, nu. 21. 556
Sponsus de futuro toties peccat, quoties coit cum sponsa, nu. 14. fol. 555
Sponsi venientis ad copulam ante matrimonium casus simpliciter reseruari solet, nu. 17. 555
Sponsus quando sponsi nomen amittat, sic, & sponsa, numer. 8. fol. 554
Sponsus de futuro quis propriè dicatur, nu. 1. 552
Sponso de præsenti puandoq; consulendum, aut ante benedictionem consumet matrimonium, & sponsa de præsenti quæ dicatur, nu. 2. 553
Sponsus an possit cogi à sponsa ad eam deflorandam, nu. 11. 554
Spontè oblatum potest à confessario recipi, nu. 5. 314
Statera, stater, & siclus quid, nu. 1. fol. 252
Statim aduerbium qualiter accipiatur, nu. 20. 413
Statuendum est aliquid ad cautelam futurorum, nu. 13. 261
Statuens suo statuto non ligatur, & nec successor, num. 35. & 36. fol. 382
Statutarij contrauenientes à quo tempore sint excommunicati, nu. 49. 610
Statutum laicorum à Papa approbatum, est seruandum, vt statutum Papæ, nu. 35. 607
Statutum vt rapiens solutam moriatur, an procedat in rapiente solutam ab alio cognitam, num. 22. 496
Statuta laicorum super merè spispritualibus, vel spiritualitati annexis sunt contra libertatem Ecclesiæ, num. 8. 599
Statutum contra consanguineos clericorum e contra libertatem Ecclesiæ, nu. 15. 601
Statutum vt puniatur delictum in Ecclesia commissum non habet locum in commissum in Basilica, nu. 19. 295
Statuta Laicorum coactiua in Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas sunt contra libertatem

Ecclesiæ, nu. 11. 600
statuta quæ veniunt contra priuilegia concessa Ecclesijs à Deo, Papa, vel Imperatore, sunt cõtra libertatem Ecclesiæ, nu. 12. fol. 100
Statutum dicitur contra libertatem Ecclesiæ eò quod minor pęna imponitur per delicto facto in personam clerici, quam laici, nu. 13. 100
Statutum impones modicam pœnam offendenti, neque valet inter laicos, nu. 14. 601
Statuta laicorum prohibẽtia subditis comertia cũ personis Ecclesiasticis sunt contra libertatem Ecclesiæ, numero 23. fol. 603
statutum municipale laicorũ, generaliter loquens in dubio non ligat Ecclesiasticas personas, nu. 32. 606
Idem, si generale prohibitiuum, vel præceptiuum in odium Ecclesiasticorum, vel in fauorem, nu. 33. fallit 36. 606
Statutum laicorum non tenet quo ad Ecclesiam dictans, ne laici vendant rem immobilem, non subdito, nu. 26. 604
Statuto si cauetur vt excommunicatus quolibet mense tantũ soluat, an denegando absolutionẽ, nisi soluat, simoniacus sit, nu. 39 fol. 84
Statutum, vt non fiat venditio nisi sub tali forma, an deroget libertati Ecclesiasticæ, numer. 54. fol. 612
statutum si occiderit, non verificatur, nisi eo sequuto, nu. 27. 395
Statutum excludens filiam ab hæreditate extenditur ad neptem, nu. 15. 132
Statutum punies cognoscentem nuptam, multò magis locum habebit, si cognoscet monialẽ, nu. 47. 530
Statutum, vt occidens occidatur procedit in doloso, nu. 24. 188
Statutum puniens tractatum facientem non requirit consumationem, nu. 45. 353
Statutum, quòd quis non ludat ad azardum sub pęna, ligat etiam azardos facientes, numero 11. fol. 214
Statutum, vt Dominus animaliũ soluat tantum pro animalibus, inuentis in alterius agro, quando iniquum, nu. 21. 446
Statutum debet intelli secundum ius commune, nu. 16. 432
Statutum mentionem faciens descriptura intelligitur de valida, nu. 30. 396
statutum prohibens bona vendi non substinẽtibus onera, est cõtra libertatem Ecclesiasticam, nu. 57, 612
statutum loquens in personam, nõ comprehendit mandantem, nu. 21. 575
statutum requirens præsentiam, exigit etiam intelligentiam, nu. 66. 111
statutum loquens de vulnere non comprehendit vulnusculum, nu. 7. 719
statutum non perficiens non est excommunicatus, numero 47. fol. 610
Et quid si perficeretur, sed non

publicaretur, nu.48. 610
statutum nõ ligat ignorantes, nu. 30. 454
statur pro se, & contra se in foro animæ, nu.21. 200
stuprum grauius simplici fornicatione, nu.13. 555
stuprata ponitur in via meretricandi, num.15. 555
subarratio fit per immissionem annuli in quarto digito, nu 27. fol. 557
subditi delinquentes extra diœcesim an ligetur, nu.18. 263
subditi inhabiles sub prohibitione non continentur, nume. 16. fol. 262
subditus non tenetur seruare voluntatem prælati tacitam, num. 25. 17
subditi absentes an excusentur à pœna canonis, nu.44. 48
subditus quando quis dicatur, nu. 59. 28
subditi qui dicantur, nu.3. fol.373 & nu.10. 375
subfocare verbum venit ex sub, & faux, nu.27. 567
suffocantes pueros in lecto excusantur quandoque, nu. 32. cum seq. 568
suffocato filio in cunis quando parentes teneantur, numero 36. fol. 569
suffocatio paruulorum quàm diuersimodè reseruatur, num. 15. fol. 564
suffocans mater filium in lecto an sit verè homicidium, num. 62. fol. 165
suffocantes dicuntur rei homicidij, nu.8. 562
suffocãtes infantium quare sic vocentur, nu.10. 562
suffocantes puerum ex leui causa, incidunt in casum, nu.22. 566
suffocare tentans, & non perficiens non incidit, nu.23. 566
superiores qui, num.5. & superioritas quotuplex, nu.seq. 727
superior an de rigore possit absoluere, nu.22. 233
superiores regularium, an possint audire cõfessiones subditorum, num.29. 732
superior, aut æqualis, aut ipsemet an comprehẽdatur sub prohibitione allocutione monialium, num. 27. & 28. fol. 266 sed an successor, numero 30. fol. 267
Non comprehẽditur vrbanitatis causa loquens cum alia, quam cum qua habuit licentiam, secus si dolosè, nu. 31.32. 267
superstitiosum quando sit, vel licitum circumferre verba collo appensa, nu.36.& 37. 644
sed quid de portantibus reliquias Sanctorum ad collum, num.38. fol. 644
Superstitionum species omnes cõprehenduntur sub casu, num.43. fol. 645
superstitionum species quàm sint execrabiles, nu.17. 639
superstitionum variæ species, & quæ, nu.24. 641
superstitionis definitio quæ sit, nu. 12. 637
suppletio fieri debet tempore, quo illa fieri debebat, nu.17. 288
supponens partum committit furtum, nu.8. 488

Surripiens res sacras religiosus etiam ex deuotione incidit in casum, num. 24. 704
Surripiens à religioso aliqua rescripta an casu innodetur vij. quod incipit furtum de rebus monasterij, num. 26. 705
Et quid si religiosus retineat pecuniæ residuum, quod superest de viatico facto, num. 27. 705
Surripiens sacrum à sacro animo compensandi an comprehendatur, num. 23. 535
Surripientes modium an quandoque peccent mortaliter, nume. 30. 319
Surripiens rem monasterio destinatam an incidat, nu. 34. 706
Surripiens aliquid pietatis causa innodatur, num. 30. & si administrationem habeat, nu. 31. 705
Suspendo te, denotat suspensionem ab omni officio, & beneficio, num. 2. 230
Suspensio simpliciter prolata genus est, num. 3. 230
Suspensio ab officio quid comprehendat, num. 4. 230
Suspensio ab officio an excommunicare, & beneficium conferre possit, num 5. 231
Suspensio à beneficio quid operetur, num. 6. cum seq. 230
Suspensio denotat eam, quę fit à se ipso ob peccatum mortale, nu. 8. 230
Suspensionis definitio quatenus cẽsura, num. 9. 230
Suspensionis violatio inducit irregularitatem, num. 17. 233
suspensio hic reseruatur, quatenus est censura Ecclesiastica, nu. 18. fol. 233
suspensio an hic reseruetur, quæ incurritur ob culpam venialem, num. 19. 233
Suspensionis nomen hic pro censura accipitur, num. 2. 323
suspensio quo ad se tantum non includitur sub litera, numero 23. fol. 234
suspensus etiam non publicatus includitur sub litera, nu. 25. 234
suspensionis ordinis ab executione intelligitur de omni, numero 7. fol. 323
suspensus à sacerdotio intelligitur etiam suspensus à minoribus, num. 34. 236
suspensus à missa potest alia sacerdotalia exercere, nu. 35. 236
suspensio qualis inducat irregularitatem, num. 41. 370
suspensus à diuinis an possit missam audire, nu. 37. 236
suspensio an liget personam non sibi subiectam, num. 38. 237
suspensio in latissima significatione quid contineat, numero 29. fol. 235.
suspensio quid significet, num. 14. fol. 232
suspensio quid, & quatenus operetur, num. 11. 231
suum capitur pro proprio, nu. 21. fol. 581

T

TAciturnitas alicuius rei quando vitiat gratiam, nume. 43. fol. 333
Tactus patiens an & quando debeat resistere, nu. 22. 712

Et quid si dubitat an tactus sint libidinosi, num. 24. Vel scit: sed non consentit, num. 25. 713
Tactus libidinosi absque seminis emissione peccata mortalia, nu. 10. 710
Tempus qualiter à iure detur pro exequendis legis pijs, num. 37. fol. 455
Tempus præfixum à testatore attendendum, num. 38. 455
Tempus à iure præfixum intelligitur à die scientiæ, & aditæ hæreditatis, num. 39. & seq. fol. 455. & seq.
Terminos immutans est à Deo in lege maledictus, num. 14. 574
Non absoluendus, nisi terminos prius restituat, num. 15. 574
Terminum auellens incidit, ergo, multò magis amouendo in totum, num. 16. 574
sed quid si amoueat ignorans illum esse terminum, numero 17. fol. 574
Num qui bona fide credens lapidem amotum non fuisse terminum, incidat in casum, num. 18. fol. 574
Terminos immutare quid sit, num. 10. 573
Termini dicuntur tolli multipliciter, num. 11. 573
Termini fines possessionem significant, & quid propriè sint, num. 20. & seq. 572
Terminos vi immutare quis dicatur, num. 7. 572
Testis desponens falsum, quod nemini nocet, an in foro fori puniatur de falsò, num. 2. 12. 29. 30. & 31. 182
Testis dictum prius deponentis falsum postea iurantis non valet, num. 26. 188
Testis quando dicatur reuocatus incontinenti, num. 16. 688
Teste reuocato cui stetur dicto primo, an secundo, num. 18. 688
Testis in iudicio falsum dicēs quādo sit falsus, num. 23. 689
Testes deponens falsum fine quocumque bono dicitur falsus, nu. 22. 188
Testimoniū falsum numeratur inter grauiora, quę per Archi. ponuntur, num. 10. 11. 12. 184
Testis testificando quas expensas recipere possit, num. 33. 691
Testis respondendo iudici se nescire, vt sibi reuelet, an excusetur, nu. 32. & 33. 190
Testis falsus tres offendit, num. 53. fol. 194
Sed an valeat si deponat extra acta causæ vel coram. Notario sine licentia iudicis, num. 27. fol. 188
Testis falsus Deum, iudicem & partem lædit, num. 6. 686
Testantes qui dicantur, nu. 7. cum seq. 410
Tondens bonam monetam, quę excedit iustum pondus reducendo ad æqualem non incidit, nu. 28. 360
Sed an tingentes pecuniam incidant, num. 29. 361
Tondere monetam quibus modis fiat, num. 8. 357
Adulterina moneta quare sic dicatur, nu. 9. 357
Tractatus solus de simonia non includitur, num. 50. 87

Transgrediens in modico clausuram non comprehenditur sub censura, num. 45. 48
Nec ingrediens pro tuenda vita corporis ab inimicis, nume. 46. fol. 49
Nec alloquentes cum monialibus, & non ingredientes, num. 47. 49
Nec paruulæ minores sex annorum, num. 48. 49
Transitus ad aliam religionem, vt sit licitus, qualis; sed illicitus, num. 35. & 36. 657
Transitus ad religionem multifariam vocatur, num. 48. 660

V

VAgus, & fugitiuus quis, num. 10. 664
Vanarum obseruationum regula, quæ obseruari possit, numero 7. 636
Vendês minori pretio taxato, quãdo peccet, num. 23. 256
Veniens contra votum morte subitanea multatur, num. 49. 334
Vendentes vltra pretium rigidum dicuntur vsurarij, numero 19. fol. 625
Vendentes res legitimo pretio minutas cum mensuris, quando non comprehendantur, nu. 24. fol. 256
Vendentes reliquias Sanctorum martirum sunt simoniaci, num. 18. 79
Venefici occidentes veneno inducuntur sub casu reseruato, vocanturque proditores, num. 30. fol. 157
Veneficium duplex, numero 13. fol. 638
Veneni genus, quod datur ad amorem captandum numero 35. Et quod triplex est genus veneni, num. 34. 158
Veneficia, sortilegia, & incantationes alias etiam species includunt, num. 1. 634
Verba generalia restringuntur ad subditos prælati, num. 2. 699
Verba sunt intelligenda cum effectu, num. 35. 559
Verba sunt accipienda in proprio significatu, num. 41. 353
Verba legis obscura per quem sunt interpretanda, numero 45. fol. 310
Verba sunt accipienda cum effectu sic in censuris, num. 12. cum seq. 14
Verba si reddantur inutilia capta in propria significatione, extenduntur sub num. 30. 19
Verbum ambiguum qualiter interpretetur, num. 43. 309
Verba cum effectu sunt accipienda, num. 10. 55
Verba impropriantur ad euitandum absonum intellectum, nu. 11. 55
Verborum propria significatio quando non attendatur, nu. 41. fol. 586
Verborum propria significatio ex multis cognoscitur, numero 42. fol. 23. cum seq. 23
Verbum videtur est fictionis, nu. 7. 32
Verbum futuri temporis non inducit canonem latæ sententiæ, nu. 9. 458

Ver-

Verba in dubio intelliguntur in proprio significatu, numero 6. fol. 229
Verba turpia in Deum dicens an blasphemus, nu. 36. 102
Verberans patrem, cum aliter fieri non potest, non incidit, num. 31. fol. 585
Verberare tantum intendens, si excedendo interficit, an homicida sit voluntarius, nu. 63. 165
Verberare patrem & matrem, verberat seipsum, & quàm puniatur hoc peccatum, nu. 17. & sequen. fol. 580
Casus iste verberans patrem diuersimodè reseruatur, numero 19. fol. 580
Verberans patrem naturalem ligatur, num. 39. 585
Verberare quid, & qualiter differat à pulsare, num. 1. & sequen. fol. 577
Verberatio ex duplici capite consurgit, & quæ in illam considerantur, num. 3. & 4. 577
Verberatio qualiter differat à vulnere, num. 8. 578
Verberum coertionem multæ personæ habent, num. 11. 720
Verberare, & pulsare differunt, nu. 12. 720
Veritatem occultans, ex quo præcesserat iuramentum de tenendo secretum an dicatur iurare falsum in iudicio, num. 28. 690
Veritatem occultans extra iudicium an sit falsus, num. 22. 689
Vesperum, & diluculum quid, nu. 3. 662
Veste vtens lugubri in notam alicuius, vel cornua ponens ad portam, an incurrat in literam textus, nnm. 21. 209
Viator quando forum sortiatur in vtroque foro, num. 31. 472
Vicarij cum Episcopo idem faciũt consistorium, quod qualiter intelligatur, num. 21. cum sequen. fol. 618
Vicarius non sacerdos an possit alteri delegare, num. 23. 618
Vices plures constituunt consuetudinem in concubina, nu. 18. 199
Vidēs clausuram ad malum finem tantum a Papa absoluitur, num. 16. 41
Videtur verbum ostendit arbitriũ boni viri, num. 57. 683
Violantis puellam castitatis voto adstrictam quanta sit peccati grauitas ex pena dignoscitur, num. 15. 591
Committit furtum, & sacrilegium, num. 16. eod.
Item committit Apostasiam, adulterium stuprũ, & peccatum contra naturam, nu. 17. eod.
Item constituit fœminam, in periculo meretricandi, numero 18. fol. eod.
Violãs puellam ad quid teneatur, num. 21. & 22. 592
Violans puellam ignorans eam voto castitatis adstrictam an cõprehendatur sub casu, num. 23. fol. 592
Violare verbum ad multa refertur & qualiter hic accipiatur, num. 9. fol. 589. & num. 11. 590
Violans puellam quando in casum non incidat, nu. 30. 594
Et quid si venerit ad actus, & tactus inhoneſtos non tamen ad com-

commixtionem,num.31. 594
Violantis puellam crimen quàm sit graue, nu.14. 590
Violantis puellam voto solemni obligatam, peccatũ hoc à multis reseruatur Episcopis, num. 19. 591
Violare verbum exponitur, nu.1. fol. 597
Violentia in materia Canonis si quis suadente, quid significet, nu.7. 63
Violare quid propriè,& transumtiue dicatur,nu.1. 37
Violẽtia vera requiritur in raptu. nu.51. 502
Vis absoluta an cadat in coitu cũ alia,nu 34. 715
Vis in raptu debet esse vera, & nõ interpretatiua,nu.5. 493
Vis non dicitur illata,si virgo fuerit dolosè subducta in domum alterius, ibiq; absconditus homo stupravit,numero 19. & 20. fol. 496
Vir, vt agens plus laborat in actu carnis quam mulier, num. 32. fol. 351
Vir vnde dicatur, & quatuor modis nominatur,nu.3. 346
Virginitas mentis amissa non cõprehenditur sub casu, num. 32. fol. 594
Visitare, & ingredi secta monialium quoties possunt personæ, nu. 33. 45
Visitare prælati quæ in monasteriis possint,& debeant, nu.32. 45
Vitium contra naturam multipliciter committitur, nu.20. 712
Voluntas sine effectu quandoq; punitur,nu.20. 326
Voluntas cum litera N. differt à voluptate cum litera P. nu. 5. fol. 709
Voluntas multipliciter capitur, nu.6. 709
Voluntas coacta duplex, num. 7. fol. 709
Voluntas in maleficijs spectatur in foro exteriori,nu.27. 155
Voluntas testatoris infra quãtum tempus exequenda,nu.12. 451
Voluntarium duplex, nu.61. 165
Vltimæ voluntates dicuntur multiplices,nu.3. 409
Voluntas vltima testatoris quæ dicatur,num.4.fol.409. & nu.28. fol. 415
Est deambulatoria vsque ad mortem,nu.5. 410
Vltima volũtas ad pias causas valet cum duobus testibus, nu.32. fol. 454
Voluntatem defuncti inter viuos impediens non arctatur casus reseruatione,nu.28. 415
Voluntates defunctorũ exequi differentes in multum tempus qualiter peccent, nu.30. 415
Voto simplici q adstringitur multò magis solemni, nu.6. 589
Votorum omnes species ad duas reducuntur,nu.1. 614
Votorum solemnium duo reperiũtur modi,nu.2. 614
Votum quid differat à pollicitatione, & si sanctis fit, Deo fit. num.4. 614
Vota qualiter extinguantur per solemnem religionis ingressum, nu.28 619
Vota minima commutare an comprehẽdatur sub casu, n.29. 619

Votum

Votum publicum differt à solẽni, nu. 3. 614
Votum ad constituendum tria necessaria, nu. 5. 614
Vota qualiter extinguantur per solemnem religionis ingressum, nu. 28. 619
Vota in quibus dispensat, vel commutat Episcopus, numero 31. fol. 620
Votum differt à promissione, sponsione, & pollicitatione, num. 4. fol. 670
Votum solemne qualiter fiat, nu. 5. 670
Vota commutandi potestas qualiter intelligatur, nu. 25. 618
Vota vt Episcopus commutare possit, qualiter intelligatur, nu. 26. 619
Votum continentiæ emissum de volũtate vxoris quid operetur, nu. 29. 143
Votum metu factum non valet sic iuramento communitum, nu. 38 fol. 513
Voto castitatis semel violato, an teneatur puella illud iterum seruare, nu. 33. 594
Votum solemne in puella quale dicatur, nu. 24. 593
Votorũ commutatio qualiter reseruetur, nu. 14. 617
Vota, quæ Episcopus commutet, nn. 12. 616
Vsuræ multiplices species, num. 7. fol. 622
Vsurarum crimen vtrunq; testamentum detestatur, numero 8. fol. 622
Vsurarij idolatræ, & absq; charitate dicuntur, nu. 9. 623
Vsura vocatur vorago, & quare, nu. 10. 623
Vsura est contra costitutiones sanctorum Patrum, nu. 11. 623
Vsurarij casus multipliciter reseruatur, nu. 14. 623
Vsura habet locum tàm in mutuò explicitò, quàm implicito, nu. 15. 623
Vsura palliata in quibus casibus contrahatur, nu. 16. 624
Vsurarij dicuntur raptores, pauperumq; trucidatores, & infideles, atq; filij Diaboli per imitationem, nu. 12. & seq. 623
Vsurarius an sit, quando debitor ex pecunia multũ fuerit lucratus, nu. 27. 627
Vsurarius an sit faciens contractũ vsurarium communiter æstimatum licitum, nu. 28. 627
Vsurarius an dicatur vsuras committens, sed pœnitentia ductus iam desijt, nu. 24. 627
Vsurarium an faciat fama publica nu. 25. 627
Vsura in multis cõtractibus committi potest, nu. 13. 284
Vsura vnde dicatur, nu. 3. 621
Vsura in pecunia, & in alijs rebus dicitur, nu. 4. 622
Vsurarij quocunq; optimo fine exercendo vsuras comprehenduntur, nu. 6. 622
Vsurarum iudicium canonicum est, & ciuile, nu. 34. 629
Vsurarius publicus multipliciter dicitur, nu. 18. 625
Vsuras raro committẽs in casum incidit, nu. 22. 626
Vsura in multis contractibus committi potest, nu. 13. 284

Vsufructuarius effectus monachus an sub casu comprehendatur, nu. 51. 682
Vsus appellatione continetur quã doq; proprietas, nu. 2. 336
Vsus differt ab vsufructu, num. 3. & qualiter hic accipiatur vsus, nu. seq. 336
Vtens re furata in Ecclesia nõ includitur sub sacrilego, num. 30. fol. 536
Vtens, & non falsans an sub falsificante comprehendatur, nu. 20. fol. 697
Vtens falsis literis an præsumatur scire falsitatem, nu. 21. 697
Vtilitas magna necessitati comparatur, nu. 28. 510
Vulnerans an dicatur occidere, nu. 8. 719
Vulneratus mortifere quid differat ab eo, quem constat ex vulnere esse moriturum, num. 59. fol. 164
Vulnerans aliquem ex animo, vt occidat, qui ab alio fuit extinctus, an sit verus homicida, nu. 58. 164
Vulnus non comprehendit vulnusculum, nu. 30. 724
Et quid si in vulnusculo fuerit appositum venenum, & vulneratus obijt, nu. 31. 724
Vulneratus in rixa si persequens inimicum fugientẽ occidit, non est homicida voluntarius, nu. 4. fol. 160
Vulnus differt ab vlcere, num. 6. fol. 719
Vxor innocens an possit propria auctoritate ab adultero viro discedere, nu. 36. 352
Vxor à toro incestuosi separari potest, nu. 20. 140
Vxoratos habere concubinas est etiam de iure ciuili contra bonos mores, nu. 9. 197
Vxor vnde dicta, nu. 7. 347
Vxor à marito compulsa ad iurãdum de adulterio commisso, qualiter respondeat, num. 25. fol. 549

INDEX

PRACTICA
CASVVM RESERVATORVM
QVINQVE SVMMO PONTIFICI,

Nec non Archiepiscoporum, & Episcoporum, per quàm vtilis, ac necessaria Pœnitentibus, Confessarijs: ac Pœnitentiarijs, in qua ferè Casus omnes per Italiã reseruati explicantur.

Nec non illi, qui etiam Censuram habent annexam.

Accedit insuper compendiosa, atq; succinta delucidatio Casuum regularium reseruatorum à Superioribus.

AVCTORE
D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA,
Ordinis D. Benedicti Congreg. Cassinensis Monaco, & Monasterij Sãctorum Seuerini, & Sossij à Neap. professo.

SVMMARIVM.

1 *DIVINVM adiutorium in principio operis inuocandũ. dum.*

2 *Opus nullum fructuosius illo, quod animarum saluti proficit.*

3 *Præfationes duos pariunt effectus.*

4 *Casus nomen vnde descendat.*

5 *Casus in proposito dupliciter consideratur.*

6 *Episcopus concedendo casus, non concedit censuras, Fallit. nu. seq.*

8 *Excommunicatione vnà excepta, quod aliæ concedantur, intellige in his, quæ sunt eiusdem generis.*

9 *Casus quare dicatur reseruatus.*
10 *Sacerdos in reseruatis Episcopo non dicitur habere ordinis executionem.*
11 *Reseruatio nulla fit in articulo mortis, vnde etiam sacerdos simplex absoluit. num. seq.*
13 *Casus alij Papales, & alij Episcopales.*
14 *Bulla concedens facultatem à casibus Papalibus, non extenditur ad reseruatos.*
15 *Regula, quando Episcopus absoluat à Casibus Papalibus.*
16 *Episcopus cõcedens facultatem absoluẽdi à Censuris, etiam facultatem concedit absoluẽdi ab excommunicationibus latis per modum sententiæ generalis.*

De Casus nominis Ethimologia, Definitione, et Diuisione. Cap. I.

PRIVSQVAM Casuum interpretationem aggredimur, illud mihi pro initio p̃ oculis habendũ, † & mente, ac voce dicẽdum occurrit, quod habetur in Psal. 79. & transumptiue infertur in c. aduersitas §. Hinc idem ait 7. q. 1. Nempe Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Quo à Psalmista singulariter edocemur, vt pro auxilio clamemus ad Dominum, cum agere, atq. perficere cupimus opus aliquod virtuosum. Et quia nulla maior operatio fructuosior est illa, † quæ animarum saluti proficit, cuius glorioſus est fructus, quia diuinæ fruitionis est meritorius, ideo humiliter Deum inuoco, & ardenter exoro, vt in his meis Decisionibus sit mihi specialis adiutor, vt ipso auxiliante iuxta tex. in c. petisti 7. q. 1. praxim istam inchoare, prosequi, & feliciter valeam terminare, ead. quæst. c. scis citaris, lucẽq., & intelligentiam omnium Casuum, qui in hoc libro comprehenduntur, manifestare dignetur, c. deniq. 7. q. 1. quod interceſſione Virginis gloriosæ, Beatiq. Michaelis Archangeli, & B. Patris Benedicti, Nec non Io: Chryſoſtomi, cuius hodie festiuitatem celebramus. Die inquam 27. Ianuarij 1607. ipsa Trinitas præstare dignetur, cui soli omnis honor, & gloria in d.c. Deniq. per infinita sæcula sæculorũ. Amen.

Aggressurus igitur Casuum reseruatorum interpretationẽ, necessario ipsius Casus deriuationem, definitionem, atq. multiplicem significationem demõstrare operæpretium esse duxi. Nam si in foro causas dicentibus nefas (vt ita dixerim) videtur esse nulla præfatione facta iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit illotis (vt ita dixerim) manibus protinus ipsam materiam, ac sine præmissis aggrediendo tractare. Etenim

nim (ni fallor) præfationes istæ,
3 † & libentius ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cum eo venerimus, euidentiorē nobis præstant intellectum. Casibus igitur operā daturus, prius nosse oportet, vnde nomen Ca-
4 sus descendat, † Est autem Casus à cadendo appellatus, & proprie idem, quod ruina dicitur, iuxta illud Curtij Inopinato rhedæ casu oppressus, de quo in l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad leg. aquil. sic apud Theologos frequens est sermo de casu, & ruina Angelorum, & lapsu Adæ primi parentis; At per traslationē miseriam significat, per quam quis à statu ruit fęliciori, iuxta illud. Sed si tantus amor Casus cognoscere nostros; significat ēt apud Iurecōsultos facti speciem propositam, quodq; in disputationē incidit, sic accipitur apud Iulian. in l. neq; leges ff. de legibus. Quod vero casu accidit, Casum, idest negligētiam explicuit Caius in l. qui ædes ff. de incen. rui. & naufr. sic Casus est, quod inopinato euenit, aut contingit, §. thesauros instit. de rerum diuis. At in proposito dupliciter
5 consideratur. Primò † generaliter, & ita casus conscientiæ dicitur omnis quæstio de moribus facta, siue pertineat ad peccata, siue ad iuramenta, aut vota dispensanda, seu irritanda, siue ad excōmunicationes, & alias censuras, iuxta tex. in c. quærenti de verbo signif. siue ad quodcūq; aliud. Et isto modo sumitur, quando inscribitur Summa de Casibus conscientię, quandoquidem hæc omnia in ea explicari solent. Secundò sumitur casus propriè, & specialiter pro peccato. Quare fit, vt si Episco-
6 pus, vel alius prælatus † concedat absolutionem à Casibus reseruatis, si nihil aliud exprimitur, debeat intelligi à peccatis tātum, nisi inter reseruatos enumeretur aliqua voti commutatio, quia tunc cæteræ conceduntur,
7 † quæ sunt similes illi, Arg. tex. in c. qui ad agendum, § sed si aliquis de procur. lib. 6. Modo post voti commutationem expressam adijciatur generalis clausula, & licentia, vt habeat omnimodo suam potestatem, vt in præfato cap. At si nulla exprimitur, & tunc nulla conceditur secundum consuetudinem, & praxim à doctis omnibus obseruatam, Argum. 17. dist. c. huic soli, & si aliqua excipitur, aliæ conceduntur, quia exceptio regulam firmat in contrarium, 32. q. 7. c. Dominus, & c. quoniam de coniu. leprof. vbi Panor. num. 2. Quod autem diximus excommunicatione aliqua excepta, quod aliæ conceduntur, intellige in his, quæ sunt
8 † eiusdem generis, quia reseruata vna excommunicatione non conceduntur irregularitates, nec reseruato peccato, conceditur votorum commutatio. Sunt enim hæc diuersa, & à diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Sylvestr.

in verbo Confessor 3. numero 7. Tabiens. in verbo casus num. 1. Et in huiusmodi significatione accipitur hic Casus, scilicet pro peccato, quo quis à rectitudine virtutis cadit. Et dici-
9 tur reseruatus, † quia tollitur, & minuitur absoluendi potestas ei, qui illam actu, vel habitu habebat, quod videtur probari in cap. generaliter §. fin. 16. quæst. 1. cum cap. seq. vbi probatur nulli presbytero licere agere vel exequi sine licentia sui Episcopi, quod idem probatur in c. si Episcopus de pœnitentijs, & remissionibus lib. 6. & per glosam in clem. dudum verbo concessa de sepult. & ratio est, quia
10 in reseruatis Episcopo † Sacerdos non dicitur habere ordinis executionem, Argum. tex. in cap. adijcimus §. ecce 16. q. 1. Et Episcopus est, qui committit curam animarum, & executionem, vt in cap. 1. de Capel. Monach. lib. 6. Phil. Franc. in cap. 2. num. 10. de pœnit. & remissionib. lib. 6. Hoc tamen fallit in mortis articulo, vt quãdo mors proximè instat per causam vel naturalem, vel violentam, vt habetur per nos afferendo exempla in Prima Parte decis. lib. 1. cap. 13. num. 82. Nam in tali casu nulla fit reseruatio,
11 † atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuscunque peccatis, & censuris absoluere possunt, extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reseruatis, Facit. text. in d. c. si Episcopus, & cap. pastoralis verbo nullam de offic. ordin. id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores, legitimos iudices pro beneficio absolutionis accedant, hæc in Concil. Trid. Sess. 14. c. 7. Et ita ex his colligo Casus in articulo mortis non dici reseruatos, vnde omnes Sacerdotes ab Episcopo approbati possunt ab illis absoluere, iuxta Concil. Trid. Sess. 23. de reform. cap. quamuis. Imò
12 non approbati † etiam ab excommunicationibus, cap. pastoralis §. præterea de offic. ordin. Arg. 17. q. 4. c. si quis suadente, de sent. excom. c. quod de his. Extra autem hunc articulum nota, quod aliqui sunt casus non reseruati, & tunc eo ipso, quod aliquis Sacerdos est ab Episcopo repertus idoneus per examen, si illi ita videbitur necessarium esse, potest ab illis absoluere. Aliqui vero sunt Casus reseruati, & de istis alij sunt Papales, & alij
13 † Episcopales, vt habetur in d. c. 7. qui differunt inter se. Nam nullus est Casus Papæ reseruatus, cui non sit annexa aliqua censura, Caiet. in verbo Casus, quo fit, vt Bulla, quæ concedit facultatem absoluendi a casibus Papalibus, videatur concedere potestatem absoluendi à censuris illis annexis. Non tamen, si censura esset Summo Pô-
14 tifici † reseruata; & hoc contra Nauar. in manuali. cap. 27. numero 261. quia in generali

concess-

concessione non veniunt ea, quæ quis in specie verisimiliter non concessisset, Arg. c. in generali de regul. iur. in 6. c. quod translationem, vbi glosa de offic. legati, Facit. glos. in c. vbi periculũ verbo incurrat de elect. in 6. vbi nec Episcopus potest absoluere à casibus Papæ reseruatis. Ex qua glosa colligitur optima regula pro Episcopis, quando possint absoluere ab excommunicationibus Papalibus, vbi habetur,
15 quod vbi Papa † non reseruauit sibi absolutionem, ordinarius absoluere potest, vt etiam habetur per glosam in cap. sciant cuncti eo. tit. in 6. Et hoc attento iure communi antiquo, Etenim hodie licet Episcopis in quibuscunque Casibus occultis etiã Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut vicarium per id specialiter deputandum in foro conscientiæ absoluere, imposita pœnitentia salutari, vt habetur per Concil. Trid. Sess. 24. c. liceat de reform. Igitur deueniẽdo ad rem omnes Casus Papales habent censuram annexam, secus tamen si essent Episcopales, etiam si aliqui haberent censuras annexas, nam, concedendo casus, non comprehendit illas, nisi specialiter eas concederet, quo casu talis facul-
16 tas etiam extenderetur † ad excommunicationes per modum sententiæ generalis, vt quicunq; furtum fecerit, sit excommunicatus, nam dicta sententia cum generalis sit, æquipollet Canoni, Abbas in c. graue num. 13. de præben. & in c. ex frequentibus de institut. Nauar. in c. ita quorundam in glosa fin. de iude. Non tamen talis potestas extenderetur ad excommunicationes, quæ sunt in specie latæ ab homine in iudicio per sententiam, à quibus ipse solum absoluit, cap. pastoralis §. præterea extra de offic. ordin. Capitur etiam Casus, ex effectu, quia in illis cadere solent Confessarij malè examinando peccatores, male studendo, & alijs modis innumeris, vel quia accidentaliter pœnitẽtes cadunt modo vno, & modo alio modo.

SVMMARIVM.

1 *PEccatum accedente pœnitentia quodcunque remissibile.*

2 *Crimina grauiora Superioribus sunt reseruanda.*

3 *Hæreticum est dicere Prælatos non posse, vel nõ debere crimina atrociora reseruare.*

4 *Reseruare Episcopi, & Prælati tria possunt.*

5 *Potestas clauium requiritur, ac effectum ligandi, & soluendi, & materia.*

6 *Potestas ordinaria Sacerdotum curatorum potest per Episcopum restringi.*

7 *Infirmitates periculosiores peritiori medico curandæ reseruantur.*

8 *Casus Episcopis reseruatis quandiu durant, & quid de reseruatis ab homine, num. 9. vbi quan-*

do reseruati ab homine efficiantur iuris.

10 *Casus Papæ reseruati sunt à iure.*

11 *Casus Papales omnes habent censuram annexam, non sic Episcopales.*

Casuum reseruatio quare fiat, & à quibus. Cap. II.

SI ius diuinum, & commune consideremus, nullum profectò est secundum catholicam fidem irremissibile, † modo vera accedat pœnitentia, de pœnit. dist. 3. c. in tantum, 2. q. 3. c. quanto nam per, ipsam omne peccatum deletur, c. inter hæc hircum ij de pœnit. dist. 3. & quod non possit per Christi merita deleri per Sacramenta; Imò, & à quo non possit stando iuri communi proprius sacerdos absoluere, c. omnis de pœnit. & remiss. verbo omnia, & c. adijcimus §. ecce 16. q. 1. verbo pœnitentiam dan di, nam cum simpliciter loquatur, ergo de omnibus peccatis. Tamen sancta Ecclesia traditionem ab Apostolis recipit cõuenire, quod grauiora, & atrociora crimina † Superioribus Pontificibus, & Prælatis maioribus, vtpote qui sanctitate, & doctrina cæteros præcellerent, reseruarentur, Arg. tex. in c. quod translationem de offic. lega. in verbo reseruata. vbi glosa, & habetur per Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. vtpote, qui melius, & accuratius illas graues cõtagiones medebuntur, quominus grex Christi sibi specialius commissa talibus corrumpatur, & præseruetur à recidiuo, pœnitentia iniuncta salutari, vt acriori metu correpti homines à talibus sceleribus arceantur, Arg. text. in c. factæ dist. 4. Et dicere prælatos non posse, † & non debere hoc facere, esset hæreticum, & damnatum; vt habetur in dict. cap. 7. & Canon. 11. Et quamuis expressæ loquatur de Episcopis, idem omnino decet de his, qui respectu suorum subditorum vicẽ habent Episcoporum, vt Abbates, & omnes habentes vtrunq; forum exterius, & interius. Tria igitur huiusmodi Prælati reseruare possunt, † Primo personas quasdam, puta campsores, & mercatores, quod & si non videatur in vsu, fieri tamen potest. Ne queunt tamen respectu curatorũ reseruare; cum curati sint iudices ordinarij fori interioris suorum Parochianorum; & ratio est, quia ad effectum † ligandi, & soluendi requiritur, & potestas clauium, quæ datur in recipiendo ordinem præsbyteri, dict. §. ecce. & materia debita, scilicet subditus, qui habetur ex iurisdictione: Hæc autem iurisdictio, vel est ordinaria, & ita eo ipso, quod quis admissus est ad parochiale beneficium, effectus est confessor, vt habetur in Concil.

cil. Triden. Sess. 23. c. quamuis, vel est delegata, sicut ille, cui cõmittit hanc potestatem Episcopus, quare sicut potest committere in totum, ita illam limitare, vt audiant omnes excepto tali genere personarum.

Possunt Secundò reseruare tempus, scilicet exceptuãdo aliquas festiuitates, vt Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Natiuitatis Domini N. Iesu Christi, in quibus ipsi tantum reseruant confessiones suorum subditorum, exceptis etiam curatis.

Possunt, & Tertiò Prælati, & debent reseruare crimina grauiora, & atrociora, & hoc tam respectu aliorum, quam curatorum, vt tenet glosa in clem. Dudum verbo concessa de sepult. glosa in cap. 2. de pœnitet. & remission. lib. 6. vbi Franc. num. 10. dicit, quod ordinaria potestas Sacerdotum † curatorum 6 concessa eis à iure communi potest per Episcopum arctari, & restringi quo ad absolutionem, nam sicut secundum ius naturæ, & diuinum periculosiores infirmitates † doctiori, & peritiori 7 medico reseruandæ sunt ad curam. Dicente Domino. Maiores, & difficiliores quæstiones referetis ad Moysen, Exod. 18. ita maiora, & atrociora crimina reseruanda Episcopis; & de hac reseruatione expressè decreuit, Conc. Triden. vbi supra Huiusmodi vero casus quosdam dicimus esse Episcopis reseruatos à iure canonico, de quibus habetur per glosam in cap. 2. de pœniten. & remission. lib. 6. Et ij 8 † etiam Episcopis mortuis, vel nihil facientibus de nouo reseruati sunt, quia talis reseruatio semper durat, nam lex semper loquitur l. arriani, C. de Hæret. & Manich. & non possũt absolui, nisi à successore, vel à Capitulo Sede vacante in eius iurisdictione succedente, cap. vnico de maio. & obed lib. 6. Alij sunt reseruati ab homine, hoc est, quia Episcopus sibi reseruat ad libitum, † & tales reseruantem se- 9 quuntur, & illo mortuo, vel amoto desinunt esse reseruati, facit tex. in cap. à nobis 1. de sent. excom. Et hoc intellige, nisi Casuũ reseruatio esset ab Episcopo viuente facta per modũ statuti, seu perpetuæ Constitutionis, veluti decernendo quod absolutio fieri non possit, nisi à nobis, vel ab Episcopo, qui pro tempore fuit, vel reseruando Curiæ, seu Episcopali, tunc enim non expirant, nisi fuerit facta reuocatio à successore, vel à Capitulo sede vacante, ad quæ faciunt iura in cap. 2. §. statuto de Constitution. lib. 6. & cap. fin. de offic. legati.

Casus autem Papæ reseruati 10 omnes sunt † à iure, præcipue post Gregor. XIII. teste Nauar. qui eius fuit, & pœnitẽtiariæ minister, & consultor, vt etiam habetur per nos in prim. Par. decis. lib. 4. cap. 18. num. 4. Differunt etiam, & in alio à Casibus Episcopalibus, quia papales omnes

habent Censuram annexam, 11 † Non sic Episcopales. At conueniunt in hoc, quia sub nomine 1 Casus non comprehẽduntur votorum, seu iuramẽtorum cõmutationes, & relaxationes, atque dispẽsationes super irrregularitatibus. Hæc in genere dixisse sufficiant, superest modo, vt videamus, quę consideranda sint in reseruatione Casuum, & deinde super hos tradere quasdam regulas generales.

SVMMARIVM.

1 *Reseruatio Casuum fieri debet adhibitis præstantibus viris.*
2 *Casus ab ordinarijs qui nam reseruandi.*
3 *Casus reseruatio in peccatis carnalibus, multa fiat prudentia.*
4 *Casus reseruandi in ædificationem, & non in destructionem.*
5 *Pœnitentiarij delegandi sunt ab ordinarijs qui impartiantur facultatẽ absoluẽdi à Casibus reseruatis.*

Quæ considerãda in Casuum reseruatione. Cap. III.

VT manifestius appareat, quis modus sit obseruandus ab Episcopis circa Casuum reseruationem, hæc sunt consideranda, quæ habentur in quibusdam literis Sacræ Congregationis ad Illustrissimum Dominum Cardinalem, & Archiepiscopum Neapolitanum, quæ incipiunt Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Dominæ die 24. mensis Nouembris 1601. & 1 primo per illas admonemur, † vt reseruatio casuum fiat adhibitis aliquibus pietate, atq; doctrina præstantibus viris, & ij reducantur ad quàm pauciſſimos, eosque maximè necessarios, vnde salutaris ille sequatur effectus, cuius causa hæc reseruandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuique diœcesi tributa est auctoritas.

Secũdò videant ipsi ordinarij, 2 ne illos casus † promiscuè reseruent, quibus annexa est excommunicatio maior à iure imposita, cuius absolutio nemini reseruata sit, nisi fortè propter frequentiam, vel scandalum, aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi casus nominatim reseruandi videantur.

Tertiò, neq; casus sunt reseruandi, in quibus absolutio, nisi cum restitutione, vel executione eorum, ad quæ pœnitentes tenentur, non confertur.

Quartò, neq; ij, qui & si mortale peccatum inducant, circa res tamen versantur, quæ sunt parui momenti, & frequenter inter idiotas euenire solent, vti damni dati, & similia.

Quintò in peccatis etiam carnalibus † multa vtãtur circunspectione propter scandalum pusillorum in his maximè personis, in quibus ob accessum ad confessarios exttaordinarios, vel frequenter reditum ad ordinarios suspitionis aliquid cadere potest

Se-

Sextò ij deniq; reſeruãdi ſunt, quos conſideratis diligenter cuiuſque prouinciæ moribus, natura, ac propenſione magis in Domino expedire eis videbitur ad
4 retinendam diſciplinam† in ædificationem, & non in deſtructionem, qua propter reſecata multitudine reſeruẽt ſibi quàm pauciſſimos, eoſque maximè neceſſarios.

Vltimò monentur ordinarij, vtper totam ſuam diœceſim, ac preſertim in his locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali ſede longius remoti ſunt, pœnitentiarios, ali-
5 osq; † facerdotes conſtituant, ac delegent, quibus facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis, (ſi opus ſit) etiam viua voce impartiantur, idq; maximè in ſolennioribus, & precipuis anni feſtiuitatibus, vt peccatores, quibus obuia, & facilis fuerit huiuſmodi ſacerdotum copia ad peragendam confeſſionem allician tur: quia alioquin pleriq; ob idipſum omittere poſſent, ſi neceſſe haberent pẽnitẽtiæ miniſtros, quibus indigent, longius quærere: Hæc omnia habentur per literas Sacræ Congregationis, de quibus ſup. verſic. Et vt manifeſtius.

SVMMARIVM.

1 *CONfeſſor in caſibus reſeruatis ſe conformet in qualibet diœceſi conſuetudini, ſeu ſtatuto illius Eccleſiæ.*

2 *Caſus dicitur reſeruatus, ex quo minuitur poteſtas abſoluendi, quã actu habebat.*

3 *Sacerdos in reſeruatis Epiſcopo nõ habet ordinis executionem.*

4 *Abſolutio contra reſeruationem nulla eſt.*

5 *Abſolutus à cenſuris in mortis articulo ab eo, qui non poteſt, incolumis effectus, quid agere debeat.*

6 *Reſeruatio caſuum intelligitur de actibus exterioribus.*

7 *Reſeruatio an fieri poſſit de peccatis mere interioribus. num. ſeq.*

9 *Mandans fieri homicidium, an ſub caſu comprehendatur.*

10 *Intellectus ad tex. in c. Mulieres deſent. excomm.*

11 *Pœna pro delicto non incurritur, niſi eo conſumato.*

12 *Verba ſunt accipienda cum effectu, ſic in cenſuris. num. ſeq.*

14 *Hæreſis purè mentalis nõ eſt à prælato reſeruanda.*

15 *Hæreticus purè mentalis eſt perfectè Hæreticus.*

16 *Obedientia in ſpectantibus ad interiorem hominem non eſt de neceſſitate præſtanda.*

17 *Caſus reſeruati intelligentur de mortalibus.*

18 *Simonia ſi reſeruatur, etiam de minima intelligitur.*

19 *Intellectus ad tex. in c. & ſi quæſtiones de ſimonia.*

20 *Reſeſuatum non dicitur peccatum ex ſe mortale, quod ſit incidenter veniale.*

21 *Pars, quæ in dubijs accipienda in foro conſcientiæ.*

22 *Excõmunicato participans in oratione peccat venialiter.*

23 *Excommunicatio minor eſt vinculum*

lum ecclesiasticum.

24 In reseruatione consideranda est proprietas vocabuli.

25 Subditus non tenetur seruare voluntatem prælati tacitam.

26 Reseruatio extenditur in fauorem Reipublicæ.

27 Idem, si contineret fauorem Ecclesiarum, vel animarum, nam tum extenditur ad similes & maiores casus. num. seq.

29 Idem, si sensus proprius contineret iniquitatem.

30 Cõmunis vsus loquendi si repugnat propriæ significationi verborum, est præferendus.

Verba si reddantur inutilia, capta in propria significatione extẽduntur sub num. 30.

31 Casuum appellatione non veniunt censuræ, nec vota, nec iuramenta. num. 33. Sed an irregularitas, nu. seq.

34 Casus reseruatio quandoq. includit alios atrociores.

35 Casus, qui de iure reseruantur, quare iterum reseruentur per Episcopum.

36 Casus quos possint ordinarij reseruare.

37 Episcopus reseruando sibi Casus, quando videatur concedere alios de consuetudine, vel iure communi sibi reseruatos.

38 Casus reseruati, quando tales non iudicentur ratione qualitatis personæ. num. seq.

40 Casus reseruati dubij, si sunt contra ius commune, interpretantur secundum propriam significationem verborum.

41 Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.

42 Verborũ propria significatio ex multis cognoscitur.

43 Casus reseruati in terminis iuris communis qualiter interpretentur. num. seq.

45 In foro pœnitentiali status pro pœnitente, & contra eum.

46 Casuum reseruatio, vt cesset per obitum Episcopi, qualiter intelligatur. num. seq.

48 Reseruatio dubia Casuũ capit interpretationem primo à reseruante.

49 Casus interpretari nequeunt ij, qui sunt deputati ab Episcopo ad faciendum illos.

50 Reseruatio potest recipere interpretationem à consuetudine.

51 Confessarius Casus quandoq. interpretari potest.

52 Sic, & Doctores interpretari possunt. num. seq.

54 Modus in interpretando qualis tenendus.

55 Reseruatio nõ extenditur ad Casum fictum.

56 Casus reseruati non extendũtur extra territorium.

57 Pœnitentiarius an nõ subditos à casibus reseruatis absoluat in sua diœcesi.

58 Subditus quando quis dicatur.

59 Casus reseruatio aliquando loquitur in personam, aliquando in rem & differentia num. seq.

60 Casus, quando loquitur in rem, extenditur ad mandantem, fallit in duobus casibus num. seq.

62 Confessor dubius de reseruatione quid agat.

63 Casus, à quibus non absoluunt etiã priuilegiati.

Re-

Regulæ generales circa Casuum reseruationm. Cap. IV.

REGVLA I. obseruanda in Casuum reseruatione.

IN Casibus Episcopo reseruatis, quando illi sunt ambigui, sequendo regulam, Dimitte incertum, & tene certum. Nisi priuilegiatus sis, conforma te in
1 qualibet diœcesi,† consuetudini, seu statuto illius Ecclesiæ; quoniam consuetudo dat, & tollit iurisdictionem in huiusmodi, Caiet. in verbo Casus.

REGVLA II.

CAsus nõ ex eo dicitur reseruatus, ex quo non conceditur potestas absoluendi ei, qui non habet eam actu, vel habitu,
2 sed quia tollitur,& minuitur†habenti eam actu. Quare Casuum reseruatio in effectu sonat retentionem quorundam Casuum, liberam in cæteris tribuens Cõfessarijs executionem potestatis, quod probatur in c. generaliter §. ecce 16. q. 1. cum seq. Vbi nulli præsbytero licet agere, vel exequi sine licentia sui Episcopi, & ideo tum Clericis, quam Monachis potestatis executio interdicta est, vt patet manifestè in Concil. Trid. de reform. Sess. 23. c. quamuis. Quod idem probatur in c. si Episcopus de pœnit. & remiss. lib. 6. vbi colligitur ordinariumposse retinere ex generali facultate, quam suscepit Sacerdos inordine, & illam impedire, ne pro libito exequatur. sic etiam tenet glosa in Clement. Dudum verbo concessa de sepult. & facit ratio, quia in reseruatis Episcopo Sacerdos non
3 dicitur habere† ordinis executionem, Arg. tex. in c. adijcimus §. ecce 16. q. 1. & Episcopus est, qui committit curam animarũ & executionem, vt in cap. 1. de Capel. Monach. lib. 6. Vbi Gemi. ibi nu. 2. notat, quod institutio autorizabilis super curam in beneficijs dœcesis spectat ad Episcopum, & non ad alios prælatos inferiores, Franch. in d. cap. 2. num. 10. Quare reseruatio hæc siue fiat verbo, siue inscriptis, siue per statutum Synodale, vel prouinciale, siue per particularem constitutionem, omnino ligat claues confessariorum, vt non possint illis vti, Non enim refert vtrũ voluntas Principis verbis, aut factis innotescat, l. de quibus. ff. de legibus. Sylvestr. in verbo ieiunium q. 1. Vnde attentatum contra reser-
4 uationem † omnino nullum, irritum, inualidum, mortiferumq. est, Facit. tex. in c. pastoralis, verbo nullam, & ibi glosa de offic. ordin. cap. 7. in fin. Sess. 14. in Conc. Trident. de reform. nisi in articulo mortis, in quo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes

tes à quibusuis peccatis,& censuris absoluere possunt, c. quod de his, cap. quamuis de senten. excommun. vt si mors naturalis, vel violenta proximè instat, puta cum in ægroto graui morbo laborante mortis potius, quã vitæ signa appareant, vel si quis iustitiæ ministerio sit iam, iam capite plectendus, c.2. extra de furt. c. super eo de Hæret. lib.6. nam tunc non solum casus, sed censura desijt esse reseruata, verum adnotandum, quod qui in huiusmodi articulo constitutus absoluitur à censuris à Sacer-
5 dote, † qui extra illum non poterat, tunc si in columis effectus, & dato aliquo modico tempore quo possit sibi de cætero prouidere, quod in foro conscientiæ absoluens ipse poterit esse iudex ad huiusmodi tempus determinandum, iuxta glosam notabilem in Clem. 1.§. fin. verbo quàm cito de pænis, non se præsentet Superiori, ineandẽ incidit excommunicationem, optimus tex. in c. eos, qui de sent. excom. in 6. Et hoc procedit in omnibus excommunicationibus Papalibus, Innocent. & Doct. Anton. de Butr. in c. de cætero extra de sent. excomm. Et multo magis in censuris Bullæ Cœnæ Domini, vt nos diximus in 1.par.decis.c.xiij.nu.93.

REGVLA III.

REseruatio Casuum intelligitur de actibus exteriori-
6 bus cum effectu, † & non de interioribus, est Palud. apud Sylu. in verbo Casus q. 3. vnde homicidium Casus est Episcopo reseruatus, vt habetur in extrauag. commu. inter cunctas de priuil. & tamen illud cordis non reseruatur Episcopo, cuius ea assignatur ratio, quia sicut Ecclesia non cognoscit de actionibus, quæ in 8
solo intellectu sunt, aut voluntate, cum solus Deus sit scrutator cordis, ita etiam non punit, Archiep. Flor.in 3. par. cap. 11. tit.17. Et Summula Defecérunt. Parte 1.c.11. in fine.Sylueſtr. in verbo casus in fine.Ioan.Tabien. in verbo Dispensatio §.fin. Hinc primò infertur, quod non potest
7 fieri reseruatio † de peccatis merè interioribus, ideſt de his,quæ in opus externum non exierunt per se, neque per accidens, vt dicunt Theologi, qualis est omnis consensus, & delectatio voluntatis de malo mortaliter, vt consensus in turpem fornicationem, & sodomiam, quia in doctrina moraliter Theologica id dicitur posse, quod iure fieri potest, & è contra id non posse fieri,quod ritè, & legitimè non fit, & cum reseruatio interiorum actuum, aut nunquam cedat in commodum animarum, & mul- 9
toties in damnum, quia multa essent dubia, & dubia inextricabilia, & quod Ecclesia non fecit, hucusque etiam in grauissimo merè mentali, incongruum est, vt aliquis alius faciat, Doctrina est magistri Soto in 4. Sent.dist.

18.q.

18. q. 2. art. 2. & 4. & omnium bene sentientium. Nam cum prælatorum potestas à Christo in ædificationem Corporis eius, quod est Ecclesia, sit data ad reseruandum, ex quibus magis timetur destructio, quàm ædificiũ, non esse datam dicimus. An vero reseruato aliquo peccato in-
8 teriori mentis, † vt mentali cõsensu in heresim, aut in conspirationem Ecclesię talis reseruatio teneat. Respondeo, quod error esset reseruare; verum loquendo de absoluta potestate, fieri potest reseruatio, non quidem ita intelligendo, vt sic reseruans exerceat iurisdictionem in actus mentis, cum illam non habeat, quia sicut actus interiores non iudicat, c. à nobis 2. de sent. excomm. cap. erubescant dist. 32. ita eos non punit, c. cogitationis de pœnit. dist. 1. Sed iurisdictionem alteri non conferendo, nam cum omnis iurisdictio deriuetur à Christo Vicario, si ipse diceret, Nolo, vt quispiam facultatem habeat absoluẽdi eũ, qui mente consenserit in hoc grauissimo crimine, reseruatio teneret, Sotus, qui supra art. 5. vers. vtrum vero.

Secundò infertur, quod man-
9 dans fieri homicidium † non comprehendatur sub casu: quia intelligitur casus de homicidio exteriori cum effectu à se, & non ab alio, Et non obstat tex. in c. mulieres in fine, ibi vere de sent. excommunic. quia ille textus loquitur quo ad peccatum mortale, & sic quo ad forum conscientiæ, vbi magis consideratur
10 animus, quam factum, † 14 q. 5. c. si quid inueniſti, nam tunc vere facit, quia consistit in animo, Tamen si inspicimus ipsum actum, non vere facit, ita Iason in l. si quis id, quod num. 36. ff. de iurisd. omni iudic. & in l. si is, qui pro emptore num. 357. ff. de vsucap. Quare cum vere non faciat, nõ incidit in casum.

Tertiò infertur, & est communis traditio, quod nullus cõprehendatur sub casu reseruato, attentãs aliquem actum, nisi ad consumationem deueniat, iuxta Doctrinam Ioann. Andr. in cap. perpetuo num. 1. de elect. in 6. qui voluit, quod nemo incidit
11 in pœnam, † quæ ipso iure delinquenti pro delicto infligitur, si id delictũ cogitauit, & aliquid egit attentando, sed non consumauit, etiam, si per ipsum non stetit, quod intellige, quo ad pœnam legis positiuæ, quia quo ad Deum mortaliter peccauit: nam egit contra conscientiam, c. per tuas 2. extra de Simo. c. inquisitioni extra de sent. excomm. Gemin. in d. cap. perpetuo num. 3. qui idem notauit in c. vnico §. fin. num. 3. Quod metus causa lib. 6. per glosam in verbo extorsit, vbi habetur, quod quando lex imponit pœnam actui perfecto, non incurritur talis pœna, licet quis fecerit præambula actus, si ipsum actum non consumauerit pro hoc vide quod cõsuluit Bal. in cons. 167. quod statutum puniens

niens committẽtem adulterium, non militat in eo, qui attentauit, & fecit quod potuit, sic Do. Felinus in tract. suo de conatu dixit, quod pęna in clem j. §. si quis de reb. Eccl. non alien. non habet locum in prælato faciente omnem conatum, vt alienet cõtra formam, de qua ibi.

Cum ponatur pœna ibi ipso iure: & ratio est, quia verba cum
12 effectu sunt accipienda, † vt habetur in l. 1. §. hæc verba ff. quod quisque iur. glosa in c. vt circa verbo præstito de elect. in 6. c. relatum extra de cler. non resid. Archid. in d. c. perpetuo num. 1. vbi dicit, quod verbum elegerint. Significat rem perfectam, hoc est electionem celebratam communicer. Nam vt Speculator in d. c perpetuo nu. 22. dicit, Quid ergo profuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum .ff. ne quis eum, qui ius vocan. l pen. §. ducere, .ff. de verb. signific. l. nomen portionis §. fin. Hinc etiã fit, q̃ hoc non solum procedit in reseruatione Casuum, sed etiam in cen-
13 suris, † etenim de suspensione est tex. in d. clem. j. §. si quis, qui loquitur de suspensione, & tamen pœna illa, vt locum habeat, oportet, vt cum effectu sit facta contra formam illius clem. alienatio. Sic Cardin. in c. præterea requisitisti ad finem de appellat. dicit in illa quæstione, quòd si excommunicatur, si quis appellauerit, non incurrit in excõmunicationem, si quis se præparat ad appellandum. Et dicit D. Felin. in suo tract. de conatu, q̃ si quis conatur percutere clericum, licet faciat quantum in se est, vt percutiat, tamen non est excommunicatus, si non percussit, & allegat glosam iij. inc in audientia de senten. excommun. Dom. Cardin. in d. §. si quis q. 2. facit optimus tex in cap. si quis suadente verbo iniecerit 17. q. 4. vbi Turrecr. num. 17. Et quatenus dictum est, intelligi debere Casum reseruatũ de actibus exterioribus, ex hoc infertur secũdum Dom. Sotum in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. colum. 9. q̃ hæresis
14 omninò occulta, & mentalis, † q̃ sistit in sola cogitatione, non debet reseruari à prælato, ea ratione, quia Ecclesia non iudicat de occultis, quod etiam fatetur Syl uest. in verbo Excommunicatio 8. q. 3. versic. Et ideo dico, qui allegat Hostiensem dicentem, q̃ si quis ratihabitionem de percussione clerici retineret in corde, ita q̃ non possit de ipsa fides fieri, & si talis quo ad Deum ligatus sit, non tamen quo ad militantem Ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, vt patet in eo, quod legitur, & notatur extra de simon. c. sicut tuis in fine, extra de sent. excommun. c. à nobis 2. §. fi. est tex. Clarus in c. cõsuluisti 2. q. 4. vbi protestatur Papa, q̃ in suo iudicio seruat ea, q̃ sunt probata in iudicio, vel extra, & q̃ occulta seruat Deo, nã secretorum solus Deus est cognitor, & iudex, cap. placuit 6. q. 2.

cap.

cap erubescant distinct. 32.

Hinc duo inferũtur, & primo q̃ licet hæreticus pure mentalis
15 sit verè, † & perfectè hæreticus, non est tamẽ excommunicatus, quia ad hoc exigitur aliquis actus exterior: Etenim Ecclesia nõ iudicat aliquem actum interiorem nudum secundum seipsum, vnde potest talis à peccato liberè absolui, sed si procedit in opus occultissimè scribẽdo, vel sibi ipsi dicendo exteriori loquela, iam est excõmunicatus in cœna Domini, ita dixit Sylvest. in verbo Excommunicatio q. 3. ibi Et ita dico, Caiet. in verbo Hæresis ibi. Aduerte secundo.

Secundò infertur ex D. Thoma 2.2.q.104.art.5. versic. Respondeo, q̃ in spectantibus ad interiorem hominem, seu motũ voluntatis homo non tenetur obe-
16 dire homini, † sed solum Deo, cordis.n. cogitatio vbi nihil operis habet ad extra, solum Deum vltorẽ habet, quia ipse solum est inspector illius, l. iusiurandi. C. de iureiur. c habuisse dist. 33. ex quibus omnibus concluditur reseruationem Casus debere fieri de actibus exterioribus, & ita in dubio censetur fieri, quamuis de plenitudine potestatis nõ negat Sotus, qui supra, fieri posse per Summum Põtificem, quod idem Fusius tractat de ratione tegendi q. 11. membro 1.

REGVLA IIII.

17 QVod Casus intelligãtur reseruati de peccatis † mortalibus, seu in materia, quæ contrahit mortale peccatum: & ratio est, quia cum Casuum reseruatio fieri debeat de atrocioribus, & grauioribus criminibus, iuxta Conc. Trid. sess. 14. c. 7. fit, vt ab illa excludantur peccata, quæ non mortalia, sed minuta dicuntur, & venialia, de quibus loquitur tex. in c. vnũ §. nunc autem dist. 25. Nam nullo modo materia reseruationis esse põt, quæ non est necessaria confessionis, At nullo iure quis obligatur confiteri veniale, ergo nullo iure potest reseruari. Hinc infertur, q̃ si Episcopus furtum sibi reseruauit, intelligitur de furto, q̃d suo genere est mortale, quare si quis rem minimã surripuerit, cum non sit peccatum mortale, potest absolui à quocunque sacerdote approbato ab Ordinario non habente Casus reseruatos, cum reseruatio intelligatur de mortalibus, & nõ venialibus.

An vero reseruando simoniã,
18 videatur † etiam comprehensa simonia de re minima, & videtur per supradicta, q̃ non, facit etiã tex. in c. & si quęstiones extra de simon. contrarium tamen affirmamus, nam minimum inducit simoniam, 1. q. 1. c. Iudices. vbi sex solidi inducunt simoniam, & in c. placuit 1. q. 1. tertia pars solidi, & simonia mortale peccatum est, vnde in hoc fallit regula, q̃ minimum excusat à mortali, vt nos diximus in 2. par. decis. c. 8. lib. 2. num. 16. Et non obstat tex. in c. & si quęstiones extra de simon.

simon. quia text. ille loquitur,
19 †quãdo modicum offertur ex liberalitate, & ita recipitur, Do. Ant. & Panor. in c. ex tuæ de sim.

Infertur etiam, quòd cum reseruatio fiat de mortalibus, non intelligatur reseruatus, quando quis incidit in materiam, quæ ex suo genere est peccatum mortale, tamen illa fit venialis ex im-
20 perfectione actus † ex parte personæ, v. g. Quando semidormientes, vel semiebrij aliquod lethale crimen patrauerint: nam cum paruitate iudicij laborẽt, à mortali culpa redduntur immunes, quia ad constituendum peccatũ mortale integrum iudicium requiri debet, c. 1. extra de delict. puer. D. Thom. 12. q. 88. art. 5. & 1. & art. 6. versic. Respondeo, idẽ 22. q. 13. art. 3. cum nemo cogi possit ad confitendum, D. Thom. in 4. sent. d. 16. & 17. Et est cõis sententia doctorũ, vt refert Sylvest. in verbo Confessio 1. q. 13. potest tamen esse Casus reseruatus, quando probabiliter dubitaretur an aliquid sit mortale, vel veniale, secundum D. Thomam; quia in dubijs in foro conscien-
21 tiæ, †cum animæ periculum verti possit, præsumendum est in deteriorem partem, nam illa melior, & tutior est, glosa singul. in cap. vnico de seru. in ord. fac. in verbo contra conscientiam. Simile de consecr. dist. 4. c. paruulos. c. veniens § quia vero extra de presb. non bapt. Fallit etiam in excõmunicatione minori, quę plerunq; contingit per commu-
22 nionem † cum excommunicato; participando in oratione, cibo, vel potu, seu osculo, aut salutatione: Etenim talis sic participans peccat venialiter, secundũ D. Thomam in 4. sentent. dist. 18. q. 2. art. 5. q. 1. Abbas in c. sacris de his, quæ vi, quamuis veniat cõtra inhibitionem Canonis, præpos. in c. sicut 11. q. 3. & eo ipso, atq; statim non expectata sentẽtia Ecclesię ligatur excommunícatione minori, glosa, & tex. in c. cum excommunicato, & cap. si quis frater 11. q. 3. & tamen talis excommunicatio minor potest reseruari, si Ordinarius vellet, quia ad clauẽ iurisdictionis pertinet illius absolutio, vt probatur in c. duobus extra de sent. excommun. Dum ibi dicitur, q̃ potestas fuit collata duobus se mutuo absoluendi ab excommunicatione minori, per quod arguitur, q̃ excommunicatio mi-
23 nor est † vinculum Ecclesiasticum, & propterea exigit in absoluente facultatem Ecclesiasticæ iurisdictionis, vnde licet quilibet possit se subdere cuicunque sacerdoti pro absolutione venialium, non tamen potest se subijcere cuicunq; sacerdoti pro absolutione ab excommunicatione minori, quia ad venialia remittenda sufficit ex parte absoluentis potestas ordinis, quæ est in quolibet sacerdote, quia subiectio operatur iurisdictionẽ talium, quantum ad potestatem ordinis, sed ad soluendum excommunicationis vinculum requiri-

tur

tur potestas iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ non conuenit Sacerdoti, ex hoc, quòd vnus se subdit alteri, sed ab ecclesiastica dependet auctoritate, Caiet. in verbo absolutio ab excommunicatione quantum ad confessores in fine. Igitur non quilibet Sacerdos, sed solum proprius, hoc est, qui poterit absoluere à peccatis, ille etiam absoluit ab excommunicatione minori, Syl ueſtr. in verbo absolutio 1. nu. 3. & seq.

Quintò illi tantum dicuntur Casus reseruati, qui secundum iuris dispositionem seruata proprietate vocabuli cõprehendun-
24 tur in litera, † & non per extensionem doctorum: cum reseruatio sit odiosa, & vt ita dicam pœnalis ad instar statuti, & consequenter pœnæ sunt restringendæ, regula odia de regul. iur. lib. 6. l. cum quidam .ff. de liber. & posth. vt tantum in eis habeat locum vis verborum. Nam cum Sacerdotes, in sua consecratione, & ordinatione suscipiant potestatem habitu absoluendi ab omnibus peccatis mortiferis, c. adijcimus §. ecce, c. generaliter §. ecce, 16. q. 1. Et si eis omnibus interdicatur exercitium illius potestatis. Donec iuxta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 14. fuerint ab Ordinario approbati, nempe aut per collationem Ecclesiæ parochialis, vel alias per examen idonei iudicentur, sequitur quãdo illa potestas data ab Ordinario audiendi confessiones restringitur per reseruationẽ Casuum, sit odiosa, quia restringit facultatem, quam habent de iure communi, vnde tanquam exhorbitãs à iure communi, est restringenda, quatenus potest, vt habetur per regulam iuris. lib. 6. Sed quæ à iure communi exhorbitant, nequaquam in consequẽtiam sunt trahenda. Et non obstat, si quis dicat huiusmodi legislatoris intentionem fuisse, vt Casus extenderetur, quia respõdetur, quod propositum in mente retentum nihil operatur, l. si repetendi. C. de condit. ob
25 turp. caus. cum subditus † non teneatur facere, & obseruare voluntatem prælati non expressam, etiam si aliunde coniectet, secũdum D. Thomam 2.2. q. 23. art. vlt. ad tertium Sylvest. in verbo præceptum §. 2. vers. vnde.

Hęc tamen regula accipit aliquas limitationes: & primò quãdo reseruatio contineret publicam vtilitatem, nam tunc dicenda est fauorabilis potius, quàm odiosa; quo casu valet argumentum à simili, vt dixit glosa notabilis in l. quemadmodum in verbo vẽdi. C. de agric. & cens. li. 11. maximè, quando extensio fieret
26 in fauorẽ Reipublicæ, † quia tũc debemus ipsam extẽdere tanquã fauorabilem, Barth. in d. l. quemadmodum, vt delicta puniantur: versatur enim publica vtilitas in puniẽdo maleficos, C. de pœnis l. si operis .ff. de public. l. licitatio. §. quod illicite, ita etiã dixit

Ioann. de Imola in l. cætera §. si quis .ff. de legat. 1. Felin. in c. nõnulli extra de rescrip. Paul. de Castro cons. suo 62. col. 2. facit tex. notab. in l. ita vulneratus §. ita autem .ff. ad l. Aquil. vbi dicit tex. Multa autem in iure ciuili contra strictam ratione disputãdi pro vtilitate communi recepta esse innumerabilibus rebus probari potest, quem tex. ad hoc ponderat Ludouicus Romanus cons. 460. incip. in proposita cõsultatione in fine. Hinc Specul. tit. de denunciatione §. 1. dicit, quòd statutum dans pecuniam accusanti delinquentem fauore Reipublicæ, ne delicta sint impunita, extenditur ad denunciantem.

Secundò, si continet fauorem
27 ecclesiasticum, † quia tunc largo modo interpretari, & extendi debet ad alium casum etiam ex identitate rationis, glosa, notab. in c. sciant de elect. lib. 6. vbi Archidiac. & Franchus. nu. 6. facit quod notat Ioan. Andr. in c. pen. qui filij sint legit.

Tertiò, quando continet fauorem animarum, quia tunc constitutio pænalis debet largo modo interpretari, vt dixit singulariter Ioan. Andr. & Abb. in c. ex tenore extra qui fil. sint legit. Dom. Ant. de Butrio in c. ad audientiam circa finem extra de sent. excom. Abbas in c. quæsiuit in fine extra de diuort. Gemin. in c. prohumani §. 2. nu. 6. de homic. lib. 6. Barth. in auth. Sacramenta puberũ, C. si aduer, vendit, vt euitentur pericula animarum, Franc. in d. c sciant cuncti, num. 6. Quare cum reseruatio casuum iuxta Concil. debeat fieri de grauioribus, & atrocioribus delictis, ea profectò extendenda est ad Casus similes, vbi eadem est ratio, & multo magis ad maiores, quando extensio fit ad ea, quæ sunt eiusdem generis, & cum in tali reseruatione sit fauor publicus, & Reipublicę maleficia punire, vt Prouincia quietè permaneat, l. congruit .ff. de officio præsid. l. si longius §. si filius .ff. de iudic. Adest etiam fauor Ecclesiarum, & animarum, cum per talem reseruationem melius per summos Sacerdotes, qui sunt Episcopi c. de his iuncta glosa, cum cap. seq. de consecr. dist. 5. quàm per simplices curentur vulnera animarum, ex pœnitentiæ iniunctione, & ita pœnitentes corriguntur, & præseruantur à recidiuo, tum, quia acriori metu correpti homines ab huiusmodi sceleribus arcentur, facit textus in extrau. 2. comm. de simo. Cum ergo reseruatio est fauorabilis Reipublicæ, Ecclesiæ, atque animabus, extendenda est ad ca-
28 sus similes, † & multò fortius ad maiores, quando sunt eiusdem generis, nam tunc propriè non videtur extensio, vt dixit glosa notab. in c. 1. verbo Italiæ de tempor. ordin. lib. 6. Exemplum habes in cap. pœnale 14. q. 5. vbi ait tex. furti nomine intelligitur omnis illicita vsurpa-

tio

tio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti, & rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significauit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur, simile etiam habetur in c. meretrices 32. q. 3. vbi nomine mechiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi; à parte enim totum intelligitur.

Quartò, quando si non extenderetur, resultaret absurdium, quia tunc fit etiam in pœnalibus extensio legis, seu legislatoris ad id, quod est de mente legis comprehẽsiua, glosa in verbo de mente in c. postquam de elect. in 6. vbi Gemin. & Anchar. quod quidem colligi potest ex duobus, &

Primò, si sensus proprius con-
29 tinet iniquitatem, † & absurdũ, atq; absonũ intellectum, quia tũc non sensus proprius, sed alius iustus, & honestus attenditur, opt. tex. in l. scire ẽt oportet §. aliud. ff. de excus. tut. vbi habetur, q̃ stante lege, quòd faciens homicidium decapitetur, si seruarentur verba legis, furiosus, vel se defendens decapitaterur, q̃ est contra ius, vt habetur in clem. si furiosas de homic. igitur ad euitandũ hoc absurdum, & iniquum, vt furiosus capite puniatur, recedimus à verbis sic simpliciter intellectis, & seruamus mentem, vt furiosi, & interficientes ob necessariam sui defensionem non comprehendantur.

Secundò, si communis vsus lo-
30 quendi repugnet † propriæ significationi verborum, tunc cõis vsus est præferendus, tex. est in l. librorum §. quod tamen cassius. ff. de lega. iij. extra de cõsuet. c. cũ dilectus, in quo casu, si quis faceret contra verba, non offendendo mentem, non incideret in legem. Et hæc intellige, quando agitur de statutis, nam tunc si in statuto est aliquod verbũ habens significationes, vnam propriam, & aliam secundum communem vsum loquendi, tunc talis vsus derogat propriæ significationi verborum, l. cum de lanionis, §. asinam de fundo instr. & instr. leg. Quòd secus est, quando agitur de interpretatione legis, quia verba legis debent intelligi secundum propriam significationem, & non secundum cõmunem vsum loquendi, ita notanter dixit Barthol. in l. ita vulneratus nu. 4. ff. ad l. Aquil. & in l. omnes populi num. 58. circa finem. ff. de iustitia, & iure. Igitur cum Casus reseruatio sit instar statuti, fit interpretatio attento communi vsu.

Quintò, quando intelligendo verba in propria significatione res redderetur inutilis, l. titia §. lutius. ff. de legat. 3. & nisi fieret extensio, de facili Casus potest esse elusorius, vt est tex. iuncta glosa in cap. 2. de vsur. in 6. Ita probatur ex glosa in clem. 1. verbo sepelire de sepult. & est bona glosa in cap. quanquam

de vsur. in 6. Ioan. de Anan. in rubr. de Apost. col. 6. ita Philip. Frãch. in c 2 versic. 18. limita de tempor. ordinat. lib. 6. Hæc adnotanda sunt diligenter, quia valdè deseruiunt pro decisione Casuum reseruatorum.

REGVLA V.

CAsuum reseruatio est de culpis mortiferis, non autem de
31 censuris, † cum censurè sint pœnæ peccatorum; Quod non sic est, si agatur de casibus Papalibus; Etenim quamuis Archiep. Florent. 3. par. tit. 17. c. 2. verbo casus §. 2. referat, & grauissima peccata olim reseruabantur Summo Pontifici etiam absque excommunicatione, Hodie tamen nullus datur casus ipsi reseruatus, nisi cum censura. An verò appellatione censuræ ve-
32 niat irregularitas, † ita vt qui habet casus Papales, possit dispẽsare super irregularitate, Sotus in 4. sentent. dist. 22. quæst. 3. art. 1. & distinct. 3. quæst. 1. art. 10. quem sequitur frater Antonius Cordubensis in suo quæst. Theol. lib. 5. de indulg. q. 11. quartum dubium tenet, quòd sic. quo ad irregularitatẽ, quæ ob solum proprium delictum in pœnam eius à iure, vel à iudice contracta est, sed veritas est in cõtrariũ, vt notatur in c clerici de clerico excomm. ministr. vbi Anchar. nu. 4 Cũ irregularitas non sit censura & nec absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem, vt dixit Nauar. in Manuali cap. 27. num. 254. Quare ex his concludendum est, quòd si Papa concedit casus suos, potest confessarius absoluere à censuris Papalibus, Quod nota tempore Iubilei. Non tamen ab irregularitate, At si Episcopus concedit casus, non videtur concedere facultatem absoluendi à censuris, nisi inter casus connumerentur censuræ, Archiep. Flor. 3. parte tit. 20. cap. 11. versic. casus. Sic nec in concessione Casuum facta ab Episcopo intelligitur da-
33 ta facultas, vt dispensẽt † in votis, vel iuramentis, quæ dispensatio Episcopis reseruatur, c. 1. extra de voto: nam ista sunt diuersa, & à diuersis nõ fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de minor. Tum, quia sunt specialiter reseruata Episcopis, d. c. 1. Tum etiã, quia in generali concessione non intelligitur quis velle concedere ea, quæ in specie verisimiliter non esset concessurus. cap. si quis Episcopus de pœniten. & remis. lib. 6. Et adnotandum, quòd licet dispensatio, & commutatio sint Episcopis reseruatæ circa vota, & iuramenta regulariter, tamen à peccato transgressionis potest quilibet sacerdos ad audientiam Confessionem approbatus absoluere.

REGVLA VI.

CVm Casus reseruatio sit stricti iuris, videtur quòd non de-

debeat excedere proprium Caſum, vt ſupra diximus, facit tex. in reg. odia de reg. iur. lib. 6. Tamen quandoq. extenditur, imò (vt melius dicam) includit alios
34 † caſus atrociores reſeruatos, dummodo ij ſint eiuſdem generis. (Exempli gratia) Maior eſt rapina, quam furtum, inſtit. vi bon. rap. in princ. & tamen furti nomine intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienę; non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit, ſed vtiq. furti nomine in lege veteris teſtamẽti, & rapinam intelligi voluit. A parte enim totum ſignificauit quidquid illicitè rerum proximi aufertur, tex. eſt in c. pęnale 14. q. 5. ſic nomine Mechię, & ſi non niſi adulterium intelligi ſoleat, tamẽ omnis illicitus coitus, atq. illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi, c. meretrices 32. q. 4. Quod ſi obijcies, ad quid hęc reſeruatio, cum ſit prohibitum de iure cõi? Reſpondeo quod ſi crimen de iure, vel conſuetudine eſſet Epiſcopo reſeruatum, particularis tamen reſeruatio addit nouum vinculum, vt dixit Decius
35 in c. cum dilectus † extra de reſcriptis, vt ſi non ſit reſeruatus, fiat virtute reſeruationis reſeruatus. Sed (vt prius diximus) potius dicitur incluſio, quam extẽſio, facit à ſimili rubr. C. de Malef. & Mathematicis, & cęteris ſimilibus, & c. vbi ſub illis duabus ſpeciebus includũtur, & alię ſimiles. facit gloſa in verbo Italię in c. 1. de temp. ordin. lib. 6.

REGVLA VII.

PRęter Caſus à iure communi Ordinarijs reſeruatos, de quibus habetur in clem. 1. de priuil. & per Benedictum xi. in extrauag. per cunctas eo. tit. poſſunt Ordinarij in eorum ſtatutis in ſuis Epiſcopatibus reſeruare
36 † ſibi alios, vt eis magis expedire videbitur, & reſeruando etiã includuntur illi, qui erant de iure communi reſeruati. Quare infertur, quod Epiſcopus approbando aliquos ad confeſſionem, imò dando illis omnem poteſtatem in confeſſionibus audiendis, non cenſetur illis conceſſiſſe Caſus ſibi à iure communi, aut particulari, vel conſuetudine generali, aut ſpeciali reſeruatos, arg. tex in cap. translationem de offic. lega. vbi legatus Sedis Apoſtolicæ ex generali commiſſione non poteſt manus extendere ad ea, quæ ſibi ſedes Apoſtolica ſpecialiter reſeruauerit. Et hoc videtur procedere de iure, niſi expreſsè, vel tacitè appareat mentem Ordinarij fuiſſe, vt reſeruã-
37 do ſibi aliquos caſus, † valeant confeſſarij ab alijs à iure reſeruatis, vel conſuetudine generali abſoluere. Quod quidem expreſſe patet in Caſibus nuper æditis Anno 1606. reſeruatis Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano, vbi ſic habetur.

Declarãtes, quod exceptis his

excommunicationibus, vt supra nobis reseruatis, &cæt. parochus, & omnes sacerdotes sęcula res, siue regulares à nobis, siue à nostro Vicario generali approbati, siue approbandi audita integra confessione absoluere possint, & valeant ab omnibus alijs censuris à iure, & sacris constitutionibus, aut simodalibus, seu edictalibus statutis, vel ex consuetudine nobis, & Ordinario loci, aut Archiepiscopo Neapolitano quouis modo reseruatis, ēt si talia forent, quæ specialem requirent facultatem. Hoc etiam manifestum videtur ex tacita mente Ordinariorum, qui reseruando sibi Casus, inter illos apposuerunt aliquem, qui erat de iure, vt incendium, vel de consuetudine, vt homicidium volūtarium. Etenim dum vnum, vel duo expresserint, videtur tacitè illos concedere, argum. tex. in c. qui ad agendum §. 1. de procur. lib. 6. glosa fin. in c. 2. de offic. Ordin. lib. 6. Nisi in non concessis sit annexa censura Papæ, vt in violatione libertatis ecclesiasticæ, quæ est in Bulla Cœnæ Domini, & immunitatis ecclesiasticæ, & sortilegiorum, vt videbimus in locis suis.

REGVLA VIII.

CAsus Episcopo reseruandi non sunt iudicandi tales ratione qualitatis personæ. Hinc incestus, qui est Episcopo reseruatus, vt notatur per glosam, & Doctores in c. 7. de pœnit. & remiss. lib. 6. si est puerorum, qui perfectum adhuc vsum rationis non habent, dicit Palud. non es-
38 se reseruatū, † vt refert Archi. Flor. in Summula Defecerunt de auctor. confess. cap. 2. in fine, quę sententia vera est, etiam si pueri post pubertatem absolutionem petant, Caiet. verbo excommunicatio c. 10. circa fin. Quod idem extende ad Casus Sūmo Pontifici reseruatos. Hinc peccata impuberum, vt masculorum ante quartum decimum annum, quæ alias essent Sūmo Pontifici reseruata, erunt iudicanda vt Episcopo reseruata, vel nulli: vt probatur per tex. in cap. 1. de sent. excomm. vbi habetur, quòd si Clerici impuberes ad inuicem se percusserint, non sunt ad Sedem Apostolicam pro absolutione mittendi, quia eos ætas excusat, dicit glosa. Non quòd non sint excommunicati, sed ꝙ non sint pro absolutione mittendi ad Papam, & nulli si essent infantes, quia illa ætas ignorat qd agit, l. 1. C. de falsa mone. facit tex. in clem. 1. de homic. sic mulieres ob violentas manus in-
39 iectas † in Clericos ob sexus fragilitatem ab Episcopo possunt absolui, c. mulieres eod. tit. Tū, quia sunt sub viri potestate, facit tex. in c. relatum eod. tit. Tum præcipuè ne zelus maritorum, in eas īplacabiliter exardescat, iuniorum, etiam viduarum, ac puellarum ob periculum incontinentiæ. Et regulares ad tol-

len-

lendam occaſionem apoſtatãdi, & euagandi, ſi quoquomodo in in clauſtro ſe percuſſerint, non ſunt eorum percuſſiones ad Sedẽ Apoſtolicam reſeruatæ, licet tales ſic eſſent ſimpliciter conſideratæ. Poteſt tamen tanta eſſe criminis grauitas, atque enormitas, vt meritò Romam per Superiorem mitti deberent, arg. tex. in c. cum illorum extra de ſent. excom. Caiet. qui ſupra.

REGVLA IX.

CAſus reſeruati quando ſunt
40 dubij, ſi ſunt contra † ius commune, cum ſint ſtricti iuris, (vt ſupra diximus) ſunt interpretandi ſecũdum propriam verborum ſignificationem, quia per talem reſtrictiuam interpretationem minus receditur à iure communi, Decius in c. cauſam, quæ in repet. nu. 21. de reſcrip. Vnde Caſus non expreſſus habetur pro omiſſo, l. quidquid aſtringendæ ff de verb. oblig. & Caſus omiſſus relinquitur diſpoſitioni
41 † iuris communis, l. ſi cum dotem ff. ſolu. matrim. in princ. ff. de liber. & poſthu. l. commodiſſimè. Hinc eſt, quod ſi aliquis Caſus poteſt habere plures ſignificationes vnam propriam, & aliam impropriam, tunc debet aſſumi propria, & omitti impropria, l. non autẽ aliter, ff. deleg. 3. cognoſcetur propria ſignificatio,
42 primò ab auctoritate, † vt ſi in aliqua lege hoc dicitur, l. propriè. ff. de verb. ſignif. vel diffinitione. l. 1. ff. de teſtam. item, quando prædicta deficiunt, ab alluſione, vocabuli, l. pupillus ſ. territorium ff. de verb. ſignif. Bart. in l. omnes populi nu. 59. ff de iuſt. & iu. pariter Caſus reſeruatus non extenditur ad caſum fictum, argum. tex. in l. præcipimus, C. de appellat. Additio ad Barth. in l. ait prætor ſ. 1. ff. de negot. geſt. Rurſus in Caſibus reſeruatis maſculinum non concipit fœmininum, cum ſint ſtricti iuris, vt notat Barth. in l. j. ff de verb. ſign. Barth. à Capua in Conſtit. Regni dilationes in fine, qui dicit in odioſis maſculinum non concipere fœmininum, ſed an maſculinum concipiat fœmininum, vide latè per Archid in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. ſi autem reſeruatio facta eſſet in puris terminis iuris com
43 munis, tunc ſatis operatur, † ſi inducat nouum modum impediendi clauium vſum, iuxta notata per Abbatem. & Decium in d. c. cauſam, quæ num. 22. notat Barth. in l. 1. in princ. ff. ad l. facild. idem Abbas in cap. cauſam 3. de verb. ſignific. ſic in ſimili dicitur de iurante, & vouẽte ſeruare ſilentium, vel nõ peccare venialiter, nam per votum, & iuramentũ non additur, vt vltra teneatur, & peccet vouens, aut iurans, quàm non vouiſſet, aut iuraſſet, quia venialiter tantum peccat, iuxta tradita per Dom. Sotum de iuſt. & iu. lib. 8. q. 1. art. 7. col. 2. & 3. & q. 2. art. 3. col. 8. & per Nauar. cap. 12.

num. 3. sic in proposito per reseruationem Casuum, qui reseruãtur de iure communi, iuxta prefatam extrauag. inter cũctas de priuileg. nihil plus disponitur, quàm reperitur dispositum de iure communi, quare talis reseruatio recipit † omnes ampliationes, & restrictiones iuris cõmunis, iuxta notata per Abbatem in c. cum dilectus num. 5. de cleric. non resid. qui dicit hoc esse perpetuò notandum, & in c. ad audientiam not. 1. eod. tit. vnde si ius commune extenditur ad alium Casum, sic etiam statutũ. & si ius commune verificatur in casu ficto, sic & statutum, (v.g.) si casus reseruatus diceret, q̃ clerici non residẽtes puniantur fructibus beneficij, hoc est de iure communi, vt habetur per Conc. Triden. sess. 23. cap. 1. de reform. hic casus recipit omnes ampliationes, & restrictiones, quas recipit ius commune, vt verificetur etiam in casu ficto, hoc est, vt familiares Papę excipiãtur ab hoc casu, quia finguntur esse præsentes, d. c. cum dilectus, Verũ quid operabitur iste casus, Dic q̃ tãtum addit nouum vinculum, vt non possit absolui à simplici sacerdote confessario.

REGVLA X.

IN foro pœnitentiali statur dicto pœnitentis pro se, † & contra se, iuxta doctrinam D. Thomæ in 4. sentent. dist. 17. q. 3. art. 3. q. 5. secundum glosam in cap. placuit de pœnit. distinc. 6. Verbo pro ignorantia: quia nõ potest haberi maior certitudo, quàm vt credatur pœnitenti in hoc, cum de eius salute tractetur, coram quo quæritur, quia nemo præsumitur immemor salutis suæ 1. q. 7. c. sancimus. Et hæc ad intellectum, an quis voluntariè interfecerit, vel deliberatè blasphemauerit, nec ne.

REGVLA XI.

ANimaduertendum est id, quod passim asseritur per obitum Episcopi Casuum reseruationẽ cessare, † intelligi debere de casibus, quos ipse Episcopus reseruauerit, sicut communiter solẽt vti his verbis. Nobis reseruamus: quia cum lati sint ab homine, ipso mortuo, vel amoto ab Episcopatu extinguntur. Et hoc intelligerem, etiam si Episcopo viuẽte in illos, quis inciderit, secus tamen dicimus de excommunicatione, nam & si lata ab homine eo defuncto expiret, c. à nobis 1. de sentent. excommun. tamen illud intelligitur, dummodo Episcopo viuente quis nõ ligatur, etenim tunc etiam eo mortuo durat: quia semel excõmunicatione ligatus semper remanet ligatus, & ita intelligitur text. in cap. vnico de maio. & obed. lib. 6. notat Panormit. & communiter DD. in d. c. à nobis num. 12. & ideo cum fuerit excommunicatione hominis ligatus, absolutio requiritur † per

ſucceſſorem, iuxta text. in cap. ſi Epiſcopus 11. quæſt. 3. vel per capitulum ſede vacante, aut eũ, apud quem tunc temporis ſcilicet mortuo Epiſcopo iuriſdictio Epiſcopalis noſcitur pertinere, iuxta text. in d. cap. vnico. At ſi viuente Epiſcopo quis in excõmunicationẽ nõ inciderit, morte illius extinguitur. Quod ſecus dicendum de caſibus à iure reſeruatis, quia tunc per eius mortem non expirant, cum lex ſemper loquatur, c. Arriani. C. de Hære. & Manich. Quod idem dicimus, quando Caſuum reſeruatio eſſet facta ab Epiſcopo viuente per modum ſtatuti, ſeu perpetuæ conſtitutionis, veluti decernendo, q̃ abſolutio ab eis fieri non poſſit, niſi à nobis, vel ab Epiſcopo, qui pro tempore fuerit, vel reſeruando curiæ, ſeu ſedi Epiſcopali, tunc. n. non expirant, niſi expreſsè ab ipſo, vel ſucceſſore, aut à capitulo ſede vacante fuerit facta reuocatio, ad quæ faciunt iura in cap. finali de offic. legat. in cap. 2. §. ſtatuto de conſtit. lib. 6. Ad hæc adde quæ dixit Sylueſtr. in verbo Excommunicatio 2. verſic. Decimus quintus eſt.

REGVLA XII.

EST & alia regula conſtituenda circa interpretationem Caſuum quæ quadruplex eſt ſecundum gloſam in c. 1. de poſtulat. prælat. circa quam dico multa, &

Primò reſeruatio dubia, vel ob
48 ſcura recipit † interpretationẽ ab eo, qui facultatem habet reſeruandi, vt ab Ordinario, iuxta Concilj Tridentij ſeſſ. 14. cap. 7. & Can. 15. quia illius eſt interpretari, cuius eſt condere, cap. ſicut §. ex his vndecima quęſtione prima capit. inter alia extra de ſentent. excomm. l. 1. & l. fin. C. de legib. Abb. in cap. ex parte 3. de verborum ſignificatione. Quod idem ſeruãdum eſt in iure communi, cum ad legis conditorem eſt recurrendum, quando eſſet obſcurum, aut dubium, ſecundum Abbatem in cap. 1. colum. final. extra de conſtit. & in cap. finali columna 2. eodem tit. & in cap. 1. de purgat. canonic. & in cap. primo columna quinta de poſtulat. prælat. Apertiſſimè hoc etiam corroboratur in §. in his cap. ſicut 11. quæſt. 3. Sicut. n. ſolus ille habet ius interpretandi Canones, ita ille ſolus ciuilium legũ debet eſſe interpres, qui eis ius, & auctoritatem impartitur. Patet etiam ex cap. ideo §. his 25. quæſtio. prima vbi dicitur (Sacri quidẽ Canones ita aliquid conſtituũt, vt ſuæ interpretationis auctoritatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ reſeruent) & rationem ſubiungens ait. Ipſi nanque ſoli Canones valent interpretari, qui ius condendi eos habent.

Secundò dico, q̃ reſeruatio fa
49 cta † ab Ordinario adhibitis aliquibus pietate, ac ſcientia idoneis viris, nõ poſſunt illi ab Epiſcopo

scopo deputati Casus interpretari, quia functi sunt officio suo, arg. tex. in c. in literis de offic. deleg. & in l. iudex ff. de re iudic. ita post Io. Andr. dixit Abbas in cap. ex parte iij. num. 7. de verb. signif. Barth. in l. omnes populi. nu. 56. ff. de iust. & iu.

Tertiò dico, quòd ex hoc non est negandum, quin talis reseruatio possit recipere interpretationem à cõsuetudine, † quæ est optima legum interpres, sicut & alia statuta Episcopi recipiunt, c. cum dilectus extra de consuet. c. dilecto de consan. & affin. vbi Abbas in 2. not. notatur in l. si de interpretatione ff. de legib. Abb. in cap. 1. de postul. præla. col. 5. De hac consuetudinaria interpretatione optime loquitur Lucas de Penna in l. vni. C. de professor. lib. 12.

Quartò, quòd si reseruatio nõ esset valde dubia, seu obscura, iudex, hoc est confessarius, † cũ quo vertitur dubium, quantum ad pœnitentes pertinet, potest interpretari, & declarare, nam cum causa vertatur coram eo, ipse cum sit iudex, habet potestatẽ interpretandi leges, & Canones, ita Barth. in d. l. omnes populi, num. 36. sicut dicitur de statuto Episcopi, vel lege communi, seu priuilegio, vt per Innocent. in c. cum ex speciali de appell. Abbas in c. 1. de purgat. cano. & in d. c. ex parte iij, vbi dicit, quod interpretatio potest fieri per iudicem, si est iuri consona, & clara, secus si valde dubia, Decius in c. 1. col. 14. de constit. & si à seipso non potest resoluere, debet ad Episcopum recurrere, vt probatur in c. intimasti de appellat. vbi Decius in 1. not. vel taliter quod nullatenus detegatur sigillum confessionis, recurri potest ad peritos, & sapientes, Decius qui supra num. 92. Qualiter autem possit detegi, vide nostras decisiones in 1. par. lib. 1. c. 23. nu. 20.

Quintò dico, quod non est negandum per prædicta, quin & doctoribus sit data facultas interpretandi statuta, & reseruationes casuum, † cum sint ad instar statuti, & pœnæ, & eidem sit data potestas interpretandi iura, cap. 1. de decim. l. 1. C. de professor. qui in vrbe const. lib. 12. secundum Goffr. & Hostiensem in summa de constit. §. fin. Franchus in regula pro possessore circa finem de reg. iur. lib. 6. Est autem in vtrunque genus interpretationum maximum discrimen. Nam primum genus, quod fit ab eo, qui ius habet faciendi Casus, dicitur authenticum, cui statur non ratione aliqua assignata. sed auctoritate interpretantis, vnde talis interpretatio dicitur † necessaria. Necessitat enim seu obligat ad tenendum sensum datum per eã. Et hoc modo interpretari non est cuiuslibet, sed aut condentis, quia eius est interpretari, cuius est condere, ff. de legi. l. cum de consuetudine, aut æqualis. Dicitur autem æqualis, siue par, qui

in

in dignitate ſuccedit, qui ideo habet auctoritatẽ interprætandi legem præceſſorum, quia etiam habent eam tollendi: quia par in parem non habet imperium, c. cum inferior de maio. & obed. l. pen. ff. de arbrit. Non autem dicitur par hic, qui habet ſimilem dignitatem, ſed non eandem. nã ſtatutum vnius Epiſcopi alius alterius diœceſis non poteſt interprætari, nec falcem ſuam mittere in meſſem alienam. Secundum vero genus interprętationũ vocatur magiſtrale, & talis magiſtralis interprætatio non habet neceſſitatem, ſcilicet quod liget, ſed bene probabilitatem, nec ei ſtatur, niſi quantum ratione oſtẽditur quod ſit talis de mente ipſius legislatoris.

In hac ergò interprætatione
54 talis modus † erit obſeruandus, vt primo diſponentis mens conſideretur, ſi de ipſa poteſt apparere, extra de verb. ſignific. c. præterea, de priuil. c. quanto, nam mens legis eſt idem, quod ipſa lex. ff. de legib. l. ſcire, extra de verborum ſignific. c. in his. Hoc ceſſante conſiderabitur, an verba ambigua poſſint interprætari per aliud ius, ſeu ſtatutum, & illi ſtatur, ſicut habetur in c. fin. de verb. ſignific. vbi exponitur verbum moderationis, ſi autem non poteſt colligi expoſitio per aliud ius, ſeu ſtatutum, tunc recurritur ad communem vſum loquendi, extra de ſponſal. cap. ex literis. Et ſi hoc non apparet, accipientur verba in proprio ſignificatu, de verbor. ſignific. c. fin. niſi ex tali intellectu ſurgeret iniquitas, vel abſurditas, tunc enim ad hoc vitandum verba impropriantur, c. cum dilectus vbi Zabar. num. 13. de conſuet. de offic. deleg. c. ſuper eo. Proprium autem ſignificatum ſumitur à iure, ſi reperitur in iure determinatum, ſicut in d. c. fin. de verb. ſignif. vbi attenditur alluſio, ſeu ethimologia vocabuli, ff. ſi cert. pet. l. 2. §. appellata. vbi de verbo mutuum, extra de conuerſ. Infideli. c. 2. vbi de verbo matrimonium.

REGVLA XIV.

DIſpoſitio Caſuum reſeruatorum non extẽditur extra
56 tertiorum, † iuxta doctrinam communem in c. vt animarũ de conſtit. in 6. & l. fin. ff. de iuriſd. omni iud. Extenditur tamen ad peregrinos, qui ſubduntur legibus illius diœceſis, cui applicuerunt. Dom. Sotus in 4. ſentent. diſt. 18. q. 4. art. 2. verſ. eſt hic, facit tex. in c. illa diſt. 12.

REGVLA XV.

COnfeſſor vigore facultatis conceſſæ ab Ordinario ſibi à Caſibus illi reſeruatis poteſt pœnitentem alterius diœceſis ad ſe venientem abſoluere à caſibus
57 reſeruatis † in ſua diœceſi, nam ſicut confeſſarius põt abſoluere pęnitentem à peccatis vbicũque commiſſis, vt dixit Archi. Flor.

in

in Summula defecerunt de auctor. confess. c. 6. cum talis absolutio nõ recipiat territorium, sicut alia ratione rei, vel delicti, ita Episcopi tacitè videntur velle, vt idem sit de peccatis eisdem reseruatis. Quòd si quis obijciat, cum huiusmodi pœnitens non sit exemptus à iurisdictione sui Episcopi, qui peccatum illud reseruauit, nam solum ratione delicti, † & habitationis quis subditus efficitur, iuxta glosam celebrem in clement. vnic. de foro compet. fit, quòd non sit absoluendus, ex quo præsumitur mutare domicilium fraudulenter in præiudicium animæ suæ. Respõdeo hanc præsumptionem non attendi in foro conscientiæ, sed in foro fori, vt notat Innoc. in cap. quia pleriq. de immu. Eccl. cum simil. Decius in c. 1. in 2. lectura num. 37. de constitut. Quare si pœnitens dixerit, cui dicto standum est, glosa in cap. placuit de pœnitentijs distinct. 6. se non in fraudem accessisse ad confessionem, tunc absoluere poterit. At secus, si fraudulenter, vel si concurret excommunicatio, sicut in furtis, quia tunc pœnitens ad excommunicatorem remittendus est ad absoluendum in foro exteriori, quia præsumitur fraudulenter accessisse, Sylvestr. in verbo confessor 1. num. 6. versiculo quinto. Imò etiam in foro interiori. Sylvestr. qui supra quæst. 13. vel nisi peccatum esset notorium, quo casu remittitur aliquando causa satisfactionis, & scandali vitandi, & non ratione absolutionis.

58

REGVLA XVI.

59 QVando Casus loquitur in rem † puta homicidium voluntarium, percussio, & similia, tunc non solum comprehendit committentem homicidium, sed etiam mandantem, optimus videtur tex. in cap. mulieres in fine de sentent. excummun. Vbi dicit tex. is verè committit, cuius auctoritate, vel mandato delictum commissum probatur, pondera aduerbium verè, & ibi ad hoc notat Dom. Anton. & Abbas. Limita tamen hanc regulam dupliciter. Primò, quando instrumentum; quo perpetratur actus, † agit in virtute libertatis suæ, quia tunc ipse liberè facit, vt si mando homini habenti intellectum existenti, in libertate sua, quòd occidat, aut percutiat talem, tunc ipse liberè exequitur virtute libertatis suæ, & ita ipse liberè facit, & ego mãdans dicor præbere causam, & ita per alium fictè facere, & non verè, vt in l. item si obstetrix §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi dicit textus, quod ille, qui per alium facit, non dicitur verè facerè, sed causam præbere, l. 1. §. deieciſſe .ff. de vi, & vi, arm. nam mandarum meum non est necessaria causa illius actus ex eo, quòd mandatum est turpe, & mandati turpis

60

nulla

nulla est obligatio etiam post susceptum mandatum, l. si non remunerãdi §. rei turpi. ff. mand. §. illud quoq, instit. eo. tit Secũdo, quando actus nõ potest separa-
61 ri † per instrumentum separatum ab ipso corpore, vt adulterium, tunc, qui per alium facit, ipse verè non facit, & hoc voluit dicere glosa in l. j. §. quoties. ff. de vi, & vi arm. argum. C. de cad. tollen. l. j. §. ne autem. Sic in falso testimonio, cum. n. requirat actum personalem testificantis, non potest propriè committi per alium, eadem ratione, Barth. in l. sed si vnus §. seruus num. 2. ff de iniur. Exceptis his duobus casibus regula vera est, ꝙ si verba Casus scripta sunt in rem, tunc mandans cum dicatur verè facere, includitur sub litera. At si scripta sunt in personam, (puta) si quis occiderit, vel si tale quid fecerit, & similia, tunc ille, qui fieri fecit, non est ille, qui fecit propriè, nec ille, qui fieri fecit homicidium, verè homicida est, ff, ad l. Aquil. l. ita vulneratus in princ. sed secũdum fictionem, & interpretationem videtur feciſſe, & ita non cõtinetur sub Casu reseruato, pro hoc. ff. quod vi, aut clam l. aut qui aliter §. pen. & finali. Vbi tex. probat hanc distinctionem, Barth. in l. si is, qui pro emptore num. 101. & Iason nu. 360. de vsucap. & in l. si quis id, quod num. 36. ff. de iurisdict. omn. iudic.

REGVLA XVII.

QVando Confessarius dubitat an id, quod proponitur, sit ca-
62 sus reseruatus, † nõ prius obsoluere debet, & iudicare non esse reseruatum, aut contra iudicare esse reseruatum, & non absoluere, quàm ipse resoluat se, vel per se legẽdo libros proprio studio, qui Casus conscientiæ tractant, vel doctores consulendo, alias. n. peccaret, vel exponendo se periculo absoluendi eum, qui non potest absoluere ex defectu iurisdictionis, quãdo iudicat non reseruatum, cum sit reseruatus, vel exponens se periculo inijciendi alteri scrupulum, & falsam opinionem, iudicando esse reseruatum, cum nõ sit reseruatus, sicut in c. si quis autem de pœnit. dist. 7. nu. 270. dixit in simili Nauar. peccare iudicẽ, qui in dubio fert sententiam, antequàm dubietatem animi deponat.

REGVLA XVIII.

IN memoriam habeant con-
63 fessarij quandã decreti, † declarationem quo prohibetur absolutio à Casibus reseruatis, editi die 9. mensis Ianuarij 1601. & die 26. Nouembris 1602. cum literis sacræ congregationis, quæ sequuntur.

Sanctissimus Dominus noster derogando omnibus priuilegijs amplissimè prohibet quibuscunque Confessarijs sæcularibus, & regularibus, ne vigore ipsorum priui-

priuilegiorum absoluant in casibus in Bulla Cœnæ, clarè, vel obscurè.

Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis constitutionis Gregorij XIII.

Violationis clausuræ monialium ad malum finem.

Prouocantium, & pugnãtium in duello in terminis Concilij. & Constit. Greg. XIII.

Inijcientium manus violentas in clericos iuxta Canonẽ si quis suadente diabolo, ac iuris dispositionem.

Simoniæ realis scienter contractæ.

Confidentiæ beneficialis.

Et in omnibus casibus, quos locorum Ordinarij sibi hactenus reseruarunt, aut reseruabunt.

Etiam in casu necessitatis, aut impedimenti.

Nisi in articulo mortis, vel habeant licentiam nouam specialẽ à Sede Apostolica, vel ab Ordinarijs.

Hæc circa casus reseruatos, sunt & aliæ regulę circa excommunicationem, de quibus in capitulo seq.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori.*

2 *In pœnis benignior est facienda interpretatio.*

3 *Communis vsus loquendi est attendendus.*

4 *Excommunicationis verba, quæ habeant vim sententiæ, vel excommunicationis. num. seq.*

6 *Excommunicatio, cum sit pœna pœnarum, non extendenda.*

7 *Verbum videtur est fictionis.*

8 *Excommunicatio generalis tantum subditos comprehendit.*

9 *Excommunicatio lata à iure, vel statuto est perpetua, non sic per sententiam.*

10 *Excommunicatio hominis non est ferenda; nisi præcedentibus monitionibus.*

11 *Excommunicatus apud Deum non est, qui certus est non peccasse mortaliter.*

12 *Excommunicatum se dubitans esse, pro tali se gerere debet.*

13 *Excommunicationis sententia quãtumcunque iniustè infligatur, & sit timenda qualiter intelligatur, & quare num. seq.*

15 *Excommunicationis iniustæ vide tres casus.*

16 *Excommunicatio valdè sobriè exercenda, & Quare.*

17 *Excõmunicationes frequentes multa mala pariunt.*

18 *Ab excommunicatione multa excusant, & quare.*

19 *Episcopus absoluit, quando Papa sibi excommunicationem non reseruat.*
Imo hodie etiam ab illis, si sunt occultæ.

20 *Episcopus remittere potest pœnitentiam à Papa iniunctam.*

Regu-

Regulæ xij. traduntur circa excõicationem. Cap. IV.

REGVLA I.

1 XCOMMVNICATIO simpliciter lata, ✝intelligitur de maiori, text. est singularis in ca. si quem de sentent. excommun. Quod si quis obijciat verbum Excommunico simpliciter prolatum debere intelligi de minori, quia in pęnis benignior interpretatio ✝ est facienda, vt in regula in pœnis, & l. si præses l. interpretatione ff. de pœnis, Respondeo id esse obseruandum in pęnis corporalibus, & pecuniarijs, quæ sunt odiosæ, secus in spiritualibus, vt in sententia excommunicationis, quæ fertur ꝙ salute animæ, Hinc dicitur medicinalis, 2. q. 1. c. multi, 11. q. 3 cap. audi, & ideo tanquam fauorabilis est ampliãda, & intelligenda in potiori significatu, sicut & in ſ. & quoties instit. de iure natur. gent. & ciuil. per hanc .n. interpretationem citius purgabitur contumacia, quàm si intelligeretur de minori, item ex communi vsu loquendi cum quis dicitur excommunicatus, ✝ intelligitur de 3 manori, hunc autem vsum attẽdere, & obseruare debemus, l. cũ de lanioris ſ. asinam de fundo instru. Rursus nullus excommunicat, nisi pro mortali, 11. q. 3. cap. nemo, & mortale operatur per se remotionem à Sacramentis, sicut & minor excommunicatio. 1. q. 1. c. Sacerdos, vt ergo excommunicatio, quæ pro mortali à iudice, vel à iure profertur, aliquid operetur, debet intelligi de maiori, arg. tex. in l. si quando. ff. de legat. 1. & de priuil. in 6. c si Papa.

REGVLA II.

AD cognoscendum; An quis sit excommunicatus, vel excommunicandus, diligenter considerանda sunt verba, quibus profertur excommunicatio. Nam si dicitur sub pœna excommunicationis, vel sub anathemate, tũc siuè hæc verba proferatur à iu- 4 re, ✝ siue ab homine, non habent vim sententiæ, sed comminationis, nisi constaret de mente proferẽtis, sed antequam declaret, non seruans est excusatus propter probabilem ignorantiam, ita Doct. in c vnico extra de sagittar. Hinc Ioan. Bern. Diaz regula 263. dixit, ꝙ excommunicationem non inducit præceptum factum à iudice sub pęna excommunicationis, licet contraueniatur, sed requiritur noua excommunicatio, glosa in c. relatum de iure patron. & in 1. 2. de matrim. contr. contra interd. Eccl. cum alijs quatuor, quas cõmendat Felin. in c. sicut tuis in colum. 2. de simon. Limita tripliciter, vt per eundem Felin. ibi. sic

nec

nec est excommunicatus, si illa profertur per verba futuri temporis, glosa in d.c.vnico, & in c. Salonitanæ dist. 63. glosa in c.2. verbo innodetur de hæret. lib.6. At si profertur per verba prẽsentis temporis, vel præteriti, tunc est Canon latæ sententiæ, cap.à nobis 1. de sentent. excommun. c.quidam 5.q.1.Idem,si dicatur. Excommunicationi te noueris subiacere, per tex.in d.cap.2.vt per glosam in cap.3.extra de raptor. Nos in j.par. decis.lib.4 c. 2.num.4. vsque ad 7.

REGVLA III.

EXcommunicatio, cum sit pẽna pœnarum, c. corripiantur 24.quæs.3.non vltra extenditur,
6 quàm verba sonãt, † quibus ius, vel iudex vtitur,& personæ contra quas,& opera,ob quæ fit excommunicatio. Hinc lex excommunicans facientem, non comprehendit mandantem, seu consentientem: quia mandans non verè dicitur facere, sed fictè, c. vt famæ de sentent. excommun. & excommunicatio, vt statutũ non habet locum in casu ficto, l. 3. §.hæc verba ff.de negot. gest. vnde in regula, Qui per alium facit, est verbum videtur, quod
7 denotat fictionem,† nisi ex tenore aliarum legum fieret extensio. Hinc Canon si quis suadente 17 q.4. qui loquitur de inijciente manus violentas, extenditur etiam ad mandantem, cap. mulieres §.1.de senten. excomm.& ad consentientes,c.quantæ eod. tit. & manus violentæ comprehendunt iniurioſas, c. contingit 1.& temerariè dolosas,c.vniuersitatis eod.tit.

REGVLA IV.

EXcõmunicatio generaliter
8 lata restringitur † secundũ limitem suæ potestatis, vnde solum comprehendit subditos excommunicantis, probatur hæc regula in c.à nobis 1.de sentent. excommun.c.2.de cõst. in 6. vbi extra territorium ius dicenti nõ paretur impunè idest non parẽs, & non obediens est impunis,hoc est non puniendus,ff.de iurisdic. omn.iudic. l. vlt. Quod extende etiam, si excõmunicatio sub his verbis proferatur.sit excommunicatus quicunque furtum fecerit vbique, Panorm. & Felin. in d. c. à nobis num.2. Quod tamẽ limita duobus modis. Primò,
9 quando qui furtum fecerit,† pro quo lata est excommunicatio in alieno territorio,ad propriũ reuertitur, ibique conuenitur, vt restituat, quia tunc posset suus Ordinarius per excommunicationem eum cogere. Secundò, quãdo excommunicatio profertur extra diœcesim pro causa iã damnata, & ortum habeat infra diœcesim.c.ex tuæ §.1.de cleric. non resid. glosa in c.Episcopum 9.q.2. Philip.Franc.in c.1.§.contrahentes de foro compet. & in c.2.§.statuto num.13. de consti. in 6.

RE-

REGVLA V.

EXcommunicatio lata à iu-
10 re, vel per statutum, † est per petua: quia lex semper loquitur l. Arriani C. de Hæret. & Manic. sed excommunicatio lata per sententiam vocis viuæ tẽporalis ligat, quousq. durat iurisdictio pronuntiantis, ita est glosa singularis, quam signa in d.c. à nobis. 1. Et intellige, quod est tẽporalis, scilicet vt sub lata iurisdictione pronuntiantis nullus amplius ligari possit, de maior. & obed. lib. 6. c. vni. sed ligati prius perpetuo manẽt ligati, nisi absoluãtur, Zabar. in d.c. à nobis n. 3.

REGVLA VI.

CVm excommunicatio nõ sit ferenda, nisi contra contumacẽ, 11. q. 3. c. Episcopi, sit, q̃
11 nunquam sit fulminanda, † nisi legitimis monitionibus prẽmissis, vel vna pro tribus, glosa in c. sacro de sent. excom. lata tamen sine illis tenet, sed est iniusta, vide glosã 2. q. 1. in summa, & in c. 1. de excess. prælat. & in c. Romana verbo iniustas de sent. excom. lib. 6. Abb. in c. illud de clerico excom. ministr. Et hæc monitio debet esse personalis, ita Innoc. in cap. aduersarius. & ibi Do. Anto. de eo, qui mitti in possess. causa rei ser. Limita per Felinum in d. c. sacro col. 2.

REGVLA VII.

QVoties homo certus est non peccasse mortaliter, tutã sub-
binde conscientiam habere po-
12 test † nullam incurrisse excommunicationem apud Deum, & nec esse priuatum suffragrijs Ecclesiæ, licet quandoq. propter falsam opinionẽ, & præsumptionem, iudex possit eum arcere ab externo fideliũ cætu, & ipse excommunicationem contra eum latam timere debet, quia vt dicunt Doctores in c. nemo contemnat 11. q. 3. illa excommunicatio timenda est, quamuis quis culpam non commisit, sed potuit committere. Hanc regulam tradit Palud. in 4. sent. dist. 18. q. 1. artic. 2. Secunda conclusio, vbi rationem ponit, quod cum excommunicatio non nisi pro peccato mortali debeat infligi, ille solus iuditio Ecclesiæ est præcidendus, qui iudicio Dei est p̃cisus, qui ergo iudicio Dei non est præcisus, nec Ecclesię. Et hãc regulam sequuntur cõiter summistæ, vt Syluestr. Sotus, Couar. & Nauar. vt diximus in nostris decis. lib. 4. par. 1. c. 4. nu. 3.

REGVLA VIII.

QVotiescũq; quis facit actũ, quem probabiliter, & non scrupulosè dubitat esse mortalẽ,
13 † ob quã lata fuit excõmunicatio, debet se tenere excommunicatum, per gloãs singularẽ in c. vnico de scrut. in ord. faci. vbi in dubio quis præsumitur excõmunicatus, & potius p̃sumitur fornicatio, quã matrimonium, 30. q. 5. c. aliter, item vbi vertitur

periculum animæ, præsumitur in deteriorem partem, tanquam tutiorẽ, c. iuuenis de sponsal. c. ad audientiam extra de homic. c. veniens de presb. non bapti.

REGVLA IX.

EXcommunicationis sententia iniusta siue ex animo, vt quia non bono zelo, sed ex odio
14 profertur, † c. quatuor 11. q. 3. siue ex causa, vt cũ quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur, siue sit iniusta ex ordine, vt iuris ordine prætermisso qualitercunq. infligatur, semper tenet, & ligat quantum ad Ecclesiam militantem, dummodo proferatur à iudice suo, & ante appellationem, ita tex. in c. 1. 11. q. 3. vbi Archid. Gemin. Turrecr. & Præpos. & rationem ponit tex. in. d. c. quid ergo, scilicet vt homo crescat per obedientiæ meritum, parens iniustę sententiæ, & recognoscens se esse ligatum, ita vt claues Ecclesiæ in maiori reuerentia habeãtur, dum timent homines etiam iniustas sententias, ita DD. notant in d. c. quid ergo. Dantur tamen tres casus, in quibus sententia excõmunicationis est nulla. Primus, si ille, qui tulit eam,
15 † non habuerit potestatem, vt quia non erat iudex, d. cap. 1. vel quia erat excommunicatus, & huius modi. 24. q 1. c. audiuimus.

Secundus est, quando est lata post appellationem legitimam, extra de appellat. c. ad præsentiam, c. per tuas de sent. excom.

Tertius est, quando continet intolerabilem errorem, vt in d. Decr. per tuas, Turrecr. in cap. quibus 11. q. 3.

REGVLA X.

EXcommunicatio, cũ abscindat hominem, qui est membrũ Ecclesiæ ab eius corpore, c. Engeltrudam 2. q. 4. fit, vt valdè sobriè
15 sit exercenda per pastores, † c. quamuis sess. 25. Et tũc demum quando tentatis prius alijs remedijs illa non prodessent, c. cũ non ab homine de iudic. Nam sicut à corpore infirmo non abscinditur membrum infectũ, nisi tẽtatis prius alijs remedijs, quæ si curare non possunt corpus, mẽbrum infectum abscinditur, ne per illud alia membra sincera corrumpantur, c. resecandæ. 24. q. 3. sic adhiberi debent omnia alia remedia, quæ si curare non possunt, tunc excõicatio debet subseq, ne pars corporis sincera, hoc est populus eo exemplo corrumpatur. Quare Turrecr. in c. si quis dixerit 11. q. 3. ait, q; si frequenter fiunt excõicationes, qui excommunicatur excõinationẽ
16 contemnit, †& ad peccata frena laxat. Alij ẽt corrumpũtur, quia cõicãt vnde remediũ versum est in venenum, & ideo magna consideratio habenda est cõtra prolationem censurarum, antequã ad illas deueniantur contra aliquam particularẽ personam, & multò magis, si faciẽda esset excõicatio generalis contra incertas,

tas, vel qualescũq. ꝑsonas, vt in c. Rom. de sent. excom. lib. 6. etiã per viã constitutionis, vel edicti generalis, vt habetur in c. 2. de constit. lib. 6. Turrecr. & Præpos. in c. nemo contẽnat nu. 4. 11. q. 3

REGVLA XI.

17 AB excommunicatione excusant ignorantia † obliuio, inaduertẽtia, bona fides, & simplicitas, D. Th. 1. 2. vbi Caiet. q. 6. ar. 8. & ratio est, quia excõicatio non nisi pro mortali crimine debet infligi, c. nemo Episcoporum 11. q. 3. At peccatum mortale fit ex actu voluntario c. 1. 15. q. 1. sed quę diximus peccatũ inuoluntarium cõstituunt, ergo.

REGVLA XII.

CVm conditor Canonis sibi nõ reseruat absolutionem, eam 18 Ẽpo relinquere videtur, † glosa sing. in c. vbi periculum verbo incurrat, & c. sciant verbo sentẽtia de elect. in 6. Et ita nota, ꝙ alius ligat, & alius soluit, contra regulã, scilicet eius est soluere, qui ligauit, 21. dist. c. inferior. c. cum inferior de maio. & obed. quam quidẽ regulam extẽde ad constitutionem alterius, quam Papæ, vt Episcopi, vel Prẽlati Ecclesiastici, Io. Andr. Abb. & Imola in c. graue de præben. sic, & 20 pẽnitentiã à Papa iniunctã † Episcopus remittere potest, dist. 50. c. accedat, 33. q. 2. c. admonere, C. de Episc. & cleric. auth. interdicimus, Specul. in d. c. in fine. Hodie vero extensa est potestas Episcopalis ad omnes excõicationes Papales reseruatas, modo sint occultæ, per c. liceat in Cõc. Trid. sess. 24. de reformat.

Hæc nobis necessariò visa fuerunt prælibanda pro explicatione Casuũ reseruatorum sine censura, & cum illa. in præsentiarũ auxilio Dei omnipotentis, ac B. Virginis ad illorum declarationẽ deueniemus. Adijcientes hũc modum à nobis in vnoquoq. seruandum; vt Primò verba singula cuiuscũq. casus exponamus. Secũdò eius criminis grauitatem ostendamus, vt sic perterriti homines à tali crimine arceantur, Deinde, & nouissimè ad declarationẽ casus ꝑ decis. descẽdamus.

Et vt ab ijs, qui supra c. 3. Regula xviij. positi fuerunt, initiũ faciamus, omisso violationis immunitatis Ecclesiæ in terminis Constitutionis Gregorij XIV. quia de hoc satis abundè in 1. par. decis. lib. 2. c. 48. num. 5. & in 2. par. lib. 1. c. 1. nu. 48. cum seq. & in 1. vol. consil. de immu. eccles. cons. vnico, & in 2. vol. eo. tit. cons. 1. & 2. talis est.

Violationis clausuræ monialium ad malum finem.

SVMMARIVM.

1 *Violare quid propriè, & transumptiuè dicatur.*

2 *Clausuræ appellatione quid contineatur.*

3 *Locorum nomine an veniant horti, & sacristiæ. num. 51. & 53.*

4 *Clausura quare sic dicatur.*

5 *Monachi ad clausuram tenentur,*

vt moniales, non tamen sic strictè obligantur.

6 Moniales professæ exire prohibentur sub excommunicatione.

7 Ingressus ad moniales eodem vinculo inhibetur.

8 Mõnialium nomine quæ veniãt, & comprehendantur sorores sub eo. nu. in fi.

9 Ingressus ad malum finem ad monasteria qualis.

10 Ingressus quare sit prohibitus.

11 Sensus expositionis verborum.

12 Ingredientes, vt canonum violatores peccant mortaliter.

13 Peccatum quãdo ita augetur rõne circumstantiæ, vt fiat reseruatum, est omnino confitendum, alias cõfessio iteranda. num. seq.

15 Hæreticum est canones non obseruare ex contemptu.

16 Violans clausuram ad malum finẽ tantum à Papa absoluitur.

17 Episcopus absoluere nequit, etiã si peccatum esset occultum. nu. seq.

19 Concilio Trid. an derogetur, si non fiat de eo speciali mentio.

20 Intrans malo fine ignorans censuram, an excusetur. num. 23.

21 Epilogus grauitatis huius criminis.

22 Casus iste ab Ordinarijs diuersimode reseruatur.

24 Ingredientes quicunque absq. licentia inciduntur.

25 Ingressus ad monasteria tribus concurrẽtibus est licitus.

26 Causa rationabilis, & manifesta multipliciter cõsideratur, & quæ non iusta num. seq.

28 Consanguinitas non est iusta causa visitandi.

29 Licentia concessa ob necessitatẽ ea cessante extinguitur, fallit nu. seq.

31 Causa iusta superioribus ingrediendi est visitatio.

32 Visitare prælati quæ possint, & debeant.

33 Visitare, & ingredi quoties possũt.

34 Prælati tam regulares, quam sæculares in casibus non concessis comprehenduntur, si ex causa necessaria non ingrediũtur. nu. seq.

36 Pœnæ contra ingrediẽtes an ipso facto incurrantur.

37 Operationes operatæ contra ius positiuum, an semper operentur mortem.

38 Reginæ solæ, & non Ducissæ non comprehenduntur sub regula.

39 Ignorantia iusta excusat ab excõmunicatione.

40 Ingrediens monasterium, credens posse ingredi, excusatur.

41 Inuentum simpliciter non considerãs an sit habitum pro derelicto, excusat à furto, & censura.

42 Excommunicatus non est, nisi sit in dolo.

43 Sacerdos inaduertenter dimittens partem canonis excusatur à peccato mortali.

44 Subditi absentes an excusentur à pœna canonis.

45 Transgrediens in modico clausurã non comprehenditur sub censura.

46 Nec ingrediens pro tuenda vita corporis ab inimicis.

47 Nec alloquentes cum monialibus & non ingredientes.

48 Nèc paruulæ minores sex annorũ.

49 Ad pœnam non tenentur, qui pati iniuriã, sed illã facere non possũt.

50 Moniales admittentes furiosos, incidunt in excommunicationem.

In-

51 *Ingredientes hortos monasterij, non dicuntur violatores clausuræ, sed quid de sacristia. num. 53.*

52 *Loca quando dicantur contigua.*

54 *Ingrediens ad malum finem, licet non perfecerit opus, comprehenditur sub censura.*

55 *Confessor studeat, vt pœnitens criminis grauitatem agnoscat.*

56 *Occasiones propinquas nisi pœnitẽs proponat deserere, regulariter non absoluat.*

57 *Remedia præseruatiua contra recidiuum inũgat Sacerdos pœnitẽti.*

De violatione clausuræ monialium. Cap. V.

Violationis clausuræ monialium, ad malum finem.

EXPOSITIO.

1 (Violare) vt Archidiaconus notat iu c. quę cõtra nu. 4. dist. 8. idẽ est, quod corrumpere, contaminare, polluere, & vim facere, atque inferre, quod propriè de virgine dicitur, cũ pudicitia eius vi eripitur, Cic. 3. de Nat. Deorum Minerua quinta Pallantis, quæ patrem dicitur intermisse, virginitatem suam violare conantem, & habetur in l. Diuo Marco, C. de quæst. (Nulla violati pudoris macula aspergit) Transfertur etiam ad alia. Dicimus etiam violare Canones, qui illos non obseruat, c. violatores 25. q. 1. Idem violare interdictũ, de quo per Archid. in c. si quis nu. 5. 17. q. 8. violare fidẽ, vt per Doct. in c. quærelam de iure iur. itẽ eccleſiasticam libertatem, vel immunitatẽ. Archid. in c. si quis nu. 5. 17. q. 4. violare ius legationis, parentes, fœdus, legem, amicitiam, dignitatẽ, fidem cõiugij, hoc est ista non obseruare. Transfertur etiã ad alia, hoc est ad violationem literarum sigillatarũ, idest ad apertionem, de quibus loquitur tex. in c. cum olim. 2. extra de offic. deleg. sic ad violationem Ecclesiæ illam incendendo, Abb. in c. in literis extra de rapto. vel infringẽdo, c. quisquis §. si quis domũ violauerit. 17. q. 4 vel polluendo sanguine, vel semine humano, c. proposuisti de consecr. Eccl. vel alta, aut sepulcra destruendo, & sepultos spoliãdo, l. si quis, sepulcrũ, cum lege seq. C. de sepulcro viol. vel violando clausuram monialium, illam frãgendo, aut scienter, & dolosè ingrediendo, & ita accipitur hic.

(Clausuræ) clausura quatenus cõcernit personas monialiũ, quia tenẽtur manere incluſæ intra monasteria, de hac loquitur tex. in c. periculoso de statu regul. in 6. & in c. exijt de verb. signif. eod. lib. vbi per clausuram † intelligũtur domus, & officinæ interiores, idẽ voluit Greg. IX. in declaratione Reg. Fratruũ Ord. Min. vbi nomine monasterij intellexit clauſtrum, domos, & officinas interiores. Idem Innoc. IV. vt di-

2

xit F. Hyeronimus Sorbus in cõpẽdio priuil eg. verbo ingredi monasteria fol. 328. Sic Pius V. Ad perpetuã memoriam regulariũ personarum, &c. At ex verbis motus proprij Greg. XIII. vbi gratiæ, & indulta comprehendũtur appellatione clausuræ etiam loca monasteriorum, quando monasterijs sunt contigua. Sed an
3 appellatione † locorum veniant horti, & sacristiæ, videbimus infra in decisionibus. igitur clausura est ianua monasterij, non tamen illa, qua patere solet aditus secularibus veniẽtibus vel ad rotam, vel ad cratem seu loca colloquijs destinata, quæ vulgo parlatoria appellatur, vel ad pulsandam ipsam ianuam clausuræ, sed dicitur ianua monasterij, per quam ingreditur ad habitacula ipsarum monialium. Et dicitur
4 fortè clausura à claustro, † de quo loquuntur duo iura ciuilia, tex. in l. fundi in princ. ff. de act. empti, & l. librorum in fine. ff. de legat. iij. scilicet quasi claustrũ, & priuans habitantes in eo, ne egredi liceat, arg. 16. q. 1. c. 1. & c. placuit communi. Et hoc est dictum à quodam animali, cuius nomen est Castor, quia cum sentit venatores sequentes, seipsum castrat Archid. in c. fin. num. 4. 7. q. 1. Sic moniales cuiuscunq; religionis sint, debent sub perpetua in suis monasterijs permanere clausura, vt habetur in d. c. periculoso, & per Vrbanum IV. & per Conc. Trid. sess. 25. de regul. c. Bonifacij. Sic & Monachi
5 tenẽtur seruare † clausurã, sed aliter, & alio modo, qa si illã violauerint, peccatũ veniale est, modo non fiat ex contẽptu, vel non sit contra præceptum Superioris. D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 9. Nauar. de regul. coment. 4. nu. 35. Sed monialium nemini licet post professionẽ sub pec. mort. exire à monasterio, imò hoc est prohibitum sub vinculo excõmun. latæ sent. eo ipso absq. alia declaratione incurrendæ, vt habetur per Cõstit. Pij V. quę incipit decori, & honestati ædita anno 1569. & rõ est, quia excõicatio secũ trahit exe-
6 cutionem, † c. pastoralis §. verum extra de appellat. vnde eo ipso, q in excõicationem incidit, absq. alia sententia declaratoria affligit, & inhabilitat excõicatã quo ad omnes suas potentias, ita vt repellatur à cõione, cęterisq. actibus excõicato vetitis, verũ vt ab alijs debeat tractari, & repelli, vt excõicata, requiritur sentẽtia declaratoria, facit glosa in clem. 1. vers. donec de decim. Io. Andr. in c. Rodulphus nu. 39. ex. de rescrip. Io. Andr. in c. 2. de rescrip. in 6. Sic ingredientes clausuram religiosorũ nõ peccãt, sed ingredientes monasteria monialium Ord. Præd. vel S. Francisci in casibus nõ concessis, nõ possũt absolui nisi à Sũmo Pont. Bonif. IX. Et Eugen. IV. in priuilegio vnius, & alterius ordinis, Nauar. in manu. c. 27. nu. 109. sed ingredientes intra septa aliorũ monasteriorũ monialium, sunt à Papa excõicati, sed non est reseruata.

De

De prohibitione huius ingressus sunt multæ Constitutiones Summorũ Pontificium, vt Pij V. Quæ incipit. Cura pastoralis Romæ publicata die 9. Iunij 1566 item Greg. XIII. die 21. Ianuarij publicata tenoris sequentis Deo sacratis Virginibus, itẽ alia Romę publicata die 30. Decẽbris 1582. quę incipit. Dubijs, q̃ emergunt, per quã ẽt prohibetur ne ipsi Superiores possint ingredi extra casus necessarios, & nouissimè alia Greg. XIII. Romæ publicata die 24. Iunij 1575. in qua reuocãtur oẽs licentiæ à Superioribus concessę ingrediendi monasteria monialiũ in casibus necessarijs, si ingrediũtur extra illos casus. Aliq̃n ẽt fit casus reseruatus p̃ diœcesanos, vt est anno p̃nti 1066. Nolę, & Rossani. Qui sic incipit. (Monasteria monialiũ ingrediẽtes absq. nostra licentia) & quãdoq. additur excõicatio synodalis, vt per Syluestr. in verbo excomun. 11. nu. 12. in fi. & tandem per Clementẽ VIII. vt in præsẽti casu. Nam ingredientes ad malum finẽ clausuram monialiũ, nõ possunt absolui à confessarijs sæcularibus, vel regularibus habẽtibus per priuilegia facultatem, vt absoluere valeant à casibus sedi Apostolicæ reseruatis, quamuis ante dictam declarationem essent præfata priuilegia vsu recepta, & continuata.

(Monialium) intellige per Mo
3 niales oẽs, quę fuerũt † tacitè, vel expressè professę, d. c. periculoso. cuiuscunq. generis, vel conditiones existãt ẽt conuersæ, & tertiariæ, modo emiserint professionẽ, item Abbatissa, nã sicut appellatione monachorũ venit Abbas, c. fin. de simo. Ita appellatione monialium includitur Abbatissa, ex quo de salute animæ agitur. Do. in d. c. periculoso, glosa in Clem. Attendentes, verbo Abbatissa de statu regular. siue fuerint institutæ per ordinem monachorum, siue per institutores ordinũ monialium, vt S. Benedicti, Basilij, & Bernardi, &c. siue sint sorores, vt sunt quæ fuerunt institutæ per Ordines mendicantium, nam ista nomina, vt moniales, & sorores secundum Abbatem in c. causam quæ de elect. sunt Synomina, hoc est idem significantia.

(Ad malum finem) vt si ingreditur animo proferẽdi verba inhonesta faciendi gestus impudi-
9 cos † vt prouocet ad luxuriam, vt inde delectaretur carnaliter, etiam libidinosè vel animo tangendi, aut osculandi ad actum venereum, vel delectationem morosam capessendam, quamuis fieret non animo delectandi carnaliter, sed recreationis causa propter scandalum datum, & probabile periculum delectationis venereæ, vel si animo tangendi, aut libidinosè loquendi sine relatione ad copulam carnalem, nam omnia ista sunt peccata mortalia, glosa in clement. ad nostrum vers. 7. de Hęret. Caiet. 2. 2. q. 148. art. 5. versic. in sexto glosa memorabilis in cap. odi. 24. q. 1. per tex. in cap. si cui de pænit. dist 1.

Et multo magis, quando fieret ingressus animo deueniendi ad copulam carnalem, licet actus non fuerit secutus, At quare sit
10 prohibitus ingressus † ad moniales, videndus est tex. in d.c. periculoso in fine. Vbi Bonifacius VIII. sic dixit. Ideo sancimus, vt nullus ingressus, vel accessus pateat ad easdem, vt sic à publicis, & mundanis aspectibus separatę omninò, valeant Deo seruire liberius, & lasciuiendi oportunitate sublata eidem corda sua, & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire: Ad hoc etiã vide tex, in c. monasteria 18. q. 2. ad euitandas insidias diaboli, & oblocutiones hominum. Facit etiã Constitutio Greg. XIII. vbi Gratiæ. Hæc igitur expositio horũ verborũ est, quorũ sensus est.

Qui scienter, & dolosè ingre-
11 dientes monasterij † ianuam, per quam ingreditur ad monialium habitacula, comprehendẽdo etiam Abbatissam, quæ sunt tacitè, seu expressè professæ, siue sint choro addictæ, siue conuersæ ad malum finem proferendi verba inhonesta, faciendi actus impudicos prouocandi ad luxuriam carnaliter delectandi, vel libidinosè tangendi, aut osculandi, vel delectationem morosam percipiẽdi, aut libidinosè loquẽdi sine relatione ad carnalem copulam propter scãdalum, & mala, quæ ex hoc occurrere possũt, absolui nequeũt à confessarijs, qui priuilegia habent absoluẽdi à casib. reseruatis Sũmo Põtifici.

Grauitas criminis.

EX multis cognoscitur huius criminis grauitas, & atroci-
12 tas, † & primo, quia veniens contra ius commune in c. periculoso de statu regul. lib. 6. & in c. exijt de verbor. signific. eod. lib. Et contra Greg. IX statuta, Innoc. IV. In declaratione regulæ fratrum minorum, Vrbani IV. Martini V. Eugenij IV. sub pęna excommunicationis ipso iure, Leonis X. & alios Summos Pontifices relatos à Sorbo in compẽdio priuilegiorum verbo Ingredi monasteria in omnibus §. vbi in margine posita est hæc dictio. Prohibitio, fit, q̃ peccet mortaliter, c. 2. de maior. & obed. 23. dist. c. 1. & c. illud eo. tit. cum talis possit excommunicari, 2. q. 7. c. si quis omnem in princ. 25. q. 1. cap. generali. & 25. q. 2. c. si quis dogmata.

Secundò ratione finis mali a-
13 deo peccatum † aggrauatur, vt si confiteretur peccatum, omittendo circunstantiam finis, cur scilicet ingressus fuerit, esset reiteranda cõfessio, vt dixit Caiet. 2. 2. q. 88. art. 5. in fine. Qui n. ieiunium frangit, vt ad libidinem potentior sit, Qui furatur, vt mechetur, non satisfacit cõfessioni, dicendo se ieiunium fregisse, vel surripuisse, nisi fateatur finem.

Tertiò, quando circunstantia est talis, vt rõne ipsius adeò augeatur peccatũ, vt illud fiat re-
14 seruatũ; † Omninò confitẽda est. Exemplum in furtis, quorum absol-

solutionem Episcopus sibi reseruat, quando sunt cuiusdam quãtitatis; nam tunc oportet pœnitentem in confessione exprimere quantitatem, vt sic sacerdos sciat iudicium sumere, an sit peccatum reseruatum, Nau. in Manual. c. 7. in fine. versic. videtur tamen, Sylvest. in verbo Confessio 1. qõ. 9. quare cum ingressus malo fine adeo aggrauet peccatum, vt illius absolutio solũ pertineat ad Summum Pontificem fit, vt sit omninò confitenda.

Quartò, quia non solum adest peccatum mortale, quod contra hitur per violationem canonum, à quibus nullo pacto est deuiandum 25. q. 1. c. prima, vbi Archidiaconus dicit, q̃ hoc est hæreti-
15 cum, † si quis ex contemptu facit contra Canones, sed etiam adsunt multæ excommunicationes, quorũ pœna quàm sit maxima, ex tex. in c. corripiantur 24. q. 3. & c. absit 11. q. 3. colligitur, vbi nulla maior pœna in Ecclesia Dei reperitur, quàm excommunicatio.

Quintò, quia per tale peccatum tollitur facultas confessarijs habentibus per priuilegia diù ante vsu continuata, & non reuocata, per quæ poterant absoluere ab omnibus excommunicationibus Papæ reseruatis, vt ab hac non possint absoluere, vt habetur per Congregationẽ Sacram Cardinalium circa, quædã dubia decreti, quo prohibetur absolutio à casib. reseruatis Romæ die 26. mensis Nouem. 1602.

Sextò, quia nec Epi etiam (si hoc delictum esset occultũ) post-
17 sunt absoluere, † & ita derogatũ est auctoritati Episcopali, iuxta glosam in̄ c. 2. de pœnit. & remis. lib. 6. & tex. in c. liceat sess. 24. in Concil. Trid. Nam quamuis ibi concedatur facultas Episcopis absoluendi ab omnibus casibus occultis sedi Apostolicæ reseruatis, Tamen sacra Congregatio Cardinaliũ ad interpretationẽ. Concilij deputata cẽsuit vigore
18 illius capituli † Episcopum non posse absoluere à casibus occultis reseruatis Sãctę sedi post promulgationẽ Concilij Tridẽtini, qualis est præsens. Nam quãuis ingrediens septa monasterij monialium sine licentia Episcopi excõicationem incurrat nemini reseruatam per Conc. Trid. sess. 23. cap. Bonifacij. verbo ingredi autem, post promulgationem tamen Conc. Trid. huiusmodi excõicatio est Papæ reseruata. Tũ quo ad moniales admittẽtes intra septa monasterij, tũ quo ad ipsos ingredientes sine prædicta licentia, vt patet per Cõstitutionem vigesimamoctauã Gregor. XIII. ita Ioan Chapeauille de casib. reseru. de incestu casu 14. q. 3. in fi. Quod si quis obijciat nunquã esse derogatũ Conc. Tri-
19 dentino, † nisi contineat præcisam derogationem ipsius, & specialis mentio fiat de eo, vt dixit Archid. in cap. 1. de constit. in 6. Respondeo non esse necessariam derogationem Concilij, si post illud aliud fuerit concessum con-

tra,

tra, ita extat declaratio Illustrissimorum Gardinaliũ tenoris sequentis. Nam cũ Sixtus V. mãdasset patribus Congregationis Oratorij, vt qui ex eis p̃uio examine ad audiendas confessiones in ipsa verba à Vicario approbati fuerint, extra eandem vrbem absq; alio examine de licẽtia tamen Ordinariorum locorũ confessiones liberè audire valeant, in partibus præcipuè Neapolis fuit in dubiũ reuocatum priuilegium prædictum sub prętextu, q̃ non contineat præcisam derogationem, neq; mentionẽ faciat aliquam Concil. Trid. sess. 23. c. 15. quo cauetur, ne quis absq; propriorum diœcesanorũ examine audeat confessiones audire, idèo prædicti presbyteri Congregationis Oratorij supplices desiderant super hoc responsum, an fuerit necessaria derogatio Sac. Cõcilij habere. Censuit Sacra Congregatio, si huiusmodi priuilegium fuerit, vt proponitur à sede Apostolica concessum, vtique omninò esse obseruandũ, ita refert Stephanus Quarãta in Summa Bullarij verbo Cõfessor in fi.

Septimò, nec excusatur intrãs
20 ad monasteria † monialium ad malefaciẽdum, quamuis ignoret casum, & censuram, & habeat iustam causam ignorantiæ, secundum Petr. de Palud. quem refert, & sequitur Sylvest. in verbo Excommunicatio 7. numero 87. Ex quibus omnibus constat, quàm hoc vitium sit ab omnibus vitan
21 dum, † tum quia id prohibẽt tot Sacri Canones, atq; decreta Pontificia, tum ratione circunstãtiæ mali finis adeo peccatum aggrauantis, vt necessariò sit confitenda. Tum etiam ob peccatũ mortiferum, grauissimasq; censuras, Tum præterea ob facultatis defectum ipsum absoluendi, cum confessarijs circa casus Papales priuilegiatus, atq; ipsis etiam Episcopis talis auctoritas derogetur, Tum denique, quia ob delicti atrocitatẽ, detestationemq; nulla ipsius casus, aut censuræ excuset ignorantia, quamuis iusta causa eius existat.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. 22 CAsus iste præter hanc reseruationem † reperitur à diuersis locorum Ordinarijs reseruatus, sed diuersimodè, nam alij explicitè, vt Rossani, sic. n. habetur. Ingredientium clausurã monialium sine licentia. Itẽ Perusij. Qui monialiũ septa sine superiorum ad quos eam dare pertinet licẽtia in scriptis habita, ingressi fuerint. vbi adnotandum q̃ isti locorum Ordinarij reseruauerũt sibi hunc Casum, qui annexã habet excõicationem, vt cõfessarij non possint absoluere, quãdo ingressi fuerint ad bonum finem, quia si malo fine, tunc casus esset Papalis, vt in præsenti. An verò
23 confessarij possint absoluere, † si aliquis ignorans excõicationem intraret septæ monasterij, sine ma-

Rossa. *ni.* *Peru.* *sij.*

mala intentione, Sylueſtr in verbo excõicatio 7. num. 87. dicit, ꝙ ſic. Alij vero locorũ Ordinarij, vt Nolę, & Regij implicitè reſeruant hũc caſum. Nam Nolæ habetur monialium corruptores. Et Regij. Qui moniales atrectauerint, ſiue violauerint. Etenim cũ hodie moniales propriè ſint, quæ ſunt profeſſæ, & viuunt ſub clauſura, d. c. periculoſo, fit, ꝙ regulariter neceſſariò intelligẽdæ ſunt, quando ingreſſæ ſunt clauſuram, niſi dicamus, ꝙ poſſunt ẽt intelligi, quãdo moniales ex vrgentiſſima cauſa de licẽtia eſſent egreſſę de monaſterio, ſed de hoc proprius locus erit de corruptione monialium, ergo.

II. Cũ idẽ ſit violare clauſuras monialiũ, quàm ingredi illarum monaſteria abſq; debita licẽtia. Ideo connectendo hos duos caſus in vnũ, ſit hæc ſecũda deciſio.

Comprehenduntur ſub caſu. (Monaſteria ingrediẽtes monia- 24 liũ abſq; noſtra licẽtia) † omnes cuiuſcũq; ſexus, aut ordinis perſonæ, ſiue maſculus, ſiue fęmina, ſiue religioſus, clericus, vel laicus, nobilis, aut ignobilis, ſenex, aut iuuenis, Diues, aut Pauper, etiã ſi ſit perſona honeſta, vt habetur tàm per cap. Bonifacij ſeſ. 25. in Conc. Trid. quàm Gregor. XIII. Deo ſacratis virginibus.

Vt autem poſsit intrare mo- 25 naſteria monialium, † tria requiruntur, & primò, ꝙ cauſa ſit rationabilis, ſecundò, ꝙ ſit honeſta, & hæc duo coniunctim ſunt neceſſaria, vt patet per tex. in c. monaſteria de vita, & hon. cler. Quare non ſufficit alterũ tantũ, vt probat tex. in d. c. periculoſo, per illam copulam. Et tertiò licentia ſuperioris in ſpecie petita, & ſcriptis obtempta, vt patet in prædictis iuribus. Attamen ſuperior ille cenſetur, qui præeſt illi monaſterio, vt in c. in decima 18. q. 2. qui debet eſſe ab Epo approbatus, c. quę religioſis eod. cã. & q. Quod tamen eſt intelligendum ſecundũ Nau de regul. conſ. 48. nu. 6. tunc Epi approbationẽ requiri, quando moniales eſſent eidem ſubiectę, vel ita exemptę, ꝙ ſoli Papæ immediatè ſubſint. Non aũt quo ad alias exemptas, quæ alijs ordinum prælatis ſubſunt, Etenim tunc ſufficit licẽtia illius prælati, Non tamen poſſet Abbatiſſa hãc licentiã cõcedere, cum etiam ipſa arctetur clauſura, d. c. piculoſa §. verũ, & §. ſeq.

III. Rõnabilis, & manifeſta cã 26 multipliciter cõſiderari põt, † & prima. ſi detur licẽtia pro exercendo ipſorũ monaſteriorũ opere, ita Greg. IX. Hoc eſt, cũ neceſſe eſt facere aliquid opus interius, & ad faciendũ illud non ſufficiũt moniales, nec põt fieri exterius. Exemplum ſi res nimium ponderoſa defertur ad monaſterium, nec poſſet introduci à monialibus, & nec poſſet diuidi in partes, vt ſic diuiſa intromitteretur, vel ſi ingrediuntur aliquĩ ad aperiendũ ſepulturã, ſeu poſt modũ coactandam, quã imbecilles ſorores facere nõ poſsũt, ſic ꝙ cõſeruãdis monialib. ab incẽdio,

Idem

Idem Greg. IX. vel pro defendendis à latronibus. Item medicus in causa multum grauis infirmitatis, atque minutor sanguinis, glosa in verbo causa in d. c. periculoso. Vnde fit, vt pro le-
27 uioribus infirmitatibus, † velut quartana, vel indispositionibus, aut causa visitationis, nec medicus, neq. cõfessor possunt ingredi, sic nec minutor, nisi per medicũ determinetur expedire, aut necessarium fore. Sic ad confessiones infirmarum audiendas, itẽ causa celebrãdi missam monialibus grauiter infirmis, & insuper causa renouandi Sacramentum. Sic Sartores, Carpentarij, &c. Hęc diffuse habentur per sorbum in verbo, ingredi cum adnotationibus Cordubæ, & Cappucini. Imò nec pro causa rationabili, & iusta visitandi sufficit occasio consanguinitatis, secũdum Ioan. Andr. in c. monasteria de vita, & hone. cleric. quia & si consanguineus possit rarò visitare consanguineum, scilicet bis forsan in anno. vt notat Barth. in l. iuranum. 1. ff. de legi. Non tamen hoc prætextu debet fieri frequens ac
28 cessus: † quia etiam à consanguineis id scelus perpetratũ reperitur, vt in c. 1. de cohab. cler. & muli.

IV. Qui cum licentia in scriptis obtenta septa ingrediuntur monasterij, ob aliquam iustam causam supra nominatam, debẽt ingredi comitati à paucis personis religiosis senioribus, qui expediti debent quàm primum exire, facit tex. in d. c. periculoso, §. verum, nã quando aliquid pro-
29 pter necessitatẽ cõceditur, † eatenus durat concessio, quatenus durat necessitas, & non vltra, ad hoc est tex. in c. quod pro remedio 1. q. 7. Specialitas enim concessa debet esse suis terminis cõtenta, qua expedita sine fraude est redeundum ad ius commune, & causa specialitatis cessãte cessat specialitas, C. de epist. & cleric. l. generaliter. Ad hoc optimè de elect. lib. 6. c. cupientes §. insuper, alias inciderent in Casum, & censuram, verum, quia verba ciuili modo sunt accipienda, & non ita amarè, vt non possint aliquantulum quiescere, inde tex. in d. c. periculoso §. verum dicit quàm primum commodè, ideo credimus illum esse immunem à nexu literæ, qui ex cau-
30 sa ingreditur † necessaria, qua expedita inuitatus à mulieribus eum associantibus videret aliqua loca illius monasterij, ita dixit Hiero. Sorbus, qui supra, fol. 340 pro scrupulosis, si hoc faceret ex quadam curiositate, & non praua intentione, alias si corrupta, non excusaretur à peccato mortali, & ab incursu censurarum.

V. Causa legitima ingrediẽ-
31 di eorum † qui sunt immediatè superiores monialium, & in actu visitationis, quæ cum pertineat ad forum exterius, quia debet fieri processus, debent habere secum secretarium, siue notariũ ecclesiasticum, non laicum, quia laici sunt nimis infesti regulariũ

&

& præcipuè etiam omnium Eccleſiaſticorum, qui poſtea eorũ, & earum defectus, & miſerias, (ſi quæ ſunt) & infantiles rixas foris iocis celebrant, & viſu inter ſe illuduntur in damnum Eccleſiaſticum. Item debent habere ſecum comitatum condecentem grauium perſonarum, iuxta clem. Attendentes de ſtatu monach. & extrau. Greg. XIII. citatam. Dubijs, quæ emergunt. Qui poſſunt viſitare officinas monaſterij monialium, dormitorij decentiam, cellarum ſuppellectilẽ, feneſtrarum ſecuritatẽ, ſolariorum occaſiones, & officialium tẽporalium prouiſionẽ, & quomodo domus Dei ſit gubernata, nã hæc ocularem petunt certitudinem, Et hoc facient ſingulis annis vna vice, iux. tex. in c. conquerente de offic. ordin. & ibi gl. & in c. decernimus cum duobus ſeq. 10 q. 1. & in gloſa 1. in cap. ſi Epiſcopus de offic. ordin. lib. 6. & pluries, ſi neceſſarium, & conueniens erit, 18 q. 2. c. viſitãdi, & ci non ſemel, nam ſi intra annũ aliquid minatur ruinam, vel decidit, vel volunt incipere ędificare, poſſſunt introire ad videndum; an ſit neceſſarium, vel conueniens.

VI. Comprehenduntur ſub pœnis impoſitis per Greg. XIII. Cõſtitutionem, quæ incipit. Dubijs, quæ emergunt. prælati om-
34 nes †tàm ſæculares, quàm regulares, quibus cura, & regimẽ monaſteriorum monialium quouis modo incumbit, qui alterius ad id licentia non indigentes, ſed facultate ſibi id ex officio attributa ingrediendi monaſteria prædicta pro libito ſuæ volantatis huiuſmodi ſepta ingrediuntur,
25 nam id tantũ. † Eis licet in cauſis neceſſarijs, ita tamen, vt à paucis, ijſq; ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati ſint, nã qui extra caſus neceſſarios comitati ſunt, preterquàm quod in foro conſcientiæ Deum habẽt iudicem, & vltorem, qui nimio zelo domos monialium, & eorum clauſuram cuſtodit. Vnde cum ſint in peccato mortali, incidũt in caſum Papæ reſeruatum, ſunt etiam per Greg. XIII. ſi ſunt Pontificali, etiam Cardinalatus dignitate præditi pro prima vice, qua contrafecerint, ingreſſu Eccleſiæ interdicti pro ſecunda à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſi, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicati. Sed regulares omni officio, ac miniſterio priuati excommunicationi ſimiliter ſubiacent. Quod intellige, quo ad excommunicationem, quando tertia vice abſque neceſſaria cauſa ingrederentur, motus hac ratione, quia Summus Pontifex poſt pœnam Epiſcoporum eodem contextu procedit ad pœnã regularium. Verum adnotandũ,
36 q̃ aliter Epi cõcurrũt † pœnas illas exteriores. ſ. priuationem ab ingreſſu Eccleſiæ, vel abvſu Pontificalium, & aliter incurrũt excommunicationem: nam cum pœna iuxta communem non debea-

beatur, nisi post condemnationem, glosa in c. fraternitatis 12, q. 1. à Doctoribus commendata in c. 1. de constit. fit, q intelligãtur illæ pœnæ de ingressibus publicis, licet mortaliter peccent. Quod non sit est de pœna excommunicationis, nã eo ipso, q Episcopus, vel prælatus regularis tertia vice absq; causa ingrediatur, quamuis occultissimè est excommunicatus, facit tex. in cap. pastoralis §. verum de appellat. tamen in pœnas illas exteriores non incurrit.

VII. Non comprehenditur meo iudicio medicus visitãs monialem, cuiuscurã habuerat, cũ licentia donec conualesceret, si dimiserat hoc faciens obliuione ductus licentiæ prædictæ, donec scilicet conualesceret, vel simpliciter reputans sibi fore licitum, ob celebrem doctrinam Caiet. verbo communio post principiũ
37 dicẽtis, q operationes † operatæ contra ius positiuum à viro bonę cõscientię ex obliuione, vel simplicitate non sunt sic restringendæ, vt operentur mortem, quando si cognouisset, aliter sensisset, & non contraueniisset, quod est cõiecturandũ in dubio, quia quilibet præsumitur bonus, & non malus, memor, & non immemor salutis suæ 1. q. 7. c. sancimus, facit tex. in l. falsus §. si iustum, cum notatis per Abbatem in c. cum dilecti de accusat. in glosa in verbo Dilapidationem, vbi probatur, q simpliciter accipiens rem proiectam in mari nõ considerans, an esset habita pro derelicto, nec ne, non est excõmunicatus, Syluestr. in verbo Naufragium in fine.

VIII. Pius V. Excommunicationem promulgauit cũ reseruatione contra omnes mulie-
38 res etiam Ducissas, † præter Reginas, vel fundatrices ingredientes clausura monasteriorum, & monialium virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocat. Prælatos verò, & monachos eas introducẽtes, vel admittere præsumentes suspendit à diuinis, & & officijs, quæ tunc possident, priuat, & inhabiles in posterũ ad illa, & ad illa omninò reddit. Similis huic constitutioni est alia Greg. XIII. quæ inspicit vbi gratiæ publicata die 24. Iunij 1575. Circa quam constitutionem Nauar. in Man. c. 27. num. 150. §. sexagesima prima notat extendendo ex mente Pij V. etiam ad intrantes septa monasterij sine licentia, & ita etiam dixit, quod licet Greg. post XIII. non meminerit de ingressu sine facultate, credendum tamen est eandẽ mentem ei fuisse, quæ Pio V. & ita seruare dicit sacram pœnitentiariã, sed certè, vt notat Cosmas Philiarchus lib. 3. de off. sacerd. c. 30. in fine Bullæ non solum Constitutio ipsius Pij V. sed etiam Gregorij non loquitur nisi de ingredientibus sub prætextu licentiæ, & pœnæ non sunt vltra proprios casus extendendæ, & ita refert, & sequitur Sairus de censur. lib. 3. c. 31. num. 11. Verum ego puto

non

non esse discedendum ab opinione Nauarri, nam etiam in pœnalibus fit extensio, quando agitur de salute animæ, vt DD. notant, & præcipuè Felin. in c. fin. extra de simon. & in c. vnico de statu regul. lib. 6.

IX. Non credimus illum incurrere, qui ingreditur dicta monasteria ignorãtia iusta, vel quasi iusta ductus, puta quia consueuerũt monasteria liberum habere ingressum, & nulla cognitio habetur de excommunicatione, quia talis ignorantia iusta excu-
39 sat † ab excommunicatione, D. Thom 1.2.q.6.art.8. Vbi Caiet. Doct. in c. Apostolicæ de cler. ex com. ministr. At si esset ignorantia crassa, illa ab excommunicatione non excusaret, glosa in c. hac constitutione §. 1. de off. deleg. lib. 6. glosa in clem. 1. §. scienter de consang. & affin. Et neque impingit, qui ingreditur sciens, sed persuasus iustã esse causam, ob quam ingreditur, & q̃ potest ingredi, & nisi talem iudicaret, non ingrederetur, quia iste cum nõ mortaliter, sed venialiter peccet, fit, q̃ excõmunicatione non innodetur, Caiet. in verbo Excommunicatio Casu 81. versic. circa hos. Hinc interrogatus an Faber, qui cum licentia laborabat in dormitorio contiguo propè vetus, vbi habitabant moniales, ad quod illæ exibant ad vidẽdum opus Fabri de licentia Ordinarij, & Abbatissæ binæ, & binæ, sit excommunicatus, qui fuit introductus in moniali in cella ad accommodandum eam sine licentia. Diximus consideratis cõsiderandis q̃ non: quia rusticitas, & simplicitas huius Fabri constituit eũ in bona fide; credidit. n. sibi licere ad mandatum monialis, ex eo, quia (vt dictum est) ad eos exibant binæ, & binæ ad inspiciendum opus cum licẽtia Ordinarij, & Abbatissę, Tum etiam, quia locus ædificij erat in clausura, vel propè clausuram, vnde vt licebat monialibus exire ad videndum opus Fabri, sic pariter putabat sibi licere ad eas ire ea licentia, qua vtebatur in operando in loco noui monasterij. Situati in clausura. Præterea hic Faber simpliciter, & non dolosè attentauit, non considerans hoc sibi esse prohibitum, sed tunc licitum reputãs, ex quo innoxius videtur, arg. tex. in l. falsus §. si iactum de furt. vbi probatur, q̃ qui aliquid accipit inuentum simpli-
41 citer † non cõsiderans, an sit aliquid habitum pro derelicto, excusatur à furto, & consequenter ab excõicatione propter talem rem, vt per Syluestrum in verbo Naufragiũ in fi. Præterea nullus incidit in Canonẽ, nisi sit in
42 dolo, † Ioan. Andr. in c. quantæ extra de sent. excom. Innoc. in c. 1. eod. tit. in 6. Syluestr. in verbo Excõicatio 10. §. 3. & excõicatio 6. num. 2. Ioan. Tabiensis verbo Excõicatio 7. §. 1. Abb. in c. à nobis de sent. excommunic. Felinus in c. cognoscentes extra de cõst. Rursus peccatum est adeò peccatum, quatenus est voluntariũ,

sed

sed hic inaduertenter egit, putans sibi licere in illo actu, quare excusatur à peccato, & ab excommunicatione, quę contrahitur propter illud iuxta notata per Caiet. in verbo missa in fine, & in verbo inconsideratio, vbi
43 voluit, quod si †sacerdos inaduertenter dimittit partem Canonis, nō peccat mortaliter, vel si in vigilia comederet carnes. Eo magis, quia ipse faber cum licentia laborabat in dormitorio contiguo situato, vt supra, & moniales exibant ad inspiciēdū opus, propter quod iustè poterat versari in ignorantia hoc sibi licere.

X. Habentes licentiam à Superioribus ingrediendi monasteria monialium in casibus necessarijs, & ea vtuntur extra illos ingrediendi, incurrunt excōmunicationem latæ sententiæ reseruatam cum priuatione, & inhabilitatione. Ita Gregor. XIII. vbi gratiæ, & licet excusentur
44 à pœna †canonum subditi, qui diu fuerunt absentes, Baldus in l. cunctos populos col, 13. de Sum. Trin. & fide cathol. Io. Baptista de S. Seuerino col. 63. sicut excusantur forenses intrātes monasteria monialium sub cēsura. Tamen hoc procedit, quādo statutum, ob quod emanatur excōmunicatio, esset nouiter promulgatum, quia tunc præsumitur ignorancia: sed hodie talis ignorantia non habet locum, cū adsint motus proprij Sanctorum Patrū, & dispositio Conc. Trid. sed hæc procedunt in foro exteriori, non autem in interiori, si verè datur ignorantia, cum nullus excommunicationem, incurrat, nisi sit contumax. Et ignorantia (dummodo non sit crassa) humani iuris aliquod atrox peccatum cum excommunicatione, vel censura alia prohibentis excusat, vt docuit Sylueſtr. & Nauar. in manu. c. 27. nu. 16.

XI. Non tamen incurrunt in censuram, qui clausuram transgrediuntur ad modicum, †puta
45 ad duos pedes, vel paulo plus, & postea retrogrediūtur, quia modicū regulariter excusat, à mortali, c. vnum, §. criminis dist. 25 & c. Et si quæstiones extra desimo. Sed quid si quis figeret pedes in limine, quando ianua monasterij erat aperta, sed laxaret corpus super lignum, vel lapidem extra monasterium, sic ꝙ tantum pedes essent in limine, crederem quod sic, nam licet ingressus fiat pedibus, tamen in hoc non videtur referre quo nā modo sistat; se intra claustra. Nō tamen diceretur ingredi, qui figeret pedes in limine aperta ianua monasterij, quia illa potius dicitur attentatio, quàm ingressus monasterij verus, vt dicit litera, & casus est de ingredientibus, non autem de accendentibus, vel sistentibus in ianua monasterij.

XII. Nec illi intelliguntur, qui inuenta ianua monasterij aperta, dum eos persequuntur, inimici ob vitæ conseruationem ingre-

46 ingrediuntur † ſepta monaſterij: Non.n.in tali caſu admonẽdus eſſet ſuperior pro licentia, quia neceſſitas nõ habet legem, & legi non ſubiacet, c. quęrelam. c. breui de iureiur. c. ſi quis propter de furt. c. diſcipulos de conſecr. diſt. 5. Nec qui in aliquo caſu repentino, vt quia monaſterium minatur manifeſtam ruinã ob ignem appoſitum, & Moniales clamantes, vt eis ſuccurrantur, intrarent monaſterium ad ignem extinguendum; Quod non ſolum intelligerem de incendio alicuius monaſterij habitati à ſanctimonialibus, vt clauſtrorũ, Eccleſiarum, Dormitoriorum, Infirmitoriorum, & c. ſed etiam ſi ſit aliquod ſeparatum, vt ſunt regularia, & ea, quæ ab hominibus per aliam portam poſſent tueri ab igne, & extingui, quando periculũ eſſet, ne ignis dilatatetur ad ędificia monaſterij, nam in ijs caſibus expectare licẽtiam abſentis Epiſcopi, vel ſuperioris Ordinarij non poſſunt, neque debent, ſed ſemper licentia videtur conceſſa.

XIII. Nec litera (ingredientes & c.) includit monaſteria non intrantes, ſed alloquentes
47 cum monialibus, † Franchus in c. vbi periculum num. 9. de elect. in 6. vbi dicit, q̃ ſi Conſtitutio Epiſcopi excommunicat ingredientes, non includit alloquentes cum monialibus, monaſteria non intrantes, Imo neque de iure communi adeſt aliqua cenſura, & pœna impoſita contra loquentes cum monialibus, ſed tãtum per edicta Ordinariorum locorum, & Epiſcopi per eorũ ſtatuta ſolent fulminare excommunicationem, vt dixit Abbas in c. monaſteria extra de vita, & honeſt. clericor. vbi eſt tex. contra frequentãtes monaſteria monialium, & quantum ad regulares attinet, non poſſunt hodie loqui, cum monialibus per decretum ſacræ Congregationis, quod incipit Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinales Romæ publicatum nonis Maij 1590.

XIIII. Pariter nec includun-
48 tur paruulæ † infantes minores ſex annis, ita Nauar. plurimis in locis probat, & refert paruulos infantes intrantes monaſteria monialium non incurrere pęnas Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regular. Adnotatio Cappucini ad Sorbũ in Verbo ingredi verſic. Aduertẽdum fol. 362. Et ratio eſt, quia Eccleſiæ prohibitiones, & leges præſupponunt, & loquuntur ſubditis, & membris capacibus obedientiæ, & inobedientiæ criminoſæ. Vnde non habentes vſum rationis excluduntur, nam cum illum non habeant, ex quo libertas arbitrij reſultat, fit q̃ ſicut non ſunt capaces culpæ, gloſa in c. 1. verbo nõ eſſe extra de delic. puer. 15. qõ. 1. in ſumma. ſic nec etiam pœnæ, Clement. ſi furioſus de homic. de conſecr. diſt. 4. c. eos. C. de falſa mon. l. 1. ff de ędi. edicto l. cũ autẽ §. excipitur. illi. n. non tenentur ad pœnam,
49 † qui & ſi iniuriam pati poſſunt,

illam tamen facere non possunt, c.2. 11. q.1. vt sunt doli incapaces; cum iniuria ex affectu latentis consistat, & isti nesciunt iniuriam facere, d.c.2. Et idem in amentibus post pubertatem, nã quamuis iniuriam facere ignorent, & ideo in ipsis nõ cadit culpa inobedientiæ, aut pœnæ; Mo-
50 niales tamen † admittentes incidunt in excõmunicationẽ Concilij Trid. sess.25.c. 1. quia prohibitio cadit super actus inhonestos, & isti ad actus turpes sufficientes sunt.

XV. Sed nunquid comprehendantur sub litera, dum dicitur (Violationis clausuræ) qui ingreditur absque licentia hortos monasterij monialium, Respondeo, ꝙ licet ex motu proprio Pij V. qui incipit Regularium personarũ publicato Romæ die 24. Octobris anno Domini 1566. anno 1. sui Pontificatus non cõprehendantur horti, cum tãtum prohibeatur ingressus ad monasteria, & domos monialiũ, & per monasterij nomen intelliguntur solum dormitoria, claustra, & officinæ interiores, vt Innoc. III. & Nicolaus III. declarauit super regulam S. Francisci, tamen ex motu proprio Greg. XIII. qui incipit. Vbi gratiæ, Romæ publicata Idibus Iunij 1575. nulli dubiũ est illos comprehendi, cum posuerit non solum domos, & monasteria, vt Pius V. sed etiam loca sua, & horti sunt monasterij loca, quãdo ipsi monasterio fuerint contigua, Cappuc. qui supra fol. 362. ibi ex verbis tamen.

Sed nunquid dicuntur contigua, si inter hortos, & domos monasterij sit paries intermedius,
52 † Phil. Franc. in c.1. de consecr. Eccles. vel alta. lib. 6. ponit hãc quęstionem, & dicit ꝙ paries intermedius diuidit rem in tantũ, ꝙ dicuntur duæ, & diuersæ res, sic si domus habet parietem intermedium, censentur tunc duæ domus, & non vna, Dato ꝙ in pariete sit porta, per quam itur de vna ad aliam, vt dicitur in d c. vnico, & notatur in l. si quis duas, versic. quod & in ædibus ff. commun. præd. Introitus ergo per eandem Portã non facit rẽ, ad quam datur ingressus, coniuncta illi, per quam fit accessus, dici eandẽ, sed diuersam, si paries diuidit istas res, Gemin. in d.c. vnico.

Sed quid si quis malo fine ingrederetur sacristiam Ecclesiæ monasterij monialium, dicatur
53 violare clausuram, † Respõdeo, ꝙ si Sacristia esset taliter ab Ecclesia separata, vt non aliter, quàm per ianuam monasterij, vel per claustrum posset in eam iri, tunc manifestum esset homines nullo modo ingredi posse, cũ per ingressũ claustri dicatur violata clausura. At si Sacristia, taliter esset Ecclesiæ contigua, ꝙ nõ nisi pariete vno diuideretur, ac directè absque quòd per septa monasterij oporteret ĩgredi, ibi peruenireturtunc videtur illam nõ pertinere ad clausuram, Hinc fit, ꝙ nonnulli admittunt ibi mulieres

lieres vel ad videnda ornamenta, aut reliquias, vel vasa argentea, aut confessionis causa, & in hac sentẽtia residet Cappuc. qui supra verbo, Et Respondeo.

XVI. Ingrediens monasteria monialium ad malum finem, quamuis finis non fuerit consu-
54 matus, † sed frustatorius, & steterit in finibus voluntatis, non solum in animarum iudicio reus criminis iudicatur, c. tua in fine de simonia, de vsur. cap. cõsuluit. de pœnit. distinct. 1. cap. sicut, & cap. per quod, cum Deus non ex operibus tantum iudicet, sed ex cogitationibus, & ex corde 22. quæst. vlt. cap. qui peierare, 14. quæst. 5. cap. si quid, sed etiam incidit in excommunicationem, cum fuerit actus cõsumatus, quo ad ingressũ, qui requirebatur ad huiusmodi excommunicationẽ, ob quam est. vnicuique denegata absolutio, nisi in articulo mortis.

XVII. Attendat confessarius, cui data est facultas absoluendi à casibus reseruatis, & ab hac excommunicatione, totum suum adhibere conatum, vt pœnitens agnoscat grauitatem criminũ, increpando peccata, & corrigen
55 do, clauis quippè † apertionis est sermo correctionis, quia increpatio culpam detegit, quam sæpè nescit ipse etiam, qui perpetrauit, quod multis auctoritatibus demonstrat, Beatus Gregorius in 2. par. sui pastoralis c. quarto, & habetur in cap. sit rector dist. 43. Hoc etiam valde ei deseruiet ad inducendum pœnitentem ad contritionem, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 1. c. 2. num. 13. Auferat causas peccatorum, quia vera pœnitentia est peccatorum causas excidere, & earum suggestionibus aditũ non indulgere. cap. satisfactio de pœniten. distinct. 3. Quare occasiones propinquas nisi apponat pec-
56 cator † relinquere, nõ absoluat, ne sit sicut canis reuertẽs ad suũ vomitum, & sus loca in voluctabro luti. & si peccatum est notorium, nõ solum tollat occasiones recidiuãdi, sed etiam scãdalum; quia Dñs in Euangelio Matth. 18. contra eos, qui scandali materiam præstant, Ve inquit homini illi, per quem scandalum venit, & habetur in c. 2. de noui operis nunciat. & more periti medici non solum studere debet ad curandum infirmum per medicinã purgatiuam, & curatiuam, euomendo omnia peccata cum duabus illis cõditionibus iuxta tex. in c. 1. de pœnit. distin. 3. & cap. pœnitentiam, iniungendo pœnitẽtiam contrariam pœnitentibus, vt luxurioso ieiunia, vitando trã situs per monasterium, & aliquã do etiam loci mutationem: plerũque enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus, facit text. 15. q. 1, c. mulier. sic auaris eleemosynam. Sed etiam relinquat aliqua remedia pręseruati-
57 ua, † vt reiteranti tale peccatũ statim die sequenti ieiunet in pane, & aqua. Quod idem ne transeat per loca illa, vbi solitus est

peccare, vel vt recitet septē Psal mos pęnitētiales genibus flexis, vel vt abstineat ab aliquo sibi grato illo die, vel vt die sequenti, aut intra triduum confiteatur, sic n. Deo auxiliante poterunt pęnitentes cauere à peccatis. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatio quandoque sumitur pro appellare, et quandoque pro insultu.*

2 *Prouocatio, quæ capitur pro insultu, dupliciter fit.*

3 *Copula Et requirit concursum vtriusque copulati.*

4 *Duellum quid & quare appellatur Monomachia. nume. 5. & 7. Et an comprehēdatur insultus. num. 21.*

6 *Diffidamentum quid differat à proditione.*

8 *Concilium Tridentinum loquitur de duellis solennibus.*

9 *Gregor. XIII. extendit ad duella solennia etiam priuata.*

10 *Verba cum effectu sunt accipienda.*

11 *Verba impropriantur ad euitandū absonum intellectum.*

12 *Duellum, quando sit Summo Pontifici reseruatum, ita vt facultas tollatur confessarijs.*

13 *Duellum à clericis susceptum qualitercunq; sit, depositione dignum est.*

14 *Duellum omni iure prohibitum reperitur.*

15 *Decedens in conflictu pugnæ carere debet Ecclesiastica sepultura.*

16 *Duellum vsus vt detestabilis, est omninò exterminandus.*

17 *Duellorum spectatores præter peccatum mortale sunt excommunicati.*

18 *Prouocantes ad pugnam ex iracūdia non incurrunt in pœnas Concilij.*

19 *Prouocans ad duellū iuxta Clem. VIII. potest absolui à Confessario habente priuilegium absoluendi à casibus reseruatis Summo Pontifici.*

20 *Sed an absolui possit ab Episcopo, si delictum sit occultum.*

21 *Loci, & temporis assignatio requiritur, vt dicatur duellum iuxta literam.*

22 *Duellum sponte suscipiens an eadē pœna puniatur, ac sponte offerēs.*

23 *Eucharistia deneganda tàm offerenti, quàm suscipienti duellum.*

24 *Pugnans ex causa ineuitabili non incurrit pœnas duelli.*

25 *Excommunicatio Gregorij XIII. circa duellum, vt incurratur, duo necessaria.*

26 *Confessarij, vt per priuilegia absoluere valeant, quales esse debeāt.*

27 *Excommunicatio Papæ reseruata potest vigore Iubilæi absolui, Et quid, si quando confitetur, obliuiscitur excommunicationis. Vide ibi.*

28 *Excommunicatus contritus si absolui non potest ab excommunicatione, an sit particeps suffragiorū Ecclesiæ. Et possit missæ interse.*

30 *Excommunicatio Papalis frequenter incurritur in materia duelli, non sic absolutio.*

De

De Prouocantibus, & Pugnantibus in duello. Cap. VII.

Prouocantium, & pugnantium in duello in terminis Concilij, & Constitutionis Gregorij XIII.

EXPOSITIO.

(PROVOCANTIVM) hoc verbum in iure aliquando sumitur † pro appellare, & ita accipitur. C. quando prouoc. non est necesse, & omnis modus, per quem quis indicat auxilium iudicis, potest dici prouocatio, ita Barth. in l. si minoris num. 6. ff. de admi nistr. tut. Quandoq; etiã capitur pro insultu, siue aggressu, tex. est in l. pen. C. ad l. com. de sicar. Et. talis prouocatio fit dupliciter † dicto, vel facto. Dicto, quando multis iniurijs, quis aliquẽ prouocat ad iram, ita vt ille in similibus rependat vicem. Facto, vt cũ quis aliquem aggreditur, & ille armis se defendit, Doctores in l. vt vim de iu. & iu. c. significasti el 2. de homic. Aliquando, & tertio prouocare est, cũ quis spontè alicui duellum affert, c. 1. de cler. pug. in duello. Et de hoc loquitur Casus noster, & tit. de gladiatoribus lib. 11. qui ideo sic appellantur, quia cũ armis procedentes vnus ab vna parte, & alius ab alia deueniunt ad pugnam dimicantes, quousq; alter in alterius mortẽ prosiliat, Lucas de penna in rubrica, qui sup.

(Et pugnantium) De hoc verbo loquitur tex. in l. qua actione §. si in colluctatione. ff. ad l. Aqu. ex quò verbo veniunt pugiles, de quibus ibi, ex eo dicti, quia artẽ pugnandi habent. Duo ergo prę supponit litera cõiunctim. † Prouocatio, & pugna, vnde alterum tantum non sufficit, vt hic probatur per copulam. Et. Simile habetur in c. monasteria de vita, & honest. cleric. & in c. 1. de statu regul. lib. 6. Nisi in casu Constitutionis Gregorij XIII. publicatæ die 24. Decembris 1582. si illi, qui ad locum destinatum Pugnaturi accesserunt impediti pugnam non commiserint, si per ipsos non steterit, quò minus illa committatur.

(In Duello) Duellum † quãdoq; dicitur bellum, quo duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur, vnde dicitur ꝑ Plautum. Duellum inter Thebanos, & Thelebeas. Quandoq; verò per duellum, quod alias in iure vocatur Monomachia. c. Monomachiam † 2. q. 4. & in constit. Regni Monomachiam, significatur singulare certamẽ ĩter duos, sic dicta à Monos, vnum, glosa in c decernimus. C. de sacr. san. Eccles. Machia, pugna, quasi vnica, & singularis pugna inter duos, vt probatur in c. 1. de cler. pug. in duel. & in c. significantibus de purgat. vulg. Turrecr. in d. c. Monomachiam, Ioan. de Anan. in

rubr.num.1.de cler.pug.in duel. Ne igitur quis putet omnes pugnantes comprehẽdi sub litera, additur pugnantium in duello, ad excludẽdos eos, qui ab aliquibus insultati pugnãt cum eis ad se tuendum; atq; defendendum. Et de hoc est tit. De clericis pugn.in duel. quod alio vocabulo vocatur diffidamentum, seu diffidatio, vt habetur per Constit. Clem.VIII. publicatã die 2.Settembris 1592. quæ incipit Illius vices. & per Guidonem Papæ de cis.191. 437. & 618. vbi in dicta decis.191.num.2.habetur,ꝙ diffidamentum debet ita denũciari,† vt ille, qui diffidatur, possit 6 se munire contra suum aduersariũ, aliter diceretur proditio,ꝙ hoc text. in l. aut qui aliter §.si quis se denuntiauerit.ff.quod vi, aut clam,verbo habitare consueuit,& de hoc duello loquitur litera. Quod quandoque, & plerunq; cõtingere solet inter eos, qui sunt æqualis conditionis, vt inter nobiles, & nobiles. Quod 7 † sic in specie definiri potest, vt colligitur ex Consti. Greg.XIII. Ad tollendum,& Clem.VIII.vbi supra, quòd sit pugna deliberata hinc inde duorum cum assignatione temporis, & loci, etiã Patrinis socijsvè non vocatis, & loci securitate nõ habita,& prouocatorijs literis minimè præcedentibus.

(In terminis Concilij) Con- 8 cilium loquitur de duellis † solennibus,quod manifestè colligitur ex eius dictis, quæ sunt tria. Nam primo eò ipso excommunicat Imperatores,Reges,& quoscũq; alio nomine dominos tẽporales,qui locũ ad Monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint. Item priuatos priuat dominio, & iurisdõne, &c.

Secundò excommunicat committentes pugnam,eorumq; Patrinos,cum amissione omniũ bonorum,& perpetua infamia. Tertiò eos,qui eisdem Consilium in causa duelli dederint, vel ad id suadentes,nec nõ spectatores eodem excõmunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo ligat. Ex quibus dictis in prima, & secunda partè dum excommunicantur Domini duellum cõcedentes, & patrini pugnantium, colligitur,ꝙ Concilium loquitur de duellis solennibus. Secundò, quia vult, vt excommunicationis pœnam incurrant,qui pugnã commiserint,sequitur,vt prouocantes incidant in pœnas ab eo inflictas,si vere pugnantes commiserint, quod etiã probatur infra. Dum sequitur. Et si in ipso conflictu decesserint.

Et Constitutionis Greg.XIII. Per eiusmodi Constitutionẽ extenditur,& ampliatur decretum 9 Concilij ad duella † priuata,hoc est ad omnes,qui nõ publicè,sed priuatim ex condicto statuto tẽpore,& in loco cõuento singulare certamen commiserint,si cum effectu fuerit secuta pugna. arg. tex.in c.1.verbo suscepit de cleric. pugn.in duel. vbi Hostiensis subaudit cum effectu ita ꝙ & pugna-

gnauit,arg.extra de cler.non resid cap.relatum §.1.in prin.quia
10 verba cum effectu † sunt accipienda,probatur etiam in d.c.1. versic. Dummodo.Igitur tàm in terminis Concilij, quàm Greg. XIII. vt quis incidat in præsentẽ casum, oportet,vt pugna fiat. Vel secundum Gregorium extẽditur etiam,si ad locum destinatum pugnatum accesserint,& impediti pugnam nõ commiserint, modo per ipsos non steterit,quominus illa committatur.

(Et Constitutionis) Nolo tibi persuasum velis lector amantissimè,legens copulam. Et positam in medio post terminos Cõcilij,& ante Constitutionẽ Gregorij XIII.cuius vis est requirere naturam vtriusq; copulati,l.si hæredi plures.ff. de cond. & demonstrat.l.si quis stipulatus fuerit decẽ aureos. ff. de verborum obligat. q̃ ad incurrendam pœnam huius Casus necesse sit quòd prouocatio, & pugna ad duellũ sit in terminis Concilij, hoc est in duellis publicis, & Constitutionis Gregorij XIII. Idest priuatis, quia hoc est de impossibili,vt quis eodem tempore possit prouocare, & pugnare publicè, & priuatè,ideò ad euitandũ hoc absurdum, & hunc absonum intellectũ,verba sunt impropriand
11 da, † iuxta tex. in l.scire etiam oportet §.aliud.ff.de excusat.tutor.vt ponatur disiunctim,& pro vel, vt sufficiat alterum tantum, siue prouocatio,& pugna fiat in duellis solennibus, siue priuatis sic accipitur in l. si Titio fundus .ff.de vsufr. legat. de iniur. cap. olĩ, itaq; sẽsus horũ verborũ est.

12 Est Casus † Summo Pontifici reseruatus,si quis aliquem diffidauerit ad pugnandũ siue in terminis Concilij, quod loquitur,& intelligitur de duellis publicis,& solennibus, siue iuxta Constitutionem Gregorij XIII.quæ loquitur de duellis priuatis, quamuis pugna non fuerit secuta; modo accesserint ad locum, & per eos nõ steterit, sed iam deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

QVam detestabilis sit duellorum vsus fabricante diabolo introductus,patet ex multis. Et primo commissum à clericis siue spontè oblatum, vel susceptum fuerit,siue cum victoria siue sine
13 † est depositione dignum,c.1.de cleric pug. in duello ergo grauè delictum reputatur. etiã si actu mors non sequatur. Anton. de Butr.in d.c.1.

II. Quia omni iure prohibi-
14 tum reperitur,†Andr.de Isernia in Constit.Monomachiam.tit.in quibus casibus pugna locum habet habetur per Constit. Clem. VIII. Romæ publicatam die 2. Settembris, quæ incipit. Illius vices. Versic. Qui detestandum, Diuino, Canonico, gentium, & ciuili. Diuino: nam directè est contra præceptum. Non occides. Exodi 21. Vnde vt homicidæ puniri debent, d. cap. 1. &

habetur in cap. detestabilis sess. 25. in Concil. Trid. Quare promoueri non possunt distinct. 51. cap. si quis post, & nec dispensatur cum talibus, si mors, vel membrorum mutilatio subsecuta fuerit, glosa fin in d.c.1.

Item iure Canonico. d cap.1. & 2. eod.ti.cap. Monomachiam, & de purgat. vulg per totum, cum ex eo sepè non solum Corporum, sed & animarum proueniant mortes, d. cap. detestabilis. Inde in ipso conflictu decedens perpetuò carere debet Ec-
15 clesiastica sepultura † De hoc de sepult. cap. sacris de raptor. c. 2. & cap. in literis tanquam decedens in mortali peccato, quod patet ex præfato Concilio, ibi ac perpetuę maledictionis vinculo, quod mortale peccatum denotat. Estque excommunicatus d. cap. sacris. Imò corpus sepultum si discerni potest, est exhumandum, Zabar. in clemen. 1. q. 30. de sepult. & locus sacer debet reconciliari cap. consuluisti de cõsecr. eccles. vel altar. Quod est verũ, nisi apparuissent signa contritionis ante obitum c. á no bis 2. de sentent. excommun. per quem autem sit reconciliandus locus sacer, habetur per nos in decis. lib. secundo cap. 48. num. 10. vbi multum differt an Ecclesia reconcilianda sit benedicta, nam tunc per simplicem sacerdotem, An sit consecrata, quia tali casu per Episcopum erit reconcilianda.

Rursus iure gentium, quia duellum repugnat naturali equitati iuris gentium, quæ est delinquentes punire, atque innocentes absoluere, qđ tamen in duello contingit contrarium, vt docet experientia, sicut habetur in d. Constit. Regni.

Præterea prohibetur iure ciuili, l. vnica. C. de gladiat. lib. 11. cum dicat pœnitus in rubrica, & omninò in nigro, per quæ aduerbia ligatur omne hominum genus, vt C. de conductoribus, & procuratoribus lib. 12. l. 1. Item ad pœnitus exterminandum ex Christiano orbe detestabilem, hunc duellorum vsum iuxta Cõcilium. fuerunt quamplurimę cõ
16 stitutiones † Summorum Pontificum editæ videlicet Iulij II. fol. 135. incip. Regis, & Leonis X. Incipiens quam Deo fol. 232. Clementis VII. consueuit folio 298. Iulij III. cum sint fol. 359. Pij IIII. Ea, quæ fol. 686. Clemẽs VIII. illius vices in bullario.

Itẽ Adeò est hoc crimen exo-
17 sum, vt etiã aspicientes, † & spectantes ante Concilium peccabant mortaliter, Zabar. in clem. ne in agro §. porro num. 4. de statu Monach. imò Spectantes si in animo gerunt, quantum in ipsis est faciendi ei, qui pugnant secuto homicidio, vel membri mutilatione irregulares sunt extra de homicid. c. sicut dignum §. illi, & §. clericos. Turrecr. in d. c. Monomachiam num. 9. Sed hodie sunt excommunicati, vt per Conc. Tridentinum, & præfatas Constitutiones.

IV.

IV. Quia non solum excommunicationis, sed etiam bonorum proscriptione, hęc est amissionem iuxta glosam in c. legimus de consecr. dist. 5. ac perpetuæ infamiæ nota incurrunt, d. c. detestabilis, sed modo deueniamus ad decisiones.

I. Non incidunt hodiæ in pæ
18 nas Sacri Concilij, † qui calore iracũdiæ ad aliquem accederẽt locũ, ibiq. dimicarent. Etenim talis pugna non ex prouocatione, & spontanea voluntate, sed calore iracundiæ facta videtur, secus tamen esset dicendũ, quando ex animo deliberato ad duellum accederent, licet absq. Patrinis, & sine campo francho, iuxta Conc. sed priuatè pugnarẽt secundum Constitutionem Gregorij XIII. tũc enim subsunt dictis pœnis, & consequenter Casui reseruato Summo Pontifici, vt solum ab eo sint absoluendi præter articulum mortis, in quo nulla est reseruatio, ita Ioseph Ludouicus, quẽ refert collectanea ad tex. in c. 1. de purgat. vulga. collect. 117.

II. Quamuis excommunica-
19 tionem † Papalem incurrãt sibi reseruatã ij, qui prouocauerint ad duellum, assignando locum, & tempus, etiam si nec pugna aliqua, nec certamen, aut accessus ad locum, aut actus ad pugnã proximus interuenerit, iuxta Constitut. Clementis VIII. quæ incipit. Recte quidem, tamen poterit is, qui priuilegium habet absoluendi à casibus Romano Pontifici reseruatis istum absoluere, cum talis prouocatio ad certamen non sit in terminis Concilij, vel Constitut. Gregor. XIII. sed iuxta Clem. VIII. Sed non poterit ab Episcopo absol-
20 ui † quamuis fuerit prouocatio occulta, iuxta terminos Conc. Trid. sess. 24. c. liceat. quia cum Constitutio Clementis VIII. sit ædita post Concilium, fit, quod illi derogauerit, quamuis nullã de Concilio mentionem facerit, vt diximus super c. præced.

III. Cum duellum sit singulare certamen, & diffidatio cum assignatione temporis, & loci, vt habetur per Greg. XIII. qui su-
21 pra, & Clem. VIII. † fit, quod si milites in castris militantes, vel alij ob aliquas priuatas inimicitias inuitati se inuicem ad pugnandum, & euaginatis ensibus alter alterum interficit, non incidunt in bullam contra duellãtes; cum hic non sit assignatio loci, cum determinatione temporis, quod requiritur in duello. At si ex condicto, idest statuto, atque determinato tempore & in loco conuento ad pugnam se prouocarent, & pugnauerint, secus vel non pugnauerint, si per eos non steterit, vt in 7. decis. & ita habetur per Greg. XIII.

IV. Nec videntur ij includi,
22 qui obuiam † se habentes diffidauerint se in tali loco, nullo assignato tempore, qui statim ibi accesserunt, & pugnauerunt propter copulam illam, & à Gregorio XIII. vbi sic habetur. Au-

ctori-

ctoritate Apostolica statuimus omnes illos, qui ex condicto .i. statuto tempore, & in loco conuento Monomachiam commisserint, ecce ibi Gregorius videtur præsupponere duo necessaria requiri. Primum est determinatio temporis. Secundum conuentio loci. At hic videtur esse secundum, non tamen primum: Nisi dicamus, quod tacitè hic est conuentio temporis, scilicet statim. Et tunc illud statim ita est intelligendũ, vt ille, qui diffidatur, possit se munire contra suum aduersarium, vt dixit Guido Papæ decis. 191. nu. 2.

V. An incidat in casum reseruatum is, qui non spontè obtu-
23 lit duellum, † sed tamen spontè oblatum suscepit, & videtur quod non, nam litera dicit. (prouocantium) Et non suscipientium, & qui prouocat, grauius deliquit, argum. dist. 56. c. fin. in fine, & patet .ff. si quadr. paup. fecis. dicatur l 1. § cũ arietes vers. & idèo, quod secus est in casu nostro proposito, facit quod dixit Panor. in d. c. 1. de cler. pug. in duel. vbi habetur, quod pæna illius decretalis, vt clericus iniens duellum deponẽ dus sit, procedit, quando spontè illud iniuit, ergo secus videtur, si aliquo facto necessitatis, licet necessitas fuerit euitabilis, quia etsi hoc casu peccet, talis tamen necessitas alleuiat culpam, & consequenter pœnam, 11. q 1 c. in primis, facit tex. in cap. sacris extra de his, quæ vi. Debent ergo puniri pœna mitio ri, cum textus requirirat spontaneum actum ad depositionem faciendam .ff. ex quibus caus. maio. l Fulcinius, no. 23. q. 5. c. significasti, & c. fin. extra de restit. spolia. Contrarium tamen videtur dicendum per tex. in d. c. 1. vbi nulla fit differentia quo ad pœnam depositionis de rigore iuris infligenda, siue fuerit clericus, qui spõtè obtulit duellum, siue spontè oblatum suscepit, siue victor fuerit, siue victus, Quare dixit Turrecr. in d c. Monomachiam in fine, quod vt Eu-
24 charistia deneganda † est offerenti, sic & suscipienti, cum hoc sit illicitum, & contra Deum, vnde potius debet tolerare quęlibet mala, quam hoc facere, 32. q. 5. c. ita ne. 22. q. 2. cap. ita faciat, & d. c. sacris.

VI. Immunis etiam esset qui duellum coactè susciperent, quãdo necessitas esset ineuitabilis,
25 vt quia aliquis † esset ita astrictus, & inagulatus, vt oporteret eum pugnare, vel pati, seu occidi, nam tunc licitè potest se defendere contra inuadentem in casu occurrenti ineuitabilis necessitatis, cũ hæc, defensio sit de iure naturali dist. 1. c. ius naturale, Abb. in d. c. 1 nu. 1. in glosa 1. in fine. Turrecr. qui supra vers. Ad secundum respondetur, & occidendo neque peccat. clem. si furiosus de homic. Sed hoc nõ est duellum, vt diximus super nu. 1. & in 4. decis.

VII. Aliquis nõ publicè, sed pri-

priuatim statuto tempore, atq; loco, & genere armorum Petrũ prouocauit ad duellum, qui cũ accedere voluissent ad locum destinatum pugnaturi, ab incæpto itinere fuerunt impediti, ne accederent, sed p ipsos non stetit, quo minus pugna sequeretur, & pacẽ inter se inierunt, modo dubitant, si in excommunicationẽ inciderint, & qualem. Respondetur huiusmodi tales non incidisse in excommunicationem Concilij: quia Concilium solum loquitur de duellis solennibus, hoc est de singularibus certaminibus, quæ cum solennitate patrinorum, & aliarum monitionum, & diffidationũ fiebant: Sic prędicti Pontifices Iulius II. Leo X. Clemens VII. & Pius IV. duella hæc solemnia videntur damnasse: Nec etiam incidisse in Bullam Greg. XIII. quę incipit. Ad tollendum, qui & si ampliauerit excommunicationem ad duella priuata, hoc est ad omnes, qui non publicè, sed priuatim statuto tempore, & in loco conuento singulare certamen commiserint, vel pugnam ob aliquod impedimentum non cõmiserint, tamen vt excommunicatio illa incurratur, duo erãt
26 necessaria, † primum, quod accesserint ad locum pugnæ; secundum quod per eos non steterit, quo minus pugna sẽt, quare cũ in præsenti casu isti non accesserint, & ad locum destinatum non peruenerint, sed ab incepto itinere fuerunt impediti, non sunt illa excommunicatione irretiti, etenim cum simus in pœnis, vtrunque requiritur copulatiuè, Impingunt tamen in excommunicationem Clem. VIII. quæ incipit. Illius vices, etiam si accessus non fuerit secutus, quare cum præfatus nõ sit excommunicatus per Cõcilium, & nec per Greg. XIII. & in his duobus casibus facultas tollitur Confessarijs habentibus per priuilegia, quod nõ possint absoluere à casibus reseruatis Romano Pontifici, fit, quod possit ab ipsis absolui. Et ratio est, quia & si Clemens VIII. deroget priuilegijs omnibus amplissimè prohibendo quibuscunque cõfessarijs sæcularibus, & regularibus, ne vigore priuilegiorum absoluãt ĩ multis casibus, & præcipuè prouocantes, & pugnantes in duello, illud tamen intelligitur in duellis solennibus secuto effectu, vel priuatis, modo accesserint, & ob aliquod impedimentum pugnam non commiserint, quod non est in præsenti dubio.

VIII. In præcedenti casu non omnes confessarij habentes per
27 priuilegia facultatem, † vt possint absoluere à casibus Sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis ijs, qui continentur in Bulla cœnæ, poterint absoluere, sed tunc demum, quando priuilegia essent vsu recepta, & non reuotata.

IX. Quando quis non potest absolui, puta, quia prouocatio fuerit notoria, & pugna secuta,

po-

potest tamen absolui vigore Iubilei, quando datur amplissima
28 facultas, † quod procedit etiã, quando esset hanc excommunicationem oblitus, nam tali casu sufficit, quod hoc crimen confiteatur, postea cum in memoriam venerit, quia tunc poterit absolui à quoqunque confessario simplici, quamuis potestatẽ non habeat absoluendi à peccatis, & censuris reseruatis, vt dixit, Sylvest. in verbo confessio 1. q. 19. Nauar. in manua. c. 25. nu. 12. & in c. ita quorundam in vlti. glosa extra de iude. Couar. in c. alma de sent. excommunic. lib. 6. Antonucius in cathechismo Neap. lib. 5. c. 5. versic. postremo: & ratio est, quia per prædictam confessionem desierunt esse peccata reseruata, & nec amplius habent censuram annexam, vt diximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 1. c. 32. nu. 5. vsque 10.

X. An tamen excommunicatus, quem pœnitet, & contritus procurat quantum in se est, vt absoluatur, qui absolui non potest ob aliquod iustum im-
29 pedimentum, sit priuatus † suffragijs, & orationibus in ea factis, credimus quod non argum. tex. in c. dixi. c. magna de pœnit. dist. 1. Nauar. in Manu. c. 27. nu. 18. Nos in Prima parte lib. 4. c. 1. nu. 13. Imò credimus missæ posse assistere, & cum hominibus conuersari, modo sit occultè excõmunicatus. Alias secus, si esset denuntiatus, vel alias scieretur, ad euitandum scandalum, vt diximus in Prima Parte consil. extra de homic. cons. 4. nu. 5.

XI. Excommunicatio lata in materia duelli satis frequenter
30 potest incurri † ex Constitutione Clementis VIII. quæ incipit rectè quidem; sed absolutio, vt à Papa fiat, non sic. sed solum in duello solenni secuto effectu, iuxta Conc. Trid. vel in terminis Gregorij XIII. etiam non secuto eo, modo peruentum fuerit ad locum, vt per eos non steterit, quin pugnarent, vt patet ex præcedentibus decisionibus.

SVMMARIVM.

1 *Iniectio manus multiplex, & qualis hic.*
2 *Canon si quis suadente exigit factum.*
3 *Litera, quæ simpliciter loquitur, generaliter est intelligenda.*
4 *Manus multis modis sumitur, sed qualiter hic. nu. seq.*
6 *De manu violenta multa iura loquuntur.*
7 *Violẽtia in materia Canonis si quis suadente quid significet.*
8 *Clericorum nomine qui contineantur, nu. 21.*
9 *Necessariũ quatuor requiritur, vt quis incurrat canonẽ si quis suadente.*
10 *Intellectus ad textum si quis suadente.*
11 *Leuis pcussio quæ dicatur, & enormis num. seq.*
13 *Leuis, vel enormis quæ sit, statur arbitrio Episcopi.*

14 Ca-

14 Canon si quis suadente extenditur ad mandantem, & cõsentientem, nu. 19. & 24.
15 Excommunicatus an quis sit, verba ponderanda.
16 Epilogus expositionis verborum.
17 Clericum percutere non tantum mortale, sed excommunicatio est, & sacrilegium. num. 20.
18 Absoluere qui potest ex officio, potest delegare.
22 Excommunicatus est etiam inijciẽs manus iniurioſas.
24 Percutiens seipsum an incidat in hunc casum.
25 Faciẽs per aliũ ipse facere videtur
26 Percutiens consanguineum clerici an ligetur litera, & quid de affinibus, num. 27.
28 Manus violenta imperfecta non includitur sub litera, & quid si est defectus exterioris actus. nu. 30.
29 Iudæi, & Infideles percutiẽtes clericos non includuntur.
31 Nec percutientes clericos turpiter cum vxore operantes.
32 C. si vero de sent. excom. an extendendum. nu. 34.
Iustus dolor compesci non potest.
35 Mulierbria patientes sunt infames.
36 Mulier percutiens clericum eam ad turpia impetentem, non includitur sub litera.
37 Percussio grauis an augeatur ex superuenientia personarum.
38 Excessus enormis quando leuis reputabitur, si fiat se defendendo.
39 Legati à latere quare sic dicantur.
40 potestas excommunicationis est delegabilis.
41 In generali concessione non veniũt ea, quæ in specie quis non esset concessurus, nu. 47.
42 Sacerdos de mandato Episcopi absoluens percutientem clericum enormiter, an incurrat.
43 Percussio leuis differt ab enormi, quo ad delegationem faciendam ab Episcopo quo ad absolutionem:
44 Episcopus absoluẽs à læsione enormi occulta an incurrat.
45 Priuilegijs Episcopũ an derogetur per præsentem casum, & nu. seq.
48 Confessor qualiter se gerat circa pœnitentem, percutientem clericum.
49 Satisfactio qualis à pœnitente facienda.
50 Confessor qualiter se agat circa pœnitentiam iniungendam.

De iniectione manuum in clericos. Cap. VIII.

Inijcientium manus violentas in clericos iuxta Can. si quis suadente, ac iuris dispositionem.

EXPOSITIO.

(NIICIENTIVM) Non hic litera loquitur de his, qui rẽ sibi debitã vendicant propria auctoritate nulla † iudicum auctoritate expectata, vt habetur de hac manuum iniectione in l. sed si hac. ff. de in ius voc. l. pen. ff. de seruis export. quod est à iu-

1

re

re prohibitum, glosa in cap. ius gentium, dist. 1. verbo seruiētes: ET nec de ea manuum iectione, quæ in aliquem fit, vel in eius bona, aut merces aliquas, quando ille inde abire, vel res indemoueri auctoritate aliqua vetatur, quod vulgo dicimus arrestare, Budeus in l. vlt. ff. de senator. Sed de illa, quæ fit in clericum percutiendo.

(Inijcientium) scilicet cum effectu, nam Canon iste factum
2 † exigit, inde fit, quod & si iniuria clerico fieri possit verbis, vel scriptis, vt .ff. de iniur. l. 1. Instit. eod. tit. in princ. Tamen propter hoc nemo incidit in Canonem, Sed ille solus, qui violētas manus inijcit, facit tex. in verbo iniecerit, quod ad hoc pō deratur per Doctores in c. si quis suadente 17. q. 4. scilicet percutiendo, vel verberando, aut pulsando. Archid. in d. c. si quis. n. 9.

(Inijcientium) cum litera sim pliciter loquatur, ergo includūtur omnes inijcientes; quia in-
3 definitè dictum † generaliter est intelligendum, dist. 19. c. si romanorum. de priuileg. c. quia circa, extra de testam. c. relatum 2. vnde tam viri, quam fæminæ, iuxta tex. in c. mulieres, & c. de monialibus extra de sent. excommunicat. tam laici, quam clerici, c. 1. eod. tit. vel monachi, c. 2. siue exempti, vel non exempti, aut priuilegiati, c. nulli eo. tit. Item liberi, siue serui, c relatum, priuatæ personæ, aut publicè, c. 3. eod. tit. & c. si iudex lib. 6. & denique omnes habētes iudicium ad peccatum mortale committendum, iuxta tex. in c. 1. de delict. puer. hanc censurā incurrunt, ex glosa in d. c. si quis suadente.

(Manus) licet multiplic iter ca
4 piatur, † manus vt pro potestate, vnde manumittere est de potestate dimittere, & liberare, l. liberū. ff. de adopt. & melius in l. manumissiones .ff. de iust. & iu. sic in manum venire olim vxor dicebatur, quando in potestatem viri trāsibat. Rursus manus pro suprema Regis potestate accipitur, vnde Ouidius, an nescis linguas regibus esse manus. Itē accipitur pro turba, & coactis hominibus, l. metum §. idem ait .ff. quod met. causa. Schardius in verbo manus ibi in manum. Hic vero per manus intelliguntur omnes partes corporis, sed dicit manus, quia manibus solemus potius percutere, quā alio corporis membro, vt dixit Turrecr. in d. c. si quis suadente in expositione literæ verbo. Manus. Per manus etiam, quæ est organum organorū, veniunt omnes partes corporis, item quæ-
5 libet instrumenta, † quibus potest, aut solet clericus percuti, vt per glosam in verbo Manus. Quare per illam intellige non solum quamcunq; percussionem immediatam, sed etiam eam, quæ fit medio instrumento, eum tangente, vt lapide, baculo, gladio, & pedibus. Sic comprehenditur pulueris, aut vini, aquæ,

aut

aut olei, vel alterius liquoris iniecto. Et nec refert vtrum tangat persona, aut rem ei inhærentem, si hæc violenter, aut iniuriosè, seu temerariè fit, facit tex in l. quæ religiosis .ff. de rei vendic. c. quanto de iudic. vbi quæ religiosis adhærent, religiosa sunt. Item violenta acceptio cuiuscunque rei de manu, seu persona clerici, insuper captio, detemptio, & carcer, cap. nuper de sentent. excom. Hos omnes cõmuniter Doctores sentiunt esse excommunicatos.

(Violentas) de his loquitur
6 tex. in d. c. si quis suadente, † & totus ferè titulus de senten. excommun. vt cap. si vero 1. & 2. Non dubium, mulieres, parochianos, ex tenore, de cætero, cum non ab homine. Ad eminentiam, cum illorum, De monialibus, relatum, & quantæ. Vnde violentia in hoc loco plus denotat, quã significat, nam licet significet quod fit in inuitũ,
7 † quia hoc propriè est violentũ, intelligimus tamen per hoc iniuriosam manum, ita quod licet clericus consentiat, vt verberetur, si iniuriosa est verberatio, excommunicatus est verberans, c. contigit 1. ti. nostro, item manum temerariam, c. tua, cap. vniuersitatis eo. tit.

In clericos. Qui vocẽtur clerici, habetur per tex. in c. cleros d. 21. c. duo sunt 12. q. 1. At
8 † hic clericorum appellatione veniunt omnes constituti in alicuius ordinis gradu, etiam in prima tonsura, arg. d. c. cleros, modo iux. Conc. Trid. sess. 23. de reform c. 6. deputati sint ab Episcopo alicuius Ecclesiæ seruitio, & ibi seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura vtantur. Sic etiam comprehenduntur omnes monachi vtriusq. sexus professi, imò etiam nouitij in quacunq; religione approbata, siue fint choro addicti, siue conuersi, aut oblati, modo emittant professionẽ, & sint sub obedientia, & renuncient bonis, c. monachi, c. parochianos, cap. de monialibus cap. cum illorum de sent. excom. c. religiosos, §. 1. eo. tit in 6. glosa in c. vt lex. 27. q. 1.

(Iuxta Canonem si quis suadente) Notandum quatuor esse necessaria, vt quis in huiusmodi excommunicationem incurrat; ita quod habeat locũ tex. noster, quod nec confessarij habentes p priuilegia vt possint absoluere à Casibus Papalibus reseruatis Papæ; possint absoluere. Primum est iniectio cum effectu, cum dicit injcientum, & probatur per textum in d. c si quis suadẽte, in verbo iniecerit, quæ verba cũ effectu, & maximè in pœnalibus sunt strictè intelligenda, c. relatum de cler. non resid. de pœnit. distinct. 1. cap. hoc autem, cap. fin. extra de sponsal. l. 1. §. hæc verba .ff. quod quisque iur. vnde Archid. in d. c. nu. 2. dicit. Nota, quod iste Canon factũ exigit.

Secundum violentia. Cum dicit violentas, quod qualiter hic accipiatur, diximus supra,

verbo

verbo violentas.

Tertium. animus iniuriandi, & offendendi. Hinc dicitur iuxta Canonem si quis suadente. Quare. excluduntur manus iocosæ, & charitatiuæ, & multæ alię manus, de quibus habetur in nostris decis. lib. 2. c. 49. in 4. par. decis. Quartum, cum in litera habeatur iuxta Canonẽ si qs suadẽte, & dicatur. Nullus Episcoporum præsumat absoluere, sit, q̃ non intelligitur text. de percussione
10 leui, † à qua Episcopus iure suo potest absoluere iuxt. text. in c. peruenit de senten. excommu. omnes indifferẽter, quæ quidem decretalis continet ius commune, vt Hostien. & Ioan. Andr. & Henricus Boich. in d. cap. sed vel de meliori præter certas personas priuilegiatas, vt sunt Ostiarij, c. si vero 1. tit. nostro. vel serui, cap. relatum, vel clerici communiter viuentes, Boich. in cap. peruenit, vel propriè de enormi, à qua solus Papa absoluit, vel legatus à latere in sua prouincia sibi commissa, c. ad eminentiam de sent. excommun. & in c. quod translationem, & c. excommunicatis de offic. legat. nisi in casibus, quibus excommunicati Papam non possent adire, qui numerantur in cap. quamuis c. de cætero, c. de his, cap. non dubiũ, c. mulieres, c. de monialibus, c. relatum, c. si de sent. excommun. & habetur per nos in 2. par. decis. lib 3. c. 5. num. 36. Leuis verò percussio ea censenda est, quæ fit
11 pugno, † palma, pede, aut baculo, vel lapide, quæ nullam maculam, aut sugillationem carnis reliquit, neque abscindit membrũ, & quę est sine effractione dentium, aut auulsione multorũ Capillorum, aut effusione copiosi sanguinis, Hic Doctores intelligunt, modo effusio non proueniat ex nare, iuxta glosam in d. c. cum illorum ti. nostro. Ita hæc habentur in extrau. perlectis relata à Nauar. in Manuali c. 27. num. 91. Ex quibus verbis potest etiam dignosci quando sit enor-
12 mis, † vt quando maculã, vel sugillationem carnis, aut cicatricem reliquit, quod saluo semper meliori iudicio intelligerem, vt non faciat lęsionem enormem sugillatio facta tempore percussionis, quia sic ex pugno, & alapa posset fieri, sed quando clerico sanato sigillatio illa remaneat, nisi ex ꝑcussione fieret magnus liuor, vel quando percussio fieret cum effractione multorum dentium, siue auulsione multorum capillorum, siue effusione multi sanguinis, sed non ex nare. Item enormis consideratur ex vulnere illato, quod desiderat remedium chirurgiæ, vel aliorum medicinalium, Hostiens. in d. c. peruenit. vel si fieret effractio ossis, sine sanguinis effusione, facit glosa 3. de consecr. Eccles. vel alta. lib. 6. cap. 1. vel si fieret membri truncatio, aut debilitatio. Quare percussiones leues factę in loco publico, vel in Ecclesia, aut in foro non efficiuntur graues, nisi sint enormes, vt dixit Nau.

in

in Manu. c. 27. nu. 92. quæ opinio est satis probabilis, & quãuis iuxta Panormit. in d. c. cum illorum nu. 11. habetur, quod ad arbitrandam iniuriam leuem, aut enormem standum sit arbitrio
13 † Episcopi, vel Abbatis, tamen illud intelligerem in dubio, non autem in claris, hoc est iuxta dispositionem extrau. perlectis. De his multa diximus prẽter nostras decisiones in 1. par. lib. 2. c. 49. & par. 2. lib. 2. c. 5. nu. 12. & in 2. vol. consil. lib. 5. de sent. excommu. consil. 9. in j. difficultate num. 6. cum seq.

(Iuxta iuris dispositionẽ) vbi adnotandum, quod licet Canon si quis suadente tantum loquatur de executore, tamen ex iu-
14 ris dispositione † extẽditur Canon ille ad mandantem, vel dãtem consilium, auxilium, consensum, & fauorem; imò etiam ratum habentem post factum, si nomine suo factum est, Et dicitur consentiens, qui cum debet ex officio obuiare, & manifestè potest, desinit hoc facere, c. mulieres §. 1. cap. quantæ de sent. excommun. cap. cum quis eod. tit. lib. 6. Hinc nota quod licet verba sint diligenter consi-
15 deranda, † & ponderanda, an quis sit, nec ne excommunicatus, cum excommunicatio, vt pœna, sit strictè accipienda, & nõ vltra extendenda, vnde lex excommunicans facientẽ aliquid, non comprehendit regulariter mandantem, aut consentientem, tamen fallit in Canone, si quis suadente, & in casu nostro, quia ex dispositione tex. in d. c. mulieres, & c. quantæ extenduntur in inijcientes manus violentas ad mandantem, auxiliantem & consentientem.

Est ergo horum verborum epi-
16 logus† tunc esse casum reseruatum Summo Pontifici, aut legato de latere, qui in prouincia sibi decreta maius omnibus habet imperium, iuxta tex. in cap. si abbatem de elect. in 6. quando quis cum effectu percutit violenter animo iniurandi enormiter clericum, vel mediocriter, nisi inijcientes sint personæ priuilegiatæ iuxta dispositionem Canonis si quis suadente.

Grauitas.

EX multis cognoscitur grauitas huius criminis, & primo, quia non solum est mortale crimen in clericum manus violentas inijcere, sed etiam est excõ-
17 municatus, † siue percussio sit læuis, siue enormis. Et dico leuem in hac materia non illam, quæ non peruenit ad peccatum mortale, cum ob eam, quæ non est mortifera, non incurritur excommunicatio, cap. nemo, c. nullus 11. q. 3. sed quæ mortifera est, attamen respectu aliarum percussionum mortiferarũ nec enormis est, & nec mediocris, vnde cum excommunicatus excommunicatione maiori, fit, quod proprij sacerdotes ab-

soluere non possint, sed solum Episcopi, vt per glosam cõiter receptam in c.2.de pœnit. & remiss. lib.6. Nos in 1. par. decis. lib.5.c.15. nu. 68. Nisi sacerdos absolueret ex delegatione illius. Etenim cum quis eò ipso, q̃ Episcopus est, hoc habeat ex officio
18 ratione dignitatis, † fit, q̃ iuxta communem possit alteri delegare, vt adnotarunt Doctores in c. vlti.de offic.ordin. Felinus in c. vlti. de offic.deleg.Archid. in d. c. si quis nu.10.

Secundò, quia si percussio est grauis, reseruatur regulariter solum absolutio Summo Pontifici, d.c.si quis suadente.

Tertiò, q̃a (vt supra diximus) licet excommunicatio tanquam pœna pœnarum sit strictè intelligenda, cap. corripiantur 24.q.3. tamen ex dispositione aliarum
19 legum extenditur † ad mandantem, consulentem, & consentientem, & ratam habentem percussionem, factam nomine suo, d. c. mulieres, quantæ, & cum quis.

Quartò, quia non solum casus est reseruatus Summo Pontifici, sed vnus est ex quinq., à quo cõfessarij habentes per priuilegia, vt absoluere valeant à Casibus reseruatis, absoluere nequunt.

Quintò, quia non solũ est peccatũ mortale, & excõicatio, sed sacrilegium, quia fit violentia percutiendo personam sacram, quod quidem sacrilegium dupli
20 citer cõmitti potest † absolutè, vt est pcussio iniqua clerici, vel ex iuris positione, vt si monachus causa correctionis per aliũ verberetur, Caiet. in verbo excõicatio c.10. vers. Nota quarto.

Sextò, quia augeri potest peccatum mortale ratione personę, quia maius est peccatũ percutere sacerdotem, quàm diaconũ, & Episcopum, vel Abbatem, quàm priuatam personam, quare lęsio, quæ tunc esset leuis, efficeretur enormis, facit tex. in l. prætor edixit §. fi.de iniur. §. atrox inst it de iniur. & diaconum, quàm subdiaconum, & subdiaconum, quàm non in sacris constitutum.

Septimò, quia licet circunstãtiæ aggrauantes non sint necessariò confitendæ, tamen in percussione clerici illa est confitenda, vt ex illa cognoscere possit sacerdos; An sit læsio enormis, vel læuis, & ita absolutio an spectet ad Papam, vel ad Episcopũ. Aliàs ijs ignoratis sacerdos nesciret quid esset facturus, Syluest. in verbo cõfessio 1.q.9. sed iam descendamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. INcurrit in Casum reseruatũ is, qui manus iniecit violen-
21 tas in clericum etiam † habentẽ primam tõsuram, modo sit iuxta Conc. sess. 23. de reform. c. 6. vel in monachum professum, aut monialem, vel nouitium, & nouitiã, iuxta tex. in c. religioso §. 1. de sent. excom. lib.6. Dummodo talis iniectio sit enormis, aut medio-

diocris, præter personas priuilegiatas, nam tũc à Papa est absoluendus, ita vt nec absolui valeat à confessarijs habẽtibus hãc facultatem absoluendi à Casibus Papæ reseruatis.

II. Excommunicationis vinculo innodatur, de quo in litera, quamuis manus violentas non
22 iniecerit, sed iniurioſas, † vt cũ quis clericum volentẽ verberat in recõpẽsationem delicti, quod commiserat contra ipsum, extra eod. c. contingit. 1. & quãuis tali casu obij ci possit, quod volenti non fit iniuria, neque dolus, 23. q. 5. c. voluit. ff. de regul. iur. l. nemo videtur, tñ iniuria fit Ecclesię, quia quę in nos delinquũtur, remittere possimus, quantum ad nos attinet, sed non quantum ad Ecclesiam, 23. q. 4. c. si is, qui. facit glosa in cap. parochianos de sent. excom. Et hoc intellige, modo percussio sit talis, ob quã reseruatio sit Summi Pontificis. Quod idem intellige de manu temeraria, vt si Abbas absque legitima causa regularis disciplinæ præsumeret verberare monachum, si percussio talis esset, ob quam reseruatio fieret Summo Pontifici, c. vniuersitatis tit. nostro.

III. Et si relatiuum, si quis suadente 17. q. 4. comprehendat
23 clericum † seipsum animo irato percutientem, argum. tex. in c. si non licet 23. q 5. argum. tex. in l. delictum §. qui se vulnerauerit. ff. de re milit, cum tale priuilegium sit Ecclesiæ, & non personæ, d. cap. contigit 1. Non tamen credimus illum hac censura innodari, cum litera, dicat inij cientium, ergo alius esse debet is, qui inijcit, & alius, qui percutitur, argum. tex. in cap. debitum extra de baptis.

IV. Quamuis litera loquatur de inijcientibus manus violentas in clericum, tamen etiam includit mandantes, auxiliantes,
24 & consentientes, † atque non resistentes, cum de iure hoc debeant, & non faciunt, & ratum habentes, modo percussio facta sit nomine meo, & ego ratum habeam, d. c. mulieres §. 1. & c. quantæ, arg. tex. in c. cum quis eod. tit. lib. 6. An vero in
25 pęnalibus qui per alium † facit, ipse facere videatur, & puniatur mandans, sicut faciens, vide Franc. in cap. sciant cuncti de elect. in 6.

Sed an extendatur Canon si quis suadente ad eos, qui violentas manus inijciunt in laicos
26 consanguineos clericorũ † odio ipsorum. Speculator in d. c. sciãt cuncti nu. 14. videtur tenere q; sic. vbi dicit. Nota diligenter nouum, quod sicut per verbera clericis illata quis ipso facto incidit in excommunicationem, d. c. si quis suadẽte, sic propter spoliationẽ, vel aliud grauamen eis illatum, & ita quantum ad hunc casum extẽditur mens illius capituli, si quis, & quamuis talis excommunicatio non sit reseruata per d. c. sciant. Hodie tamen est reseruata per c. 16. in

Bulla cænæ à S. D. N. Paulo V. Anno 1606. vbi etiam comprehendit affines clericorum, & si de propria significatione con-
27 † sanguineorum † illi non veniãt, Ioan. Andr. in d. c. sciant. veniunt autem nomine consanguineorum tantũ coniuncti ex parte patris, Franc. in d. c. Quod nota pro statutis, quare manifestè liquet, quod ab excommunicatione illata ex causa iniectionis manus violentæ in consanguineos clericorum, sacerdotes qualitercunque priuilegiati non possunt absoluere, cum sit de reseruatis in Bulla Cænę Domini.

V. Non includitur sub litera, si manus violẽta esset imperfecta ex defectu deliberationis, vt
28 † si quis absq; deliberatione ex subita passione manum in clericum injcit, ita quod aduertens quid facit, manum retrahit, quia primi motus auferunt rationis discursum, Diuus Thomas 1.2. q.77.ar. 4. in corpore.

VI. Et si litera loquatur generaliter de omnibus inijcientibus, tamen non comprehendit iudæos, vel infideles inijcientes
29 manus violẽtas in clericos, † qa Constitutionibus Ecclesiasticis, atque censuris non arctantur, c. gaudemus extra de diuort. & ita non possunt excommunicari, nam qui in Ecclesia non sunt, ab ea separari non possunt, 11. q.3. c. omnis Christianus, facit tex. in cap. multi 2. q. 1. cum concord. Hinc quando Gregorius in princ. decretalium dicit. Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei includit solum Catholicos, illis enim seruit, non autem alienis à fide, quia nihil ad nos &c. Verum licet huiusmodi tales alieni sint à censuris, non tamen propter hoc remanent impuniti, quia possunt per Episcopum puniri corporalibus pęnis, glosa in c. sæpè 28. q.1. Item per temporales iudices iuxta territorium ius dicentis, & nec distinguitur vnde sint, l.3.ff.de offic.præsi. Sic licet infideles Constitutionibus Ecclesiasticis non arctentur; cogi tamen possunt ad præstandas decimas reales ratione bonorum, quæ possident in temporalibus, sic possunt cogi ad restitutionẽ vsurarum, vt not. infra de vsur. c. post miserabilem, Bal. in prohe. decretal. nu.7.

VII. Immunis etiam est, quãdo manus est imperfecta ex defectu exterioris actus, puta, quia tã læuis, & leuiter iniecta
30 † est, vt pro nulla habenda sit, ita quòd si esset in laicum, non constitueret peccatum mortale, nam tunc, quia est in clericum, non subiacet excommunicationi, cum excommunicatio, quæ est tam grauis pęna, non incuratur nisi pro peccato mortali, At si percussio est læuis, ita quòd iniecta in laicum sit peccatum mortale, tunc subiacet excommunicationi, sed est Casus Episcopalis, c. peruenit de sentent. excom.

VIII.

VIII. Non comprehenduntur sub litera, qui manũ violentã in clericum verè sacrilegam inijciunt aliquo iusto dolore
31 moti. Vt si quis clericum † turpiter operantem tum vxore, matre, filia, vel sorore inuentum percuteret, cap. si vero 1. de sent. excommunic. percutiens enim ex vindicta licet peccet mortaliter, & sacrilegus sit, cap. inter hæc vbi glosa, & cap. admonere 33. q. 2. iure tamen humano compatiente iusto dolori iuxta tex. in l. Gracchus. C. de adulter. impunis euadit ab excommunicatione, nam vt dicit glosa in d. cap. si verò turpiter. Huic enim parcet Canon, quia tam iustum dolorem compescere non potuit.

Sed quid si pater inuenerit filium suum turpiter in vase stercorario agentem cum clerico, qui in noctis silentio aperto ostio à filio ingressus est secretam partem illius, quod cum aliquãtisper præsentiret pater euaginato gladio cum maximo silentio nudis plantis accessit ad locum, ibiq; inuenit filium turpiter agentem cum illo. Respondeo, quod licet de rigore videatur esse inhærendum textui in d. c. si verò, vt sole personę ibi
32 nominatę † excipiantur ab excommunicatione, scilicet qui in clericum cum vxore, matre, sorore, vel filia propria etiam naturali inuentum manus iniecerit violentas, & ratio, quia debemus potius extendere excommunicationem, & fauere priuilegio clericorum, quàm minuere, vt dixit Zabar. in d. c. si verò. Tamen saluo semper meliori iudicio ego crederem patrem in nullam excommunicationem incidere, quia eadem ratio, quę militat in patre percutiente clericum adulterum, scilicet quòd huic parcit Canon, quia tam iustum dolorem compescere non
33 potuit, † l. si adulterium §. imperatores. ff de adulter. d. l. Gracchus, militat etiam in patre inueniente filium cum clerico illudente turpiter in vase fętido. Qualiter. n. poterat tam iustum, & immensum dolorem comprimere? & eo magis, quia multa bona non parui valoris inueniebantur sublata, quæ filius pro opere tam nefario dabat patiẽti. Quòd si quis obijciat tex. in
34 d. c. si vero habere locum † in coitu passiuo, non autem actiuo, cum primus reddat personas infames, non sic, si iuuenes sęculares gloriarẽtur se cõmisisse fornicationes, & adulteria; cum eorum fama non videatur ex hoc lædi, imò proprio ore se patrasse libere dicunt, & quod peius est, se iactant vt dixit Caietan. ad D. Thomam 2. 2. q. 73. art. 2. Respondetur, esto, quòd hoc verum sit, negamus tamen in eo, qui in corpore suo muliebria passus est, & multò magis in agente, cum tales infames sint. ideò vt infames prohibentur esse testes, & patroni causarum, atque procuratores, cap.

infames 3. q. 7. & si prohibita est fornicatio, multo magis prohibitus esse censetur omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum nō legitimus vsus, vt dixit tex. in cap. meretrices 32.q.2. facit etiam tex. in c. pœnale 14. q. 5. cū adeò sit hoc vitium execrabile, vt superet coitum cum propria matre, c. adulterij crimen 32. q.7. & quòd mulierbra patiens ita reddatur infamis, vt filia adulteriū committens, facit, quod sicut licitum est mulieri absq; metu excommunicationis percutere clericū eam impetentem, atq; apprehēdentem pro explenda libidine,
36 † vt dixit Astens. quem sequitur Boich. in d.c. si vero, idem etiam habet locum in puero, cuius pudicitia fuerit attentata, Caiet. in verbo excommunicatio c. 10. vers. Nota vi. circa medium. Quare ex his videtur cōcludendum, quod non solū pater euitabit excommunicationem, si percusserit, clericum repertum in ipso actu venereo cū proprio filio per modum passionis, sed ēt si mutilauerit, vel interfecerit, quando cōstaret iam per aliqua signa, quod esset consumatum opus nefandum, cum tex. in d. c. si verò non distinguat inter atrocem læsionem, & leuem: & ratio est, quia iste non facit suadente Diabolo, sed potius ex iusto, & immenso dolore, quem compescere non potuit, quòd procedit, si incontinenti hoc faciat, & nō ex interuallo, vt in l. quod ait lex §. fi. ff. de adulte. vbi declarat patrem etiam dici in continenti occidisse filiam adulteram, quādo occiso adultero pro fugit filia, & interpositis horis apprehēsa est à patre, qui eam persequebatur: quia tunc incontinenti videtur occidisse.

Sed an dicatur grauis percus-
37 sio, † si superuenerint aliæ personæ, puta mater filij, eiusq; frater, & eodem instanti irruerunt in vtrunque, non tamen inuenerunt in opere nefando, & videtur quod sit atrox, vt dixit Baldus in l. cum rationibus C. qui accus. non poss. quod atrocior dicitur iniuria facta à pluribus, quam ab vno, per tex. in l. si plures. ff. de iniur. quod dicit esse singulariter notandum. Tamen respectu causæ ista percussio potuit dici læuis, facit tex. in c. ex tenore in fine de sent. excomun. vbi si quis se defendendo excesserit modum in clericum, † ex-
38 cessus ille licet sit enormis, reputabitur læuis, dummodo fit facta incontinenti, Marianus socc. in c. officij nu. 63. de sent. excom.

VIII. Non credimus sub hac litera includere habentes facultatem à legatis à latere, qui sic
39 ideò dicuntur, † quia mittuntur à Papa, & dicuntur à latere, quia à latere Papæ mittuntur: Cum enim sunt in Curia, assistunt lateri, Papæ; nam cum isti absque scrupulo possint absoluere, d. cap. ad eminentiam, excommunicatos pro iniectione manuum violenta, quamuis

iniu-

iniuria sit enormis, cap. excommunicatis, cap. quod translationem, vbi Zabar. num. 2. de offic. lega. fit consequenter, quòd possint delegare. Imò in generali committendo suam facultatem, credimus licentiam extendendam ad quascunq; percussiones, quod non sic est in Episcopis, vt infra.

IX. Nec etiã includitur confessarius ille, qui facultatem habet ab Episcopo non solũ absoluendi à Casibus, sed etiam à cẽsuris, si aliquẽ absoluerit manus violentas inijcientem in clericum, iuxta tex. in c. peruenit de sent. excom. qui loquitur de lęsione leui, nam dicunt quidam, quod cum sit hoc specialiter cõcessum Episcopis, hoc alijs committere non possunt, extra de offic. deleg. c. Apostolica. Tamen alij dicunt, & melius, quòd inferiores Episcopis hoc nõ possunt, sed ministerium absolutionis exercere possunt ad mandatum Episcoporum, ita Archid. in d. c. si quis suadente ibi in ea glosa in fine, arg. tex. in c. sacro de senten. excom. ibi per se, vel alium, per quem tex. clarè constat, quod potestas excommu-
40 nicationis est delegabilis, † & ita seruatur in praxi, secundum Ioan. Andr. in c. fin. de offic. deleg. Et sic in hoc fallit regula, q; qui potest excommunicare, potest absoluere, facit etiam tex. in c. ad aures extra de simo. ibi faciatis absoluere. Fallit tamen hoc dictum principale in Episcopo, qui si alicui cõmitteret generalem potestatem absoluendi ab
41 omni excõicatione, † propter hoc non poterit absoluere illum excõinatum, cuius absolutionẽ verisimiliter specialiter non cõmisisset, forte, quia erat excommunicatus propter damnũ illatum Episcopo, vel aliud simile, argum. reg. in generali de reg. iur. lib. 6. & per ea, quæ notantur à simili in l. obligatione generali .ff. de pignor.

Sed an Episcopus possit alteri delegare facultatem suam absoluendi seipsũ, vide latè Mar. socc. in c. officij nu. 169. de sent. excõ.

X. Pariter nec includitur sacerdos ille, qui inijcientem manus violẽtas in clericum absoluit de mandato Episcopi, cui ex officio Ordinario ratione dignitatis cõpetit huiusmodi tales absolue-
42 re in certis casibus, † qui notantur per glosã in c. fi. ext. de offic. ordin. Quales sunt mulieres, pueri, valetudinarij, habentes inimicitias capitales, & alij, de sent. excom. c. 1. c. de cætero, mulieres, ea noscitur. De monialibus, quod de his, & c. fin. Nam tunc potest Episcopus alteri facultatem cõmittere, cum viderit expedire, puta, quia est occupatus, c. quod sedes de offic. ordin. vel quia sic ei placet, cap. pastoralis extra de offic. deleg. vnde si talis Sacerdos absoluit, qui in casu occurrenti obtinuit facultatem à suo Episcopo, immunis est à culpa; quia non ipse, sed ille, cuius auctoritate absolutio fit, facere

videtur, facit tex. in c. vt famæ de sent. excom.

Et ita nota differentiam inter
43 excõicatum † ob leuem percussio nem, vel ob violentam manuum iniectionem, cuius absolutio in quibusdam casibus Episcopo licita est: quia in primo casu per facultatem generalẽ absoluendi à censuris, cõprehenditur etiam absolutio illius excõicationis; sed in secundo casu non licet vigore illius facultatis absoluere, sed tamen, quando Casus occurrit, licet Episcopo concedere, & hoc nota, quia non inueni sic ab alio declaratum.

XI. Rursus nõ includitur Episcopus, si quẽ absolueret ab excõicatione lata à Canone. si qs
44 suadẽte; etiam † si læsio sit enormis, modo esset occulta, frętus auctoritate Conc. Trid. sess. 24. c. 6. Occultum vero, quãdo dicatur in præsenti casu. Dic, quãdo non essent legitimi testes de tali pcussione, ẽt si ab aliquibus sciretur, facit glosa in c. manifesta. 2. q. 1. vel si iniectio manuum esset deducta in iudicio, sed nõ probata, quare reus fuisset absolut°, vt nos diximus in 1. par. decis. c. 13 nu. 43. lib. 1. Et non obstat decretum, quod incipit. Cum autem dubiũ Romę publicatum die 26. Nouembris 1602. per quod videtur prohibitum ne absoluantur inijcientes manus violentas in Clericum, iuxta dispositionẽ Canonis. si quis suadente, quia illud decretum nihil officit auctoritati Episcoporum, sed solum derogatur priuilegijs confessorum, ipsis enim est prohibitum, ne valeant absoluere sub prætextu cuiusuis facultatis inijcientes manus violentas in clericum, Quare cum nihil dicatur de Episcopis, remanet immobilis, & firma potestas ipsis concessa per Concilium, vt possint absoluere à lęsione enormi occulta. Sed si quis obijciat, quod vt derogata videtur Episcopis, auctori-
46 tas absoluendi † ingredientẽ occultæ secta monasterij monialiũ ad malũ finẽ, & ita in hoc correctum c. liceat, vt nos diximus supra de violatione clausuræ, nu. 15. ergo sic in casu præsenti derogata videtur facultas Episcopo absoluendi excõicatos pro iniuria enormi occulta facta clerico, quia respõdeo nõ valere cõsequentiam. Nam ideò Episcopis denegata est licẽtia absoluendi ingredientes ad malum finem quia post Cõc. Trid. in d. c. liceat emanauit Const. Greg. XIII. reseruantis sibi absolutionem talium ingredientium sine licẽtia, At in materia inijcientium manus nulla post Concilium reperitur constitutio, per quam reseruaret sibi Summus Pontifex hanc facultatem, ergo remanet in suo vigore Concilium. Cum igitur vigore Concilij à læsione enormi occulta absolutio competat Episcopo iure suo, eò ipso ꝙ est Episcopus ratione dignitatis, fit iuxta glosam in d. cap. fin. de offic. ordin. & d. c. liceat, posse illam alteri cõmittere in casu occur-

47 occurrenti, †ex quibus omnibus concludo in generali concessione alicui Sacerdoti data, vt valeat absoluere à casibus reseruatis etiam consuram habẽtibus, posse confessarium absoluere à læsione leui, verum ad mediocrem, & enormem in casibus, quibus Episcopo competit, dicta licentia non extenditur, sed oportet illum adire, & in casu tunc occurrenti concedat, d.c.fin. & c.liceat. vbi in fine solum excipit vnum casum, scilicet Hæresis, in quo non potest Episcopus alteri delegare, & meritò, cũ in re adeò graui Episcopi requiratur diligẽtia. ergo talis exceptio firmat regulam in non exceptuatis, 32. q.7.c.Dominus.

XII. Antequam absoluat is, cui data est facultas absoluendi ab excõmunicatione si quis sua-
48 dente, admoneat †pœnitentem, vt genua flectat coram clerico percusso, & misericordiã petat, si hoc læsus requirit, Excipitur tamen ab hoc prælatus, si modũ excesserit in correctione, glosa in c.si quando dist.86. Item plebeius, qui non debet à viro Illustri tantam humiliationem exigere, Sylu. in verbo contumelia q.4. Excipitur etiam, quãdo alia fit necessaria compensatio, vnde Archid. in c.si quis deinceps nu. 1.17.q.4.dicit, q̃ non sufficit excomunicato genua flectere corã laico, & misericordiam petere,
49 sed tenetur realiter clerico † offenso satisfacere de offensa facta, c. olim de iniur. æstimando iniuriam secundum qualitatem offensæ, & qualitatẽ personæ iniuriatæ item medicationes, expẽsas, & medicinas, quas fecit, ac percepit ob causam percussionis, ac reficere damnum, quod ex hac causa substinuit, vel si nõ potuit lucrari de suo artificio, omnia hæc debet compensare; si potest, vel firmiter proponat, p̃stando cautionem sufficientem cum pignore, vel fideiussore, l.si ex modo Titij §.fi.ff.mand.l.4.§. adijci.ff.de fideicom. liber. glosa in cap.1.de dolo & contum. & si eam dare non potest, det saltem quam potest iuratoriam. Item iuret amplius non venire contra Canonem si quis suadente. Deinde absoluat eum in forma, insinuando, & dando operam, vt cognoscat grauitatem criminis, &
iniungat pœnitentiam, circa quã
50 considerat confessarius †peccacati qualitatem, scilicet in quam personã fuit facta percussio, quo tempore, vel loco & c. Itẽ quantitatem contritionis, nam tanta potest esse contritio, vt ea sola remittat totam pœnam, iuxta glosam solennem in c.mensuram verbo Doloris de pœnit.dist.1.

SVMMARIVM.

1 *Simoniæ species multiplex.*
2 *Simonia mentalis duplex est.*
3 *Simoniacis mentalibus sola pœnitentia sufficit.*
4 *Simonia conuentionalis duplex.*
5 *Simonia realis pfecta quæ, & quæ non punibilis, num. sequ. & de pœnit.*

pœnitent. numero 7.

8 Simonia in quibus committatur.

9 Simonia cõfidẽtiæ beneficialis quæ, & confidentia, quæ dicatur. num. sequen.

11 Priuilegia confessoribus concessa, vt absoluat à casibus Papæ reseruatis, tolluntur in simonia reali.

12 Simoniaca prauitas tàm diuinorũ, quàm canonum auctoritate abhorretur.

13 Naaman Siri historia, & Giezi simonia narratur.

14 Contra simoniam variè Summorum Pontificum constitutiones.

15 Simonia quòd sit capitale crimen, ex multis cognoscitur.

16 Crimina cætera ad comparationem Simoniæ pro nihilo reputantur?

17 complices Simoniæ reuelantes præmiantur.

18 Vendentes reliquias SS. Martyrũ, sunt simoniaci.

19 Sacra res precio vendi non potest.

20 Simoniaci puniuntur cuiuscunque status sint.

21 Simonia in confidentiam quàm grauissimè punita.

22 Simoniaci sunt exigentes pecuniã pro Sacramentorum exhibitione, siue capiantur strictè, siue impropriè, num. seq.

24 Baptizans infantem pro pecunia, simoniacus est.

25 Pecunia an licitè detur pro baptizando infante, vel quando Sacramentum potius differendum. numero seq.

27 Simoniæ à peccato immunis est pecuniam dans, ne simoniacè, quis conferat Sacramenta.

28 Simoniacus est recipiens pecuniam pro collatione quoruncunque ordinum.

29 Simoniæ commissæ in ordine suscepto effectus.

30 Simoniaci reales in ordine sunt irregulares.

31 Constitutio Sixti V. quo ad simoniacè ordinatos, & ordinandos stat in suo robore.

32 Pecuniam dans mediatori, vt sibi dimissorias impetret, pecuniam, simoniacus est.

33 Pecuniam accipientes pro ingressu ad monasterium sunt simoniaci, non tamen, si sponte eam dant. numero seq.

35 Moniales excusantur ab ignorantia iuris.

36 Spirituale dans pro temporali conuento, licet non tradito, simoniacus est.

37 Absolutionis beneficium Ecclesiasticum ministerium est.

38 Absolutio si denegetur, an aliquid possit dari.

39 Statuto si cauetur, vt excommunicatus quolibet mense tantum soluat, an denegando absolutionem, nisi soluat, simoniacus sit.

40 Simonia an sit pro benedicendis calicibus aliquid exigere.

41 Simonia, quàm detestanda in beneficijs ad confidentiam.

42 Simonia confidentialis multifariam committitur.

43 Simoniaci in confidentiam ipso iure priuantur beneficijs, fallit, si inscio eo, cui beneficium fertur, fit. numero seq.

45 Simoniæ inscius statim vt scit, beneficium resignet.

46 Res transit cum onere suo ad quoscun-

cunque transit.

47 Simoniæ inscius quãdo non peccet.

48 Simoniaci mentales non includuntur in hoc casu.

49 Pensio non continetur nomine beneficij.

50 Tractatus de simonia solus non includitur.

51 Pecunia etiam continetur sub nomine Albarani, quando quis se confitetur debitorem Episcopi.

52 Sic etiam si non dat pecuniam, sed debitum remittit.

53 Examinatores deputati pro eligendis ad gubernandas ecclesias parochiales, si aliquid accipiunt, simoniaci sunt.

54 confessor qualiter se gerat in confessione talium.

55 Simoniacè ordinati suspenduntur ab omnibus ordinibus.

56 Beneficiatus per simoniam quibus pœnis afficiatur.

57 Absolutio non fiat, nisi præcedat restitutio fructuum, & consignetur beneficium.

De simonia Reali, & confidentiæ beneficialis. Cap. IX.

Simoniæ realis scienter contractæ, atq; confidentiæ beneficialis.

EXPOSITIO.

1 (Imoniae realis) Hinc collige multiplicem esse Simoniæ speciem, nam alia est mentalis, alia † conuentionalis ex neutra parte executa, vel ex vna tantum parte, & hæc alio modo appellatur simonia realis imperfecta, Alia vero est realis perfecta. At mentalis du-

2 plex, Altera merè † mentalis, vt est internum propositum, & intẽtio dandi, aut recipiendi Spirituale pro temporali, Quæ si nec ad dationem, aut receptionem peruenit, non est subiecta pœnis veris, nã cũ Ecclesia, vt de occultis non iudicat, c. erubescũt dist. 32. sic neq; punit 1. c. cogitationis pœnam de pœnit. dist. 1. Vt si mente reuolueram daturum me Episcopo centum, si mihi beneficium conferret, esset tamen peccatum mortale. Altera verò est, dum quis foris munera offert ea praua intentione, sed latenti, sed qua intẽtione id facit, celat. & dũ Episcopus corrupta intentione latenti Spirituale cõfert, & ijs simoniacis mentalibus

3 sola pœnitentia sufficit, † c. fin. de Simon. Abb. in c. ex tuæ de simon. Conuentionalis vero est, quando pactum interuenit, De hac loquitur Abb. in c. tua nos, & c. consulere eod. tit. Quæ du-

4 plex est, † vel ex neutra parte executa, vt quia vtrunque à præcedenti conuentione desistitur, antequã collatio fiat, vel ex vna parte solũ executa, vt autẽ quis incurrat pœnas in extrauag cõmuni 2. de simon. oportet, vt sit simonia conuentionalis ex vtraque parte executa, & adimpleta, vt dixit Nauar. in Man. c. 23. nu. 104. At simonia realis perfecta

est

5 est illa conuentionalis † ex vtraque parte adimpleta, & de hac loquitur litera nostra.

(Scienter contractæ) ad differentiam illius, quæ ignoranter contrahitur. Pone. n. ꝙ aliquis promittit, & dat Episcopo pecuniam, vt aliquem sacrum ordinē
6 conferat Petro, † vel beneficiū, & Episcopus confert, Petrus tamen est insçius, vtiq; non peccat, & recipit ordinis executionem, ita Cardin. Alexandr. in c. statuimus, c. si quos 1. q. 1. Quicquid ibi dicat glosa. & consequenter Casus non est reseruatus, cum requiratur simonia realis scienter contracta.

(Simoniæ realis scienter contractæ) Adnotandum est, ꝙ pœnæ, quæ apponuntur contra simoniacos, locum habent in simonia
7 † quo ad ordinem, vel beneficiū, sicut est suspensio, & non solum suspensio quo ad ordinem malè susceptum, quātum ad executionem ipso iure, sed etiam excommunicatio Papalis ipso iure reseruata, & ita intelligitur dicta extrauagans 2. cōmunis. Et extat etiam Constitutio Sixti V. quæ licet fuerit per S.D.N. Clementem VIII. ad terminos iuris rēdacta, & Cōc. Trid. ac extrau. 2 Tñ quo ad simoniacè promotos, vel ꝓmouētes in ordine, vel quo ad simoniā in beneficio remanet in viridi obseruātia, vt nec vigore Conc. Trid. sess. 24. c. liceat si simonia esset occulta, nec virtute Iubilei ampliſſimi, Maris magni, vel cruciatæ possit reus absolui etiam in foro conscientiæ, nisi à Summo Pontifice, vel successore, derogando quibuscunq; priuilegijs, & facultatibus confessorum habentium potestatem absoluendi à casibus Papæ quibuscunq; reseruatis, Quare cum per S.D.N. Clem. VIII. fuerit reseruata simonia realis scienter contracta, fit, vt non solum de illis, de quibus supra intelligatur facta reseruatio ad maiorē cautelam, sed de omni, & quacūque alia reali ex certa scientia contracta, nam cum litera simpliciter loquatur de simonia reali, & non distinguat de qua, nec nos distinguere debemus, iuxta tex. in l. de pretio. ff. de public. in rem act. Quapropter ad intellectum horum verborū adnotandum est,
8 ꝙ potest cadere simonia † in rebus corporalibus, quæ sunt spiritualia secundum essentiam, vt si de facto vendantur reliquiæ sanctorum, quæ vendi non possunt absq; vitio simoniæ, c. 2. vbi glosa in verbo venales de reliq. & vener. sanct. c. qui studet 1. q. 1. Cadit etiam simonia in spiritualibus per causam, vt sunt sacramenta strictè, & largè sumpta, quia per ea consequimur gratiam, vt si pretium reciperetur pro consecrando chrismate, oleo sancto, pro benedictionibus nubentium, vel alijs sacramentis, c. non satis, c cum in Ecclesiæ tit. nostro. Rursus si committatur simonia in spiritualibus per statutum, vt si recipiatur religiosus, vel religiosa ad monaste-

nasterium mediante pretio, cap. quoniam, c. dilectus, & c. veniens eod. tit. Item si detur pecunia pro spiritualibus, quæ dependēt à potestate spirituali pro absoluendo excommunicato, c. ad aures eod. tit. siue detur pecunia ratione officij, vt pro consecrando calice, aut veste, nam in istis non potest cadere venditio, c. ad nostram tit. nostro, siue recipiatur pecunia pro annexis spiritualibus, siue pro beneficijs Ecclesiasticis, vel pro conferendo iure patronatus, quia ratione connexionis idem iudicatur de annexis spiritualibus, sicut de spiritualibus, c. quanto de iudic. Vnde sicut transactio prohibetur in spiritualibus, c. super eo de trāsact. sic etiā in iure patronatus, c. præterea eod. tit. ita de his loquitur Ioan. Andr. & Abbas in c. consulere de simon.

(Atq; confidentiæ beneficialis) De hac confidentia beneficiali loquitur constitutio Pij IV.
9 quæ incipit. Romanum † Pontificem Romę publicata die 4. Decembris 1564. contra quascunq; Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica quęcunq; in confidentiam retinentes, seu recipiētes, Item extat & alia Pij V. Romæ publicata die 6. Augusti, quæ incipit intolerabilis multorum peruersitas. Et dicitur confidentia bene-
10 ficialis certa spes † de re aliqua, quæ fuit est, & erit, Et est confidentia beneficialis simoniaca illa, quando quis confidit, & collator conferat beneficium mediante precio, cōditione expressa, vel tacita digno, vel indigno, & ita dat pretium Episcopo hoc pacto, & ille confert. Qualiter verò perpetretur hæc simonia in confidentiam, tractabitur in decisionibus.

Reseruatur ergo Casus solum modo Romano Pontifici, ita vt tollatur etiam facultas confessarijs habentibus per priuilegia
11 † ante decretum Clemen. VIII. recepta, & non reuocata, vt non possint absoluere scienter cōtrahentes simoniam realem, aut cōfidentiam beneficialem, nisi in mortis articulo, vel habeant licentiam nouam specialem à Sūmo Pontifice; sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

EST tàm detestabile scelus hoc simoniacæ prauitatis, vt illud tàm diuinorum, quàm sacrorum
12 Canonum, † auctoritas abhorreat, atque damnet, sicut multorum exemplis mōstratur. 1. q. 1. cap. qui studet: & quia exempla magis possunt mouere pęnitentem ad illud effugiendum, quàm verba confessarij, Ideo aliqua in medium ducere existimaui. Ecce. n. Giezi, qui gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit, eandemq; gratiā sanitatis Heliseo vendicante leprosus factus amisit. Legitur. n. lib. 4. Reg. c. 5. & Naaman Sirus postquàm à lepra
13 mundatus est † ab Heliseo ibat. Giezi autem puer Heliſei videſ,

quòd

quòd nihil acceperat Dominus, clam cucurrit post Naaman, vt aliquid acciperet ab eo, & ait. Dominus meus misit me ad te, Dicens. venerunt ad me duo adolescentes ex filijs Prophetarũ. Da eis talentum argenteum, & vestes duplices. Qui duo talenta, & vestes duplices dedit ei, & etiam pueros, qui deferrent ea, ipse vero abscondit ea in domo sua. Cum vesperi staret corã Heliseo. Ait Heliseus, vnde venis Giezi, qui ait. Non iuit seruus tuus quoquam At ille, Nonne cor meum tecum erat semper, cũ reuersus fuit homo in occursum tui? Accepisti argentum, vt emas possessionẽ, sed lepra Naamã adhærebit tibi, & semini tuo in æternum, & egressus est ab eo leprosus. Ecce Giezi quantum in se fuit, vendidit ex cupiditate gratiam sanitatis datam per Heliseum, fuit simoniacus, & ob id leprosus effectus fuit. Simon Magus cum spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à Petro audiuit. Pecunia tua tecum sit in perditionẽ, quia domum Dei existimasti pecunia possideri: His ergo exemplis, & alijs, quæ apponuntur in d. c. qui studet, bene colligitur quàm sit graue crimen simonia. & quàm sit funditus eradicandum, & abolendum. Hinc insurrexerunt præter iura, quæ habentur per totam 1. q. 1. & extra de
14 simon. multæ cõstitutiones † Sũmorum Pontificum ad prorsus abolendam hanc simoniace prauitatis labem, vt est illa extrauagans comm. 2. de simon. declarata per Nauar. in Man. confes. c. 27. sub nu. 106. & alia Pij V. vt patet ex Cõstitutione ædita Kalendis Aprilis 1566. Quę incipit. Cum primum. Item Sixti V. quæ est inserta in Cõsti. Clem. VIII. moderatiua, & reductoria ad terminos sacrorum Canonũ, & Cõstitutionis Pij II. quæ incipit cũ ex sacrorum, & ad dispositionẽ Conc. Trid. præterquàm contra simoniacè ordinantes, ordinatos inflictas, quas Clemens VIII. voluit in suo robore permanere: Hæc autem incipit Romanum Pontificem ædita anno Domini 1598. Anno sui Pontificatus V. Extat etiam Conc. Trid. sess. 24. c. 14. contra prauas consuetudines recipiendi à prouisis de beneficijs. Item alia Pij V. publicata die 13. 1570. quæ incipit. Durum nimis, in qua reuocantur priuilegia, & consuetudines Ecclesiarum aliquid recipiẽdi in collatione, aut alia prouisione, seu admissione ad possessiones beneficiorum. Extat etiã Conc. Tridentinum sess. 21. contra dantes, & recipiẽtes pro collatione ordinum. Item sess. 24. de reformat. c. 18. §. caueant. contra examinatores deputatos pro eligendis ad gubernãdas Ecclesias parochiales aliquid recipientes. Extat & vltimo alia Constitutio Pij IV. contra quascunq; Ecclesias, & beneficia Ecclesiastica, quæcnnq; in confidentiam retinentes, seu recipientes, quæ incipit.

pit. Romanum Pontificem Romæ publicata die 4 Decembris 1564. & Pij V. quæ incipit. Sanè licet dudum, ex quibus omnibus liquidò constat maximum desiderium fuisse SS. Patrum huic morbo pestifero adhibendi medelam, varias infligendo pœnas, considerantes, q̃ plus pœnarum grauitas, quàm Dei timor arcere solet à voluntate peccandi, ac Summis desiderijs affectantes, vt hoc pestiferum vitium non ex vsu solum, sed etiam ex mẽtibus hominum saltem propter pœnarum metum pœnitus euellatur, ita habetur per Paulum Venetũ in d. extrauag. 2. in præfatione illius.

Vocatur etiam hoc crimen,
15 † vt ex his agnoscas, quàm sit detestabile capitale, & hæresis, d. c. qui studet. Sacrilegium, c. sunt quidem 1. qõ. 1. Execrabile vulnus, 1. q. 1. c. reperiũtur. & extra eod. c. 4. appellatur rabies. Alibi pestis, & labes, c. sicut, & c. tanta eod. tit. & peccatum, quod morte expiatur, 15. q. 3. c. sanè. Et tãdem cętera crimina ad comparationem simoniacę Hæresis pro
16 nihilo reputantur, † dicit tex. in c. fin. 1. q. 7. Vnde in pœnam criminis omnes, qui simoniam huiusmodi commisisse, vel procurasse, aut ĩ ea mediatores esse sciuerint, Summo Pontifici, vel cui ipse duxerit committendum per se, vel alios reuelare in virtute sanctæ obedientiæ tenentur. Et pro reuelatione huiusmodi etiã
17 si complices fuerunt † non solũ non puniuntur, sed etiam præmiantur, vt habetur per Paulum Venetum in d. extrau. 2. §. Et vt huiusmodi. Verum quo ad denũciationẽ, & præmiationem talis constitutio non est recepta, vt dixit D. Anton. 3. par. tit. 24. c. 66. Caiet. Casu 81. Nauar. in Manu. c. 27. num. 106. versic. Declaratio 1. in fi. sed modo deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. VT sciat lector modum à nobis obseruatum in his decisionibus, videat supra num. 7. ibi. n. diximus in quibus simonia habere possit locũ, & primo affirmauimus in reliquijs Sanctorum Quare sit ista decisio.

Comprehenduntur sub litera, qui vendunt reliquias Sanctorũ
18 Martyrum, † iuxta glosam in c. 2. extra de reliq. & vener. Sanct. Quod idem dic de Sanctis alijs, iuxta tex. in c cum Marthæ de celebr. miss. nam isti dicũtur cõmittere simoniam, glosa in cap. qui studet verbo Iudas 1. quæst. 1. quia sacra res non recipit æstimationem, vt ff. de rerum diuis. l. sacer §. vlt. Ideo non potest ven-
19 di precio, † quia sine ea venditio non consistit, instit. de empt. & vendit. §. pretium. ff. eod. l. 2. §. sine pretio. Item reliquiæ sunt Spiritualia corporalia, Io Andr. & Abb. num 3. in c. consulere de simon. Sed spiritualia vendi non

pos-

possunt,& vendẽtes capitale crimen Simoniæ committant, d. c. qui studet, quia æstimationem non recipiunt, ergo scienter dantes reliquias,& accipientes pretium, cum simoniam realem perfectam commiserint, comprehẽduntur sub litera, nisi eos excusaret ignorantia credentes non esse Simoniam,circa quod in foro animæ statur eorum dicto,ca. fin.Verbo pro ignorantia de pœnit. dist.6.

Secunda, cum litera simpliciter dicat (Simoniæ realis contra ctæ scienter) fit,vt comprehendantur omnes cuiuscunque
20 † gradus, status, ordinis, conditionis,vel præeminẽtiæ fuerit, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Episcopali, Regali, Reginali, vel alia quauis Ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant. Ita habetur in extrau. 2.vbi supra Et in terminis Simoniæ in cõfidentiam,Pius IV.Nec non Pius V. Sanctissimi Pontifices.per bullas suas circa hoc promulgatas grauissimis pœnis pu-
21 niendas † curarunt, Ideoq; etiã Episcopi,Patriarchæ,vel Cardinales hoc crimen committentes ab ingressu Ecclesiæ arcentur, quam si ingrediũtur, irregulares efficiuntur iux. tex.in c.is cui de senten.excomm. in 6. Inferiores ex bulla Pij IV. & Pij V.excommunicationis Papalis sentẽtiam ipso facto incurrunt,& ibi sanctum est, qui sic delinquunt inhabiles ad omnia alia beneficia, & ex solis præsumptionibus, testibusque singularibus in criminis huius detestationẽ probatio ad dictam pœnam infligendam fieri potest, ita dixit Lopex cap.92. circa finem.

III. Circa Simoniam, quæ cõmittitur in spiritualibus per causam,vt sunt Sacramenta,per quæ cõsequimur gratiam, subijciuntur Casui reseruato, qui in
22 Sacramentorũ exhibitione † exigunt pecuniam,cuius nomine venit quodcunq; commodum temporale,vt dixit Zabar.in ca.non satis num. 1. de simon. vt si pro conferendo baptismo,vel confirmatione seu pro ipso Sacramento matrimonij,nihil.n.pro eo accipiẽdum est, licet pro onere matrimonij sustinendo detur dos viro à muliere, quod licitum est, Archid.in c.quicquid 1. q. 1. Et qui aliter faciũt,grauissimè sunt puniendi per locorum Ordinarios cum maxima seueritate, vt habetur per Constit. Pij V. incipiẽ. cum primum in fine. Immo iura in c. non satis,& ca.cum in Ecclesiæ dicunt committi Simoniam non solum exigendo,vel petendo pecuniam pro exhibitione Sacramentorum in stricta significatione, vt sunt septem, sed etiã aliorum Sacramentorum in lar-
23 ga significatione, † vt colligitur in d. c. cum in Ecclesiæ, de quib. per glosam in d.c.veniens de trã sact. quod declaratione indiget, ibi seu alijs Sacramentis.& propriæ non sunt nisi septem Sacramenta,vt dixi, vt si pro benedicendis nubentibus, vel sepeliendis

dis mortuis, vt ibi habetur.

IV. Incurrit etiam in casum reseruatum is, qui non vult baptizare infantẽ, nisi ei detur pe-
24 cunia,† Quod secus est in eo,qui dat pecuniã alteri, vt baptizet; modo alius non inueniatur, qui sciat baptizare, Et ītelligo aliũ, siue sit laicus,siue femina,siue paganus, siue hæreticus, vel excõmunicatus,de consecr. dist.4.ca. sanctum : dummodo Baptismus conferatur in forma Ecclesiæ, glosa in c.quos à paganis de consecr.dist.4. Nam tali non existẽte licitè possum dare pecuniam
25 † ductus necessitate, vt infans baptizatus acquirat vitam ęternam 46. dist. cap. sicut, licet simoniacè accipiatur,& exigatur. At si adultus est baptizandus, nõ debet aliquid dare,sed potius baptisma relinquere, qa ex quo credit, & non defecit per eum, quin baptizetur, habetur pro baptizato, argum. tex. in c. debitum, & quod ibi not. de baptis. sufficit ergo tunc Baptismus flaminis, igitur tunc tali casu Baptismus fluminis esset differendus, quod idem extenderem ad
26 alia sacramenta,†vt si nollet me absoluere à peccatis, vel nollet confirmare,vel pro benedictione nuptiali, quia res capere potest dilationẽ, & potest deponi querimonia contra huiusmodi sacerdotem coram superiore suo, Archid.in c. baptizandis 1. q. 1. Abb.& Mar.Soc. in c.cum in Ecclesiæ de simonia.

V. Immunis est à peccato simoniæ, qui pecuniam dat Epõ, vt simoniacè non conferat spiri-
27 tualia, (v.g.)† vt nõ exigat, vel petat aliquid ratione sacramentorum,ita Panorm.in fine in d.c. cum in Ecclesiæ in fine, & addit rationem, quia dicũt Doctores, qꝑ simonia est ex parte recipientis, non aũt ex parte dantis ita dixit Barth.Brix.q.73. Io.Andr. in d.c.cum in Ecclesiæ nu.3.Ego vero dubito de hoc,nam tũc pro priè est simonia, cũ quis recipit pecuniam pro aliquo sacro. At modo hic recipit illam,ne spiritualia conferat pro pecunia, ergo illicitè accipit, non tamen videtur dici simoniacus.

VI. Incurritur casus, si aliquid pro collatione ordinũ,quorumcunque ẽt clericalis tonsuræ
28 recipitur,& datur Epõ,†aut pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, vel pro sigillo, vel alia quacunque de causa, vt habetur in Concil. Trident. sess.21. cap. 1. de reformation. Modo datio præcedat collationem ordinum: non enim sufficeret, si sequeretur, vt dixit Nauar. in Manuali c. 25. nu.68. versic. secundo, qui dicit, quòd datio pecuniæ post ordinem susceptum nõ efficit simoniam,arg.glosæ in c.emẽdari 1. q. 1. idem sequitur Lopex ad Diaz c.92. versic. sexto.Effectus aũt huius simoniæ cõmissæ in or-
29 dine † susceptо est,qꝑ ordinati simoniacè sunt suspensi ab executione illius ordinis sic susceptі, & impediuntur ẽt ab executione omnium aliorum, notat Innoc.

in c.tuas,& in c.tanta de simon. Archid in c.ordinationes 1.q.1. Pius V.in Consti.quæ incipit Cũ primum.& infra.Immo simoniaci reales in ordine sunt irregula-
30 res,† quia sub pœna excõicationis latæ sniæ est prohibita ordinatio simoniaca, vt probatur p extrau. 2. de simon. Vnde suscipiens ordinem contra talẽ prohibitionem, est irregularis, ita text & ibi adnotauit Abbas in c. 1. num. 4. in glosa in verbo Dispenses de eo,qui furt.ord.susce. Vbi dicit,q̃ ista opinio glosæ est magis communis, & magis sibi placet.Rursus Summus Pontifex Sixtus V.Constitutionẽ promulgauit contra simoniacè ordinatos, & ordinandos,quæ remanet in suo robore,vt habetur per cõstitutionẽ bullę Clementis VIII. quę incipit.Romanum Pontificẽ moderatoriã illius bullæ, sed vt dixi quo ad simoniam remanet firma, vnde præter dictas pęnas declarat tales in promotos ab omni spe, & facultate ascendẽdi ad alios superiores ordines suspensos, & reseruat ẽt in foro cõscientiæ sibi, suisq; succesoribus dumtaxat facultatem absoluendi,& dispẽsandi, derogando quibuscunq, presbyterorũ, vel prę-latorum priuilegijs,ita vt nec vigore Iubilei, vel titulo, Cruciatæ, vel maris magni, aut vigore Conc. Trid. possint absolui taliter malè promoti.Ex quibus cõfirmatur nostra snia,q̃ cum Clemens VIII. reseruauerit sibi simoniam realem scienter cõtractam, non solum intelligatur de simonia in ordine, vel beneficio, quia iam in illa erat excõicatio Papalis, reseruata solũmodo Sũmo Pontifici, sed ẽt omnis alia.

VII. Qui dat pecuniam mediatori,vt sibi impetret dimissorias, seu Reuerendas ad ordines suscipiendos, quas per pecunias Mediator impetrauit,cõprehẽdi
32 tur † sub litera, quia cẽsenda est simonia in ordine,vt videtur concludere Nauar.tit.nostro cõs.38. Cum eandem sententiam excommunicationis incurrat simoniacus in ordine,quàm mediator,d. extrau.2. Nam mediator criminis dicitur ipsum delictum committere,Gemin. & Franch. in c. mediatores de testib.in 6.

VIII. Quicunque Abbates, Priores, Decani,Præpositi,& Magistri, Abbatissę,& Priorissę,alie què Prelatę quouis nomine nun-
33 cupatæ,† qui vel quę à maribus, vel mulieribus volẽtibus ingredi eorum, vel earum religionẽ, vel monasterium Prioratus, domos,siue loca in earũdem personarum receptione, aut ante, vel post illã quoscunq; pastus, prandia,seu cęnas, pecunias,seu iocalia, aut res alias etiam ad vsum Ecclesiasticum,seu quemuis aliũ pium vsum deputata, vel deputã da exigere præsumpserit,quãuis hoc asserat esse de consuetudine monasterij,iuxta c.veniens de simonia, nam isti vt simoniaci suspendũtur ab officio, d.c.veniẽs, & c.quoniã simoniaca labes de simon. siue illud exigant ipsi, vel co-

eorum familiares, facit tex. in c. sciant cuncti de elect. in 6. Imo si regulares personę sunt tàm dantes, quàm recipientes sunt excõmunicati, non absoluendi, præter quàm in articulo mortis, absque Sedis Apostolicę licentia speciali. Et si capitulum est, aut conuentus, eo ipso in excõicationẽ incidũt, vt habetur in extrau. 1. Ioan. de simon. facit Constit. Pij V. quæ incipit durum nimis, ibi aut dulciaria, sublata omni facultate alijs absoluendi. vt hic p clem. si fuerit simonia realis sciẽter contracta: Et ratio est, quia ingressus monasterij est quid spirituale, & pro ipso non debet exigi temporale.

Non tamen includuntur per-
34 sonæ illæ, quæ † ingredientes purè, spontè, & plena liberalitate, omniq; pactione cessante dare, vel offerre Ecclesijs, Monasterijs, Prioribus, domibus, & locis huiusmodi voluerint, & nec qui cum gratiarum actione licitè receperint, vt habetur in d. extr. 1. & c. dilectus filius in fi. de simon.

IX. Licet excusari possint p̃cipuè Moniales, quæ non exeunt claustra Monasterij, vt in c. 1. de statu regul. in 6. ab ignorantia
35 iuris † l. cum de indebito. ff. de probat. l. si emancipati. C. de iur. & facti ignor. bona glosa, quæ generaliter hoc prosequitur 1. q. 3. c. turbatur §. notandum, Abb. in d. c. quoniam nu. 4. Vbi etiam includit monachos, & regulares. Tamen nõ excusantur moniales, si sciunt aliquod exigere esse simoniacũ, & nec excusantur prætextu paupertatis, quia debent à receptione abstinere, & tot recipere, quæ possint viuere de redditibus monasterij, vt in c. vnico de statu regul. lib 6.

X. Et si sola conuentione, vt detur aliquod temporale, vt pecunia pro ingressu monasterij, & ita pro spirituali cõmittatur simonia, si postea spirituale recipi
36 tur † ẽt positò, q̃ illud tẽporale non tradatur, seu conuentio non seruetur, ẽt cõmittitur simonia, vt notat Abb. & Mar. Soc. in cap. veniens de simon. Non tñ talis simonia ĩcluditur sub litera, quę loquitur de simonia reali perfecta ex vtraq; parte, quia hæc, de qua supra ex vna parte completa dicitur imperfecta.

XI. Cum beneficium absolutionis sit Ecclesiasticũ ministe-
37 riũ, & spirituale, † nihil est exigendum pro eo præstãdo, de sim. c. ad nostram, c. nemo, & c. cũ in Ecclesiæ ideo qui preciũ pro absoluẽdo excommunicato exigit, simoniacus est, c. ad aures, vbi glosa 1. tit. nostro incidit in casum.

An verò si absolutio denegetur, nisi aliq̃d detur, possit licitè
38 dari, † Dic q̃ debet haberi recursus ad superiorẽ, c. nullus de iure patr. verũ si immineret aliq̃d periculũ ex dilatione absolutionis, vt puta, q̃a sperat eligi ad aliq̃d beneficiũ, vel finitur aduersus eũ p̃scriptio, nisi celeriter agat, vel est alia cã indigẽs celeritate, tũc dans non cõmittit simoniã, quia facit ad vexationem redimendã,

At si non imminet aliquod periculum, tunc dando malè agit, ita glosa in d. c. ad aures, quàm sequitur Ioan. Andr. & Panor. & Socci. Non tamen crederem istũ qui malè dedit, incidere in Casum, cum non dederit animo cõmittendi simoniam.

Sed quid si statuto cauetur, vt excõicatus soluat 10. solidos quo
39 libet mense † quousq; steterit excõicatus, an exigens illã pœnam, antequam absoluat, comprehendatur sub casu. Dic q̃ non: nã exigit pro contumacia, & non pro absolutione, & ita pót intelligi qđ dicitur de pœnis, & emẽdis in c. dilectus de offic. ordin. in c. ex parte de verb. signif. in c. 1. de iudic. Melius tamẽ faceret, si prius gratis absolueret; Demum cogeret satisfacere secundum cõsuetudinem, vel statutum, c. ad apostolicam de simo. Ioan. Andr. & Doct. in d. c. ad aures.

XII. Simoniacum est aliquid temporale exigere pro ordinatis ad spiritualia, vt pro benedicendis calicibus, aut vestimentis
40 sacris quę sunt deputata † ad vsũ Sacramẽtorũ, ita de his loquitur tex. in c. ad nostram de simo. Io. Andr. & Zabar. in c. cõsulere eo. tit. Goffr. in Summa eo. tit. vers. sed nunquid per tex. in d. c. ad nostram, vbi generaliter traditur regula, quòd pro ministerio Ecclesiastico exercendo non debet tradi, vel exigi pecunia. Vnde huiusmodi exigentes cõprehenduntur sub Casu, si sciunt hãc esse simoniam. De dantibus autem an comprehendantur, remitterem arbitrio boni viri, vt perpensis circunstantijs hoc iudicet. Quid enim si nullus erat, qui benediceret calices, aut vestes, nisi Episcopus, vel Abbas, cui hæc competunt ex priuilegio Pontificio, aut consuetudine, vt notant Doct. & Cardin. in clem. statuimus de statu monach. & ille indigeret illis vestibus, tunc si nollet Episcopus, vel Abbas benedicere abq; precio, videtur dans excusatus, nam fecit ad vexationem redimendam, d. c. dilectus, & cap. Matthæus tit. nostro. At si cessante causa daret pecuniam, sciẽs hoc esse simoniacum, aliter sẽtirem.

XIII. Simonia multum reperitur detestata in collatione be-
41 neficij, † quæ dicitur ad confidentiam; Nempè si quis beneficium, aut pensiones alieno nomine recipiat, quod genus criminis, cum ad simoniacam praitatem spectet, Pius Quartus, nec non Pius Quintus, per Bullas suas circa hoc promulgatas grauissimis pœnis puniendum curarunt.

Perpetratur vero hoc crimen multis modis, quos subijcere necessarium putamus; Qui etiam ponuntur per Lopex ad Diaz, c. 92. lib. 5. de irregul.

Primus, si quis resignet beneficium alicui, paciscendo, vt pẽsio sibi soluatur sine Apostolico consensu, qui solus imponere potest, vt nos diximus in 1. par. decis. lib. 2. c. 50. nu. 11.

Secun-

Secundus, si quis nolens promoueri ad sacros ordines, vt beneficium requirit, vel nolens restringi ad residentiam, vel ad habitum, & tonsuram, resignat in alicuius fauorem, reseruãdo fructus, vel pensionem sine Apostolico assensu.

Tertius, quando resignans cũ esset infirmus, conuenit cum resignatario, cui beneficia resignauerat, vt si ex illa infirmitate cõ ualesceret, ipse beneficia sibi restitueret, & si moreretur, essent sua, ita habetur per Rotam Roma. decis. decis. 337.

Quartus, Quando constaret ex literis missiuis resignanti directis, in quibus resignatarius fatetur sibi factam fuisse beneficij resignationem, ob id, quòd ipse tanquam fideiussor solueret debitũ eius creditori.

Quintus, si quis stntuẽs ad bellum proficiscì, vel vultisci de hostibus suis, & ne ex delicto perpetrando vacare contingat beneficiũ, alteri resignat, paciscendo de fructibus, vel sub pensione sibi, vel alteri reseruanda sine Papæ assensu.

Sextus, si criminosus aliquo modo irregularis beneficium resignet, vt obtempta postea dispẽsatione ab irregularitate idem beneficium recuperet.

Septimus, si quis beneficium quomodolibet resignauerit, vt si bi postea restituatur, vel cui ipse nominauerit.

Octauus, si quis ea lege vacãs beneficium impetrauerit, vt postea ad mandatũ alicuius dimissurus fit, vt alij conferatur.

Nonus. Si quis Potestatem habens conferendi, præsentãdi, aut instituendi in beneficio, contulerit, præsentauerit, instituerit, vt de fructibus aliquid sibi, vel alijs conferatur.

Decimus, si quis ex priuilegio non obligatus ad soluendam expeditionem bullarum Cameræ, vel Cancellariæ faciat expediri bullas sub nomine suo, vt eui tet dictas expensas pro alio, qui in veritate est futurus possessor dicti beneficij.

Vndecimus, si quis ad effectũ litis pendentiæ alicui potenti resignauerit, vt obtempta victoria alteri resignetur, & conferatur, aut sibi restituatur, Qui casus sunt notatu digni. In omnibus igitur his casibus commîttitur simonia confidẽtiæ beneficialis, quæ si est perfecta, & scienter cõtracta, facit incidere in præsentẽ casum. Insuper contrafacientes ligantur multis pœnis, quę colliguntur ex Constit. Pij V. quæ incipit. Intolerabili. Nam primo sunt ipso iure priuati beneficijs in foro conscientiæ ante sententiam declaratoriam, quia in illis non videtur iustè intitulatus, & ab initio nihil iuris in eis acquisierunt, vt nos diximus à simili in 1. par. decis. lib. 2. c. 11. nume. 46. Rursus etiam alijs beneficijs ritè, & licitè obtemptis sunt ipso iure priuati. Hæc tamen secũda pęna habet locum post sententiã saltem criminis declaratoriam,

Quare in foro conscientiæ simoniacus dimisso beneficio simoniacè habito,& absolutus ab excommunicatione potest frui primis beneficijs ritè susceptis ita Prosper de Augustino ĩ suis eruditis adnotationibus ad Quaranta in verbo simonia. ibi secundo amplia. Sunt etiam excommunicati ipso facto, & absolutio Papæ reseruatur,vt patet per dictã Constitutionem Pij V.quę extenditur etiam ad mediatorem, & ipso facto incurritur, nam excõmunicatio secum trahit executionem,c.pastoralis §. verum de appellat.

XIV. Non incurritur,quando simonia in confidentiam esset cõmissa ab alio ignorante eam,
44 † Veluti si consanguineus procurat, vt alicui ex suis consanguineis conferatur,seu renũcietur aliquod beneficium,promittens dispositionem beneficij,eiusque fructuum ad libitum ipsius cõferentis,seu resignantis insscio consanguineo, cui renunciatur, tunc iste inscius non peccat: Bene tamen verum est,q; vt statim
45 habet notitiã simoniæ,†tenetur resignare beneficiũ,& restituere fructus extantes, non autem bona fide consumptos,vt dixit Nauar.de simon.consil.60.& 61.Potest etiam in foro exteriori priuari beneficio, super quo cõmissa est confidentia, quamuis fuerit inscius illius facti, quia in odium criminis ad quoscunq; trãsit res,transit cũ onere suo,Abb. in c. ex insinuatione nu.6. de si-
46 mon. † Non tamen priuatur beneficijs alijs iustè obtemptis, & nec declaratur inhabilis ad alia, quæ per has Constitutiones inducuntur Pij IV.& V. Esset.n.contra omnem legem,vt quis de delicto ab alio commisso puniatur. Idem dicendum, si alius dat, & promittit Episcopo inscio, vel contradicente illo, qui ad ordines sacros est promouendus, nã
47 non peccat, † & accipit non solum caracterem,sed etiam ordinis executionẽ,ita Cardin.Alex. in c.statuimus,c.si qui 1.q.1.Nauar.in Man.c.25.num.68.versic. secundo.

XV. Neque includuntur sub litera committentes simoniam
48 † mentalem, offerentes munera ea intentione latenti,vt Episcopus promoueat ad sacros ordines,vt conferat beneficia, vel simoniam conuentionalem,quando interceßit pactum, tamen nõ fuit executa; quia litera loquitur de simonia reali pfecta, imo nec de iure incurrunt priuationem beneficij, aut excommunicationem ipso facto,vt dixit Lopex ad c.92. litera D.qui ex Nauar.c.23.num.103.hoc habet locum etiam in simonia reali imperfecta, vt si peruentum fuerit ad solam pretij dationem, Non tamẽ fuit deuentum ad collationem beneficij,vt etiam nos affirmauimus, supra c.96.num.23.

XVI. An comprehendantur sub litera etiam non simoniaci in ordine sacro,& in beneficio ad confidentiam, modo simonia sit rea-

realis perfecta scienter contracta, vt in pensione, quę non venit
49 nomine beneficij, † maximè in penalibus, c. quamuis de pœnis in 6. licet secundum, extrau. 2. de simon. nô inciderint in illam excommunicationem, quæ tantum excommunicat simoniacum in ordine, & beneficio.

XVII. Nec ille incurrit, qui
50 fecit tractatum † de renunciando beneficium sub confidentia, ipsa, resignatione non secuta, vel etiam, si fuisset secuta, sed nô eo modo, vt fuit tractatum.

XVIII. Incurrunt in Casum reseruatum quando fuit data pecunia, quando ex parte promit-
51 tentis † esset factum Albaranũ, confitendo se esse debitorem Episcopo in 100. & ille ex hac causa contulit ordines, aut beneficiũ, Nauar. in Manual. c. 23. nu. 106. Nisi facta tractatione Albarani esset postea recessum ab illo, Nauar. cons. 48. num. 3. de simon. in antiquis.

XIX. Incidunt etiam, quãdo ex parte dantis fieret remissio
52 debiti, † (v.g.) Debebat mihi Episcopus 100. ego remisi, vt habeã beneficium, glosa in cap. veniens de testi. cum ibi allegatis, & ideo concessio debiti donatio est, glosa in l. si inter & ibi Bal. C. de sol.

XX. Examinatores deputati pro eligendis ad gubernandas parochiales Ecclesias, accipientes aliquid ante, vel post, occasione illius examinis, incurrunt vi-
53 tium Simoniæ † tàm ipsi, quàm dantes, à qua absolui nequeunt, nisi dimissis beneficijs, quæ quomodocunque etiam obtinebant, & ad alia postea inhabiles reddũtur, vt habetur per Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. §. caueãt, & ratio est, quia per approbationem factam in cõcursu acquiritur approbato ius ad beneficium, Nauar. extra de simon. lib. 5. c. 58. versic. Ad quartum.

Qualiter autem possit cõmitti simonia ex parte concursus, & competitorum, vide Nauar. de simon. lib. 5. cons. 3. nu. 1. in antiquis. & Simon. Maiol. lib. 3. de irregular. c. 45. num. 3.

XXI. Circa confessionẽ satagat confessarius, vt pęnitens ad tanti criminis detestationem de-
54 ueniat † ex his, quæ supra diximus in verbo Grauitas, quod id maximè facere oportet contra eum, qui tale crimen pluries cõmiserit, & si fuerit commissa simonia realis in ordine, insinuet, ꝙ omnes illi, qui simoniacè Ordinati fuerint, à suorum sunt ordinum executione suspensi per extrau. 2. Pauli Veneti de simon. non solum eorum, quos simoniacè susceperint, sed etiam ab actibus omnium aliorum ordinum,
55 Innoc. in c. tãta de simon. † Non potest etiam repetere pecuniã, quam dedit, non quia alius bene acceperit, sed quia ipse turpiter dedit, 14. q. 5. c. non sane. Itẽ si cõstiterit de crimine per viam Inquisitionis, accusationis, aut denuntiationis, est pęna depositionis, & infamiæ, 15. q. 3. c. sanè. de accus. c. Inquisitionis. Rursus re-

cipiens beneficium per simoniam, est priuatus ipso iure beneficio, & fructus non facit suos,
56 † & si celebrat, est irregularis. Et hæc procedunt etiam ante sententiam declaratoriam, vt supra diximus. Et si beneficium fuerit receptum simoniacè præter excommunicationis sententiam Papalem ipso facto incursam, à qua solus Papa dispensat, vel ab eo specialem curam habens, efficitur inhabilis ad omnia alia beneficia. Et ad debitam pœnam infligendam solis præsumptionibus, testibusq. singularibus probatio fieri potest, vt patet per Constit. Pij V. quæ etiam habet locum in mediatoribus.

Hæc, & alia insinuanda sunt simoniacis, & ad aggrauandum delictum: vt simoniæ qualitas exigit, Non tamen deueniet pœnitentiarius ad absoluẽdum, nisi
57 prius resignetur † beneficium, restituantur fructus non solum percepti, sed & qui percipi potuissent à quolibet diligenti, sed & fructus industriales percepti propter sollicitudinem suam, deducta tamen huius sollicitudinis iusta mercede. Ita Couar. in regula peccatum par. 2. §. 2. nu. 4. Alias si absoluerent prius pœnitentiarij, peccarent mortaliter cum nexu obligationis ad id faciendum; cum fuerint in causa, ne alienum restituatur, Rosella in verbo restitutio 2. §. 15. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 22. Apponatur etiam clausula in absolutionibus, quod vterq; ad beneficium, in quo fuit commissa, simonia, perpetuò inhabilis existat, & hæc circa recipientem beneficium simoniacè. Verum quo ad conferentẽ sunt infinuandæ pœnæ, quæ apponuntur per Præpositum in c. statuimus 1. q. 1. per Sixtum Quintum, quæ vt (supra diximus) quo ad simoniã in ordine, & beneficio sunt in viridi obseruantia.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemia simplex, & hæreticalis quæ.*
2 *Blasphemia hæreticalis in quo consistat.*
3 *Blasphemia, quæ Neap. reseruatur, qualiter accipiatur.*
4 *Blasphemia cordis, & oris, quæ.*
5 *Blasphemiæ atroces quæ dicantur. num. seq.*
7 *Blasphemia contra Deum, vel matrem quàm grauis.*
8 *Maria Virgo dignior est cunctis Apostolis.*
9 *Blasphemia in Deum, vel Sanctos non differt specie.*
10 *Circumstantia aggrauans quando confitenda.*
11 *Consuetudo propriè ad ius, mos ad factum refertur.*
12 *Consuetudinem quot actus constituant.*
13 *Consuetudo multiplex dicitur.*
14 *Consuetudo quare dicatur peruersa.*
15 *Occultum differt ab omnino occulto, & pœnè occulto.*
16 *Hæreticæ opinioni sola mente assentiens*

tiens hæreticus est, sed non excommunicatus.

17 Occultum est, quod fit coram tribus, vel quinque personis.

18 Cognito vno de contrarijs cognoscitur, & aliud.

19 Blasphemia facti notoria quæ.

20 Personæ plures, vt faciant plublicam blasphemiam, quales.

21 Blasphemia grauissimum est peccatum, & quare.

22 Blasphemi omni iure grauissimis pœnis puniuntur.

23 Priuantur Ecclesiastica sepultura.

24 Inquisitores quando contra blasphemos procedant.

25 Blasphemi accerrimè debent reprehendi, sed quando.

26 Blasphemus, qui apud Theologos, & Canonistas.

27 Blasphemare an sit Dicens. Maledetto, &c.

28 Coactus negare veritatem non corde, sed ore, peccat mortaliter.

29 Blasphemus an sit dicens. Disgratio Dio.

30 Maledictio quid differat à blasphemia.

31 Maledicere proximo quando peccatum mortale.

32 Blasphemia est dicendo Deum ribaldum, vel a dispecto.

33 Maledicens creaturæ ratione carenti est blasphemus.

34 Iuramenta faciens scelerata, an blasphemus.

35 Iurare per membra Dei quando sit blasphemia hæreticalis.

36 Verba turpia in Deum dicens, an blasphemus.

37 Blasphemia mentalis non est Casus reseruatus.

38 Blasphemia facti an comphehendatur, & quæ nu. seq.

40 Canoni si quis suadente facto renuntiatur, sed non verbo.

41 Blasphemia est mixti fori.

42 Blasphemi facto qualiter puniantur.

43 Blasphemi an sint trahentes verba sacræ Scripturæ ad iocosa.

44 Blasphemiæ hæreticales, quæ n. 48.

45 An tales blasphemi incidant in bullam.

46 Blasphemia an sit dicens. Possa renegare, &c.

47 Diabolum sanctum dicens qualis blasphemia.

49 Blasphema verba explicans an semper inter blasphemos iudicetur.

50 Blasphemans ex ira quando sit blasphemus.

51 Confessio facta calore iracundiæ non præiudicat.

52 Blasphemus ebrius an, & quando peccet.

53 Ebrius quando culpa sua dicatur effectus.

54 Constitutio Regni blasphemantibus an militet in blasphemante semel sanctum.

55 Blasphemia in B. Virginem quàm grauiter à Deo puniatur.

56 Blasphemus scelestissimus est idolatra.

57 Consuetudo blasphemandi fit per plures reiterationes, quã per tres

58 Blasphememus semel an incidat in casum reseruatum.

59 Multitudo delinquentium dat causam dispensandi.

60 Blasphemans Deum pluries vno impetu

petu, & eodem pluries Beatam Virginem, an incidat in casum reseruatum.

61 Blasphemans in ludo cum üsdem personis ex interuallo, & interpellatis diuersis vicibus, an dicatur blasphemare ex peruersa consuetudine. nu. seq.

63 Collocutiones duæ cum monialibus an & quando faciant consuetudinem.

64 Casus blasphemiæ reseruatus vt sit in præsenti, quæ requirantur. num. seq.

66 Statutum requirens præsentiam, exigit etiam intelligentiam.

67 Blasphemans ex peruersa consuetudine an sit, qui interiecto temporis spatio iterum blasphemat.

68 Peccatum, quod pluries fit, aggrauatur.

69 Opera bona per peccatum mortificata per pœnitentiam reuiuiscunt.

70 Blasphemans pluries extra ciuitatem, sed intra, paucis vicibus, an sit peruersè blasphemans.

71 Peruersè blasphemans an sit pluries clam, & plublicè bis, aut ter.

72 Consuetus dicere, (Mal habbia Nico Dio) an dicatur blasphemus.

73 Blasphemans semel Deum, vel Beatam Virginem, an incidat in blasphemiam Dei simpliciter reseruatam.

74 Dictio de stat augumentatiuè,

75 Blasphemus publicus an sit blasphemans coram tribus, vel quatuor personis.

76 Blasphemans vnum sanctum, an comprehendatur sub casu reseruato reseruante blasphemiam Sanctorum.

77 Constitutio pœnalis quandoq. extendenda.

78 Episcopus incidens in Casum reseruatum de iure, an possit committere potestatem alteri eum absoluendi, limita. nu. 80.

79 Intellectus ad tex. in c. ne pro dilatatione de pœnit. & remiss.

81 Confessoris partes in audiendo pœnitentem blasphemum.

82 Peccatum ratione personæ aggrauatur.

83 Pœnitentia iniungenda contraria peccato.

84 Confessionis frequentia cum pœnitentia præseruatiua imponatur blasphemo.

85 Absolutionis forma à peccatis.

86 Impositio manuum super caput pœnitentis non imponenda.

CASVS RESERVATI per Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopũ Neapolitanum in Ciuitate, & Diœcesi Neapolitana.

De blasphemia prolata in Deum, & Sanctissimam Trinitatẽ. Cap. X.

Blasphemans Deum, vel B. Virginẽ ex peruersa cõsuetudine coram pluribus pſonis supra quatuor.

Ex-

Casus I.

I

EXPOSITIO.

Casus I.

BLASPHEMANTIVM) Blasphemia propria, & non hæreticalis est illa, quę vituperium, iniu-
1 riam † seu contemptum in Deũ, vel Sanctos sonat. Ita Corduba in suo quæstionario lib. 1. q. 17. §. 15. Notab. 3. vers. proferens. Vt si iuretur per Deum aliter, quam debetur; scilicet per Capillum 22. q. 1. c. si quis per capillum, in auth. vt non luxu. contra natu. circa mediũ, & potissimè si iuretur per ea membra, quæ inhonestum est ẽt in hominibus nominari, vt notat Archid. in d. c. si quis. At blasphemia hæreticalis importat quandam derogationem diuinæ bonitatis, Diuus Thomas 2.2. q. 13. art. 1. & consistit in dicẽdo de Deo aliquid, quod illi non conuenit, puta Deum esse iniustum, inscium, improuidum, crudelem, & similia, vel negando aliquid, quod Deo conuenit, puta Deum nõ curare de nostris, vel attribuendo quod Deo soli conuenit; creaturæ, puta quòd Diabolus est omnipotens, vel q̃ ipse creat mulieres. Dicitur etiã blasphemia, quoties Dei Euangelium infamatur, 33. q. 4. cap. cum caput, vel quando eius legi obsistitur, aut Euangelio nõ creditur, sic Iudæus dicitur blasphemus, cap. 1. cap. cum sit extra de Iudæ. Pariter blasphemus est omnis simoniacus, qui gratiam sancti Spiritus per pecuniam nititur comparare. 1. q. 1. c. Petrus, Si omnis magicam artem exercens: nam æqualiter peccat cum illis, qui blasphemantes dixerũt Christum in Belzebub eijcere Dæmonia, ead. quæst. cap. eos, qui, Tandem omnis Hæreticus dicitur blasphemus, ead. q. 1. c. si quis inquit. Hic autem accipitur primis quatuor modis, & qui Deo, aut Sãctis iniuriam
3 † irrogat, puta Maledictus sit, &c. Et ad hunc modum reducitur blasphemia irrogantium iniuriã Deo, aut Sanctis, dum indignati resonant membra eorũ pudenda, siue quæ habent, siue quæ non habent. Hæc autem blasphemia si in corde consistit,
4 dicitur † cordis blasphemia; at si exterius prodeat per locutionẽ, est oris blasphemia. Stat rursus blasphemiam in factis esse, seu demonstrari, sicut in verbis. Nam qui per contumeliam expuerit in Christi aut Sancti alicuius imaginem, aut illam cederet, aut conculcaret, hic planè blasphemus iniuriosus esset. Sicut qui iracundus pugnum cõtra Deum in cęlum minitans erigeret, aut lapides in eum furibundus iactaret, Corduba, qui supra §. 15. notab. 1. Hæ vero blasphemiæ, quæ in Deum fiunt.
5 appellari possunt atroces, † quod deseruit, vt cognoscamus, quando in Diœcesi Bononiensi, &

Mu-

Mutinensi incidatur in casum per illam verba.

(Blasphemia atrox in Deum, Sanctissimam Virginem, & Sanctos prolata) Etenim si atrox
6 iniuria illa dicitur, quæ fit in †ma gistratum, vel si iniuria senatori ab humili persona facta sit, §. atrox instit. de iniur. l. prætor edixit §. atrocem .ff.eod. quanto magis atrox, & iniuriosa erit, quæ fit blasphemando omnium Creatorem? Cum ergo litera simpliciter dicat. Blasphemantium Deum, &c. ergo simpliciter intelligenda est, vt comprehendat, atq; includat quoscunq; blasphemantes siue verbo, siue factis.

Mediolani, Ferrariæ, Cassini. Tarranti.

(Deum, vel Beatissimam Virginem) cum Casus reseruatio fieri debeat de atrocibus delictis, ideò à multis locorum Ordinarijs solũ reseruatur blasphemia Dei, & Sanctissimæ eius Matris Virginis Mariæ, quia talis
7 blasphemia est grauior, † quàm si fieret Sanctorum. Habet enim quosdam gradus, dum grauior est, quæ fit contra Deum, quàm contra Beatam Virginem, & hęc grauior, quam contra Sanctos, vt probat tex. ex ordine literæ in c. 2. extra de maledic. Hinc magis punitur in arbitrijs delinquens contra Virginem, quàm in aliquem Sanctũ, vt dixit Abb. in d. c. 2. & ratio est in promptu, quia in ordine Sanctorum primum locum obtinet, & tex. in c. noua extra de pœnit. & remission. dicit quod Beatissima
8 Virgo † dignior est, & excellentior vniuersis Apostolis, licet quidam ex deuotione Virginis credant magis peccare blasphemãtem Virginem, quàm Deum, & deierando per Virginem, quã per Deum. Sed fortiter errant, atque delirant, quod facit contra quasdam communitates, quę maiorem pœnam imponunt blasphemanti aliquem Sanctum Patronum, vel aduocatum, quàm Deum, Mar. Socc. in d. c. 2. nu. 1. nonnulli etiam addunt Apostolos. Vt conuersani, & in Monasterio Monialium Sancti Benedicti, Cister. in terra Castellana, Alij autem vt Surrenti, Andriæ, & Bononiæ Sanctos.

Hæc tamen blasphemia in
9 Deũ vel Sanctos non differt † specie, sed solum grauitate, & leuitate materiæ subiectæ, sicut nec iuramentum specie differt, eo, quod quis per Deum, aut Sãctos iuret. Ratio est, quia peccatum religioni opponitur, quæ vna est siue Deo, siue Sanctis propter ipsum Deum cultus iste tribuatur. Eadem enim specie peccatum est maledicere Deum, vel in seipso, vel in Sanctis suis: Etenim hoc ipso, quod ita detrahitur de honore ipsorũ, derogatur etiam aliquid glorię Dei, cuius munere, gratia consecuti sunt suam dignitatem, vnde fit, quod confessor non teneatur inquirere, an blasphemia in Deum; vel in Sanctos coniecta fuerit, quasi hæ duæ blasphemiæ specie inter se differant, sed solum id inquirere

Cõuersani, et in Monasterio S. Benedicti. Nolæ, Salerni,

Perusii

rere tenetur, vt iudicet, an sit casus reseruatus, vel qualem pœnitentiam habeat pœnitenti iniũgere, nam multo grauior danda est blasphemanti Deum, quàm Beatam Virginem, & illam, quàm Sanctos, & à simili dixit Nauar. c.6. nu.7. in fine, versic. videtur tamen, vbi circumstan-
10 tia † aggrauans est omnino cõfitenda, quando sic auget, & ratione ipsius fiat illud reseruatũ, sicut solent Episcopi aliquando reseruare furta quędam ascẽdentia ad quandam quãtitatem. Vel quando grauior pœnitentia esset iniungenda, vt in furtis. Nam aliam pœnitentiam dabit confessarius ei, qui mille furatus est, quàm ei, qui decem. Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 4. col. 9. in fine. Sic in præsenti casu cum grauius sit peccatum, & reseruatum Deum blasphemare, vel Beatam virginem, iuxta tex. in c. 2. de Maled. quàm Sanctos.

Cõuersani, et in Monasterio S. Benedicti. Nolæ, Salerni,

(Ex peruersa consuetudine) Sub huiusmodi verbis æquialẽtibus talis casus reseruatur in Diœcesi Conuersanensi, & in Monasterio S. Benedicti. Nam additur ex cõsuetudine, sed Nolæ, & Salerni reseruatur blasphemia Dei, & Beatæ Virginis ex praua consuetudine, quod idem significat, quàm peruersa, secundum Calepinum, in verbo peruersus, ideſt prauus. De hoc dicitur per Salomonem Prou. 16. Vnde prauos non est possibile concordare. Sed Perusij dicitur.

Perusii

(Qui nefaria consuetudine Deũ, B. Virginem, & Sanctos blasphemant) De hoc verbo loquitur tex. in l. sancimus C. de pœnis, l. 2. C. si nuptiæ ex rescrip. Et dicitur nefarium id, quod est impium, & execrabile, atque sacri legium, ad denotandum, quod sit execrabile crimen hæc blasphemia ex consuetudine. Sed pro explicatione horum verbo-
11 rum adnotandum est, † quod licet consuetudo propriè referatur ad ius, & mores ad factum, c. mos, dist. 1. vbi mores accipiuntur pro frequẽtibus actibus hominum, tamen hic accipitur pro facto, hoc est pro assuefactione hominum praua ad blasphemandum, sic consuetudo capitur in l. si seruus plurium §. fina. .ff. de legat. 1. Quot autem actus faciant hanc consuetudinem, glosa notabilis in d. c mos, dicit, quod in delictis duæ vices
12 † illã constituunt, facit glosa in c. tua nos, & in c. illo vos extra de pignor. sic dæmoniaci à Dæmonio vexati, qui energumeni, & arreptitij vocantur. Item lunatici morbo caduco effecti si frequenter cadunt, non possunt in ordinibus ministrare, c. communiter dist. 33. c. 1. 7. q. 2. & dicuntur frequenter cadere, si bis. glosa in c. monasteria de vita, & honestate clericorum, verbo frequentare. Pariter clericus exercitor vitij nefandi debet deponi, c. clerici de vita, & honest. cleric quod est intelligendum, quãdo id bis factum fuerit, per d. c.

mo-

monasteria, & ita videtur, quod binus sufficeret ad incurrẽdũ casum reseruatũ ex consuetudine, tamen Iason in l. ait prętor §. rurali. ff. de iureiur. dicit, quod nõ sufficit binus, aut ternus actus, qui alias consuetudinem introduceret, l. 3. ad finem. C. de Episcop. audi. sed pro consuetudine blasphemandi requirũtur multò plures reiterationes, secundũ Cynum, Baldum, & Salic. in l. 2. C. de reb. cred. Sed cum hic addatur ex peruersa, aliquid etiã addendum est. Vnde sciendum est, quod consuetudo alia est bo-
13 na, & alia mala, † & Ecclesijs grauosa, vt habetur in Summa 11. dist. in glosa in verbo quod vero, item alia est optima, alia beata, c. 1. & ibi glosa verbo cõsuetudine. Qualiter olim feud. poter. alien. in visibus feud. & alia dicitur peruersa. Non quidem, vt peruersum capiatur pro non recto, vt in c. Dominus declarauit 1. q. 1. sed propraua-eo, quod fit blasphemia aduertenter, & malitiosè, ad differentiam illius, qui consueuit blasphemare inaduertenter, & per subrectionem, iuxta notata per Sanctum Thomam 2.2.q.13.art. 2. ad tertium. Nauar. in Manu. c. 12. nu. 84. Et dicitur peruersa
14 † ab habitu malo, & facultate sæpius in praxim deducta, non-bis, aut ter, vt in numero trinario arbitramur induci consuetudinem, non autem in binario, nã quod sit semel, aut bis, dicitur raro fieri, Barth. in l. iura. nu. 1. ff. de legib. sed ad constituendã peruersam consuetudinem requiruntur plures reiterationes, ita Afflictus in Constit. blasphemãtibus num. 10. Tales enim sunt, qui vt plurimum quidquid habent in ore cum blasphemia dicunt, non quidem eodem tempore, sed diuersis.

(Coram pluribus personis supra quatuor) Hanc particulam non inueni appositam ab vllo lo corum Ordinario, nam aut simpliciter sibi blasphemiam reseruant, aut addunt publicam, vt Salerni, Surrenti, Trani, Andriæ. Regij in Lombardia, & Mutinæ, & Castellaneti, additur vulgo blasphemauerit. Solum Neap. habetur coram pluribus, &c. Vnde pro ipsorum verborum adno-
15 tatione sciẽdum est, † quod habemus omnino occultum, occultum, pœnè occultum. Occultum omnino est illud, quod nullo modo cognoscitur ab extra-nec verbo, nec nutu, nec quouis aliquo signo, sed omnino est improbabile de sui natura, & de-hoc dicitur, quod Deus scrutator cordium est, & quod Ecclesia non iudicat de occultis, c. erubescant d. 32. c. à nobis 2. extra de sent. excommunic. Qua pro-
16 pter qui sola mẽte hæreticæ † opinioni assentit, si nunquam vllo pacto secretum sui cordis reseruauerit, qnauis verè Hæreticus sit mentalis, non tamen in aliquam censuram incidit, Caiet. 2.2.q.11.art.3. ad D. Thomam. At occultum est, quod est probabile

babile de sui natura, sed est improbabile, quia coram nemine factum est, vel coram vno, quia dictum vnius, dictum nullius, facit tex. in c. veniens, cap. nuper de testibus, cum in ore duorum, vel trium stet omne verbum.

17 Est etiam occultũ, quod fit† coram tribus, c. si quis extra de purg. canon. vbi Abbas iuxta illud Matt. c. 18. Si peccauerit in te frater tuus; & c. si te non audierit, mone illum coram duobus, vel tribus testibus, & si tenõ audierit, argue publicè. Quibus verbis arguitur, quod pristina monitio coram tribus non erat publica. Præterea pœnè occultum dicitur, quod fit coram quinque, c. quis aliquando §. hęc ergo secreta de pœnit. dist. 1. glosa in c. manifesta 2. q. 1. iuxta illud Euangelistę in suscitatione puellæ suscitatæ secreto, & tamẽ aderant Pater, & Mater, Petrus, Iacobus, & Ioannes, exclusa turba. His igitur cognitis facilè est etiam scire, quando dicatur blasphemia publica. cum

18 contrariorũ † fit eadẽ disciplina quo ad cognitionẽ, quia cognito vno de cõtrarijs cognoscitur, & aliud, vt est tex. in l. 1. vbi Barth. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Iaſ. in rubr. de acquir. possess. nu. 10. & ita cognito occulto cognoscitur contrariũ. ſ. publicum, vt sic nosci possit, quando fiet reseruata blasphemia publica.

19 Erit ergo, qñ sex personæ † audierint aliquem blasphemantẽ, arg. glo. in d. c. manifesta. Et ita Illustris & Reuerẽdiss. Archiepiscopus Cõsentinus, animaduertit blasphemiam haberi publicã, si fit coram sex personis, in libro à se edito, qui intitulatur *Auertimenti per l'officio del Rettorè*; in 4. par. tit. 6. versic. circa primum. Vel quando coram populo in platea blasphemaret, nam publicum dicitur quasi populicum; ita tradit glosa in §. consequens est instit. de suspe. tuto. vbi exponit publicam accusationem, idest populicã. Nã deriuatur hoc verbũ à publico, & publicũ venit à populo, nã publicum dicitur, quod generaliter omnes sciunt, notatur in l. fin. C. de Sacrosan. Eccles. Quare dici solet, vulgo dicitur. Quod est notandum ad finem, vt dignoscatur qualiter erit reseruata blasphephia, quæ vulgo fit. Item dicitur publica, quando est notoria de iure, vt quia conuictus est de blasphemia, ad quod sufficiunt duæ, vel tres personæ, vel condemnatus in iudicio per sententiam, quod pertinet ad forum exterius, vel ex facto, quod pertinet ad iudiciũ animæ, idest forum conscientiæ. Quæ quidem blasphemia facti, vt sit notoria, tres conditiones necessarię sunt,

19 † Primò notitia multorum hominum illam audientium. Secundò loci qualitas. Tertio temporis, vnde quo ad primum notitia multorum hominum ea accipienda est iuxta numerum loci in quo fit blasphemia. Etenim & si decem homines in Ciuitate

pauci

pauci sint, in villa tamen erunt multi, vnde qui in publica platea in mercato in nundinis corã nouem, aut decem audientibus blasphemaret, dicetur publicè blasphemasse. Dixi nouem, aut decem: quia talis locus non requirit minorem numerum ad faciendum notorium facti. si verò blasphemat in foro villæ, sufficit quòd sint septem. Si in vicinio, aut taberna, vel simili, quòd sint quinque, vel quatuor, & sic de similibus erit iudicandum, quia respectu horum locorũ isti erunt multi.

Dixi audientium, quia si essent centum homines ibi, & nemo illorum audiuit, vel quia lõgè distabant, vt audire non poterant, non per hoc dicetur notoria.

Secundò quo ad qualitatem loci non omnis locus facit blasphemiam publicam, etiam si fiat coram tot viris; Quid enim si quis blasphemaret coram filijs, & famulis, quamuis essent plures, quàm decem, vel nauta in naui coram Socijs, aut Mulio per viam incedendo, profectò non erit publica, nisi indifferenter vbicunque inueniretur, prorumperet in blasphemiam corã multis.

Pariter quo ad tempus oportet, vt fiat in die concurrentibus prædictis circunstantijs, si enim fieret de nocte, nõ diceretur blasphemia notoria, quæ omnia prudens confessarius perpendere debet, vt iudicet an Casus sit reseruatus, quando quis publicè blasphemauerit, & casum reseruatũ incurrerit, vt colligitur ex Doctoribus in cap. vestra de cohab. cler. & muli. Sũma confess. parte 1. nu. 86. in fi. Ioan. Chapeanil. de Casibus reseru. c. 19. q. 1. Dicetur etiam blasphemia publica, quando fuit prolata in camera multis audientibus, & ad Episcopum referentibus l. 3. in princ. C. de fide cathol. de excess. prælat. cap. quàm graue, & c. inter dilectos §. 1. Dummodo si blasphemus negauerit, conuincatur, vel confiteatur, c. si constiterit de appellat.

Ex quibus omnibus habetur, quòd hic reseruatur blasphemia pẽnè occulta Dei, & Beatissimę Virginis ex peruersa consuetudine coram quinque personis, cum quinque faciant pẽnè occultum. Et hæ personę debent esse tales, † per quas blasphemia probari possit, vt sint mentis cõpotes, & non furiosi, ebrij, aut amentes, facit tex. in l. diem proferre §. si quis litigatorem, ves. coram. ff. de recep. arbitr. c. fin. Qui matrim. accus. poss. habentes iudicium rationis, & non minores septemnio c. 1. de delict. puer.

Grauitas.

EST autem graue hoc crimen, Primò, quia non solum est peccatum mortale ex suo genere, cũ contrarietur charitati diuinae, qua-

quatenus derogat diuinæ Bonitati, quæ est obiectum charita-
21 tis, sed est grauissimum, † quia opponitur confessioni fidei, & ideò habet in se grauitatem infidelitatis, quæ cum sit maximum peccatum ex suo genere, consequens est, quòd etiam blasphemia dicatur maximum ad idem genus pertinẽs, Diuus Thomas 1. 2. q. 13. art. 2. & 3. & 4. sent. dist. 19. art. 3. quæstiunc. 2. Quare glosa Isaiæ c. 18. super illud ad Populum terribilem dicit. Omne peccatum blasphemiæ comparatum ęquius est. Et Hieronymus super Isaiam dicit, quòd blasphemiæ peccatum, quæ ponit in cęlo os suũ, omni peccato horribilius est. Et glosa Augustini ad Ephesios 4. dicit, quòd peius est blasphemare, quàm peierare, quia peierando falsæ rei adhibetur testis Deus, blasphemando de ipso falsò dicuntur. Et ideò Hieronymus ad Pammachium, & Oceanum de libris origenis dicit, ꝙ blasphemia veniam non meretur.

Secundò est grauius crimen homicidio quò ad obiectum, cũ blasphemia directè sit contra Deum, homicidium contra proximum. Illa est contra primum præceptum primæ tabulæ, sed homicidium contra secundum præceptum secundæ tabulæ, sed maius est venire contra præcepta primæ tabulæ, ergo.

Tertiò, quia hoc peccatum usque adeò atrox, atque immane est, vt interdum sacrę literæ si de blasphemia sermo incidat, benedictionis nomine vtantur ꝙ Atiphrasim significantes maledictionem, vt Cathechismus Romanus tract. de secundo præcepto Decal. num. 29. adnotauit. Vnde Iob. 1. Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis, & 3. Reg. 21. Impia Iezabel de Nabeoth. loquens calumniando dixit. Benedixit Deo, & Regi.

Quartò, quanta sit huius criminis grauitas, ostẽditur ex eo, quia blasphemi omni iure pu-
22 niuntur grauissimis pænis, † Iure diuino. Pœna mortis: legitur enim Leuit. 24. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes, qui audiuerint manus suas super Caput eius, & populus vniuersus lapident eum. Et ad filios Israel loquens ait, Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi, siue ciuis sit, siue peregrinus fuerit. & 4. Reg. 19. ob blasphemiam sennecharib Regis assiriorum Angelus Domini 185 milia hominum de exercitu eius percussit. Et ob blasphemiam Antiochus insanabili, & horribili plaga percussus fuit 2. Machab. 15.

Iure Canonico statuta est pęna in cap. 2. extra de Maledicis, vt septem diebus dominicis stet præ foribus Ecclesiæ, dum agũ-

tur Missarum solemnia, & vltimo die sine pallio, & calceamentis ligatus corrigia in collo, & in vij. sextis ferijs præfatarum dominicarum ieiunet in pane, & aqua, atque intret Ecclesiam, & in qualibet præfatarum dierum tres si posset, vel saltem vnum pauperem reficiat. Quod si nec vnum possit, in aliquid aliud iubetur commutare, quam pœnitentiam si nolit facere, interdicitur ei ingressus Ecclesiæ, & in morte ecclesiastica priuatur sepultura, quæ quidem pœna non habet locum in clerico, qui de iure non agit publicam pœnitentiam, distinct. 60. cap. ex frequentibus, Syluestr. in verbo blasphemia 9. vij. ne per publicam illam pœnitentiam vilescat dignitas ordinis Sacerdotalis, Iulius Clarus in Praxi Crimi. §. blasphemia num. 3. Ignatius Lopex in addit ad Diaz cap. 100. verbo clericos.

Item Concilius Lateranensi sub Leone Decimo, Constitutio emanauit cõtra blasphemos his pœnis, vt prima vice clericus perdat omnium beneficiorum fructus vnius anni. Altera vice vno, aut altero beneficio priuetur. Sed tertia, omnibus beneficijs, dignitatibus, & officijs, & fit inhabilis ad alia consequenda, & retinenda. Ioan. Tabiens. in verbo dispensatio quæst. 15. Simon Maiolus de irregul. lib. 5. capit. 32. num. 2. Et intelligitur pro prima vice, scilicet punitionis, & non pro prima vice blasphemiæ, nam etiam si clericus pluries blasphemasset, & postea accusatus, & conuictus fuisset condemnatus, debet perdere fructus beneficiorum vnius anni, vt habetur per Additionem ad Quaranta in verbo blasphemia.

Iure ciuili blasphemus est vltimo supplicio puniẽdus, in auth. vt non luxur. contra natur. §. præterea, cuus quidem Constitutionis pœna tũc locum habet, cum quis ex consuetudine, & incorrigibilate Deum blasphemauerit, vt notarunt Doctores in l. 2. C. de rebus credit. Anania in d. cap. 2. de maledict. quamuis tamen adhuc ea pœna in desuetudinem abierit, sicut asseuerat Lucas de Penna in l. omnes iudices, C. de delatoribus lib. 10.

Iure autem Regio, & municipali in varijs Regnis, ac Prouintijs variæ sunt contra blasphemantes pœnæ constitutæ, vt verberationis, abscissionis labij superioris, & si perseuerat, inferioris, ita vt dentes appareant, & deinde linguæ. Item per Constitutionem Neapolitanam blasphemantes Deum, & Virginem glorioſam linguæ mutilatione puniuntur, qua deliquerunt, vt per hoc, quòd peccat quis, per hoc torqueatur.

Priuatur etiam ob hoc immane crimen Ecclesiastica † sepultura, d. cap. 2. quòd procedit etiam

etiam, si in extremis pœnitet, nam cum in vita potuit pœnitere, & non pœnituit, licet in morte pœniteat, & consequenter non sit ei absolutio denegan da, nec etiam corpus Christi, tamen deneganda est Ecclesiastica sepultura, ita Zabar. in d. c. 2. num. 1. quem sequitur Mari. Socc. nu 4.

Rursus, si blasphemans Principē est infamis, tex est in l. quisquis C. ad l. Iuli. Maiest. ergo multò magis Deum. Vnde sequitur, quòd sit repellendus à testimonio in illis casibus, qui exigunt testes omni exceptione maiores, Couar. qui supra nu. 12. Et tandem si in blasphemo præsumi posset error intellectus, vel adsit suspitio hæresis, possunt
24 aduersus huiusmodi † procedere Inquisitores hæresis, sicut de sortilegijs cauetur in c. accusatus §. sanè de hæret. lib. 6. Alfonsus de Castro lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 12. Quare omnes audientes blasphemiam,
25 tenentur † acerrimè, corrigerè etiam, si correctionem non sperent, vbi correctio potest absq; vitæ periculo fieri, Concil. Lateran. sess. 9. Ad abolendam. Et si testibus blasphemus potest conuinci, est publicè accusandus, ne maleficia remaneāt impunita, quod pertinet ad publicam vtilitatem, cap. vt famę de sentent. excommun. quia iniuriam irrogatam Deo, & Saluatori nostro nullus debet dissimu lare, vt dixit Anchar. in c. in nonnullis in fine de Iudæis. Sed modo deueniamus ad decisiones

Declaratio casus per Decisiones.

I. CVm in Casibus reseruatis, qui sunt stricti iuris, attendenda sit proprietas verborum, & blasphemus secundum Theologos dicitur ille, qui Deo attri
26 buit falsum, † siue quod illi non conuenit, vel negat de illo verū, quod ei conuenit, secundum D. Thomam 2.2.q.13. quòd si est secundum solam opinionem intellectus, dicitur blasphemia cordis, & si exterius prodijt in locutionem, dicitur blasphemia oris. Et secundū Iuristas blasphemus dicitur ille, qui facit aliquā maledictionem Deo, vel Sanctis, vt patet extra de maled. in rubrica, & in capitulis, quia rubrica est de maled. & tamen capitula locūtur de blasphemis, vt patet in d.c.2. vbi Maledicus appellatur blasphemus, fit, vt vterq; tàm Theologicè, quàm secundum Iuristas blasphemans Deum vel B. Virginem ex peruersa consuetudine coram pluribus personis supra quatuor, incidat in Casum reseruatum.

II. Dicens Maledicto sia (quod absit) Dio, dicitur blasphemare, cum blasphemia sit omne male-
27 dictum de Deo, † & Sanctis eius cum affectus detestatione, ita in specie dixit Barth. in verbo blasphemia dicitur col. 4. Additio

additio ad Barto.in l.item apud §. ait prætor verbo aliqua .ff.de iniur. Non tamen videtur hæc blasphemia hæreticalis, quia nõ opponitur articulis fidei, vel Sacramentis Ecclesiæ; Sed quid si maledixerit Deum ore, sed non corde, peccat mortaliter,etiam si coactus hoc facit,c.existimat, cum c.seq. verbo negare 11.q.3. vbi dicit,quòd si aliquis coactus
28 negat Christum ore,† sed corde non negat,peccat mortaliter,qa nulla cõditione debet ad hoc adduci, 12.q.2. c.1. Nam & si non vult negare Christum,vult tamẽ istud,propter quod negat, scilicet vitam,15.q.1.c.meritò.Hinc Beatis. quidem Marcellus cum idolis timore victus satisfecisset,illum peccasse quidem mortaliter, sed non peccato hęresis fortissimis rationibus cõprobat Turr.in c.potest de pœnit.dist.1.
29 III. Est etiã blasphemus,† sed non hæreticalis, si quis diceret. *Io disgratio Idio di questo,che mi fa:* quia non sunt verba hæc derogatoria articulis fidei, sed simplex euomitio ingratitudinis, cum deberet exhibere gratiarũ actionem, iuxta illud Apocal. c.7. Benedictio, & claritas, &c. Ita in terminis habetur apud opus iudic. verbo blasphemia in princ.qui hos vocat merè blasphemos, & de his loquitur Canon extra de maled.c.2.qui quidem titulus distinguitur contra illum de hęret. & nec de similibus debet inquisitor se intromittere, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos,credimus tamen huiusmodi tales, cum sint merè blasphemi Dei,incidere in Casũ, si aliæ adsint circũstantię.

IV. Inter maledicere, & blasphemare, vt verba referuntur ad Deum, & ad Sanctos, omne
30 maledictum† de eis est blasphemia, d.c.2. sed vt referuntur ad homines,est differentia,quia maledicere est dicere aliquod malũ de aliquo de p̃terito,vel de præsenti,at blasphemare est optare malum de aliquo in futurum,ita Barto.in l.item apud Labeonem §. ait prætor .ff. de iniur. quem notabis perpetuò secundum Mar.Socc.in d.c.2. nu.30.31.

Maledicere verò proximo de-
31 siderando † illi malum notabile ex corde,semp̃ est peccatũ mortale, tanquam agens contra charitatem proximi; At si imprecatur aliquod leue malũ,vel etiã notabile, sed ex impetu passionis,quod tamen verè illud malum nollet euenire, erit veniale, Franciscus Toletus Cardinalis lib.4.sum.lib.13.ante finem,qua ratione excusantur parẽtes, qui ex aliquo subito motu filijs malum aliquod imprecantur.

V. Cum proferre verbũ iniuriosum in Deũ,vel Sãctos sit blasphemia,secundum Hosti.in d.c. 2.num.1.fit, vt qui dixerit vitu-
32 perãdo cum,sicut ribaldum, vel à dispetto, cum sit dicere, quòd Deus eum prohibere non potest, Sylvest. in Verbo blasphemia q.2. Additio ad Barto.qui supra, sit blasphemus,per tex. in auth.

vt

vt non luxur. contra natur. & d.c.2. vbi Mar. Soc. nu. 32. extẽdit, quando diceret. Del aſino, & c. per tex. in l. 1. C. ſi quis imperat. maledixerit. vbi talibus blaſphemantibus ſeueriſſima pę nitentia erit iniungenda ab his, qui abſoluere poſsũt: Neq; enim diſſimulare debent opprobria eius, qui probra noſtra deleuit, c. in nonnullis extra de Iudæis. Punitur enim, qui blaſphemat hominẽ, quanto magis qui omnium creatorem?

VI. Qui maledicit alicui cre-
33 aturæ ratione carenti, † in quãtum eſt creatura Dei, blaſphemat: Nam eſt, ac ſi maledisſet Deo, ſi tamen ſimpliciter maledicit, non intendendo aliquid amplius, (v. g.) quatenus ei offenſionem afferret, & non quatenus creatura Dei eſt, puta ſi deambulando pedem in lapidem impingens maledicit ſimpliciter lapidi offendenti, aut ſentiens ventum frigidum moleſtum, malediceret vento, aut patiens aliquas tentationes, malediceret Diabolo homines ſollicitanti, & ſimilia, erit verbum otioſum, & vanum, & conſequenter veniale tantum, Caiet. 2.2. q. 31. art. 3. Nauar. in Manu. c. 12. nu. 68. Sotus de iuſt. & iu. lib. 5. q. 12. ar. 2. 3 concluſio, non tamen iſti incidunt in Caſum.

VII. Qui facit iuramenta
34 ſcelerata, † dicitur blaſphemare, Gulielmus Benedict. 3. par. de homic. q. vnica nu. 49. Alex. in l. item apud labeonem §. ait. prætor. ff. de iniur. Hoſti. in d. c. 2. nu. 1. (Exempli gratia) iurando per membra Dei, quæ in alijs hominibus putantur inhoneſta, Archid. in c. ſi quis per Capillum 22. q. 1. nu. 3. etiam ſi iocandi cauſa id faceret: nam licet talia membra Ieſus Chriſtus, & Sancti habuerint, tamen derogat ex hoc, quòd vt vituperabilia dicit in actu exercito. Vnde conſequens eſt, vt falſum dicat, quoniam nihil habent Sancti vituperabile, & quãuis blaſphemus huiuſmodi nihil dicat in actu ſignato ſanctos habere aliquod vituperabile, ſatis tamen hoc dicit in actu exercito ex modo dicendi, & ignominiosè pronuntiando, Caiet. 2.2. q. 13. art. 1. Nò tamen credimus hos incurrere in caſum, nam tales propriè loquendo non blaſphemant, Etenim poſtquã Verbum Caro factum eſt, Deus habet Corpus, & Sanguinem, & alias humani corporis partes, quamuis propter inſignem irreuentiam ſemper peccant mortaliter, imò etiam, ſi iuraſſet per membra honeſta Dei, intelligẽ-
35 do nomine Dei diuinam † naturam, eſſet blaſphemia hæreticalis, tribuens Deo, quod ei non conuenit, & ſi diuinam naturam huiuſmodi mẽbra habere crederet, eſſet hæreticus, ſicut quidam falſo dixerunt, 22. q. 3. verſ. Antropomorphitæ, quãuis vti iſtis modis loquẽdi, puta per Corpus Domini, per ſanguinem eius, ſiue iurando, ſiue cum alio

contendendo, non est blasphemia, quoniam postquam Verbum caro factum est, Deus habet & Corpus, & Sanguinem, in quãtum homo. Archid. in d.c. si quis per Capillum nu. 1. vnde dicit Caiet peccatum esse grauè, sed non mortale, Nauar. in Manuali c. 12. nu. 85.

VIII. Incidit in Casum reseruatum, tàm is, qui Deum male-
36 dicit, † quàm qui contra eum verba turpia profert, vnde Angelus, vt refert Bertachinus in verbo blasphemia dixit, quod statutum de maledicẽte Deum, habet locum tàm in eo, qui maledicit, quàm in proferente verba ignominiosa. Et non obstat dictum Baldi consil 466. vol. 3. qui voluit, & consuluit, quod cõmuni vsu loquendi ista sunt potius verba ignominiosa, quàm blasphemia, & maledictio, per l. quoties §. si quis nomen .ff. de hæred. instit. nam contrarium affirmat Bertachinus, cũ sit malus vsus, & propterea non obseruãdus, vt in auth. vt nulli iudic. c. nulli col 9. ità etiam affirmat Mar. Socc. in d.c 2. nu. 32. & 33.

IX. Non censetur blasphemia inter Casus reseruatos, licet apud Deum, qui inspector est cor-
37 dium, mortale peccatum, † qui in corde proferret blasphemiã quantumcunque hæreticalem, cum reseruatio iuxta notata in regula 3. nu. 6. censeatur de peccatis, & actibus exterioribus.

X. Comprehenderem tamen sub casu, saluo semper meliori iudicio, eos, qui nutu, & facto aliquid moliuntur, contra Deũ,
38 vt † quidam peruersi faciunt, spuẽtes in cęlum contra Deum, vel inijcientes lapidem, vel digito mordentes contra Deum minantes, vocem aliquam proferentes, nihil concludentes, nã isti sine dubio cõcurrentibus cõditionibus, quæ in casu, videntur includi, cum corde blasphement, & ad extra aliquid ostendunt propter quod ad extra productum comprehenduntur sub vinculo excommunicationis, nã nihil refert verbo, aut nutu aliquid proferatur, l. nutu. ff. de legat. 3. Zabar. in clem. si summus de sent. excom.

XI. Et si nulli dubiũ sit, quod videntur plusquam blasphemi ij, qui proijciunt lutum, vel lapides, aut sputum in Imaginem Crucifixi, vel Beatissimæ Virgi-
39 nis, vel illam † confringunt, verberant, huc, illuc. trahũt ignominiosè proterunt, confringũt, & lacerant, de quibus vide glosam in c. 2. de offic. ordin. lib. 6. Hinc seueriſſimè sunt puniendi, quia & si non blasphemant verbo, blasphemãt tñ facto, vt dixit Affict. in Cõstit. Regni Blasphemantes num 11. & plus est facto, quàm verbo offendere, facit tex. in c. perpendimus, c. cum non ab homine, c. in audientia de sent. excom. vbi priuilegio Canonis
40 non renuntiatur † verbo, c. si diligẽti de foro compet. & tamen renuntiatur facto per dicta iura, Hinc simplicis blasphemiæ crimen

mẽ est mixti fori, vt tradit Bart. Soc. lib. 4. c. 119. Couar. in c quã-
41 uis pari §. 7. num. 12. † de pact. in 6. Ignatius Lopex ad Diaz in sua praxi c. 110. & propterea huiusmodi reos tàm iudices sæculares, quàm Ecclesiastici inquirere, & animaduertere possunt, & datur locus præuentioni, nam vt dicitur in l. Manicheos. C. de hęret. Quod in religionem diuinã committitur, in omnium fertur iniuriam: At quãdo est blasphemia hęreticalis dicit Simãca de cathol. instit. tit. 33. num. 17. tales possunt à iudice Ecclesiastico puniri tanquam de hæresi suspecti, & in foro exteriori blasphemia simplici Doct. in l. ex Senatusconsulto. ff. ad l. com. de sicar. & Alex. in l sacrilegi. ff. ad l. iudi.
42 pecul. dicunt, ꝙ erit † pœna mortis & mouentur multum ex tex. in d. capit. secundo §. cęterum. Idem dixit Hipp. de Marsil. ĩ sua praxi crimin. §. & quia, Quandoque etiam puniti reperiuntur pœna manus, prout Angelus dixit ita se vidisse de foro Perusij, vt refert Io. de Anan. in ca. 2. nu. 15. de maled. & aliquando alia, secundum qualitatem iniurię, vt dixit Azorius lib. 9. cap. 7. q. 4. Adde etiã Angel. in 9. col. in sua quæst. quæ incipit in refulgẽti de litiarum palatio. Adde etiam in l nemini licere. C. nemi lice. vbi habetur, ꝙ signum sanctæ Crucis non debet sculpi, aut pingi in loco, vbi possit pedibus conculcari, & contrafaciens grauiter punitur, quia pœna mortis, Quare per illum tex. clamat Salic. contra religiosos, qui permittunt super lapidibus sepulcrorum sculpi signum crucis; Igitur quamuis tales spuentes vel confringentes Imaginem Crucifixi, vel Sanctorum, non videantur comprehendi sub casu isto, in quo dicitur Blasphemantium &c. & blasphemia consistit in dicendo, tamen cum litera simpliciter loquatur, & Blasphemia tàm cõsistit in verbo, quàm in facto, & plus sit facto, quàm verbo offendere, credimus sine dubio tales sacrilegos, & nefarios comprehendi; Cum sic interrogati locorum Ordinarij respondisse, vel respõdere debuissent.

Verum ad tollendum omne dubium Illustrissimus Archiepiscopus consentinus Ioannes Baptista Constantius post blasphemiam publicam, sic ait. siue iniuria illata in Deum, vel Beatissimam Virginem, vbi declarando sic dixit. Si iniuria facto illata sit, vtcunq; etiam non publicè censeatur reseruata.

XII. Non comprehenduntur
43 trahentes verba sacræ † scripturæ ad iocosa, scurrilia, & praua, non erubescentes ex diuinis verbis imprudenter Paschinos componere, licet sint grauissimis pœnis coercendi, cum Spiritus Sancti verba Sacrosancta in ludibriũ conuertant, quare huiusmodi criminis patratores ab Episcopis puniendos esse seueriss imis pœnis præcipit Conc. Trid. sess. 4. in fine. vt refert Ignat. Lopex ad

Diaz.c.111.& addit,ꝙ quãdo huiusmodi verba hæresim sapiunt, iure optimo Inquisitores ad eorum punitionem accedunt.

XIII. Comprehenduntur sub litera, qui prorumpunt in verba blasphemiæ hæreticalia,quæ autem talia sint.Ioannes Roias tractatu de hæret. par.2. assertione 12. ait Hæreticales blasphemias esse,quæ habent significationem infidelitatis, & fidei abnegationem,& directè opponuntur fidei
44 confessioni, † quare receptum est has blasphemias esse hæreticales. Abnego Deum, aut Beatã Virginem. Non credo in Deum. Dicendo de Deo.Renego fidem, vel crucem Domini nostri Iesu Christi aut Baptismũ.vel Chrisma,aut puritatẽ Viginis Mariæ. vel quę directè proferuntur contra articulos fidei,vtpotè Deum non posse factibilia facere, Dei omnipotentiam infringentes,qđ est cõtra articulum fidei primũ, qũi est credere in Deum omnipotentem, vel ore impuro Beatam Virginem meretricem, quod est contra articulum. Natũ ex Maria Virgine. Ita Eime. in 3. par. direct.q.41. comen.66.opus iudic. in verbo Blasphemia. Pariter qui diceret Deum proditorẽ, partialem,cum in Ps.dicatnr Iustitiæ Domioi plena est terra. Deum nõ curare de hominibus, Deum nescire hæc terrena, cum eius prouidentia omnia gubernentur,Deum non posse hoc,vel illud facere, Ad despectum Dei. vel Deus non vult mihi benefacere,vel Deus non vult mihi succurrere,succuratdiabolus.Demõ põt plusquam Deus. Dñs iniustè me flagellat, & alia id genus peiora,quæ nefas est cogitare,nedum recitare: Omnia ista dicũtur blasphemiæ hæreticales, vt habetur per Lopex ad Diaz in sua praxi canoc.cap.3.verbo Et quia sępissimè, quamuis ij, qui blasphemant, nõ sentiant verum esse quod dicunt,quia tamen dicendo,& blasphemando induunt personam sentientium ita rem habere. vt dicunt, Vnde meritò Inquisitores contra ipsos procedunt. Non tamen huiusmodi ta-
45 les hæretici sunt, † quare in excommunicationem Bullę non incidunt,cum hæresis sit in credendo, & blasphemia in dicendo, & sępius (vt vidimus) aliquis dicit contra Deum aliquid, & credit cõtrarium eius,quod dicit. Sunt tamen grauiter puniendi isti,qui pronuntiãt has blasphemias hęricales,maximè illas.Abnego,&c. nam solum secundum Gul. Bened.3.par.q. de homic. num.41. Pęnam mortis debent euadere, cęterum sunt grauiter puniendi.

XIV. Immunem tamen cen-
46 serẽ à Casu,si quis diceret † hoc modo. *Possa renegare lo Signor Iddio*, si talia non sunt modo iuramentum contineat veritatem; nam talem non iudico blasphemiam, vt sit mortalis, licet sit modus iurandi irreuerenter.

XV. Dicentes Diabolum san-
47 ctum,quandoq; † sunt inter hęreticos computandi,si sic credũt

eum

Rossa-
ni.

48

49

eum esse sanctum, cum esse sanctum sit solius Dei, & illius, quē ipse vult, & decreuit, & fecit sanctum, & nō Diaboli, qui ne dum non est sanctus, sed inimicus, & aduersarius sanctitatis, & caput damnationis, & damnatio ipsa. Ita Ioan Tabiens. in verbo Excōmunicatio 5. casu 4. §. 12. in fine in antiquis. Et talis blasphemia in specie reseruatur Rossani cōtra eos, qui ex consuetudine appellant dęmonem sanctum. Aliquando vero hi sunt blasphemi hæreticales, quia attribuere id, quod est Dei, creaturis, est blasphemia hæreticalis, & ita incidunt in casum, At si quis inaduertēter hoc proferret quasi ex quodam vsu, ac si non esset alicuius ponderis, non credo hoc dictum esse adnumerandum inter blasphemias hæreticales: Imo neq; inter peccata mortalia, dummodo si animaduerteret id, qđ pronuntiat, esse blasphemiam, non pronunciaret, Nauar. cap. 12. num. 84.

Rossani.

XVI. Non solum inter blasphemos hæreticales connumerandi sunt dicentes Deum adeò
48 misericordem † esse, vt peccata non requirat, vel adeò iustum, vt pœnitentes non recipiat, sed ēt, si pertinaciter hoc credunt, sunt hæretici, vt dixit Gabriel Paris. lib. 1. de fide c. 3. col. 4.

XVII. Proferentes verba blasphemiæ, si ignorant vim verborum, (vt solent quidam Idiotæ)
49 quando dicunt. *Potta*, † non sunt inter blasphemos hæreticales, Imo nec inter simplices computandi: vel ignorantes linguarū diuersitatem proferunt ex ludo, vel ira verba Gallica, aut Hispana, seu Germanica, vel alia, quorum norunt sensum, quæ de se important blasphemiam hæreticalem in suo sensu. Et idē dico intelligendum, quādo non ex recto sensu verborum, sed per extensionem Doctorum, & eorum interpretationem verba prolata sonarent blasphemiam hæreticalem sine intentione proferentis, qui nullatenus proferret, si sciret iuxta notata per Archiep. Flor. 3. p. tit. 17. c. 16. §. 2. Secus autem, qñ ex vulgari sensu cognitum esset vnicuique, qđ talia verba saltem afferrent blasphemiam, quia tūc non excusatur ignorans sensum hereticum, vel blasphemiam, nā sibi debet imputare talia reuoluens verba damnata, iuxta notata per glosam c. à nobis de sent. excom. & in clem. j. de consang. & affinitat. Et hoc, quando esset contra ius decalogi, vel legem Euangelicam, aut Apostolicam.

XVIII. Qui blasphemando, vel vituperando blasphemaret Deum, quamuis iratus, si aduer-
50 teret † quod dicit esse blasphemiam, & considerat significata verborum, dicetur blasphemus, ita D. Thomas 2. 2. q. 158. art. 7. Cum raro, quis deueniat ad blasphemiam, nisi per iracundiam, & puniendus veniret pœna blasphemiæ, per d. c. si quis per capillum Hostien. in summa de maled. §. 1. & in §. final. qui in verbo

Hoc

Hoc autem secundum Goffredũ dicit, q̃ putat q̃ contra irascentes Deo, vel ipsum iracũdiæ causa blasphemantes pœna ca 2. de maledict. specialiter sit inducta, quia de facili non irati non blasphemant, Marian. Soc in d.c.2. num. 5. Verum si tanta esset, vt dementiam induceret, quod potest contingere, cum aliquis subitò ex aliqua passione in verba imaginaria prorumperet, quorũ significationem non cõsideraret, cum non sit peccatum mortale, non habet locum blasphemia, D. Thomas 2.2.q.13.art.2. ad 3. & non incidit in Casum reseruatũ, quibus conueniunt, quæ habẽtur 22.q.2.c. homines, auctoritate D. Augustini, q̃ ream linguã non facit, nisi rea mens, & in c.1.15. q.6. vbi non quod fit, sed quo animo fiat, debet inspici; siccõfessio facta calore iracundiæ nõ præiu-
51 dicat, † glosa sing. in c. ex literis extra de diuor. sic neque votum, gl. in c. Dudũ de conuer. coniug. Nec iuramentum, c. sicut el 1. de iureiur. nec contractus, l.3.ff. de diuor. sic neq; blasphemia etiam ex praua consuetudine procedẽs mortalis culpa erit, si perturbatio tanta fuerit, vt non aduerteret ad verba, quæ proferebat, Caiet. in Verbo Blasphemia in fine.

XIX. Si quis calore iracũdiæ ex ebrietate linguã in blasphemiam contra Deum, vel Beatam
52 Virginem † publicè relaxauerit, quamuis talis ebrietas procedat ex culpa sua, quia ante ebrietatem aduertit se in ebrietate solitum blasphemare, tunc licet peccet, quia videtur volũtariè blasphemare, cum volũtariè se inebrierauerit cum periculo prævisso blasphemandi, & sic intelligũtur iura in c. inebriarunt, & sanè 15. q.1. vbi habetur ebrium delinquentem in ebrietate nõ esse omninò liberum à culpa, & pœna, quod idem habetur in l respiciendum §. delinquendum. ff. de pœnis. Vbi Barth. Tamen vt benignius agitur cum ipso blasphemante, quàm continet text. in d. c.2. de maled. vt 2.q.3. si quis iratus, & §. notandum, & C. de reb. cred. l.2. Archid. in c. quid ergo 23.q.2. Ita nec incidit in Casum reseruatum. Quod omninò certum esset, quando culpa sua efficeretur ebrius, verum non aduertit prædictum periculũ blasphemandi, quia si aduerteret, non se ebriasset, quia eo casu, vt euitaret irregularitatem, si hominẽ interficeret, vt dixit Gregorius Sayrus de censur. lib.6.c.17. nu. 35. versic. secundum. sic immunis esset à casu reseiuato. Dicitur autẽ culpa sua quis effectus ebrius,
53 † quãdo aduertit potum immoderatum esse, & se inebriantem, & tamen vult magis ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere, quia tunc quis peccat mortaliter, periculo peccandi se committens ex eo, quia sciens, & volẽs priuat se vsu rationis, quo secũdum virtutem operatur. Et peccata declinat, ita Archid. in c. sexto die dist. 35. nu. 9. qui constituit tres casus, quando ebrie-

tas

tas sit peccatum, & in vno dicit ebrietatem posse esse sine peccato, in altero veniale, & in tertio mortale.

XX. Non immeritò apponi solet de iure Pôtificio grauis pœnitentia blasphemanti Beatissimam Virginẽ, & ab Ordinarijs fit casus reseruatus, quia ipsa dignior est vniuersis sanctis, vnde dixit Afflictus in Constitut. Blasphemantibus num. 20. q̃ qui se-
54 mel blasphemauerit † sanctum, non punitur pœna illius Constitutionis, excipitur tamen ab ea cõclusione, si semel blasphemasset Deum, aut Beatissimam Virginem, facit tex. in c noua de pœnitent. & remiss. Hinc dixit Eimericus in 3. parte directorij q. 21 de blasphemijs comment. 66. q̃ illæ inter maximas blasphemias cumputandæ sunt, quæ contra Sanctissimam Mariam Virginem matrem Dei prolatæ sunt. Has diuina etiam vltio grauiter
55 coercet, † vt præter alia illud memorabile docet exemplum, quod refert Nicephorus lib. 5. c. 39. historiæ Ecclesiasticæ, vnde etiam dixit Hostiensis in c. 2. de celebr. miss. q̃ quidam habebat tantam deuotionem ad Beatissimam Dei Genitricem, q̃ dum iungeretur pœnitentia à suo cõfessore de suis peccatis, sic dixit, Domine leuiorem pœnitentiam debetis mihi dare pro eo, quod istud mihi accidit propter errorem. Intendebã. n. iurare de Deo, & iurauí de Domina, quasi linguæ lubricum allegaret. ff. ad l. Iul. Maiest. l. famosi. Cum tamẽ grauius sit æternam, quàm aliã quamcunque lædere Maiestatẽ. extra de hæret. c. vergentis §. 1. Pia tñ, & simplex deuotio fuit, Nec est verisimile, q̃ hoc indignanter tulerit filius, qui ait. Honora patrem tuum, & matrẽ tuam. Exodo 20. Quinimò & in matrem magis consueuerunt filij offendi, quàm in seipsis, sic ẽt habetur per bullã Pij V. quæ incipit cum primum, quòd clerici blasphemantes nomen Dei, vel Beatæ Virginis, si habent beneficia pro prima vice amittunt fructus vnius anni. pro secunda priuantur beneficijs, pro tertia omnibus dignitatibus priuati deponuntur, & in exilium mittuntur. Quòd si beneficia nõ habent, pro prima vice pœna pecuniaria, vel corporali puniuntur, pro secunda carceribus mancipantur pro tertia verbaliter degradantur, & ad triremes mittuntur. At si reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate p̃sonæ arbitrio iudicis puniuntur. Et intelligitur pro prima vice non blasphemię, sed punitionis, vt Abbas notabiliter dixit in c. cum non ab homine nu. 28. de iudic. Lopex ad Diax c. 30.

XXI. Multò magis ij compre-
56 henduntur sub litera, † qui committunt idolatriam, quæ inter sceleſtissimas blasphemias connumeratur, vt qui p̃ falsos Deos iurant, nam tunc insignæ blasphemiæ genus impingunt, tum quia honorem vni Deo debitum alijs falsis

falsis Dijs,qui non sunt eo digni, impartiuntur. Tum etiam, quia blasphemia cum opponatur confessioni fidei,est species infidelitatis, atq; adeo contra primum mandatum de vno colendo Deo cõmittitur, ob idq; est maximũ peccatum, Hoc vero pluribus alijs rationibus confirmat Sotus lib.8.de iust.& iur.q.2.ar.3.col. 2.Idolatrę.n.dicuntur,quare magnam contra Deum blasphemiã committũt, dum honorem diuinum creaturæ impendunt, quia quantum in eis est, faciunt alios Deos in mundo, minuentes principatum diuinum, D. Thomas 2.2.quæst.94. artic.3.versic. Respondeo.

XXII. Non comprehenditur sub casu reseruato,qui semel,aut bis blasphemauerit Deum, aut Beatissimam Virginem. Nam dicit litera. (Ex peruersa consuetudine) Imò licet ternus actus inducat consuetudinem l.3.in fi. C. de Episc. aud. notatur in l.de quibus.ff.de legi facit glosa in c. tua nos verbo vsum 25.q.2.tamẽ ad inducendam peruersam con-
57 suetudinem blasphemandi † requiruntur plures reiterationes, Baldus in l.1.C.de reb. cred.Iason in l. ait prætor §. iuraui.nu. 14.ff.de iureiur.Menoch.lib.2.de arbitr.iud.4.centu.casu 375.Talis erat puer ille, qui quintũ habens annũ de quo B. Gregorius Dialog.4. c.17. percussus à Deo in sinu Patris mortuus fuit, quia consueuerat Deũ blasphemare, Affl.in d.c.Blasphemãtib. nu.10.

Imò si simpliciter esset reseruata blasphemia,nõ videtur quis
58 incidere pro prima vice, † facit dictum Iasonis in d.§.iuraui nu. 3. vbi habetur, q̃ pæna blasphemantis, quæ est pæna capitalis, & sic mortis naturalis. quamuis hodie sit mitigata per dictam regni Constitutionem blasphemantibus,in amputatione linguæ, vt in eo membro quis puniatur, in quo deliquit,facit glosa in l.si fugitiui.C.de seruis fugit.in auth. omnes peregrini.C.cõm.de succes. & hoc propter multitudinẽ hominum blasphemantium, mul
59 titudo.n.delinquẽtium dat † causam dispensandi,vt notatur in c. latorem de cler.excom. ministr. & ita minorandi pænam,non habet locum in eo,qui hoc non habet ex consuetudine blasphemãdi,sed bene puniendus est extraordinariè arbitrio iudicis, Affl. in d.constit.num.16. Ego autem contrarium crederẽ, vt qui simpliciter reseruauerit Casum blasphemiæ in Deum, & Beatissimã Virginem, vt Mediolani,& Ferrariæ, si semel scienter, & cum deliberatione blasphemauerit, non sit immunis à pæna reseruationis,cum contrauenerit. Med. Ferr.

XXIII. In casu reseruato includitur, qui ex peruersa consuetudine corã personis supra quatuor blasphemauerit,vt nõ possit absolui nisi ab Episcopo,vel alio de mãdato suo, facit à simili, q̃d dixit Io. Andr. in c.2.de maled. num.3. Pone,quòd quis blasphemauerit Deum vno impetu, &

eo-

eodem impetu Beatissimam Virginem, an incidat in casum tanquam ex peruersa consuetudine blasphemauerit, Dico, ꝙ nõ: quia vnica tantũ videtur blasphemia, nam blasphemia pluries repetita eodem impetu pro vnica censetur, argum. tex. in l. vnum. ff. de testam. Et hoc est de mente Bar. in l. Item apud Labeonem. ff. de iniur. vnus. n. est effectus criminis ex dictis verbis scilicet iniuriandi Deo, vel ipsum blasphemandi: Vnde vnum debet dici delictum, & si pluries repetatur, pro hoc in l. illud in fi. ff. ad l. Aquil. c. cũ haberet de eo, qui dux, in matrim. glo. sing. in l. nunquã. ff. de act. & oblig. vbi plura facta pro vno imputantur, ratione continuationis. ff. de furt. l. cum, qui. Vnde Barto. Cœpola in cons. 77. dicit, ꝙ hoc indubitanter est verum, si eodem contextu fuissent prolata, prout in præsenti casu præsupponitur. facit etiam text. in cap. cum pro causa de senten. excommunic.

Sed dubium est de eo, qui in ludo eodem cũ ijsdem personis ex interuallo, & interpellatis diuersis verbis pluries blasphemaue-
61 rit †Deum, vel Beatissimam Virginem. an incidat in casum reseruatum, vt blasphemans ex peruersa consuetudine, Bartolomęus Cępola, qui sup. dixit, ꝙ in foro exteriori est puniendus pro vnica blasphemia, si esset statutum, ꝙ pro qualibet vice, ꝙ quis blasphemauerit, soluat centum, & ratio est, quia non sunt diuersæ blasphemiæ, si fuerint prolatæ ex interuallo, & interpellatis diuersis vicibus in eodẽ ludo, quia solius temporis interuallum non induit diuersitatem, vel pluralitatẽ delicti, sed diuersi impetus, Quare si eodem impetu diuersis temporibus tantum continuatis cum temporis interuallo fuerint prolatę plures, & plures blasphemiæ, vna tantum cẽsetur, ad hoc facit tex. not. in l. quod lex. §. fin. ff. de adult. Vbi in continenti dicitur pater filiam deprehensam in adulterio interficere, etiam si occiso adultero fugiente filia, & interpositis horis eam apprehensam occiderit, quare cum eadem ratio militet in foro cõscientiæ, idem videtur dicendum, ꝙ talis blasphemans non incidat.

XXVI. Sed vertitur aliud dubiũ. Quid si aliquis coram quinque personis in ludo Deum, vel Beatam Virginem blasphemauerit, deinde continuat blasphemiã in eodem die cum alio per 7. vices, semper tamen in diuersis ludis, An incidat in casum reseruatum, vt peruersè blasphemans ex consuetudine. Ex dictis Bald. in c. cum Ecclesia nu. 16. de causa poss. & propr. & Bart. in l. de quibus num. 12. ff. de legib. videtur, quòd non: Nam Bal. ibi dicit, quòd tria adulteria commissa cum muliere, antequàm diuertat ad extraneos actus, habẽtur pro vno maleficio cõtinuato, seu aggregato, & allegat l. vulgaris. ff. de furt. in prin. Vnde tales tres vices non inducunt consuetudinem,

nem, cum habeãtur pro vna, imò Barth in d.l. de quibus. ff. de legi. dixit, q̃ tres, vel quatuor actus facti eodem die, habentur pro vno, quo ad inducendam consuetudinem, quia ea, quæ fiunt de proximo, licet plura sint, tamen præsumuntur esse idem, vt notatur in l. nonnunquam. ff. de iudic. & ita ex his videtur concludendũ, q̃ si is, qui cum vno lusit, finito cũ eo ludo, non deueniendo ad extraneos actus, ludit cum alio, & sic de alijs, blasphemãdo pluries, non videtur ex consuetudine blasphemasse, sed ratione continuationis temporis videtur vna blasphemia, arg. tex. in d.l. quod ait lex. §. fin. Vbi interficiens diuersas p̃sonas interpositis horis, dicitur incontinenti occidisse, ad euitãdam p̃nam de homicidio. Verum ego libenter discedo à præfata sententia, prædicti enim Doctores locuntur vel in diuerso casu, vt Baldus, Hoc est de tribus adulterijs commissis cum eadem muliere, & nos de blasphemia commissa in eodem die non cum vna persona, sed cum multis, per plures vices. Ibi loquitur in foro exteriori, An mereatur pati vnam p̃nam, qui tria commisit adulteria in eadem die cũ vna muliere, & dicit, q̃ vna, quia si cum pluribus mulieribus, tunc plures meretur p̃nas, non tamen quo ad peccata, quia quot adulteria commisit, tot tenetur confiteri peccata, si ergo septem adulteria cõmisisset, esset introducta consuetudo, sic glosa in c. monasteria de vita, & honest. clericor. quæ dicit duas collocutiones † cum monialibus absq; licentia facere frequentiam, intelligitur, si vno die, vel duobus immediatis fierẽt, quod secus esset meo iudicio in mensis distantia, & minus si in anno, nam tunc diceretur raro fieri, cum raro dicatur quod fit semel, aut bis, Bart. in l iura. ff de legi. ergo sic blasphemiæ eodem die cum diuersis personis factæ in ludo inducunt frequentiam, & consuetudinem. Sic ex Barth. manifestè patet q̃ loquitur quo ad forum exteriorem, ergo secus videtur dicendũ in foro conscientiæ circa ea, quæ afficiunt animam. 63

XXV. Blasphemantes Deum, vel Beatam Virginem ex peruersa consuetudine coram personis pluribus supra quatuor, vt casus iste sit reseruatus, tria requirun- 64 tur. † Primum, vt blasphemia sit contra Deum, vel Beatam Virginem. Secundum, vt ex peruersa consuetudine. Tertium, vt corã pluribus p̃sonis supra quatuor, vnde vno ex his deficiẽte nõ dicitur casus reseruatus, Quare fit, vt si aliqs blasphemauerit Deũ, & c. coram pluribus personis supra quatuor, sed non ex peruersa consuetudine, vel si Deum, vel Beatam Virginem, sed nõ coram quinque, vel si ex peruersa cõsuetudine coram quinque, sed aliquem sanctum, non sit de reseruatis Archiepiscopo.

XXVI. Nec si sunt hæ tres cõditiones, sed personæ non essent ratio-

rationis compotes, vt quia sunt minores septemnio, iuxta tex. in c. 1. de delict. puer. vel amentes, furiosi, aut ebrij, aut essent surdi, ita q̃ penitus nõ intelligerẽt, vel essent dormientes, quia cum cesset causa reseruationis, nempè circunstantium scãdalum, vel occasio mali, cessare debet ipsa reseruatio, vulgatis iuribus, Aut si essent astantes, sed non aduertentes verba blasphemiæ, vel si blasphemarent coram multitudine hominum, qui occupati suis negotijs non aduerterent ad rixas factas cum blasphemia in ludo. facit glosa in c. in primis verbo præsente, & intelligente 2. q. 1. Quare dixit ibi Gemin. q̃ si statutum requirit præsentiam,
66 † oportet probare, q̃ præsens intellexerit, facit glosa in c. testes 3. q. 9. vbi non sufficit præsentia, nisi sit intelligentia. Adde Felin. in prohem. decretal. nu. 22. vsque in fine. Quare cum in casu reseruato dicatur corã pluribus personis supra quatuor, fit, q̃ hęc dictio coram exigat personalem præsentiam l. coram. ff. de verb. signific. Item scientiam, & intelligẽtiam; nam illud coram alio fieri dicitur, quod fit eo sciente, & intelligente, d. l. coram. l. diem §. coram, & ibi Barth. & Doct. ff. de recept. arbitr.

Hinc fit, vt si verba blasphemiæ prolata essent coram multitudine hominum non stante in loco, vbi blasphemabatur, sed p̃ transeunte, non incidat blasphemans, argum. text. in auth. rogati. C de testib. vbi habetur, q̃ testis debet esse stans, & non pertransiens, verum credimus in casu nostro talem incurrere, si modo pertrãsiens intellexerit, quia in blasphemando non trahitur longa mora, sed paucis expeditur, vnde transeuntes possunt testificari.

XXVII. Quidam sic blasphemat, q̃ incidit in casum reseruatum, sed accepta pœnitẽtia in foro pœnitentiali decreuit apud se nõ amplius blasphemare, verum post aliquod temporis spatium iterum reincidit bis, aut ter co-
67 ram sex personis † An iste dicatur peruersè blasphemare. Nobis videtur dicendum, quòd sic: facit dictum Ioan Chrisostomi, quòd consuetudo facilè inducitur, sed difficulter repellitur. & quòd res de facili reddit ad pristinam naturam. Rursus illud dicitur nunquàm fuisse, quod nunquam durauit, c. nam & ego iuncta glos. de verb signific. sed qui post blasphemiam pœnitentia peracta denuo recidiuat, non videtur perstitisse in pœnitentia, ergo perseuerat in habitu peruerso blasphemiæ, vt consuetudo reuiuiscat, arg. tex. in c. eos, qui de sentẽ. excommun. in 6. vbi qui post absolutionem si proposuisset satisfacere parti læsæ, vel de præsentãdo se superiori, si post perseuerat in duritia cordis sui. reincidit in excommunicationem, facit tex. in c. diuortium de pœnit. dist. 1. vbi probatur quid nõ esse factum, si non durat, & perseue-

rat,

rat, & ita pœnitentia peracta si non perseuerat, non videtur facta, Ad idem facit doctrina glossæ,& Abbatis in c.1.de cler.percussore, quòd peccatum pluries factum, licet sit punitũ pluries, aggrauat idem vltimò commissum, † Et ad hoc inducit Bart. quæstionem de committente furtum diuersis temporibus,& Prouincijs, quòd & si per vnum furtum,vbi comprehenditur,non sit dignus furcha,respectu alibi cõmissum cõdemnabitur. Ad quod idem Abb.ĩ c.1.de pœnis,& Imola in clem.pastoralis col.11.de re iudic. Anchar. in regula peccati venia.de regul.iur.& in repet.c. canonũ de Constit. vbi habetur, quòd sicut bona opera,†quę per peccatũ mortificãtur,per pœnitẽtiam reuiuiscunt,c.intermittentes de pœnit.dist.4. D. Thomas ĩ opusc. lib.4.dist.14.q. vnica art. 3.sic mala deleta per pœnitentiã per mala sequentia reuiuiscunt ad supplicium,ratione ingratitudinis.facit etiam argumentum, quòd nemo in delictis consumatis desinit esse nocens per pœnitentiam,l.qui ea mẽte.ff.de furt. l.quid sit fugitiuus.ff de ædil.edicto.l.pen.ff.vi bon.rap.& ita blasphemiæ prius remissæ aggrauãt subsequentes,vt quæ vltimæ non erunt sufficientes ad constituendum peruersè blasphemantem, additis primis dimissis sufficiãt. Quare debent confessarij hos pœnitentes accedentes ad cõfessionẽ interrogare si per prius soliti erant blasphemare,Hoc autem, quod per prius erant soliti blasphemare, intelligerem cum aliquo temperamento, Quid enim si prius soliti erant fere singulis dieb. blasphemare,vel semper in ludo,& post confessionem abstinuerunt per plures menses ludendo, & non blasphemando, deinde blasphemant,tũc non annumerarẽ priores blasphemias cum vltima; At secus, si post confessionem ad illas reuerterentur post octo, vel decem dies,igitur hoc videtur arbitrarium.

XXVIII. Subditus Ordinarij extra Ciuitatem pluries blasphemauit, ita quòd sit in quasi possessione peruersæ consuetudinis, †Deinde in Ciuitate reuersus in illam reincidit paucis vicibus, An possit dici ex peruersa consuetudine blasphemus,& videtur quòd nõ,per l.si cui §.fi.ff. de accus. cum notatis per Bartolum & Dynum,vbi pro pluribus maleficijs alibi perpetratis non potest quis puniri in territorio, si contingeret vnum tantum in eo perpetrare. Tamen contrarium credimus,cum quis teneatur cõfiteri omnia peccata, quæ in quacunque orbis terrarum parte cõmisit,vt dixit Syluester.in verbo confessor 1.§.13.vnde contrariũ procedit in foro fori, & in non subdito,quia ratione originis potest puniri pro delicto alibi commisso l.j.C.vbi de crim.agi oportet,& in non subdito delicta alibi commissa aggrauant delictũ cõmissum in Ciuitate, ita vt cõcomitatiuè illæ blasphemiæ aggra-

grauant blasphemias hic cõmissas, faciunt dicta Sylu. in verbo furtum §.4. num. 9. facit etiam dictum Anchar. in clem.1. not. 17.de pœnis, vbi ob proteruitatem delinquentis grauior ei pœna est imponenda,& proteruitas consideratur ex assiduitate delinquẽdi,Felinus in c.sicut de testi. & ita ex his videtur concludendum, ꝙ quamuis vi huius Constitutionis nõ incidat in casum,qui bis in Ciuitate blasphemauerit, respectu tamẽ aliarum, quas extra illã cõmisit,bene dicitur blasphemasse ex puersa cõsuetudine

XXIX. Videtur esse Casus reseruatus,tanquam peruersè blasphemans, qui pluries clam, aut occultè, vel coram paucis blasphemauit,sed bis,aut ter publi-
71 cè, † quia satis est, ꝙ vices istæ vnitæ cum primis sint sufficientes ad inducendã peruersam consuetudinem :. Non.n.requiritur, ꝙ omnes blasphemiæ sint publicæ ex peruersa consuetudine,sed satis est,quòd possit dici peruersè blasphemans.

XXX. Consuetus quis dicere Mal habbia Non dico Iddio publicè ex peruersa consuetudine, An dicta verba sint computanda
72 ad blasphemiã †& videtur quòd non: cum negatio in medio propositionis neget,& non affirmet, & consequenter non videtur includi sub casu reseruato; etiam concurrentibus alijs requisitis, quãuis grauiter iste esset arguendus, cum non sit sine culpa talia proferẽs cõtra Deũ, vt iniurius.

XXXI. Sed quid si reseruatur simpliciter blasphemia Dei, vel Beatæ Virginis, vt Mediolani,& *Med.* Ferrariæ, An si quis semel bla- *Ferr.* sphemauerit Deum, vel Beatam
73 Virginem,incidat in Casum†reseruatum, & videtur quòd non, per tex.in cap.Episcopus distin. 35. ex quo notat Gemin. quòd vbi ius, vel statutũ imponit certam pœnam pro delicto,non est imponenda pro prima vice, sed ita demum,si continuetur,Tamẽ contrarium est dicendum,& non obstat tex.ibi. Nam ideo Episcopus,vel presbyter ludendo aleis, non incurrit pœnam depositionis pro prima vice, quia ibi dicitur. Deseruiens, quod verbum notat consuetudinem quandam, ideſt valde seruiens. Quare stat dictio
74 illa De. † Augmentatiuè, sic in c.1.de appell.lib.6.verbo deproperet. Sufficit ergo, vt incurrat casum,qui blasphemauerit, cum blasphemando peccet mortaliter, & veniat contra prohibitionem legis, cap.2.de maled. facit etiam ille text.vbi pœna illa imposita simpliciter blasphemantibus,habet locum etiã pro prima vice,vnde non est expectandum, vt iteratò ille blasphemet.

XXXII. Sed cum in multis locis reseruetur blasphemia publica,& notoria, vt diximus in expositione literæ.Dubiũ vertitur, An dicatur publicè blasphemasse, qui coram tribus personis,
75 † vel quinque hoc crimen commiserit. Respondeo quòd non,vt supra diximus num.18. Ad quod

vide tex. in cap. Inquisitionis §. fin. extra de accus. vbi dicit, quòd si tres, vel plures deponunt de alicuius infamia, non dicitur infamatus publicè, sic etiam, nec si blasphemia fuerit prolata corã quinque, facit text. in cap. quem pœnitet in fine. & in c. quis aliqñ §. hæc ergo de pœnit. dist. 1. Nisi blasphemia deueniret ad notitiã Episcopi, & ille coram eo confiteretur, vel conuincatur, Doct. in c. 2. de maled.

XXXIII. Cum nonnulli Ordinarij reseruẽt sibi blasphemiam Sanctorum, vt supra num. 8. Dubitatur, Quid si quis blasphemauerit vnum Sanctum, an compre
76 hendatur sub litera, † Ratio dubitandi est, quia Ordinarij locuntur ĩ numero plurali, vt sanctos. Quare fit, vt si vnum tantum blaspemauerit, non habeat locum reseruatio, ꝑ hoc facit id, quod dixit Bart. in l. 1. ff de opt. legat. vbi grauatus restituere ĩter pauperes, non potest in vnum tantũ pauperem distribere, item dicit Bal. in l. Iubemus §. sin autem. C. ad Trebell. quòd si statutum dicit, vt si quis accesserit cum hominibus armatis, puniatur tali pœna, si aliquis accesserit cum vno homine armato, non incurrit pœnam; quia non est eadem ratio, sed maior iniuria est, quæ à pluribus cõmittitur, quàm ab vno, sicut maior est offensa plures sanctos blasphemare, quàm vnum tantum Sanctum, Contrarium tamen credimus verũ, quare facit id, quod dixit Io. Andr. in d. cap. 2. extra de maled. vbi habetur, quòd pœna in d. c. locum habet, si aliquem Sanctorum blasphemauerit, & pro hoc text. in l. 2. §. sed si vnus ff. vi bono. rapt. vbi verba prętoris punientis dãnum datum hominibus certis, verificatur etiam, si vnus homo coactus sit, & ibi dicit Bart. quòd statutum puniens producentem falsos testes, habet locum in producente vnum falsum testem. Vnde Franchus in cap. 1. num. 8. vers. Decimotertio de tempor. ordin. lib. 6. dixit, quòd constitutio pœnalis licet non extẽdatur,
77 †tamẽ si loquitur in numero plurali, extenditur etiam ad numerum singularem, l. si compromissarius de elect. in 6. in glosa 3. l. si quis id, quod. ff. de iurisdict. omn. iudic. facit tex. in c. omnes leges, idest omnis lex, vt glosa exponit dist. 1.

XXXIV. Episcopus, vel prælatus, qui de iure, vel ex priuilegio facultatem habet sibi eligendi confessarium, iux. tex. in c. fin. de pœnit. & remiss. si peccata cõmittit de iure sibi reseruata, vt blasphemiam, An eo casu, quo
78 illa esset †reseruata, possit alij delegare potestatem seipsum absoluendi, dum aliquem sibi eligit in Confessorem. Licet Panorm. in cap. significasti extra de foro competenti, numero 11. in fine putet, quòd electi per prælatos exemptos iux. tex. in d. c. fin. non possint absoluere ab excommunicatione, & nec ab alijs casibus sibi reseruatis, Quod idem videtur

detur tenere Guil. de môte l.au. in clem.j. de relig. domin. super verbo fortius,vt refert Mar.Soc. in cap.officij nu.169.de sentent. excomm. Tamen rationabilior est opinio,& ob id tenēda,q̄ electus possit absoluere à quocunq; peccato, & censura, mutare vota,relaxare iuramenta, & facere omnia alia, propter quæ non esset Sedes Apostolica consulenda; Ita post Petr.de Palude determinauit Archiep. Florē. 3. par.tit. 17.c.11.§. 2. & in summula Defecerunt par.1. & cap. 2. verbo Patriarchæ.Angelus in verbo cō fessio 3.§.7.Sylvest. in verbo cōfessor 1.§.9. Feder.de Senis consil.95.num.4. Armilla verbo Absolutio §.14.Ioan.Tabien.verbo Absolutio 1.num.37. Mar.Socc. qui supra & ratio est, quia Constitutio in d.cap.fin.est gratiosa, & ideo non debet restringi, sed potius ampliari,& vt dicit Mar. Socc.& Boich.in fi.de pęniten.& remiss. electus tali casu videtur absoluere auctoritate canonis, & Papæ, & non auctoritate Episcopi. Et non obstat dictum Panormitan. quia procedit in illis prælatis,qui alios habent prælatos superiores in loco,vbi degūt.

79 Etenim tria † exigit tex. in d.c. fin. q̄ sit prælatus. Exemptus. & Distantia loci,Ioan. Tabien.qui supra. Hæc tamen conclusio limitanda videtur in excommuni-

80 catione Papæ reseruata,† Quod intelligo, nisi esset occulta; nam vt ipse vigore Concilij sess. 24. cap.6. potest absoluere, ita etiã poterit alteri potestatem delegare,vt eum absoluat, quam eo ipso concedit, cum alteri confitetur,vt dixit Astens.lib.5. de quibusdam specialibus personis,quibus debent confit.tit.15.quęst.8. Item in excommunicationis sententia lata ab homine,quia tunc ab excommunicatore absolutio esset petenda, Astens. qui supra. quæst. 6. Rursus fallit, si electus esset maiori excommunicatione innodatus,quia non poterit prælatum absoluere sic ligatus, cap. duobus,vbi glosa extra de sentē. excommun.Sylvest.in verbo confessor 2.ibi Quintus.

XXXV. Confessor antequam absolutionē impendat, eius erūt

81 partes inquirere diligenter † quã blasphemiam protulerit, vt sic cognoscat An ex vi constitutionum Synodalium sit reseruata, An sit assuetus, & pluries iterauit. An illa fuit pronunciata contra Deum, vel Beatissimam Mariam, aut Sanctos, quia grauior est illa, quæ contra Deum,quàm contra matrem, & grauior illa, quàm contra Sanctos,quàm contra aliam creaturam, & grauior illa,quæ fit cum affectu detestandi, vel Deum irridendi, quàm quæ fit ex passione, vel quadam consuetudine, & quæ fit ex deliberatione, quàm sine ea. Item inquirat de qualitate personarum,etenim ratione personę aggrauatur peccatum, vnde plus peccat in dignitate constitutus,

82 † quàm priuatus, & plus prælatus, quàm subditus cap. homo

distinct.40.23.quæst.1.cap.nulli fas.

His igitur sic cognitis, primum verbi apponat medicamenta,& grauitatem huius criminis ostendat illi,nam facile pœnitentes labuntur,vel quia culpam ne sciunt,vel non ita graue Grauitatem vero tunc ostendere poterit, si ille insinuet, quæ superius diximus à num.21.vsque 26.Deinde iustitiam Dei iustissimi,& æquissimi iudicis, seueriss imiq; proponat.& eius patientiam, & benignitatem toties ab illo,quãtum ex eo,fuit,irritatam tot blasphemijs, Et insuper periculum, in quo in inimicitia Dei ambulauit, ostendat, quomodo dormierit, & comederit,& ambulauerit securius, cum diuinum iudicium, quasi grauissimus,& seueriss imus gladius ex pilo suspẽsus super caput eius, & ex quo mortaliter peccauit,immineret. Ostendat, q; dæmones quasi famelici Leones ore aperto,ei tendentes insidias,& obijcientes pericula in eius pernitiem mortẽ eius absque pœnitentia expectarint.

Moneat, vt non sit ingratus tantis beneficijs,vt verè anteactè vitæ doleat, cum vero, & non ficto proposito recedendi à tàm mala, & periculosa vita præterita.

Et si nimis assuetus fuerit ad blasphemandum, & in præteritis confessionibus non se emendauerit,non obstante quòd emẽdationem promiserit, (nisi periculum, aut alia necessitas obstet) non statim absoluat, sed ad tempus illam differat,vt sic hanc prauam consuetudinem aliqua ex parte deponat.

Quod si postea reuersus ad vomitum nullo modo se emendauerit, nec eum absoluat, cum sit indispositus ad beneficium recipiendum.

At si perseuerat in proposito emendationis vitæ,abscindat ab eo mortales occasiones peccandi,vt ludum,& c. etiam cum detrimento corporis, & lucri. Nouissimè iniungat pœnitentiã, quæ iuxta Concilium Lateranẽs. est grauiter imponenda;licet iuxta Armillam in verbo Blasphemia numero tertio,talis Constitutio non est vtentium moribus comprobata, quo ad pœnam, vt refert Azorius libro nono capit. vigesimo octauo, sed quo ad pœnitentiam, quæ sit imponenda, est arbitraria: Cum talis, & tanta possit esse contritio,vt ea sola tota tam pœnam remittat,iuxta glosam notabilem in c.mensuram verbo Doloris de pœnitentia distinct.1. & ca. si is, qui 23.quæst. quarta verbo sine pœnitentia.

Demum laboret confessarius illas pœnitentias iniungere, quas verisimiliter credat blaspemus debere implere, ne ipsas uiolando ei deterius contingat. & habita ab eo promissione adimplendi, uel inducendo illum, ut libenter acceptet, & faciat, sitque pœniten-

83 tia † peccato contraria, ut in

eo

eo membro, quo deliquit, in eo puniatur, ſic ſeruus ī eò punitur, quò deliquit, l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugit. ſic hoſpes punitur in eo, quod deliquit, dicit tex. in authen. omnes peregrini. C. comm. de ſucceſſ. quod etiam procedit in foro exteriori, vnde blaſphemantes in Regno ſecundum Cõſtit. Blaſphemantibus puniuntur mutilatione linguæ, & Oldradus in vltimo ſuo Conſilio refert punitum eſſe Iudeum quendam, qui rem carnalem cũ Chriſtiana habuerat, nam fuerunt inciſa virilia, vt ipſe teſtatur vidiſſe, Quare eſſet talis in foro pœnitentiæ onerandus orationibus, lingẽdo terram de loco ad locum iuxta perſonarum qualitatem, apponendo pęnam pecuniariam, applicando illam orphanis, & miſerabilibus perſonis, facit tex. in c. 2. de maled. iuxta illud Danielis 4. Placeat tibi rex cõſilium meũ. Peccata tua eleemoſynis redime, quam ſi non poteſt ſoluere, commutet in temporalem, in ieiunia, vel aliam. Priuari etiam poteſt communione Sacramenti ad tempus, facit text. in c. omnis de pęniten. & remiſſ. iniungatur Archid. in cap. ſi quis 2. q. 1. etiam confeſſionis frequẽtia, vel ſaltẽ pro prima vice ad tot dies,
84 cum aliqua † pęnitentia præſeruatiua; ſi fortè in tale peccatum inciderit, & Demum abſoluat.
85 Dicens Dñs noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, † & ego auctoritate ipſius mihi conceſſa abſoluo te ab omni ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti in quantum poſſum, & indiges. Item eadem auctoritate abſoluo te à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita Beatæ Mariæ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali propter Deum ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionẽ peccatorum, augmentum gratiæ, & prę-mium vitæ æternæ. Amen.

86 Impoſitio tamen †manuum non debet fieri in abſolutione, vt quidam facere conſueuerunt, cũ talis manuũ impoſitio ex Apoſtolica traditione ſolis Sacramẽtis confirmationis, & ordinis ob ſignificationem abundãtis gratiæ reſeruata fuerit, vt conſtat ex actis Apoſtolicis, & Paulo.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum differt a delicto, & crimine.*
2 *Sodomia vocatur Apoſtaſia a natura.*
3 *Mulier a natura conſtituta, vt parturn ederet.*
4 *Ordo a natura conſtitutus ad habendam copulam.*
5 *Sodomita propriè concubitor maſculi dicitur, & non patiens. nu. 7. & 27.*
6 *Molles dupliciter dicuntur.*
8 *Pœna maior imponitur Sodomitæ, quam patienti.*
9 *Sodomitica copula differt ab actu Sodomitico.*

10 *Sodomia vt propriè committatur, Duo necessaria.*
11 *Exercere verbum denotat frequentiam. num. seq. & 27.*
13 *Sodomia quàm graue delictum sit, Patet ex multis.*
14 *Sodomiæ ob crimen tres, & duæ ob vicinitatem fuerunt consumatæ Ciuitates.*
15 *Causæ vij. ob quas quis punitur ob crimina aliorum.*
19 *Sodomia est mixti fori punibilis per vtrumque Iudicem.*
17 *Sodomitæ quare dicantur filij diffidentiæ.*
18 *Sodomitæ vxor potest petere separationem a toro.*
19 *Sodomita clericus priuatur ordinis executione.*
20 *Coitus naturalis, innaturalis, & bestialis.*
21 *Abuti masculis, & fœminis iudicantur a pari.*
22 *Communis vsus præfertur proprietati verborum.*
23 *Peccatum maius videtur coire cũ fœmina in vase indebito, quàm cum mare.*
24 *Actus intelligi debet de actu consumato.*
25 *Attentatum etiam in atrocissimis non punitur pro consumato.*
28 *Facere non dicitur quod propria authoritate non fit.*
29 *Luxuria contra naturam non comprehendatur sub casu, & quæ comprehendat.*
30 *Præpositio l. apud Iureconsultos capitur per post.*
31 *Auxiliantes Sodomitis capite puniuntur.*
32 *Confessor in venereis vtatur verbis honestis.*
33 *Contritio tanta esse potest, vt deleat totam pœnam.*
34 *Mutatio loci mutat mentis affectum.*
35 *Pœnitentiæ sunt moderandæ iuxta illas, quæ iniunguntur a Canone.*

De Sodomia. Cap. XI.

Peccatum Sodomiæ exercentes.

EXPOSITIO.

(Peccatvm) Casu 11. Habemus peccatum, delictũ, & crimen. vt notatur in regula peccatum de regul. iur. in 6. Peccatum consistit in faciẽdo, quia dicitur prauus actus. Sed delictum dicitur desertio boni, & dicitur delictum, quasi derelictum, sed crimen est peccatũ graue accusatione, & damnatione dignum, quod potest duci in publicam accusationem, & in foro contentioso potest puniri. Verum isti termini quandoquè cõfunduntur, & vnum accipitur pro alio, vt hic. Capitur. n. peccatum pro crimine, Hinc meritò à multis locorum Ordinarijs, vt Taranti. Rossani. Parmæ. Ferrariæ. & Regij, vocatur crimen Sodomiticum. Tarã ti, Ros sani. Parm. Ferr. & Re gij.

(Sodomiæ) Sodomiæ crimen grauissimum est, Hinc nominatur Apostasia, quę iter grauissi-

uissima crimina annumeratur: Tres. n. sunt species Apostasiæ, videlicet à Deo, à natura, & à Principe. Prima appellatur crimen hæresis, Tertia lęsæ Maiestatis. At secunda crimen Sodomiticum,† seu peccatum contra naturam. Sodomia.n.dicitur à Ciuitate Sodoma, in qua vna cum cęteris tale flagitium nimis excreuerat,& ideo igne cęlesti oppressæ,& damnatæ fuerunt. Contra naturam vocatur, & hoc nomine vtitur tã Ordinarius Rossani, quàm Bononiæ,quia non solum ex eo Deus, qui est summa natura offenditur,sed etiã quantum in patrante est, ipsa natura humana violatur. Debent quippè homines fidem naturæ, sicut Deo, vt sicut qlibet genitus est, sic alium sibi similem generare disponat,vt per coitum naturalem conseruetur genus humanũ, Ad hoc in Auth.de nupt.in prin. ff.de verb signific.l.liberorum. & mulieres à natura constitutæ † fuerunt, † vt partus ęderẽt,C. de indict viduit.l.2.quod potissimum ipsius est munus.ff.de ędil. edicto l.quæritur §.1.in coitu vero contra naturam, quia spretis mulieribus quas ad hoc natura creauit, quantum ad genus non seruatur humana species,sed deletur, manifestè ab ipsa natura execrabili quodam odio apostatatur, ita dixit Lucas de Penna in l.3.C.de exactoribus,& executoribus lib 12.

Rursus ordo naturæ institutus † ad habendam copulam in his consistit,vt sit concubitus hominum vtriusque sexus secundum naturalia instrumenta generationis modo debito, & honesto, vt fusè explicat Caiet. circa articulum ij.ad D.Thomam 2.2.q.154. Vnde vbi nõ est copula carnalis,hoc est concubitus,est mollicies,quæ dicitur, quando quis ob delectationem veneream. Seipsum polluit,vel cum admini culo alterius. Quod si concubitus est, sed non humanus, vocabitur etiam peccatum contra naturam, & bestialitas, vt cũ quis bestiæ commiscetur. At si est cõcubitus humanus, sed cum eadẽ specie, tunc vocatur Sodomia, vt si mas cum mare, fœmina cũ fœmina commisceatur, D.Thomas, qui supra,& de hoc ad prę-sens.

Et notandum, qꝑ seruata proprietate vocabuli cum hic reseruatur peccatum Sodomiæ, fit,vt ille propriè dicatur Sodomita, † concubitor masculi, scilicet agens,hoc est,qui agit contra naturam cum eadem specie in vase indebito,32.q.7.c. adulterij crimẽ,c.flagitia,c.clerici de excess. prælat. vnde patiẽtes molles vocantur,iuxta illud 1.ad Corinth. c.6. Neque adulteri,neque molles,neque masculorum concubitores regnum Dei possidebant, vbi glo. sic exponit,quam sequitur D.Thomas 1.2.q.138.ad primum. & Caiet. in sum. in verbo Mollities in fine, qui dicit, † qꝑ molles dupliciter dicuntur, vel quia peragunt in se pollutionem

voluntariam, & ita dicitur vitium infimum contra naturam, quia mas patitur, vt mulier, Inde dicuntur molles, quia muliebria patiuntur, quasi mulieres effecti, idem videtur probari in auth. vt non luxur. contra naturam. Vbi Sodomita dicitar, qui agit contra naturam, sed agens non est, qui patitur, ergo. Ex quo arguitur, ℣ cum patiens differat ab agente, & non sit idem, vt agẽs, ℣ non veniat appellatione Sodo-
7 mitæ † patiens, tum ex diuersitate vocabuli, & variatione, tum ex diuersitate pœnæ, tum ex grauitate sceleris, nõ maius est peccatum agentis, quàm patientis, vt dixit Archiep. Floren. 3. par. tit. 17. cap. 17 §. 4. in fine, notatur 32. q. 7. cap. adulterij in glos. 2. & secundum mensuram peccati erit plagarum modus, Deuter. cap. 15. c. fœlicis §. illud de pœnis in 6. & maior pœna imponi-
8 tur † agenti Sodomiticè in foro contentioso, quàm ea, quæ impo nitur patienti, quia agenti infligitur pœna ignis, non sic patienti, Pariter mitius punitur, qui passus fuit aliquid inhonestum in domo sua, quàm agens, ita Baldus in l. cum ancilla 1. col. verbo item nota. C de incest. nupt. Pariter in foro conscientiæ mitius agitur contra patientes, quàm contra agentes, cap. sicut tribus de pœnitent. distinct. 2. glosa in cap. si cui de pœnitent. distinct. prima Abb. in cap. sicut dignum per illum text. extra de homic. Quare fit, ℣ volens Dioecesanus Ferrarien sis tàm agentes, quàm patientes comprehẽdere sub casu reseruato, sic ait. (Qui nefa- Ferr. rium crimen Sodomiæ commise rariã rint, vel passi sunt.

(Sodomiæ) Differt Sodomi-
9 tica culpa † ab actu Sodomitico, vt dixit Ignatius Lopex ad Diax cap. 88. in fine: nam copula Sodomitica fit masculino coitu in vase stercorario, sed actus Sodomiticus fit polluendo seipsum cum secunda persona, quæ non solum inter viros, sed etiam inter fœminas esse potest. Casus verò noster intelligitur de Sodomia, hoc est de copula Sodomitica.

(Sodomiæ) vt hæc propriè cõ-
10 mittatur, duo sunt † necessaria. Primum, vt concubitus fiat cum persona indebita, vt masculi cũ masculo, fœminæ cum fœmina, & in vase indebito; nam si secundum sit, & non primum, scilicet concubitus masculi cum fœmina in vase indebito, nõ Sodomia, sed peccatum non nominandum appellatur, & contra naturam. Quare volẽs Castellaneti Dioe- Castel lanus cesanus talem concubitum com prehendi, sic reseruauit. Peccatores peccato indicibili in vtroqne sexu post pubertatem tàm masculi, quàm fœminæ.

(Exercentes) Hoc verbũ si-
11 gnificat frequentiam † ex diuersis actibus, non ex eodem tempore, sed diuersis. facit text. in cap. monasteria de vita, & honest. cleric. Nam tres actus venerei continuati antequam quis diuertat

ad

ad extraneos actus cum masculo habentur pro vno continuato, & aggregato, vt ff. de furtis l. vulgaris in princ. Bald. in cap. cum Ecclesia num. 16. extra de causa possess. & propriet. Ita tenet Nauar. in Manu. c. 27. nu. 250. Hinc fit, q̃ is, qui aliquoties cadit, & cecidisse pœnitet, non videtur incidere in hunc casum, De hoc tamen vide quæ supra diximus de blasphemia c. 1. num. 67. Hinc minus rectè sensisse censeo Ignatiũ Lopez in additione ad Diaz ca. 88. erga finem versic. circa vnũ, qui impugnando opinionem Nauar. vnicum actum sufficere prętendit impugnando, & reprobando, tum, quia à tanti viri opinione non est recedẽdum, eò magis, quia affirmat ita sibi respondisse SS. D. Gregorium XIII. Tum, quia exercere venit ab exercita-
12 tione, † vnde exercitus nomen traxit. ff. de testamẽt. milit. l. 1. in princ. quia exerceri debent milites, & discere in otio, quo facere, & proficere possint in bello, vt dixit Lucas de Penna in ca. milites verbo exercitio. C. de re milit. lib. 12. Tum, quia vulgo illi dicuntur exercitor es, qui in vsu ponunt aliquid, (v. g.) *Ha esercitato l'aduocatione*, Hoc est per aliquod tempus fuit aduocatus, & iste est communis vsus loquendi attendendus, arg. tex. in l. sciẽdum §. illud verbo sufficiet. ff. de ædil. edicto.

Grauitas.

13 CRiminis huius atrocitas patet primo, † quia hoc ponitur inter grauissima crimina, cũ sit crimen Apostasiæ à natura, vt supra diximus num. 2. inde fit, q̃ cum de talibus criminibus iuxta Cõciliũ debeat fieri reseruatio. vt sess. 14. c. 7. meritò omnes ferè locorum Ordinarij sibi tale crimen reseruauerunt, vt Capuæ, Surrenti, Taranti, Trani, Rossani, Castellani, in Diœcesi Rubensi in Apulea, Monopoli, Caetæ. Conuersani, Mediolani, Parmæ, Ferrariæ, Regij, & Perusij.

II. Quia propter hoc vitium
14 non solum † tres Ciuitates, sed etiam aliæ duę propter vicinitatem igni, & Sulphurę consumptę sunt, vt habetur in auth. vt nõ luxur. contra natur. circa fi. coll. 6. Habetur in text. in cap. sed & continuò de pœnit. dist. 1. & in c. clerici extra de excess. prælat. & ita notat. Dom. Ant. q̃ propter enormitatem delicti pœna extenditur ad non peccantes, qui licet puniantur sine culpa, subest tamen causa. Septem tamẽ sunt
15 causæ, propter † quas quis punitur ob crimina aliorum, quæ notantur per text. in cap. Ecclesia §. his ita 1. quæst. 4 vbi ĩter alias numerat paruulos Sodomitorũ esse punitos, ne fierent viuendo parentum imitatores ob malnm exemplum, Item dicit Dom. Anton. qui supra, q̃ propter vicinitatem quandoq; quis consequi-

tur

tur pœnam, vnde malum est malos habere vicinos.

III. Propter hoc fames, & pestes, atque tempestates inducuntur, atque terremotus, vt in d. authen. Hinc rectè péccatum Sodomiticum vocatur luxuria diabolica.

IV. Quia filius Dei ob hoc scelus, quod erat in humana natura distulit incarnari secundum D. Hieronymum, ita Afflict. in rubric. 42. num. 11. super Regni Constit. lib. 3.

V. Omnes Sodomitæ nocte Natiuitatis Domini morte subitanea fuerunt consumpti, Archiepisc. Florent. in summula defecerunt.

VI. Habetur in compendio Theologiæ, q; diabolus tentat hominem de hoc vitio, sed postquam hominem duxit ad hoc, ip se fugit, abominans ex nobilitate naturæ suæ tantum scelus, refert S. Antonius par. 2. tit. 5. c. 4. §. 2.

VII. Quia Ciuitates Sodomorum in cinerem redactæ sunt 2. Petr. 2. sicut quando in aliqua Ciuitate factum est aliquod immane facinus, non sufficit Regi illius punire maleficos in personis, nisi & domus destruatur malefactorum, vt magis vindicetur flagitium, igitur non solũ in personis Sodomitarum, sed etiam innocentium infantium, vt supra versic. secundo, sed etiam in rebus eorum fuit iudicio Dei perpetuò vindicatum; nam interfecta fuerunt bruta, in quibus ratio peccati non cadit, quia irrationabilia sunt, decimaquinta quæstione prima, cap. mulier. sed præter hæc terra, vbi fuerunt illæ ipsæ Ciuitates, igne, & Sulphuræ cum vrbibus, & populis exustæ, perpetuam accepit damnationem, vt nunc quidem appareat forma regionis, sed inuenitur regio ipsa vacua tecta mari, Pariter & deserta, vt primum exusta ignibus, post oppressa aquis in æternam damnationem commnni periret aspectu. vt refert Orosius ad Augustinum, & testatur Lucas de Pen. in d. l. 3. colum. 4.

VIII. Quia sunt peiores animalibus, quia tales impij non obseruant legem, quam bruta animalia. etenim isti indesidenter deseruiunt libidini, quod pecora cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam sui. ca. non solum 32 q. 7.

IX. Quia si legatur diabolũ fuisse incubum sub specie viri, & succubi sub specie mulieris, nunquam tamen legitur fuisse succubum sub specie viri, Hugo Cardinalis ad Remanos. c. 1.

16 X. Nam est mixti fori, † vnde punitur per iudicem laicum, & Ecclesiasticum, c. dilecti de excess. prælat. ibi excommunicentur, Ecce pœna spiritualis, cętu fidelium, Ecce pœna temporalis, Panormitan. ibi circa finem. Imò igne consumitur, si laicus est; vt hæreticus, quia non debet homo viuere super terram, qui non vixit vt homo, & si clericus

est

est exercitor, debet Curiæ sæculari tradi, vt moriatur, ex Bulla Pij Quinti, quam refert Nauar. in Manu. c. 27. nu. 24. Et quando delictum non est consumatum, in Curia Archiepiscopali Neapolitanu est pœna triremium vice deportationis, quę erat prius, vt dixit quidam insignis modernus in sua praxi. c. 80 Et hoc idèo fit, vt saltem timore mortis corporalis desistant tales scelesti à tanto, & tàm immani facinore, iuxta illud. Vt quos diuinus timor à malo non reuocat, saltem temporalis pœna à peccato cohibeat, c. vt clericorum de vita, & honestate Clericorum. Idem simile habetur in l. 1. C. de emend. propinq. Quòd ad vitæ decorem domesticæ laudis exempla non reuocat, correctionis saltem medicina compellat.

XI. Nam dicuntur filij diffi-
17 dentiæ, † extra de vita, & honestate cleric. de excess. prælat. c. clerici, quia quos tale scelus virus inuadit, raro, aut nunquam resurgunt verè, sed vsque ad senium trahunt execrabilem huiusmodi abusum, & si contingat aliquos senescere, prius à peccatis dimittũtur, quàm ipsi peccata dimittunt, iuxta illud S. Augustí. in libro de pœnit. & habetur de pœnit. dist. 7. c. finali.

XII. Quia vxor sodomitæ po-
18 test petere separationem † matrimonij quo ad torum, glosa communiter in c. omnes causationes 32. q. 7. Abb. in c. maritis extra de adulter. non solum, quando vellet trahere vxorem ad illud vitium, eam tentando, sed etiam, si maritus tale vitiũ exerceret versus alios, Archid. in d. c. omnes, Anto de Butr. & Abb. in d. c. maritis, Nos in 2. vol. consil. lib. 5. de adulter. cons. 1. nu. 1. vbi multa diximus de pęnis contra sodomitas, cum propter huius criminis immanitatem relaxentur iura, nam grauius est coire cum masculo, quàm cum propria matre, cap. adulterij 32. q. 7.

XIII. Quia sunt infames, vt est tex. in l. cũ vir C. de adulter. c. infames 3. q. 7. quare conuicti
19 de hoc crimine aduocare † vel procurare nõ possunt ff. de postul. l. j. & neq. testamentum cõdere, cũ infames ipso iure testari prohibeantur, l. 15. ciuis §. vlti. ff. de testa.

XV. Quia si clericus esset, in foro fori est priuatus ordinum executione, & si celebrat, est irregularis, vt habetur per Constit. Pij V. quæ incipit, Horrendum illud scelus.

Estq; vltimo tantæ turpitudinis hoc vitium, vt quasi admirationem ipsi Deo faciat. Vnde Gene. 18. ait. Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venerit ad me, opere compleuerint, an nõ est ita, ac si dicat. Vix possum credere tantum scelus, & facinus reperiri in homine, Descendam ergo, vt videam hoc malum, vt puniam; Adde etiam vt ait D. Anton. 2. par. tit. 5.

c.4.§.2. quod hoc flagitium vna erit ex causis, propter quas Dominus Deus accelerabit iudiciũ, & mundus propter hoc vitium in humana natura multiplicatum igne consumetur, & illud Ioelis c. 3. affert, vbi Dominus dicit. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat,& disceptabo cum eis, & Paulò inferius inter alias hãc causam assignat, quia posuerunt puerum in prostribulo, Hæc D. Anton. vbi supra.

Declaratio casus per Decisiones.

ANtequam deueniam ad Decisiones, hoc vnum est animaduertendum pro intelligentia terminorum, q̃ coitus alius dicitur naturalis,& alius † innaturalis, & alius bestialis, Naturalis diuiditur in licitũ,& illicitũ, Licitus est, qui fit cũ vxore, Illicitus qui cũ fœmina in vase naturali, qui si fit cũ soluta, dicitur fornicatio, si cũ consanguinea, vel affine dicitur incestus, si cum maritata, adulterium, si cum virgine, vel vidua, stuprum. Si cum violentia, raptus, si cum re non eiusdẽ speciei, Bestialitas, si per concubitum humanum ad non debitum sexum, vt masculi cum masculo, vel fœminæ, cum fœmina, dicitur vitium sodomiticum, de quo ad præsens.

I. Licet communis sit sententia apud ciuilistas, quòd cum fœmina possit esse vitium sodomiticum, tex. in c. adulterij malum,& c. vsus, ibi in fœminis 32. q 7. Nauar. de iudic. lib. 2. cons. 1. vnde Cæsar Lambert. de iure patron. in 1. par. lib. 2. in 18. ar. princip. fol. 13. nu. 3. dicit, Quòd iudicatur à pari abuti fœminis, & masculis, ex glosa in cap. omnes causationes 32. q. 7. bonus tex. in c. in Archiepiscopatu de rapto. vbi Panorm. Hinc æquali pœna puniuntur commit tentes hoc pessimum scelus cum masculis, vt dixit Couar. in 2. Par. de matrim. c. 7. nu. 7. Iulius Clarus lib. 5. §. sodomia fol. 385. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. Casu 286. nu. 1. Matt. de Afflict. in Constit. Regni legum Asperitate lib. 3. rubr. 42. num. 13. Tamen in foro interiori cõscien tiæ aliter sentiunt Theologi, vt D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 11. versic. 2. Armilla in verbo sodomia, Sylvest. in verbo luxuria §. 1. & ratio est: quia duo requiruntur ad committendam sodomiam, vt concubitus fiat cum persona indebita, masculi cum masculo, fœminæ cum fœmina, & in vase indebito, sed modo licet sit secundum, quia non adest primum, nam fit concubitus cum persona debita, scilicet masculi, cum fœmina, non dicitur vitium sodomiticum, sed peccatum innominabile, seu cõtra naturam, D. Thomas, qui supra, Sylvest. in verbo luxuria §. 1. in fine, vel pec catum monstruosum, vt dixit Ar milla, quare nõ videtur reseruatum

tum,nisi in locis, vbi includũtur tàm agentes,quàm patientes,vt Ferrariæ,vel in loco,vbi non reseruatur vitium Sodomiæ,sed vitium indicibile, hoc est non nominandum,& nec loquendum,vt Castellaneti. Ego autem dubito de hoc. Nam licet in casibus reseruatis fiat stricta interpretatio, & attendatur propria significatio verbi,tamen, quãdo communis vsus loquẽdi repugnaret
22† propriæ significationi verborum,communis vsus est præferẽdus, licet sit improprius,l.librorum, §.quod tamen Cassius.ff.de legat.3. vbi Bart. & in l. omnes populi.ff.de iusti.& iure. Philip. Franchus in c.1. versic. Decimo quarto limita de tempor. ordin. lib. 6. Quare & si ex propria significatione non veniat appellatione Sodomiæ concubitus cum muliere in vase indebito, venit tamen ex communi vsu loquendi, & q̃ talis sit communis vsus vocare vitium Sodomiticum cõcubitum mariti cum vxore in vase indebito,patet, quia sic Doctores loquuntur Archid.in cap. omnes causationes 32.q.7. Abb. in c.maritis num.3.& alij scribẽtes de adulter. sic vulgus qualiter vocabit maritum, nisi Sodomitam,quare concludendum videtur comprehendi sub casu reseruato. non solum Sodomitam masculorum concubitorem, sed etiam, qui fœminam præpostera venere cognouerit, Tum etiam, quia maius videtur peccatũ coire cum fœmina in vase indebito,
23† qui habet vas naturale, quàm cũ mare,vt nos diximus in j.vol. consil.de adult.lib.5.consil.3.n.12. Cum ergo sit maius peccatũ,videtur interpretanda mens Ordinarij,vt sub his verbis (peccatũ Sodomiæ exercentes) velit comprehendere illud exercẽtes cum muliere,ex maioritate rationis, cum simus in his,quę sunt eiusdẽ generis, vnde fit extensio ca.pœnale 14.q.1.c.meretrices 32.q.4.

II. Quãuis Affl.in cõsti. regni li.2.rub.42.dicat,q̃ qui cõcubit cũ puero in vase indebito,& consumet extra vas,Sodomita dicatur, Tñ illud procedit in foro exteriori,quãuis mitius sit puniendus, quã si intra vas cõsumasset, non tñ incidit in casum reseruatũ,qui incipit peragere opus nefandũ,sed ibi non seminat,sed extra,quia non potuit,& ratio est, quia licet peccatum Sodomię sit perfectũ quo ad se, quantum ad Deũ, glosa in c. cũ voluntate de sen.excõm. cum ibi adnotatis,tñ circa casus reseruatos actus de-
24 bet esse cõsumatus,† facit dictũ Baldi in l.si quis nõ dicã raperc. C. de episc. & cleric. Et dicitur actus consumatus si semen ibi emittat.argum.tex. in c.extraordinaria verbo impedire 35. q.1. & in c.fi.extra de sponsal. Quod extende ét,si per eum non steterit impedimẽto facti,vt quia violenter prostando nisus est præposterè cognoscere,& sic cępit,non tñ potuit,vel ob clamorẽ patientis,vel alio modo.Ioan. Andr.in c.perpetuò num.1.de elect. in 6.

Nos,

Nos, qui supra c.2.num.7. Idque & cõprobatur ex eo, quia hodie de generali consuetudine Italiæ, Imò totius orbis terrarum, per quam iuri communi derogatum esse videtur, introductum est, vt etiam in atrocissimis, & grauissi-
25 mis criminibus attentatum † pro consumato non puniatur, nec conatus non secuto effectu: etiam si ad actum propinquum deuentum esset, l. vulgaris §. furti. ff. de furtis. Ita vt licet puniatur eadem lege, non tamen eadem pœna ab ipsa lege determinata, sed mitius, & extraordinariè, testatur Afflictus in Constit. Regni Asperitatem par. 1. rub. 11. nu. 2. Thomas Grammat. decis. 2. nu. 8. & voto 19. num. 4. Prosper Farinac. in suo tract. crim. 9. q. 2. sub num. 2. Quod secus tamen dicerem, quando opus peregit vsque ad consummationem, quod præuidens fraudulenter extra peregit, & semen effudit, nam tunc dicitur propriè Sodomita. & includitur sub casu. Iulius Clarus in §. Sodomia.

III. Non solum comprehenditur sub litera, qui masculo abutitur, cõsumando actum, cum sit propriè Sodomita, sed etiã, mulier illa, quæ instrumento ad generationem inepto cognoscit aliam mulierem, licet in vase debito, quia talis concubitus est propriè Sodomiticus, qui hic reseruatur, Non tamen includitur
26 patiens, † cum non dicatur propriè Sodomita, sed mollis, vt supra diximus num. 6. & 7.

IV. Hæc, quæ diximus nempè comprehendi huiusmodi Sodomitas sub litera, intellige, modo tale facinus exerceant, & di-
27 cuntur exercitores, † non qui semel, aut bis, sed hi, qui quasi ex vsu cõtinuo dediti hoc vitio pessimo ex habitu, & praua consuetudine exercent, Nauar. in Man. c. 27. num. 249. quamuis in multis locis sufficit, q; semel tale execrãdum vitium commiserint, vt Capuç. ibi. n. simpliciter reseruatur Sodomia. Surrenti. Caetæ. Monopoli. Castellani. Conuersani. Rossani. Mediolani. Tarenti. Mutinæ. Parmæ. Ferrariæ. Regij, & Bononiæ; nam in omnibus his locis reseruantur ij, qui commiserint hoc crimen etiam ex vnico actu.

V. Non comprehenduntur sub casu exercentium, ij qui non sponte, sed coactè, exercẽdo hoc scelus agũt, nam litera loquitur de exercente, & videtur impossibile, vt quis possit hoc scelus quasi ex habitu continuato exercere inuitus, sed solum videtur habere locum in eo, qui ex inopinato casu ad hoc cogeretur.

(Exemplum) si esset quidam peruersus, qui volẽs socios habere in inferno, minaretur alicui mortem, nisi puero abutatur, nã tunc talis non dicitur facere,
28 † quod propria voluntate nõ facit, 7 q. 1. cap. mutationes, facit tex. in l. 1. §. si quis tamen. ff. de postul. & quamuis voluntas coacta voluntas sit, non tamen dicitur in stricta, & propria significa-

tione,

tione, & vocabuli proprietate seruata, argum. tex. in l. si mulier §. si metu. ff. quod metus causa, facit tex. ĩ l. vim passa. ff. de adulter. Ad idem l. si vxor §. pen. & l. fedelissimã. C. eo. quãuis morta liter peccet. c. sacris de his, q̃ vi.

VI. Non est casus reseruatus, qui luxuriam † exercet contra naturam, quæ omnem pollutionem extraordinariam comprehendit, D. Thomas 2.2.q.154. art.2. & nec exercens omnẽ Sodomiticum actum, (v.g.) si mares mutuo complexi semẽ inter crura emittant alterutrum, vel si vnus supponatur alteri more, quo fit inter virum, & vxorem, sed solum in eo casu, quando adest coitus, pro quo facit tex. in c. fin. extra de sponsal. quo probatur copulam minimè consumari, nisi intra vas naturale semen effundatur. sic nisi procuretur seminatio intra illud stercorarium infamissimũ vas, nõ est Sodomiæ copula, sed mollitiei grauissimæ. 29

VII. Et si peccata, quæ mẽbris genitalibus admittuntur, nõ attribuãtur maribus, nisi ab annis 14. c. 1. de delict. puer. i. post illos completos. Sic. n. A præpositio † accipitur apud iureconsultos in l. 2. §. quod ad magistratus. ff de orig. iur. & in l. pater. ff. de adulter. etiam si constaret, q̃ ante talem ætatem consummasset actum in vase præpostero, nõ est reseruatus: etenim casus reseruatio fit de his, quæ procedũt regulariter, & nõ de his, quæ raro accidunt, de quibus non est curandum, l. nam ad ea. ff. de legib. Zabar. in cap. 1. num. 2. de delict. puer. Tamen in diœcesi Consentina, vt quis incurrat in casum, oportet vt agens sit supra ætatẽ annorum quindecim, sic. n. Diœcesanus ille reseruauit, vt habetur in libro, qui intitulatur *Auuertimenti per l'officio del Rettore* parte 4. c. 1. nu. 4. in quibus perspicuè demõstratur maxima doctrina mixta cũ sãctitate, & zelo aſarũ illius Illustriss. Archiepis. 30 Cõsentina.

VIII. Nec includuntur domũ accommodantes, vel pretium recipientes, vt inducãt ad hoc pueros, qui dicũtur lenones, licet digni sint morte, vt dixit Apostolus. Agentes, & consentiẽtes &c. Quare prẽter peccatum mortale imponitur pœna capitis istis † auxilium, vel opem præstantibus, vt est tex. in l. 1. §. qui puero. ff. de extraord. crimini. Ad hoc optimus text. in l. qui domum. ff. de adulte. vbi qui domum suam, vt stuprum, vel adulterium cum aliena matrefamilias, vel cum masculo fieret, sciens præbuerit, Dicit tex. quasi adulter punitur, ergo non verus adulter, & ita nõ verè Sodomita erit, & consequẽter non continetur sub hoc casu. 31

IX. Circa absolutionem attendat cõfessarius post habitam cognitionem peccati, † vtendo semper verbis honestis, ne discat pœnitus ab eo quod nescit, vt inducat pœnitentem ad Contritionem habendam, ostendendo grauitatem peccati ex his, quæ diximus à numero 13. vsque 20. 32

Præ-

Prẽter ea, quę habentur in j. par. decisionum lib. 1. ca. 2. nu. 3. nam
33 tanta poterit esse contritio, † vt deleat totam pœnam, cap. mensuram versic. temporis de pœni. dist. 1. Quod si ad hoc inducitur, studeat excidere causas peccati, & occasionẽ, nam vera pœnitentia non est sine excisione causarum, cap. satisfactio de pœnitent. dist. 3. Causas inquã propinquas, quia nisi pœnitens firmiter proponat illas euitare, regulariter non erit absoluẽdus, vt dixit Nauar. in Manu. c. 3. num. 5. (v.g.) si masculus cum masculo cohabitat, ex qua cohabitatione sępè copulantur, non possunt absolui, nisi se diuidant propter periculũ recidiui, nam malus semper præsumitur malus in eodem genere mali durante priori causa mali. Idest cohabitationis commoditate. vt in regula Malus libro 6. item si ad copulam veniũt, quia puer frequentat domũ alterius, euitet transitum per illum locũ, mutet etiam ipsum locum, quia mutando transitum per illum locum, mutet etiam ipsum locum,
34 quia mutando locum, † mutatur mentis affectus 15. q. 1. c. mulier. Deinde imponat pœnitentiã cõtrariam, vt luxurioso leiunia, vel vestem cilicinam, disciplinas usque ad sanguinis effusionem excluſiuè; nec non pœnam pecuniariam, Ita hæc colligũtur ex tex. in c. in Archiepiscopatu de raptor. Nam licet hodie omnes pœnitentię sint arbitrariæ, glosa in c. tempora, & ca. Deus qui de pœnitent. & remiss. ita, ꝙ non est necesse pro quolibet peccato agere septennem pœnitentiam, debet tamen illam moderare
35 † iuxta pœnitentiam iniunctam à Canone pro illo crimine, & ita iuxta text. in d. c. in Archiepisco patu, iniungat etiam frequentiã confessionum, si ita ei euiderit expedire, hoc est vt postea illam adimpleat pœnitens, & aliquam pœnitentiam præseruatiuam ieiunandi eodem die, vel sequenti in pane, & aqua, vel cõfitendi, si fortè ceciderit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sodomitæ, & coeuntes cum bestijs pari pœna puniuntur.*
2 *Animalium appellatione, qui comprehendantur. num. seq.*
4 *Coire verbum habet multas significationes.*
5 *Coire vnde dicatur. num. 12.*
6 *Bestialitas grauissimum est peccatum.*
7 *Concubitus cum dæmone differt a bestialitatis specie ratione superstitionis.*
8 *Bestialitas quandoque continet in se alias deformitates.*
9 *Bestia carens culpa ob hoc vitium interficitur.*
10 *Hircus interfecit coeuntem cum capra.*
11 *Bestialitatis crimen triplicitèr ab Ordinarijs reseruari solet.*
13 *Polluens se cum bestia extra vas, incidit in casum.*
14 *Constitutio pœnalis se extendit ad casum maiorem.*

Sta

15 *Statutum excludens filiam ab hæreditate, extenditur ad neptem.*
16 *Casus sollicitantes ad turpia filias spirituales extenditur ad filios.*
17 *Circunstantia, cum qua specie bestiæ non est necessariò confitenda.*
18 *Quidam belluis fuit repertus se subiecisse.*
19 *Hebræi comparantur bestijs.*
20 *Sarraceni intelliguntur per oues, & pecora.*
21 *Iudæi peiores sunt Sarracenis.*
22 *Christiani non debent se cum infidelibus commiscere.*
23 *Iudæus commiscens se cum Christiana, qualiter puniendus.*
24 *Confessarij partes circa pœnitentem quo ad turpia.*

De Bestialitate. Cap. XII.

Vel coeuntes cum brutis.

EXPOSITIO.

Casus III.

(EL) Est ergo casus diuersus à Sodomia, quod colligitur ex dictione illa, vel, quæ est alternatiua, Abb. in ca. inter cæteras de rescript. Hinc fit, q̃ facultas concessa confessario absoluendi à Sodomia, non extenditur ad Bestialitatem.

(Vel cũ brutis coeuntes) post illa verba peccatum Sodomiæ exercentes, quæ supra explicauimus, subiunguntur subsequentia, vel cum brutis & c. & non immerito, † tũ quia vtrunq; vitium est contra naturam, licet primum, & grauissimum sit bestialitas, Hinc iure optimo Regij sic fit reseruatio, (Bestialitatem, vel vitium Sodomiticum committentes. Tum, etiam, quia vtiq; par pœna tàm masculorum concubitores, quàm coeũtes cum bestijs tenebit, vnde Leuit. c. 20. legitur cum masculo non commisceberis coitu fœmineo, quia abominatio est, cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo, Nam qui dormierit (inquit) cũ masculo coitu fœmineo, vterque operati sunt nefas, morte moriãtur, pecus quoq; occidite Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cũ eo.

Regij.

(Vel cum brutis) Idem est, ac si diceret cum bestijs, quia appellatione brutorum veniunt omnia † animalia terrestria, & pisces, & aues, Quare idem significant hæc verba coeuntes cũ brutis, sicut etiam habetur Nolæ, Rossani, & Conuersani, ac si diceret, coeuntes cum bestijs, sic. n. reseruatur Capuæ, Surrenti, Caetæ, Monopoli, & Regij in Lombardia. Non tamen dicitur cum animalibus, quia appellatione animalium † comprehenduntur tantum terrestria, nec includuntur aues, ac pisces, quod Gemin. in c. sexto die distin. 35. & ibi prę. posi. nu. 3. notant propter statuta alias dicentia, q̃ de bestijs, vel animalibus soluatur tantum gabella, quia appellatione animalium non includuntur aues, & pisces, secus si diceretur cũ bestijs,

2

3

Nolæ. Rossani Cõuersæni. Cap. Surr. Caetæ Monopoli, et Regij.

vt vult glosa, vide ad hoc text. in l. quemadmodum §. hac actione ff. ad l. Aquil.

4 (Coeuntes) coire propria † significatio huius verbi est inire, & coire societatem, vel negotiationem, l. cum duobus §. quidam. ff. pro socio. l. 1. & 4. eod. ti. Tamen per translationem aliter accipitur secundum subiectã materiam, Nam quãdoq; accipitur pro consentire, vnde in tex. in l. in testamento. ff. de cond. & demonst. coire in matrimoniũ capitur pro consentire in coniugatis ad finem contrahendi affinitatem. Coire dicitur à con, †& eo, scilicet qñ tàm vir, quàm vxor coeunt, & simul conferunt in vnũ id, quod requiritur ad prolis generationem, hoc est semen, sed in alijs cõiugatis significat hoc verbum coniunctionem corporum, Hinc dicitur concubitus, qui fit, siue semen effundatur intra vas, siue extra vas, vel vas sit naturale, vel innaturale, siue eiusdẽ speciei, siue alterius, Nam si semen effundatur ĩtra vas mulieris tũc talis coitus accipit nomẽ à qualitate mulieris, Etenim si est virgo, vel vidua, erit stuprum. 36. q. 1. c. lex l. inter stuprũ. ff. de verb. oblig. si consanguinea, Incestus, si soluta, fornicatio, si coniugata, adulterium, si in nõ debito sexu cum mare in vase, dicitur Sodomia, si extra vas, Mollities, quæ est vitium contra naturam, At si fit concubitus ad rem non eiusdẽ speciei, effundendo semen in vase, dicitur bestialitas, quod etiam procedit, si extra in aliqua parte corporis, nã talis dicitur coitus, hoc est coniunctio, ex quo sequitur Fędauo corporis cum anima li bruto.

Grauitas.

EX ijs, quàm sit grauissimũ hoc crimen, cognoscitur, & primo, quia peruertitur ordo naturalis
6 in copula carnali, †non per naturalia instrumenta vtriusq; sexus ad generationem, cum sint cõcubitus ad id, quod est alterius speciei, s. cum bestia. Quare ad hanc speciem pertinet concubitus cũ dęmone, quando in assumpto corpore is fit incubus, vel succubus, siue assumat corpus bestiæ, siue viri, siue mulieris, siue alterius rei, quia quantũ est ex parte concubito, semper est eadem ratio formalis, s. delectatio venerea cũ re, quæ est diuersæ speciei ab homine, De hoc loquitur D Thom. 2. 2. q. 154. art. ij. vers. Respõdeo. vbi Caiet. Quãuis alio respectu cõcubitus cum dęmone differat
8 à bestialitatis † specie, ratione superstitionis illius ad quem spectat societas cum dęmone. Est .n. in tali concubitu directa societas, vt expresse docent Caiet. ad D. Thomam, qui supra dub 3. & Ioannes Chapeanillus de casibus reseru. casu 15. q. 1. sic solent strigæ, quæ vulgo vocantur Ianare ex voluptate se supponere dęmoni, qui assumens corpus aereum puta hominis, aut animalis, agit cum illis, nam negant fidem, et

ex-

exhibent honorem diuinum, vt dixit Sylvest. in verbo Hæresis 3. q. 8. iuncta q. 1. & 4.

II. Quia quandoq; hoc vitiũ
8 bestialitatis continet † in se alias deformitates, nam si quis cõmiscet se cum bestia, vel cum dæmone in forma cõsanguineæ, vel maritatæ, si illa habet delectationẽ hãc adulterij, vel incestus pp bestialitatis vitium, adulterij, vel incestus deformitatem incurrit, Caiet. ibi.

III. Quia inter cætera peccata contra naturam hoc est grauius, & detestabilius, vnde pro-
9 immanitatẽ flagitij ẽt bestia, † q̃ culpa caret, est iterficiẽda, vt notatur 1. q. j. c. mulier, ne factũ turpissimum, & nefandissimum reducatur in memoriam, vt ibi habetur per Turrecr. ex quo text. nota, q̃ propter enormitatem criminis licitũ est iura transgredi, ita q̃ animal brutum omni ratione, & itellectu carẽs puniatur

IV. Quia hoc peccatũ, siue scelus vocatur pessimum, vt exponit glosa in c. 37. apud Genes. Accusauit fratres suos crimine pessimo dicit glosa, quia cum pecoribus miscebantur, D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 12. ad 4. & legitur in historia Græca de quodam pastore apud Fluuium Cratim, qui
10 coibat cum capra, qui ab † hirco fuit interfectus dicunt Gentiles, q̃ Zelotipia fuerit motus.

V. Quia tales coeuntes sortiuntur nomen brutorum, cum imitentur bruta. c. minor 17. q. 4. in auth. de incest. nupt. in princ.

Declaratio Casus per Decisiones.

1 TRipliciter ab Ordinarijs locorum solet casus hic reseruari. Primò sic (Bestialitas,) vt Capuæ, & Regij. Secundò) vel cũ bestijs coeuntes,) vt Surrẽti, Monopoli, & Caetæ. Tertiò. Coeũtes cum brutis, vt hic, & Nolæ. Primo modo comprehenduntur non solum coeuntes abutendo re animata eiusdem speciei, vt aliqua bestia, sed etiam cum dæmonæ, vt dixit Caiet. ad D. Thomã 2. 2. q. 154. art. ij. ad tertium. At secũdo, & tertiò modo veniũt nõ solũ qui coeũt cum aliqua bestia terrestri, sed etiam cũ brutis, vt gallinis, anheribus, & colũbis, facit dictum Gemin. in d. ca. sexto die, vbi præpositus.

Capuæ Regij. Surrẽ. Caiet. Monopoli. Neap. Nolæ. Rossani, & Castel Caiet.

II. Quamuis coire dicatur
12 à coeundo, † quod significat copulam, quæ propriæ dicit coniunctionem maris, & fœminæ in vase naturali cum effusione seminis, tamen illud intelligitur quo ad affinitatem cõtrahendam, vt supra diximus nu. 5. quæ non cõtrahitur per pollutionem extraordinariam, quæ fit cum brutis cõtra ordinem naturæ, sicut. nec etiam cum masculo, vel cum muliere in loco non concesso, glosa in c. extra ordinaria 35. q. 3. cum non fiat commixtio seminis, 27. q. 2. c. lex diuinæ. Imo quamuis fiat, nec contrahitur, cum non sit concubitus humanus vtriusq; sexus, tamen hic accipitur concu-

bitus, siue consumatio actus sit solum ex parte hominis, siue etiam cum bestia corrumpatur.

Imò etiam illum credimus in-
13 cidere, qui coniũgendo se † cum bestia, polluit se extra vas, cum coire etiam significet cõiunctionem corporum.

III. Cũ litera loquatur coeuntes cũ brutis, & propriè coire sit masculi cum fœmina, videtur, ꝙ non incidat in casum, qui rẽ haberet cũ animali bruto masculo, Tamen contrarium credimus, quia verba Constitutionis pœnalis extenduntur ad casum,
14 † in quo maior est ratio, vide Ioan. And. in c. 1. verbo canonis, & in c. fin. super glosam de elect. in 6. facit glosa in verbo Gregibus in clem. j. de decimis, & in c. quia periculosum, verbo Episcopus de sent. excommun. in 6. vbi statutum excludens filiam ab hæreditate, extenditur etiam ad neptẽ,
15 † in qua est maior ratio, Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. sed modo negari non potest, quin sit maius, & detestabilius peccatum in masculo, quàm in fœmina, ergo extenditur. Imò (vt proprijs verbis vtar) includitur talis casus, glosa in c. 1. verbo Italiæ de tempor. ordin. lib. 6. sic à simili diximus. 1. vol. consil. de cognat. spirit. cons. 1. circa 6. nu. 47. ꝙ sub Casu illo Sollicitan-
16 tes filias spirituales, † comprehẽduntur etiam ij, qui ad malum finem prouocant filios spirituales. Tum etiam hoc expressè patet ex verbis. Nam dum dicitur coeuntes cũ brutis simpliciter, ergo comprehenduntur tàm masculi, quàm fœminæ. Et talis casus accidit in quadam Ciuitate, vt tres ab hinc annos audiuimus quẽdam combustum, ex quo vel conuictus fuit aut confessus habuisse rem cum asino.

Non tñ existimo explicandum
17 cũ qua specie peccauit, siue mare, siue fœmina, vel cuius † speciei brutũ fuerit, quãuis grauius sit hominis cũ bruto mare, & fœminæ mulieris cũ bruta, quã hominis cũ fœmella bruta, sed vt dixi hoc non censeo esse necessariũ explicari, qa hæc est species specialissima, & vnũ est specie motiuũ in oĩbus nimirũ venerea delectatio cũ re diuersæ speciei, ita Ioan Capeanil. vbi supra. Hieronymus Ilamas in sua summa 6. præcepti de Sodomia. c. 8. §. 21. ibi sub Sodomia, clauis regia li. 8. c. 3. nu. 18. in fin.

IV. Sed quid si qs belluis se
18 subijceret, † sicut tẽpore Leonis X. contigit in quodã loco, vbi repertus fuit patiens canibus agentibus, ob quã causam tàm canes, quàm ipse publicè cõbusti sunt, Nõ ꝙ canes fuerint in culpa, sed vt citius à memoria hominis hoc scelus deleretur, c. mulier 15. q. 1. vt diximus in 1. vol. cons. de adult. lib. 5. cõs. 3. nu. 16. videtur ex proprietate uocabuli non cõprehendi, cũ iste non sit agẽs, sed patiens, & casus dicat, Coeuntes cum brutis, vnde Bruta coeunt. ego tamen censeo comprehendi; nam cum dicatur Coeuntes,

ergo

ergo intelligitur tàm actiuè, quã passiuè, cum etiam deformius sit passiuè, quàm actiuè.

Coeuntes cum brutis, & Hebræis.

REctè quidem illius loci Ordinarius hęc duo coniunxit. etenim, vt Psalm. 8. legimus Hebræi
19 † comparantur bestijs. Vnde dicitur omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, vniuersaque pecora campi. nam omnia sunt subiecta Christo, tàm oues, per quas intelliguntur Christiani, quorum in tempore Saluator se dixit esse pastorem, & vere bonus pastor, qui animam suã posuit pro ouibus suis, Matt. cap. 10. 23. quęst. 4. cap. tres. quas postea commisit Petro, & eius successoribus pascendas, & monendas, atque ampliandas 28. quæst. 1. cap. in scripturis, sed per boues, & pecora intelligimus Sar-
20 racenos, † qui tanquàm bestiæ ratione carentes relicto Deo vero colunt Idola, qui ad literam vocantur bestiæ; nã & si Ismael Pater eorũ vocatus est à Domino Onager, & fuit ratio, (vt dixit Metodius) quia futurũ erat, vt qui de genere suo descenderent, omnem bestiarum rabiem supergrederentur, & mansuetarum numerus contereretur ab eis, In sacris. n. locis dicit ipse, iugulabant Sacerdotes, & ibidem cum mulieribus dormiebant, & ad sepulcra sanctorum iumenta alligabant, & hoc propter peccata Christianorum, vt Magister in historia Scholastica in prædicta figura Agar. Et verè omnem hãc spurcitiam permittente Deo ipsi exercuerunt in illa prouincia. argum. 6. q. 1. cap. sciscitaris. & licet istæ bestię quo ad pastum Petro non videantur cõmissæ, sunt tamẽ pedibus eius subiectæ quo ad dominium, & potestatem, vt rectè dixit Oldradus cons. 72. incipiente An contra, num. 3. Et si Sarraceni vocantur bestiæ, multò magis Iudæi, qui peiores sunt
21 Sarracenis, † cap. nonnè 1. quæst. 1. vbi habetur, q. Iudæi peiores sunt Sodomitis, qui Ethnici sunt, & Gentiles, quare dixit Bonifacius tit. de raptoribus in fine si cut pœna mortis punitur, vt in auth. vt non luxur. contra naturam ij, qui abutitur masculo, vel fœmina, sic multò magis, qui cũ equa, quia est peccatum contra naturam. Et idem est, fortè dicit ipse, si fiat per modum matrimonij cum Sarracena, vel Iudæa, quamuis non sit matrimonium, vt habetur in cap. caue 28. q. 1. & multò magis, si per alium modum fiat etiam legitimum, idest per viam naturæ propter infidelitatẽ: Etenim non debet Christianus cum talibus commisceri,
22 † sicut nec cum animalibus facit. C. de Iudæis l. ne quis 18. q. 1. cap. nullus cum similibus, & prẽter pœnam exteriorem Ferrariẽ est casus reseruatus, sic econtra Ferr.
Iudæus commiscens se cum virgine, vel maritata, præter pœnã

stupri, vel adulterij, vt per Caccial. in l. si qua Illustris col. vlt. C. ad orfic est grauius puniẽdus; quia qualitas Iudaica grauat ex conuersatione, cap. in nonnullis extra de Iudæis, & cessante qualitate stupri, vel adulterij pœna
23 esset arbitraria, † si rem haberet cũ muliere malæ vitæ, vt refert Egidius Bossius de coitu nefario num. 25. ℣ cuidam Iudæo in tali casu fuerunt abscissa virilia, & allegat Oldradum hoc dicentem in consilio suo vltimo nu. 3. in fine, qui testatur hoc vidisse proprijs oculis, & nomen Iudæi vocabatur Pandonus.

VI. Curet confessarius, quã-
24 do conijcit aliquem † præ verecundia tacere huiusmodi obscena peccata carnis animare, se benevolum exhibendo, humanum, & affabilem, ostendat erubescentiam esse animæ hostem atrocissimum, & non dimitti peccata, nisi in confessione detegantur. Verecundiamque esse maximam partem satisfactionis iuxta tex. in cap. quem pœnitet de pœnitẽ. distinct. 1. & detecta turpitudine peccati cum circumstantijs, si bestiam fortè cognouerit cum delectatione Sodomitica, vel adulterij, aut incestus, ostendat eius grauitatem, vt supra diximus, & nõ eos absoluat, nisi sublata causa. Vnde absolui non debet, qui animalia domi, aut in lecto tenet cum affectu libidinoso, nisi prius interficiantur. Differat quandoque absolutionem, si viderit expedire, vel communionem prohibendo per aliquas hebdomadas iux. tex. in c. omnis de pœnit. & remiss. & interim cõfiteatur, vt magis purificatus accedat.

SVMMARIVM.

1 *Incestus quid, & qui incestuosi.*
2 *Gradus in materia consanguinitatis quid.*
3 *Adam si viueret, An posset vxorem ducere.*
4 *Gradus aliter computatur de iure ciuili, & aliter de iure canonico.*
5 *Regula circa gradum.*
6 *Consanguinitas, & affinitas quid. num. seq.*
8 *Affinitas ex coitu fornicario extẽditur vsque ad secundum gradũ, num. 32.*
9 *Pubertas in materia incestus, vt cõsideranda.*
10 *Dictio tantum est taxatiua.*
11 *Masculi, vt comprehenduntur sub casibus reseruatis, qualiter intelligantur.*
12 *Peccatum incestus quàm grauius.*
13 *Incestus grauius peccatum adulterio, sed minus peccato contra naturam.*
14 *Incestus qualiter puniebatur in testamento veteri.*
15 *Peccatum grauius cognoscere propriam consanguineam, quàm vxorem.*
16 *Incestuosus amittit ius petendi debitum, etiam post peractam pœnitentiam. num. seq.*
18 *Reconciliatio non videtur facta, si vxor scienter debitum marito reddiderit.*
19 *Incestuosus post mortem vxoris ℣ sit*

sit absque spe cõiugij, qualiter intelligatur.

20 *Vxor à toro incestuosi separari potest.*

21 *Incestuosus est à communione fidelium separandus, eique filij non succedunt.*

22 *Incestus peccatum quantum aggrauet.*

23 *Incestuosus, vt incurrat in præsentem casum, quæ necessaria.*

24 *Incestus in 1. & 2. gradu consanguinitatis reseruatus, an comprehendat affinitatem.*

25 *Cognatio spiritualis qualiter contrahatur.*

26 *Affinitas quando oritur inter coniuges, tunc contrahitur incestus.*

27 *Incestus consanguineorum quando non reseruatus.*

28 *Incestus masculorum nondum pubertum valentium tamen generare, an sit reseruatus.*

29 *Votum continentiæ emissum de voluntate vxoris quid operetur.*

30 *Incestus inter ascendentes, & descendentes vocatur coitus nefarius.*

31 *Crimen minus comprehendit maius eiusdem generis.*

32 *Incestuosus, qui coactè hoc crimen commisit, non dicitur vere incestuosus.*

Nec ebrius num. seq.

35 *Ebrietas, quando peccatum mortale, vel non.*

36 *Incestum nesciens committere non includitur.*

37 *Incestus an committatur cum tactibus impudicis. num. seq.*

39 *Confessor non includitur, cognoscẽs filiam spiritualem, grauissimè tamen peccat num. seq.*

41 *Prædicatores nec includuntur.*

42 *Confessarius circa huiusmodi casum, quæ considerare debet.*

De Incestu. Cap. XIII.

Incestuosi in primo, vel secundo gradu consanguinitatis, aut affinitatis, ita vt masculi tantum in in hoc, & præcedentibus peccatis carnis comprehendantur.

EXPOSITIO.

INCESTVOSI dicũtur ab incestu, quæ quinta species dicitur fornicationis, & est concubitus illicitus cũ cõsanguinea, vel affine intra quartum gradũ sanguinis, vel affinitatis. Hinc incestuosi secundum propriam, & stri- *Neap. Casus IV.*

1 ctam † significationem dicuntur ij, qui abutuntur consanguineis, vel affinibus, cap. lex illa 36. q. 1. §. cum ergo. versic. Incestus. qui si abutuntur consanguineis, vel affinibus, dicuntur incestuosi. At si ascendentibus, vel descẽtibus, dicuntur nefarij, §. ergo instit. de nupt. ff eod. l. quia etiam & l. vlti. ff. de adult. l. si adulterium 1. responso. in primo, vel secundo gradu. Est autem gradus determinata propíquitas personæ ad

2 personam, † & distantia vnius ad alterum, Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarũ, vel locorum procliuium, quibus

ascenditur, vel descenditur ab vno ad alterum, ff. de gradibus. l. Iuriconsultus. §. gradus, & propriè inuenitur in linea recta, minus autem propriè in linea transuersali, stipes autem non facit gradum, sed est principium, & radix arboris consanguinitatis, à quo rami pullulant, gradus autem est distantia vnius ad alterum, & nō eiusdem ad se, Pater autem non distat à se, ideò non numeratur in gradibus. Solæ autem personæ insitæ, tàm per lineam rectā, quā per transuersalem faciunt gradus, ut filius, qui distat à patre, per hanc distantiam facit vnum gradum, & dicitur primus gradus, Nepos in secundo, prone nepos in tertio, Abnepos ī quarto & c. Et circa hanc lineā nulla est differentia inter ius ciuile, & canonicum, quia secundum saniorem intellectum prohibitio de contrahendo matrimoniū durat in infinitum secundum Ioan. Andr. & sequaces in apparatu arboris de consang. & affinit. Vnde glosa in §. ergo instit. de nupt dixit, q; si Adam †viueret, non posset vxorem ducere, At in linea collaterali, seu trāsuersali aliter computatur gradus de iure ciuili, & aliter † de iure canonico, etenim de iure ciuili quælibet persona adiecta stipiti, ideſt illi, per quem cōiungimur, facit gradum, ca. 2. de consang. & affinit. nam ius ciuile cōsiderauit potissimū successiones, quæ ab vna ad alteram deferuntur, & ideò ad multiplicandum gradum vnam personam sufficere cōstituit, sed ius canonicum considerauit matrimonium, quod nō potest esse, nisi duæ personæ sint, ideo duas personas ad gradum constituendum, & multiplicandum constituit, & in materia nostra gradus consideratur secundum ius canonicum, sed in materia hæreditatum, & successionum secundum ius ciuile, itaq; filij duorum fratrū de iure ciuili sunt in quarto gradu, sed de iure canonico duo fratres sunt in primo gradu, & filij horum in secundo, & sic de singulis.

Et quod diximus de consanguinitate, Idem erit dicendum de affinitate, Et ex ijs omnibus vna breuis est regula. Quoto gradu consanguinitatis † aliquis distat ab aliquo, tanto gradu affinitatis distat ab eodem illa, quæ est ab ipso carnaliter cognita, siue sit vxor, siue meretrix, vel concubina, Quare omnes cōsanguinei viri sunt affines vxoris, & omnes cōsanguinei vxoris sunt affines viro, consanguinei autem viri non sunt affines vxoris, cap. super his de consanguinit. & affinit.

(Consanguinitatis) Cōsanguinitas secundum Host. est vinculū duarum personarum ab eodē stipite, † vel stirpe descendentium carnali compagine, Et dicitur cōsaguinitas, quasi sanguinis vnitas, nā cōsanguinei ide dicti sūt, qđ ex vno semine, vel ex vno patris semine nati sunt, Cassius in l. j. §. cōsanguinei. ff. đ suis & leg.

(Aut

(Aut affinitatis) Affinitas secundum Richar. in 4. sent. d. 41. art. 1. q. 1. & Archid. 35. q. 3. c. de propinquis, & 35. q. 1. c. cum igitur super glosam est propinquitas ex carnali coniũctione, mediante consanguinitate
7 proueniens † omni carens parẽtela. Ita communiter definitur per Canonistas, nam definitio Iurisconsulti in l. non facilè §. affinis, & §. sciendum .ff. de gradibus non procedit de iure canonico, ex quo sequitur, quòd propriè ante consumationem matrimonij non contrahitur affinitas. Et dicta est affinitas, quasi duorum ad vnum finem vnitas, secundum Abbatem in c. quod super de consanguin. & affinit. Et hæc affinitas contrahitur ẽt ex coitu fornicatio, vt patet expressè 30. q. 4. c. si quis vnus ex coniugio, 32. q. 4. c. in eo. 35. q. 3. c. nec eam, & c. de incestuosis de eo, qui cogn. consan. vxo. suæ c. discretionem, & c. tuæ eod. tit. Sed hodie aliter contrahitur huiusmodi affinitas, quàm si ex coitu maritali, & licito. Nã ratione huius affinitatis licitè impeditur, & dirimitur matrimonium vsque ad quartum gradum inclusiuè, vt not. in c super his de consangui. & affinit. Sed Concilium Tridentinum restringit affinitatem ex fornicatione
8 contractum † vsque ad primum, & secundum gradum, vt habetur in sess. 24. c. 4. scilicet ad matrem fornicariæ, vel fornicarij & ad sororem, vel fratrem. Igitur comprehẽduntur in litera incestuosi in primo gradu cõsanguinitatis, vt si qs cognosceret suã germanam, vel in secundo gradu sororem consobrinam, vel affinitatis, vt si cognosceret cognatam, vel sororem vxoris suę.

(Ita vt masculi tantum) Intellige, modo sint puberes, verum pubertas hic non est consideranda ex numero annorum, sicut de iure ciuili habetur ratio
9 in tutelis † vt instit. quib. mod. tut. fini. §. 1. In testamentis cõficiendis, l. qua ætate .ff. de testam. Sed in naturali vigore, & potentia coeundi, Archidiac. in cap. vnico §. 1. de sponsi. impub. lib. 6. vnde si minor 14. annis coeundo potest seminare, tunc malitia ætatis defectum supplẽte, iuxta textus in c. de illis 2. & c. si de desponsi. impub. dicũtur incestuosi. Non tamen secundum aliquos sunt inclusi in casu, nam Casus reseruatio cum sit stricti iuris, videtur Ordinarius habuisse mentem ad ea, quę frequenter accidunt, hoc est in quartodecimo anno, ad instar legis, & non ad ea quæ rarò accidunt, l. nam ad ea .ff. de legi, sed de hoc infra num. 28. licet è conuerso si maior 14. annis sit impotens ad coendum, licet nisus fuerit, non dicitur incestuosus, & non includitur in litera, & ratio est, quia Casus reseruatio intelligitur de actibus exterioribus consumatis, vt not. per Io. Andr. & Doct. in c. perpetuò de elect. lib. 6.

(Ita

(Ita vt masculi tantum in hoc, & præcedentibus peccatis comprehendantur). Hinc tam à sodomia, vt si fœmina carnaliter cognosceret fœminam, vt supra casu secundo, vel si fœmina coiret cum equo, vt supra casu precedenti, vel si faceret se carnaliter cognosci à fratre, vel à cognato, sunt à Casu reseruato immunes, sic etiam habetur in pluribus Diœcesibus, ac etiam hoc patet ex Diœcesi Surrẽtina, Tranensi, Castellanensi, vt Mutilẽsi. Hoc etiam fit manifestum ex di-
18 ctione tantum, † ita vt masculi tantum. Ergo excluduntur fœmine, cum dictio tantum sit exclusiua aliorum non expræssorũ, l. si ob es alienum C. de præd. minor. l. solutum §. in sortem .ff. de pignor. act. l. his solis. C. de reuoc. donat.

Surrẽ. ti, Trani. Mutinæ. Castellaneti.

(Masculi) Intellige, dummodo habeant iudicium ratio-
11 nis, † Hinc non comprehenduntur furiosi, qui non dicuntur esse in culpa, clem. 1. vbi Cardin. de homic. & satis puniuntur suo furore l. pen. ff. de parricid. l. Diuus. ff. de offic. præsid. Nec ebrij, quia dolus in eis deest, vnde pœna minuitur, c. inebriarunt, c. sanè 15. q. 1. l. omne delictum .ff. de re milit. l. recipiendum .ff. de pœnis, sic nec semiebrij, cum paruitate iudicij apertè laborẽt, quare à lethali culpa reduntur immunes, cum ad constituendũ peccatum mortale integrum iudicium requiri debeat, c. 1. de delict puer. Sic neq; dormiẽtes, aut semidormientes eadem ratione. Pariter neque nescientes, si consanguinea miscuit se cum consanguineo, nescius esse talẽ, d. c. inebriarunt. Pariter neque hermaphroditus, vt si in eo magis pleualeat sexus fœmininus, nam tunc debet iudicari vt fœmina, & cum baptizatur, debet ei imponi nomen fœmineum, Baldus in l. quoties C. de suis, & legit. vide textus in c. 3. §. hermaphroditus 4. q. 3. l. quæritur .ff. de statu. homi. sed de his omnibus videbimus in decisionibus, sed modo descendamus ad criminis grauitatem.

Grauitas.

PRimò peccatum incestus est
12 mortale, cum per illũ † violetur reuerentia, quæ inter parentes, aliosq. consanguineos conseruari debet, quæ tanta habetur apud antiquos, vt teste Valerio Maximo lib. 2. cap. 9. fas non erat filium simul cum patre Balneari, ne se inuicẽ nudos cõspicerent. Vnde grauis est peccatum, quàm fornicatio, & adulterium, sed minus peccato contra naturam, quare dicit tex. in cap. adulterij 32. q. 5. Adulterij
13 malum † vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxore concubere, sed omnium horum est pessimũ, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris nõ ad hoc

con-

concesso voluerit abuti.

Secundò, grauitas eius patet ex pœnis, quæ incestuoso debentur, etenim præter † pœnã æternam, quæ iure diuino debetur, punitur in veteri testamento pœna ignis, vt habetur Leuit. c. 18. & 20. qui supra, vxorem filiam, matremvè eius duxerit, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis, dicebat Dominus, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Amon etiam, quia concubuit cum sorore sua, ab Absalon interfectus est, 2. Reg. 13. In nouo quoque testamento Apostolus incestuosum illum excommunicauit, & Sathanæ tradidit, vt illũ vexaret in corpore, sicut antea vexauit in mente, vt habetur. 2. Cor. 5.

Tertiò, iure canonico, quia si incestus præcesserit matrimonium, tunc fit vnum ex impedimentis impedientibus, & dirimentibus matrimonium, contrahendũ, (v. g.) Contraho sponsalia de præsenti cum Meuia; Deinde rem habeo cum sorore eius, per talem coitum fornicarium affinitas contrahitur. Affinitas autem matrimonium impedit, vt ego amplius matrimonium contrahere non possim cum sponsa, c. literas de sponsal. impub. c, 2. de eo, qui cogn. consangu. vxor suæ, & contractum nõ valet, Sotus in 4. sent. dist. 37. art. 2. q vnica.

Quartò, matrimonio contracto, si maritus cognoscit cõsanguineas vxoris suæ, illud non dirimitur, sed talis incestus impedit exationem debiti, c. transmissæ, de eo, qui cogn. consangui. vxor. suæ, non tamen, si cognouit consanguineas proprias, vel si mulieres permitterẽt se à proprijs consanguineis cognosci, 15 nã quamuis grauius † sit virum accedere ad propriam cognatã, quàm ad cognatam vxoris, non tamen sequitur vt sit par impedimentũ exigẽdi, debitũ; qa hoc impedimentum non nascitur ex grauitate delicti, sed ex quodam affinitatis genere, quàm vir cõtrahit cum vxore, per hoc quòd eius cõsanguineam nouit, quàm vtiq; non contrahit, si propriam consanguineam polluit, vt ait Richardus, quia maiorem irrogat iniuriam fidei, quàm debet vxori, si cum eius cognata congrediatur, Sotus qui supra.

Quintò, quia incestuosus amittit ius petendi debitum etiam 16 post peractam † pœnitentiam, Turrecr. in c. qui dormierit 27. q. 2. & hoc in pœnam delicti, vt illud incommodum non petendi patiatur, nisi ab Episcopo dispensationẽ obtineat, vt est communis opinio canonistarum in d. c. transmissæ, Sylvest. in verbo Debitum coniugale q. 9. sed antequam secum dispensetur, de 17 bet solum reddere † cum dolore cordis, quem si habere non potest in ipso accessu carnis delectatione superatus, doleat tamẽ ante, vel post actum non de reditione debiti, quia facit quòd debet, sed de peccato per se cõmis-

missō, quòd ipsum tali copula reddit indignū, Doct. in d.c.trāsmissæ. Nos vol.2. consil.lib.4. de eo, qui cogn.consangui. vxo. suæ cons.1.nu.9.

Sextò, quia non videtur facta reconciliatio cum vxore ad finem, vt tollatur impedimentū
18 exactionis debiti, † si vxor reddiderit debitum viro incestuoso, vel ipsa petierit, quòd secus est de viro adultero, à quo si vxor petijsset debitum, videtur sibi virum reconciliasse, c.si vir de adulter. Abb.in d.c. transmissæ, & ratio diuersitatis habetur per nos in 1. parte decis. lib.2.c.80. nu.12.

Septimò, quia incestuosus cū consanguineis vxoris post mor-
19 tem illius † omninò manet absq; spe coniugij, cap. qui dormierit 32.q.7. vnde peccat mortaliter, qui contraxit absq; dispensatione, quòd intellige, quando vellet contrahere cum ea, cum qua incestum commisit, vel eius cōsanguinea ob affinitatem inde contractam, Nauar. in Manu. c. 22.nu.75.

Octauò, quia licet Episcopus dispēsare possit super adulterio, Super incestu tamen nō dispensat, cuius tamen dictum an sit verum, vide Abbatē distinguentem in c.1. de eo, qui cogn.consangu.vxo. suæ, sed posito, quòd dispensare possit. An dispenset simul in vtroq; delicto, vt quia cognouit consanguineam maritatam, videndus est Decius in c. at si clerici nu.13. de iudic. in §. de adulterijs.

Nonò, vxor potest se à viro
20 incestuoso † auctoritate Domini tueri, & modo constet de incestu, petere separationem à toro, & viuere in continentia, & maritus tenetur eam alere, illi subministrando fructus dotis, extra de vsur. c. salubriter, Ioan. Andr. in d. c. transmissæ, & ibi Anchar. nu.2. vt etiam habetur per nos in 2.vol.consil. de eo, qui cogn. consangu. vxo. suæ cons.1. nu.3.

Decimò, est à communione
21 fidelium separandus † 25.q.8.c. vltimo, & filij ex incestu procreati non succedunt, 35.q.5.c. 1. & si clericus incestuosus est, perpetuò ab ordine deponitur, arg.tex.in c.tuæ extra de pœnis, glosa in c.Maximianus dist. 81. & in cap. lator 2.q.7. Couar.in 2. parte de matrim. §.8.nu.3.

Vndecimò, non potest esse testis, & nec accusare, quia infamis est, 3.q.4.c.consanguineorum, 6. q.1.c. infames.

Duodecimò, inter eandem speciem magis, & notabilius aggrauat peccatum incestus, quan
22 tò cōiunctior fuerit gradus † sāguinis. Non tamen censemus esse necessariū explicari gradus, nisi quadam notabili, ac omnibus euidenti grauitate peccatū augeret, vt in incestu cum matre, vel filia, quia non sufficit dicere. Cognoui vnam de ascendentibus, vel descendentibus, nisi gradum exprimat, Sotus in 4. sent. dist. 18.q.2. art 4. vers. colliga-

ligamus ergo. Nauar. in Manu. c. 7. nu. 4. in fine. idq; ratione notabilis deformitatis actus, ſi autem adſit periculum, ſufficit dicere. Habui rem cum conſanguinea, vel affine mea ſed iam deſcendamus ad deciſiones, quarum.

Declaratio caſus per Deciſiones.

I. VT quis in hunc Caſum re-
23 ſeruatum incurrat, duo † re quiruntur. Primò, vt inceſtuoſus coitum habeat cum conſanguineis proprijs, vel vxoris in primo, vel ſecundo gradu. Secundò, vt comprhendatur ſolum maſculus hoc crimen committens. Idem Caſus eſt reſeruatus à multis locorum Ordinarijs, vt Surrenti, Nolæ, Cauæ, Caſtellaneti, Mediolani, Ferrariæ, Placentiæ, & in Diœceſi Mutilenſi.

Surr. Nolæ, Cauæ, Caſtel. Med. Ferr. Plac. Mutinæ.

Verum Bononiæ, Mutinæ, & & Regij reſeruatur inceſtus in primo affinitatis, & ratio eſt, qa grauius eſt peccatum accedere ad propriam conſanguineam, quam ad illam vxoris. Sed quid ſi reſeruatur inceſtus in primo, & ſecundo gradu conſanguinita-
24 tis, an comprehendatur et † gradus affinitatis. Dic quòd non, quia Caſus reſeruatio eſt pęnalis, & ideo non extendenda, Additio ad gloſam in verbo conſanguineos in cap. ſciant de elect. in 6. Alibi verò vt Surrenti, Placentiæ, & Mottulæ additur. Et
25 cognitionis † ſpiritualis, quare conſtituenda eſt alia deciſio.

II. In locis, quibus reſeruatur inceſtus cognationis ſpiritualis, quæ quidem contrahitur per baptiſmum, & confirmationem, c. 1. §. 1. de cognat. ſpirit. in 6. comprehenduntur ſub litera cognoſcentes commatres, vel filias ſpirituales, quas baptizauerunt, vel confirmauerunt, c. 1. 2. & 3. de cogn. ſpirit. Iſti enim propter ſacrilegium, quòd committunt, c. ſi quis el. 2. 33. q. 2. ſunt etiã inceſtuoſi, Neap. tamen non eſt huiuſmodi Caſus reſeruatus, licet olim anno Domini 1577. ſic.

III. Quando inter coniuges oritur affinitas, tunc cocundo ſi mul committitur inceſtus, & e-
26 rit Caſus reſeruatus † (ve. gr.) Quoties Pater extraheret de fonte filium proprium, vel illum teneret in confirmatione, vel baptizaret, tũc enim ſi ſciẽter hoc fecit, quamuis talis affinitas ſuperueniens non dirimat matrimonium, tamen tollit patri ius petendi debitum, iuxta tex. in c. ſi vir de cognat. ſpirit. At ſi ignoranter, puta, quia inſtante multitudine paruulorum credẽs ſuſcipere filium alterius, ſuſcepit proprium, ſecus eſſet. At data ſcientia vtriuſque ſecundum Hoſti. neuter poteſt exigere, niſi hoc fecerit inſtante neceſſitate, ne filius moreretur abſque batiſmo, 30. q. 1. cap. ad limina, nam tunc ex hoc nullum oritur impedimentum, & affinitas in-

ter

ter eos, qui instante necessitate fecerunt, vel nisi scienter hoc cõiuges fecisset, & dolosè, & hoc, quia dolus non debet eis in aliquo patrocinari, c. si vir extra de cogn. spirit. vbi Zabar.

IV. Cognoscens consanguineam † in gradu non impediente matrimonium, de quo in cap. debet de consan. & affinit. cum non committat incestum, non comprehenditur sub litera, & cõmittens incestum intra gradum prohibitum, non tamen in primo, vel secundo, non comprehẽditur, nisi cognoscens sororem consobrinam, vel sororem patruelem suam, vel suæ sororis, aut viri. Tales enim sunt in secundo gradu, secundum computationẽ Canonum, c. fi. de cons. & affin. cum ibi traditis. Comprehẽditur etiam incestuosus in tertio gradu consanguinitatis, vel affinitatis, in terra Castellana. sic enim reseruatur per Abbatissam Ordinis S. Benedicti Cistercienſis.

V. Solent Ordinarij locorũ, quando, reseruant incestum, cõprehendere solùm masculos, vt in præsenti. Hinc quęritur an ij etiam includantur, qui non dum adimpleuerint annos 14. † simalitia supplente ætatem apti sint ad coeundum, & generandum. Ad quod respondẽdo dico, quòd quando Ordinarius loci reseruat sibi incestum, & vult, vt masculi tantum comprehendantur, & tunc si ij, qui non dum ætatem 14. annorum adimpleuerint, committere possint incestum, si coeundo apti sint ad generationem, iuxta tex. in c. puberes de despon. impub. nam dicuntur puberes, ex quo sunt apti ad generandum. Hinc impubes ille nouem annorum, qui impregnauit nutricẽ, sicut narrat Gregor. in Dialogo, & habetur per glosam in summa 20. q. 1. dicebatur pubes. Tamen non credimus ligari Casu reseruato, & ratio est, quia mens Ordinarij quando dubia est, interpretari debet ad instar iurium, facit tex. in l. si cum dotem in princ. ff soluto matrim. l. commodissimè .ff. de liber. & posth. in quibus iuribus habetur, quòd Casus omissus relinquitur dispositioni iuris, sed iura ad ea potius debent adaptati, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò accidunt, nã vt dixit Theophrastus leges constitui oportet in his, quæ multum accidunt, & nõ quæ extra naturalem cursum. Nam ex his, quæ fortè in vno aliquo casu accidere non possunt, iura non adaptantur. Quoniam quæ semel, aut bis accidunt, cõtennunt legislatores, l. iura cum tribus seq. ff. de legib. ergo idem dicẽdũ est de casibus reseruatis, qñ dubij sunt, vt quia simpliciter includunt in peccatis carnis masculos, & non exprimunt de quibus, vt intelligantur secundũ iura, quæ volunt peccata, quæ membris genitalibus admittuntur, illis non attribui, nisi ab annis 14. c. 1. de delict puer. Nõ qui-

Placẽtia.

quidem inchoatis, sed adimpletis, d.c.puberes. Tunc enim secundum glosam in verbo pubescere in d. cap. 1. solet pubertas euenire, iuxta etiam tex.in cap. puellæ §. cum ergo, & in c. si in qualibet 20.q.1.& 2. ex quo fit, quòd is,qui 14.annum impleuit, si de perpetuò impedimento nõ apparet, valet matrimonium, si illud contraxerit,c. laudabilem extra de frig. & maled. ergo si ante ætatem annorum 14.generare valeant iuxta tex.in d.c.puberes, & c. de illis 2.eo.tit. quãuis dicantur puberes, id est ex accidenti, ergo non est habendum in consideratione. Et ita ex his etiam remanet decisus casus de incestu reseruatus Placentiæ, qui sic habetur. Incestus in primo, & secundo gradu exceptis mulieribus, & pueris ante pubertatem 14. annorum. Sed quòd Napoli talis fuerit mens illius Illustrissimi Domini patet ex Casu subsequenti. Vbi dicitur:

Placẽtiæ.

Pueros vero, & puellas ante annos 14. cõpletos hisce nostris casibus, & censuris non intendimus includere.

VI. Si quis de voluntate vxoris emittit votum continentiæ, vel suscepit ordinem sacrum, 29 tunc solutum † est inter eos vinculum coniugale, quo ad debitũ exigendum,vel reddendum,licet non quo ad curam, & prouisionem domus, & necessariorum, c. lex continentiæ dist. 31. Vnde si illam cognoscit carnaliter cõmittit incestum,& filij inde nati spurij sunt,& non legitimi secũdum Hugonẽ,extra de filijs presbit.cap.litteras. Turrecr. in c. ministri dist.81. Non tamen cõprehenditur sub litera, quia incestus iuxta proprietatem verbi est tantum abusus consanguineorum,vel affinium, ideſt consanguineorum vxoris, & incasibus reseruatis attẽdenda est proprietas verborum, & non faciendæ extensio.

VII. Quamuis incestus communiter dicatur, si fit inter consanguineos,& incestus,qui committitur cum ascendentibus, & descententibus propriè vocatur 30 nefarius coitus, † glosa not. in auth. de incest.nup. in §.hæc ergo omnes, & ascendentes propriè sunt illi, qui descendunt ab eodẽ stipite per lineam directam, sicut est Pater, & Mater, Auus, vel Auia, Proauus, vel Proauia. Bart. Cœpo. cons.69. & Boss. in sua praxi tit. de coitu damnato. num. 3. & 75. Tamen iste multo magis comprehenditur, nam in pœnalibus fit extensio ex maioritate rationis in his, quæ sunt eiusdem generis. Quare si reseruatus dicitur incestus consãguineorum, multo magis reser- 31 uatus erit † incestus ascendentium,& descentium,tex. in cap. pœnale 14. q.5. & talis non dicitur extensio, sed magis inclusio, glosa in c.1. de offic.ordin.lib.6. Cum huiusmodi incestus multo magis sit punibilis, quàm si esset commissus in linea transuersali

sali tam in foro exteriori, vt per præfatos doctores, quàm in foro interiori, quare vt diximus supra nu. 22. esset confitenda circunstantia, si quis cognosceret matrem, & filiam, & grauior esset penitentia iniungenda.

VIII. Canon iste comprehendit incestuosos in affinitate coniũctos, non solũ ex copula licita,
32 sed etiam illicita, † vt ex fornicatione, cum talis affinitas vsq; ad secundum gradum sic impediat matrimonium, vt contractũ etiam dirimat, ita habetur in Concil. Trident. sess. 24. cap. 4. (puta) si quis rẽ habuit cũ duabus sororibus, vel cum matre, & filia, vel cum ea, cum qua suus frater similiter prius rẽ habuit.

IX. Comprehendũtur sub litera solum incestuosi cum vera cognata, & affine, quare excluduntur incestuosi in cognatione spirituali, vt si quis cognosceret cognatam suam spiritualẽ, quia non est propriè incestus, secundum Petrũ, quod nota pro diœcesi Tranensi, vbi simpliciter reseruatur crimen incestus.

X. Non credimus illum incidere, qui crimen hoc perpetrauit non sponte: sed coacte,
33 † vt si cõsanguinea sua propria vel soror coniugis amore capta sui cognati, cũ suum illi amorẽ manifestaret tẽpore, quo soli essent in cubiculo, & ille negaret assensum, tandem venit ad opus execrabile, ex eo ꝙ minabatur ei velle infamiã obiectare, ꝙ eam violenter opprimere voluisset, nisi mox optata voluptate potiretur: nam hic illud egit, ꝙ spõte non ageret, sed fecit ad euitãdam infamiam, quã timebat, vel mortem, quare debet hic iustus metus pœnam mitigare, vt dicit tex. in c. sacris de his, quæ vi. Peccauit ergo mortaliter, nã debebat potius mortẽ pati, quàm malo consentire, sed non includitur sub Casu.

XI. Pariter nec ebrius, qui absque culpa sua inebriatus est,
34 sed dolo alterius, † vel ignorans vim vini captus est eius sapore, & ita cõmisit incestum, arg. tex. in c. inebriarũt 15. q. 1. vbi secundum glosam non punitur pro incestu, sed propter ebrietatẽ, quia ebrietas est peccatum veniale, Creditur. n. Noè percepisse potum fuisse potentem, & immoderatũ, non tamen existimabat potentem inebriare, Ita dixit Turrecr. in c. 6. dist. 35. Item vt dixit Nicolaus de Lira, iuxta Hyero. Augu. & Hebræos ꝙ Loth aduertebat de cõcubitu cum muliere iuxta se, & ꝙ cognouit eam carnaliter, sed ꝙ esset filia, ignorabat, quia calefactus vino nõ recoluit ꝙ vxor sua esset mortua, & ideo credebat esse cum ea. Vnde per hoc Loth totaliter nõ excusatur, quoniam manifestũ est ꝙ peccauit. Ita Archid. & Turrecr. in d. c. inebriarunt, quod intellige venialiter, quamuis Archid. in d. c. sexto die. n. 9. & Turrecr. nu. 6. aiunt Noè fuisse ebriatum sine peccato, verũ regula ad cognoscendum, an ebrietas si peccatum

35 catum, † talis constitui potest.

Ebrietas est sine culpa illi, qui nescit potum esse immoderatũ, & inebriare potentem, vt cum ignorat fortitudinem vini.

Estque cum veniali, quando percipit potum esse potentem, & immoderatum, non tamen existimat potentem inebriare.

Cum mortali, cũ aduertit potũ esse immoderatũ, & potentẽ, & inebriantẽ, & tamen vult magis inebriare, quam à potu abstinere. Quod idem dic de crapula, de his qui, se ingurgitant, vt euomant, de quibus habetur in c. ne tales de consecr. dist. 5. Archid. in d. c. 6. in princ. & nu. 9.

XII. Nec etiam ille comprehenditur sub litera, qui solitus coire cum vxore etiam dormiẽ-
36 do, dum secreto hoc vxor † diceret suæ sorori. Nocte quadam dum vxor cum marito non esset, concubuit cognata, & vir dormiens carnaliter illam cognouit, & nec si vigilans coiret, si c ederet suam esse vxorem, & multò magis, si semidormiens, vt et ã colligitur ex his, quæ diximus in expositione literæ.

XIII. Dubitatur an actus impudici, vt vacare tactibus, oscu-
37 lis, † seu amplexibus libidinosis cum consanguinea in primo, vel secundo gradu, vel cum cognata vxoris suæ cã delectationis sensibilis, quæ ibi sentitur, animo nullo modo deueniendi ad opus, nec cum seipso .s. se polluendi, & cũ ipsa, & ita in effectu non peruenitur, sit Casus reseruatus. Et dato, quòd non sit reseruatus, an saltem sit circũstantia necessaria ad confitendum. Ita vt non sufficiat, cõfiteri tactus delectationẽ vel amplexuũ, vel osculorũ cum persona. Sed oporteat confiteri cum consanguinea in primo vel in secundo gradu, aut cum moniali, vel cũ masculo. Circa primum resolutoriè dico hunc non comprehendendi sub casu, Nam reseruatio nõ intelligitur de actibus exterioribus nõ consumatis, sed solum de perfectis cũ effectu, ita ꝙ si aliqs incipiat opus incestus cum sua sorore, sed nõ perficit, non cõprehenditur sub litera, quia secundum regulam à Doctoribus traditam per tex. in c. perpetuo de elect. in 6. Casus reseruati intelliguntur solũ de actibus ad extra cũ effectu, vt notatur ꝑ Anch. in c. 1. de homi. in 6.

Circa secundum, an sit circunstantia necessaria ad confiten-
38 dum, † vel sufficiat dicere. Tetigi libidinosè, vel amplexatus sũ, aut osculatus cum delectatione venerea, non tamen animo deueniendi ad actum, quãdam personã. constituo tres Casus. Quorũ

Primus, Apud omnes cõmuniter habetur talem delectationem esse peccatum mortale, Caiet. in verbo impudicitia.

Secundus, Delectatio supradicta non mente, & animo deueniendi ad opus habita cum tali, vt cõsanguinea, vel masculo, aut professo: vel in sacris, est eiusdẽ moris, cuius esset concubitus inter illos, ꝙ si delectatio esset cõ-

cubere cũ cõsanguinea ĩtra vas, atq; cõsumãdi est incestus, si extra, mollities, idẽ cũ masculo, prẽter quã qa si ĩ vase, esset Sodom.

Tertius, si delectatio esset ad consanguineam, non habens relationem ad eã, quia consanguinea, vel religiosa, & nec deueniẽdi ad copulam, sed solũ delectandi in osculis, vel tactibus impudicis, aut aspectibus libidinosè, quia puer, vel consanguinea pulcra visu, & c. tunc videtur prima fronte dicendum, & videtur esse opinio satis colorata ℣ cum nullã habeat talis delectatio ad persona, quia consanguinea non sit circumstantia necessaria ad confitendum. Sed sufficit dicere Tetigi, Amplexatus sũ, vel osculatus sum quandã personam libidinosè. Ego aũt censeo hanc circunstantiã esse necessariò confitendã, exprimendo an tactus sint cũ consanguinea, vel cũ moniali, aut masculo cũ tales tactus sint eiusdẽ moris, cuius essent coitus consumati inter illos, Caiet. qui supra quem sequitur Armilla in eod. verbo impudicitia. Alias tenendo contrarium talis opinio meo iuditio esset erronea, nam sequeretur, quòd si quis concuberet cum fœmina, quæ esset monialis sciẽter, nullã tñ habens relationẽ, quia monialis, sed solũ, quia pulcra, nõ esset sacrilegiũ.

Surr. Trani Castellaneti Plac. Nolan. et Cal.

XIV. Quia in multis locis vt Surrẽti, Trani, Castellanetæ, Placentiæ, & Cauæ reseruatur incestus cũ personis spirituali cognatione coniunctis, quæritur an talis litera comprehendat confes-
39 sarios † cognoscentes eas quas in confessione audierunt. Credimus quòd non, etenim quamuis Simachus Papa in c. omnes 30. q. 1. dicat quod omnes, quos in pœnitentia suscipimus, Ita nostri filij spirituales sunt, vt & ipsi, quos vel nobis suscipiẽtibus sub trinę immersionis vocabulo mergẽtibus vnda sancti baptismatis regenerauit. Tamen confessor propriè non dicitur pater spiritualis, scilicet quòd per audientiam confessionis cõtrahatur cognatio spiritualis, facit glosa in c. 1. §. ex datione de cognat. spirit. in 6. vbi habetur quod ex datione Sacramenti pœnitentiæ nõ contrahitur propriè illa cognatio, quæ matrimonium impedit, vel dissoluit, sed bene aliqua cognatio spiritualis, quæ est inter confessorem & pœnitentem, nam confessor est pater spiritualis, quia per doctrinam, & monita, atq; administrationẽ Sacramenti pœnitentem Deo conciliat, ℣ quãdam gerit cum spirituali genitura similitudinem. Verum & si non cadat confessor sub tali ca-
40 su, tñ grauissimè peccat † tum, quia cognoscens filiam spiritualem fornicatur, cum omnis illicitus coitus impropriè sic dicatur, 32. q. 4. c. meretrices, Tum quia committit sacrilegium 33. q. 2. c. si quis 2. Item adulterium, quod est grauissimum peccatũ, glos. in c. fi. extra de purg. canoni. Vnde potest inquisitor hæreticæ priuatis contra ipsum procedere,

cedere, cum male videatur sentire de hoc Sacramento, abutendo illo, vt nos diximus in 1. vol. consil. de cognat. spirit. lib. 4. cons. 1. nu. 28. Quare meritò solent licentiæ huiusmodi confessariorum ipso facto esse reuocatæ. Et anno præsenti 1606. per Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopum Neapolitanum fuerũt ipso facto excommunicati tales nefarij incestuosi. Estq; talis excommunicatio solum illi reseruata, ita vt nec pœnitẽtiarijs dicatur concessa.

XV. Sunt etiam immunes ab huiusmodi casu prædicatores, qui efficiuntur patres spiritua-
41 les † per pastoralem curam, iuxta illud Apstoli 2. Cor. 13. In Christo Iesu per Euãgelium vos genui. Nam illi sic dicuntur per methaforam, quia cõferunt subditis tria esse, gratiam sacramentorum per doctrinæ pabulum, nutrimentum, & instructionem per legum lationem. Non tamen hęc suffiniunt ad cõtrahendam cognationẽ spiritualem, sed solum collatio gratiæ per modum generationis, qua anima spiritualis infunditur, & corroboratur, quod primum fit per baptismum, secundum per confirmationem, & his duobus Sacramentis cognatio spiritualis propriè contrahitur, d. §. ex datione. Et ideo solum comprehenduntur cognoscentes cõmatres, vel filias spirituales, quas baptizauerunt, seu confirmauerunt, c. 1. 2. & 3. de cognat. spiritu. & insuper committunt sacrilegium, cap. si quis el. 2. 33. q. 2. quod clarè exprimitur in Diœcesi Nolana ab illius Ordinario.

XVI. Confessarius circa con-
42 fessionem multa † consideret, & primo, vt diligenter inquirat de gradu consanguinit. & affinit. vt sic iudicium det. An sit Casus reseruatus, secundo, si incestus est cum ascendentibus, vel descendentibus, quia tunc esset circunstantia necessaria, si esset in primo gradu, vt cum filia, vel matre ob notabilem deformitatem secundũ Sotum in 4. sententiarum distinct. 18. quæst. 2. art. 4. versic. colligamus. Tertio si in sacris sit, vel consanguinea sit coniugata, vel religiosa, quia tunc etiam esset adulteriũ, vel sacrilegium, Nauar. in Manuali c. 16. nu 9. versic. Quinto qui habet. Quid tamen sit agendum, quando in confessione circumstantia exprimi nequit, nisi persona, cum qua peccauit, prodatur; vide per nos in Prima Parte decis. lib. 1. cap. 20. num. 34. & in append. lib. 1. c. 5. num. 6. & 7.

Quartò insinuet grauitatem criminis, vt supra explicauimus à num. 13. vsque 23. Consideret etiam locum, vbi incestus fuit commissus, quia si in loco sacro solet esse excommunicatio. Excidat causas peccandi, quæ fit per mutationem loci, nam quando mutatur locus, mutatur mentis affectus cap. valet,

distinct. 81. suspendat si fieri potest per aliquod tempus, vel hebdomadas absolutionem, & perceptionē sanctissimæ Eucharistiæ, iuxta tex. in c. omnis de pœnit. & remiss. & interim saltē suadeat, vt semel in hebdomada confiteatur. Si non solum deuenit ad opus, sed etiam si præstiterit consensum ipsi operi incestuoso, iniungat ei grauem pœnitentiā vel in pecunia erogāda pijs locis, si auarus est, vel aliquam carnis macerationem. Et demum, quando deuenit ad absoluendum, absoluat primum ab excommunicatione, si illam incurrerit. Demum absoluat satisfaciendo mulieri prius consanguineæ in foro conscientiæ, si forte fuerit virgo, iuxta ea, quę diximus in 1. par. decis. lib. 2. c. 79. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij plures species narrantur.*
2 *Corporis humani, & animati peremptio qualiter fiat.*
3 *Homicidium potest etiam sine sanguine fieri.*
4 *Homicidium simpliciter reseruatū de quo intelligatur.*
5 *Homicidium voluntarium quid.* nu. 26.
6 *Homicidium voluntarium reseruās an comprehendat mandantem.* nu. 9 & 10.
7 *Homicidium voluntarium quadrupliciter committitur.*
8 *Mandati turpis nulla est obligatio.*
11 *Homicidium duobus modis reseruari solet ab Ordinarijs.*
12 *Epilogus expositionis verborum.*
13 *Homicidium horribilius est omni peccato.*
14 *Homicida incidit in manus Dei.*
15 *Vsurpat sibi, quod est Dei.*
16 *Homicidium vocatur contra naturam.*
17 *Homicida clericus qualiter de iure canonico punietur.*
18 *Clericus occidens paganum est irregularis.*
19 *Irregularitas nec peracta pœnitentia tollitur.*
20 *Pœnitentiarij an dispensent super irregularitate delictorum.*
21 *Papæ quod non liceat dispensare super homicidio voluntario, qualiter intelligatur.*
22 *Papa faciliter dispensat super casuale.*
23 *Homicida facit iniuriam Deo, Angelo sibi, & homini.*
24 *Homicida voluntarius non gaudet immunitate.*
25 *Homicidium voluntarium simpliciter reseruatum multa requirit.*
26 *Animus occidendi qualiter deprehendatur.*
27 *Voluntas in maleficijs spectatur in foro exteriori.*
28 *Caput inimici amputās mortui nec homicida est, nec irregularis.*
29 *Homicida vocatur sicarius, & quare.*
30 *Venefici occidentes veneno, includuntur sub casu reseruato, vocanturq. pro ditores.*
31 *Extinctio hominis per venenum dicitur propriè homicidium.*
32 *Constitutio pœnalis quando large*

gè interpretanda, nu. seq.

34 Veneni genus, quod datur ad amorem captandum, vbi nu. seq. quod triplex est genus, veneni.

36 Abortus animatus comprehenditur sub homicidio voluntario, non tamen inanimatus, nu. seq.

38 Homicida verus non est dant mulieri aliquid, quod non potest generare.

39 Homicidiũ voluntarium non includit factum in defensione.

40 Sed an extendatur ad homicidium factum pro defensione rerum.

41 Vulneratus in rixa si persequens inimicum fugientem occidit, non est homicidia voluntarius.

42 Occidere incontinenti quando dicatur.

43 Occultus quando dicatur inuentus in actu veneris.

44 Occidere patri an liceat filiã adulterantem.

45 Occidens propter vulnus acceptũ, an sit voluntarius homicida.

46 Homicidium casuale differt à voluntario, exempla.

47 Homiciaium casuale quid.

48 Delictum præsumitur factum animo nocendi.

49 Dicenti se occidisse ad sui defensionem, non creditur, nisi probet.

50 Homicida per insidias quis dicatur.

51 Occidens voluntarie sic volentem includitur sub casu.

52 Iniuria quando fieri posset in volentem.

53 Homicida voluntarius est, si appẽsare interficit carceratum, quem sciebat a Iudice debere occidi.

54 Occisio vt sit iusta, quæ requirãtur.

55 Homicida propriè non est condẽnans aliquem ad mortem iniuste, & eum exequens.

56 Occidi impune potest bannitus per sententiam iudicis.

57 Sed quid si sententia banni esset nulla.

58 Vulnerans aliquem ex animo vt occidat, qui ab alio fuit extinctus, an sit verus homicida.

Vulneratus mortifere quid differat ab eo, quem constat ex vulnere esse moriturum.

60 Occidens ne occidatur, an sub Casu inuoluatur.

61 Voluntarium duplex.

62 Suffocans mater filium in lecto, an sit verè homicidia.

63 Verberare tantum intendens, si excedendo interficit, an sit homicida voluntarius.

64 Occidens vnum pro alio, an dicatur homicida voluntarius.

65 Mortis causam dantes an dicantur occisores.

66 Occidisse secundum communem vsum loquendi quando dicatur.

67 Circunstantiæ, quæ exprimendæ circa hanc materiam homicidij.

68 Homicida voluntarius ad quid teneatur in foro conscientiæ.

69 Occidens iuste ad nullam tenetur restitutionem.

CASVS RESERVATI Per Illustriss. & Reuerẽdiss. Archiepiscopum Capuanũ.

De Homicidio. Cap. XIV.

Homicidium voluntarium.

EXPOSITIO.

Casus 1.

(OMICIDIVM) Nõ hic homicidium† quòd interpretatiue committitur, continetur, quod fit omittendo, de quo loquitur tex. in c. pasce dist. 86. & in l. necare .ff. de lib. agnosc. vnde August. contra Faustum lib. 1. Nã si non pauisti, occidisti. Et nec interpretatiuũ homicidiũ, ꝙ fit cõmittendo, .s. detrahendo, de quo habetur in c. homicidiorũ de pœnit. dist. 1. & per glos. in verbo detrahit. Dicũtur n. homicidæ interfectores fratrũ, mala persuadendo, c. noli putare dist. ead. vel opere scandalizantes, vnde B. Gregorius de prælatis loquẽs sic ait. Tot mortibus rei sũt, quot in posterũ perditionis exẽpla trãsmittunt. Sed solũ homicidiũ verũ, ꝙ fit in proximũ, per separationẽ anime à corpore violenter, c. homicidiũ de pœnit. dist. 1. Hoc vero quid sit, ibi habetur ꝙ est corpo-
2 ris perẽptio .s. humani† animati, vt etiam habetur in c. si homicidium 23. q. 5. Quæ qualiter fiat, habetur .ff. ad l. Aquil. in l. qua actione §. occisum, vbi dicitur. Occisum autem accipere debemus siue gladio, siue ẽt fuste vel alio telo, vel sine illo, vt manibus, si forte soffocauerit eum, vel calce pcussit, vel capite, aut qualiter, qualiter. (Exẽpli gratia) si quis de põte aliquem præcipitauit, siue ipso ictu perierit, aut continuò submersus est, siue non statim mortuus est, sed lassatus & fessus vi fluminis victus perierit, de homicidio tenetur, quemadmodum si quis puerũ saxo illisisset, d. l. qua actione §. fi. ex quibus verbis id colligi põt ꝙ valde deseruiet pro decisione Casuum, quòd occisio nõ solum
3 põt † fieri manibus cũ sanguine, sed ẽt sine sãguine, vt soffocãdo eũ, item siue statim moriatur, siue nõ. Vnde qui porigit venena animo occidendi eum, quamui non statim moriatur, dicitur occidere. Quod idẽ dic de muliere faciente abortũ animatũ, se percutiendo, licet non statim abortiatur, c. sicut hi, ibi per zonam, & c. consuluisti 2. q. 1. Ista enim manib' dat causã, vt abortiatur; licet nõ statim sequatur abortus.

(Homicidium) si simpliciter fieret reseruatio homicidij, esset intelligẽdum de voluntario, hoc est de eo, quòd fit studiosè, malo animo ex proposito, & data
4 opera. † Est enim delictum, in quo de sui natura dolus requiritur, Bart. in l. 1. §. non autem .ff. si quis testa liber ex quo infertur, quòd statutũ imponens

pœnam

pœnam mortis pro homicidio, debet intelligi de dolosо, & non culposo, aut casuali, Baldus in proprijs terminis in l. data opera col.4.C.qui accusar. Idē Baldus,& Salicetus in l.2.C.de noxa li.Decius in c cognoscentes j.lectura num.32. extra de consti.& in consil.9.1.vol. Cardin.consil. 44. Idem Decius consi.234.num. 5.& 6. Felinus cons.48.num.18. & ratio est, quia statutum debet intelligi secūdum ius commune, vt notatur in c.cum dilectus extra de consuet.in l.2.C.de noxali.in l.si quādo de inoffic.testam. Decius in c.ex parte num.36.de appella. sed homicidium est vnū ex delictis,in quibus de sui natura requiritur dolus,ergo. Exprimitur tamen ab Illustrissimo Domino Archiepiscopo voluntarium, ad faciēdum casum magis clarum,vt fieri debet. Abundans in cautela non nocet,maximè in his, quæ spectant ad animarum salutem. Hinc additur.

(Voluntarium) voluntarium
5 dicitur illud, † quod est cognitū, & intentum, vel per industriam, vt per insidias cōmissum, vel voluntate,& ex proposito factum, vel in causa propinqua, & ordinata ex se ad mortem, quale est (v.g.) porrigere alicui venenū mortiferum, aut ferire ense punctim circa præcordia, vel circa caput etiam cęsim. Apponitur etiam voluntarium, ad excludendum illud,quod fit calore iracundiæ, vel quod fit ad necessariam sui defensionem, vel si modum excederet in defendendo,nam talis defensio videtur esse culpabilis & non dolosa, quare huic non debetur pęna illa ordinaria,quæ debetur voluntariè occidēti Abbas in c. significauit de pœnit. & remiss.& nec ea irregularitas īcurritur,quæ descēdit ex homicidio volūtario, facit id, qđ dixit Abbas in c. olim el 1.nu.15.& seq. extra de rest. spol. sic nec includitur homicidiū casuale,siue detoperā rei licitæ,vel illicitæ, quia non est per se intentum,idest simpliciter voluntarium.

(Voluntarium) sed an dicēdo voluntariū,includantur mandan
6 tes † & videtur ꝙ sic. ex doctrina illa,quam Bartolus ponit in l si quis pro emptore nu.61. ff. de vsucap.qui dicit, ꝙ quando verba scripta sunt in rē, vt quia dicit pro homicidio,pro tali vulnere,quis puniatur, tunc mandans etiam ex verbis tenetur, Casus est.ff de adulter. l. hæc verba, & de acquir. hæred. l. si seruum, §. prætor ait, per quæ iurā rectè probatur intentio, & mens Bartoli,vt per Iasonem in d.l.si quis pro emptore num. 361. vbi etiā extendit adsuadentem.sed modo verba casus scripta sunt in rem, quia fit reseruatio pro homicidio voluntario, ergo extenditur ad mandantem. Ita vt mandans dicatur verè occidere, facit etiā tex in c. mulieres extra de sent. excommu. ex quo habetur, quòd mandans fieri homicidium,dicitur verè homicida,sic.n habetur (Is verè committit,cuius auctorita-

ritate vel mandato delictum cõmitti probatur, facit etiam glosa in c. sicut dignum verbo consiliũ de homic. vbi homicidium volũtarium dicitur quatuor modis,
7 † facto, præcepto consilio, & exhortatione, & maximè si mãdaretur personæ, quæ iuris necessitate teneretur obedire, puta filio, seruo, & c. vt per Abbatem in d.c mulieres col. 2. in fi. Sylvest. in verbo Mandatum, quia licet mandati turpis nulla sit obligatio
8 † etiam post susceptum mandatum, l. si non remunerandi §. rei turpis. ff. mand. si tamen obedit, comprehenditur mandans; nam dicitur verè facere, quando puniretur homicidium vi statuti, & ratio est, quia in rem scriptum est, quo casu ex propria significatione verborum comprehenditur mandans, & tenetur de homicidio, l. aut qui aliter §. hæc verba. ff. quod vi, aut clam, vbi Bart. At si verba scripta sunt in
9 personam, † puta si quis occiderit, vel si quis homicidia commiserit, & similia, tunc ille, qui fieri fecit homicidium, est propriè homicida, vt ff. ad l. Aquil. ita vulneratus in princ. sed secundum fictionem, & interpretationẽ dicitur feciſſe, ita hanc distinctionem probat tex. in l. aut qui aliter §. penult. & fin. ff. quod vi, aut clã, & hæc distinctio videtur tutior, & melior, quàm illa, quam ponit Bart. in l. sed si vnius §. seruus. ff. de iniur. & videtur esse magis cõis opinio, Iason in d. l. si isq. pro emptore n. 361. Quare cũ in hoc sẽcõ casu, qñ verba scripta sunt in pſonã, nõ cõprehendatur mãdãs, & cõsulens verè, sed interpretatiuè fit, vt casus reseruans
10 occidentẽ, † non extendatur ad mandantem, quia mandans fictè facere videtur, c. vt famæ extra de sentent. excommun. nam verbum videtur denotat fictionem, l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi arm. (Deieciſſe autem is videtur, qui mandauit, aut iussit, vt aliquis deieiceretur; parui. n. referre uisum est suis manibus, quis deijciat, an uero per alium. Quare si familia mea ex uolũtate mea deiecerit, ego uideor deieciſſe) dicit glosa quadam interpretatione, quia qui per alium facit, per seipsum facere uidetur: Hinc iure optimo inuenio duobus principaliter modis hunc casum ab Ordinarijs fuisse reseruatum,
11 † uel in personam, & quia tunc non cõprehendebatur mandans, locorum Ordinarij addiderunt. Mandantes. & c. ut Surrenti (Homicidæ uoluntarij, Mandantes quoque, & auxilium ad id dãtes) pariter Salerni. (Homicidia uoluntaria uel per se, uel per alium perpetrates, aut eos, qui consilium, aut auxilium ad id efficaciter dedere) sic Bononiæ. (Homicidium uoluntarium committẽtes, iubentes &c.) similiter Ferrariæ (Homicidæ uoluntarij, auxilium, uel consilium qui dederint.) Idem Placentiæ, Nolæ, & Castellaneti. At quandoque uerba casus scripta sunt in rem, ut in præsenti casu Capuę, & Regij.

Surr. Saler. Bonon. Ferr. Plac. Nola. Castel laneti. Capua Regij.

Mes-

Messa. Maz. Messanę,& Mazare,nulla fit mẽtio demãdante, & ratio est,quia cum verba casus scripta sint in rem, fit vt ex propria significatione verborum mandans comprehendebatur, quamuis ad maiorẽ cautelam,iuxta illud. Abundans cautela non nocet, ab aliquibus Ordinarijs fuit casus reseruatus in rem. puta homicidiũ voluntarium. Deinde etiam addiderunt, vt Mutinæ.nam sic dicitur. (Homicidium voluntariũ, Mandantes quoq; & auxiliãtes, vt etiam Castellaneti.Ex quibus omnibus constat, q; sub his verbis Homicidium voluntarium

Mut.

Castel laneti

12 comprehenditur † non solum is, qui manibus ex proposito aliquẽ occiderit, & studiosè siue manibus cum sanguine, aut sine, vel porrigendo venenum,vel abortũ faciendo, sed etiam,si mandauerit,modo fuerit secutus effectus, sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

PRimo, quàm graue sit homicidium ex multis ostenditur,quia non solum est peccatum mortale,sed est horribilius, & terribi-
13 lius † omni peccato,quod sit inter homines, cum peccatum eo sit grauius,quo maius inde sequitur nocumentum,sed ex homicidio sequitur vitę ademptio,ergo est omnium grauissimum, quod inter homines fit,Dom.Sotus de iust.& iure lib.5. quæst.10.art.3. D. Thomas 2.2. q.73.art.3.& etiam plerunque sequitur animæ damnatio, cum homo in mortali existens interimitur,Hinc tex.in c.miror dist.50.vocat homicidiũ immane flagitium, quod est notandum pro statutis.& tex. in c. fin.de tempor.ordin ponit homicidium inter maiora crimina, Hinc ferè ab omnibus Ordinarijs reseruatur, vt infra videbimus.

II. Quia dicitur horrendum
14 crimen, † nam homicida incidit in manus Dei. Hinc maiora de illo supplicia, quàm de alio scelere suscipit. Ab altari.n.Dei is auellitur, vt morte moriatur Exod. 22. sanguinem etiam ipsius effundi statuit, sicut & ipse proximi effudit. Exod c.20. & gladio feriendum est ferientem gladio Leuit.24. Num. 25. habetur vnde homicida semper quod facit expectat, l.3. C.de episc.audien.

III. Quia homicida id sibi
15 vsurpat,† quod est Dei, scilicet auctoritatem, cuius est vindictã sumere de malefactore, vnde Exod.c.22.ad iudices dicitur,Maleficos non patieris viuere, vnde Deus est vltor homicidij.Genes. cap.4.

IV. Quia hoc peccatum vo-
16 catur contra naturam,†quia naturaliter quis diligit sibi simile, Eccles.ca.13. vnde tanquàm nefandum peccatum pernitiosum, horrẽdum, & immane est abominandum,& fugiendum.

V. Quia punitur iure cano-
17 nico depositione,†si clericus est, vt in c. presbyter dist.81.& c.cũ

non

non ab homine extra de iudic. Hinc dixit Archiep. Florent. in 1.par.art.7.c.8.in princ. q̃ diœcesani propter horrorem & detestationem criminis mittunt homicidas ad Curiam Romanam absoluendos,qui per Psalmistam vocantur viri sanguinum Ps.24.

VI. Efficitur irregularis, c. si quis viduam dist. 50. Quare non potest,si clericus est, in ordine suo ministrare, & nec ad susceptos ascendere d.c. miror,Et
18 hæc intellige,etiam † si clericus paganum, interficeret, c.clericũ § de his clericis dist. 50. de homic.c penult.

VII. Quod nec peracta pœ-
19 nitentia delicti tollitur † irregularitas, quia licet quis subiret tãtam pœnitentiã,q̃ si statim moreretur, volaret ad astra,non tamen propter hoc tolleretur irregularitas, Etenim quamuis pœnitentia absorbeat peccatum,nõ tamen reformat in pristinum statum, vt de pœnit. dist.6. cap.qui vult 2.q.7.ca. si quis omnem 15. q. 6. cap. presbyter, & ita facit ad id,q̃ pœnitẽtiarij in foro pœni-
20 tentiali non † possunt dispẽsare, suę per irregularitate delictorũ, vt irregularis habilitetur ad celebrandum, vel beneficium obtinendum, nisi super hoc haberet speciale mandatum ; facit glosa optima de Iudicijs, at si clerici Verbo de adulterijs. Et quãuis liceat Episcopis dispẽsare in omnibus irregularitatibus, tamen excipitur illa, quæ oritur ex homicidio voluntario c. liceat sess. 24.in Concil. Trident. & in sess. 14.c.7. Vbi habetur,q̃ nõ potest dispensare super homicidio, & si occultum fuerit circa promotio nẽ ad aliquos ordines, & nec ad aliqua beneficia simplicia,sed oĩ ordine,& beneficio, ac officio Ecclesiastico perpetuo carere debet is,qui per industriam, & insidias occiderit proximum suum Hinc Host. in summa de homic. volunt. §.fin.dicit,q̃ nec Papæ licet dispensare cum homicida voluntario,d.c.miror, verum text. ille non negat q̃ non possit, sed q̃ difficulter dispenset, ita Gem. ibi. At Rebuffus 2. par. tit.de dispẽsatione cum corpore vitiatis nu.19.dicit super homicidio vero voluntario Papa non dispensat maximè quo ad altaris ministerium, iuxta tex.in d.c.miror, & c.j de homic.etiam in regulari nisi in loco, in quo erit occultum homicidium,sed non in loco in quo est commissum propter scandalum, sed alibi celebrabit ad congruam sui sustẽtationem, vt Doctores notant, in c.1. & c. ad audientiam de homic. Et in foro conscientiæ facilius dispensatur imposita tamen graui pœnitentia, quando ipse homicida vellet religionem ingredi.Et nota, quòd quando Rebuffus dicit. Nõ dispensat.hoc referas ad difficultatẽ, & non ad impossibilitatem, Hoc est quòd de difficili Papa dispensat,si tamen vult,potest quia in omni irregularitate ex homicidio voluntario etiam notorio dispensare potest, vt cõmu-

munis opinio testatur, sic Innoc. Host. Anani. & Panor. in c. sicut dignum nu. 12. & in c. continebatur nu. 3. & in c. ad audientiã nu. 4. vbi Socc. nu. 95. de homic. cum irregularitas homicidij voluntarij, sicut & omnis alia solo iure humano introducta sit, ex Innoc. & alijs in c. ad audientiã.

22 At si agitur de homicidio casuali, † Papa facilius dispensat, quam cum voluntario, maximè si dabat operã rei licitæ, c. dilectus, c. seq. c Ioan. & Mari. socc. in d. c. continebatur. nu. 4.

Sed in homicidio necessariò si quis vim vi repellendo occiderit, & se defendendo, tunc datur dispensatio facile, & cum absolutione in foro conscientiæ ad cautelam, clem. vnica de homic. & si factum fuerit ex ineuitabili necessitate datur per viam declarationis, secus si vitari poterat homicidium, fugiendo, glosa, & Doct. in c. suscepimus de homic.

Sed si homicidium quis cõmiserit alium defendendo ẽt extraneum, cum teneretur proximum suum iuuare, sicut fecit Moyses contra ægittum, datur dispensatio ad cautelam, dummodo oppressus mortis, periculum aliter euadere non potuerit, & tunc ẽt ad altaris ministeriũ, & ad beneficia, vt ea retineat, sed difficilius dispensatur, quãdo oppressus potuisset mortis periculũ euadere.

23 VIII. Quia homicida facit iniuriam Deo, † Angelo sibi, & homini, Deo quia occidit filiũ suũ, cũ omnes simus filij Dei per creationem, vt in Ps. filij omnes. Angelo, qui custodit hominem, Sibi, quia efficitur infamis, & vilis psona, adèo, quòd in facto graui nõ põt recipi in testem sine tortura, quòd est multum notabile, ita dixit Baldus in auth. si dicatur in vlt. col. C. de testi. quẽ sequitur Hypp. de Marsil. in l. lex cornelia nu. 76. ff. de Sicar. Crudelis est etiam sibi ipsi, nam efficitur inops, quia terra sua dabit sibi paucos fructus, & in futurum hæreditas sua erit dãnatio æterna, quia homicidæ sunt destructores humani generis, exterminantes hominem factum ad Dei imaginẽ, quare fiunt hominibus odiosi, nam omnis viuens appetit vt moriatur, & tandem sunt Diaboli imitatores, qui homicida vocatur, Ioan. c. 8.

24 IX. Licet delinquens gaudere debeat ecclesiastica † immunitate, si ad illam confugerit, vnde non debet inde extrahi inuitus, toto titu. de immunit. Eccleslast. tamen illa non gaudet, qui per insidias aliquem interficit, vt habetur in lib. 2. nostrarum decisionum par. 1. cap. 19. num. 4. An vero hodie debeat gaudere vel non vide Bullam Greg. XIIII.

X. Quia & si in alijs delictis sufficiat pẽnitentia ad delẽdum peccatum, tamen homicida non est absoluendus nisi satisfactione prẽmissa, argum. tex in cap. si quis membrorum 23. q. 8. de qua satisfactione infra in pen. decisione.

De-

Declaratio Casus per Decisiones.

I. VT homicida absolui non possit à simplici cõfessario, sed solum per Episcopum, vel habentem Casus reseruatos, multa
25 re quiruntur, † vt sit homicidiũ, hoc est animati criminis peremptio, & humani, cap. homicidium de pœnit. dist. 1. Quæ quidem occisio fieri potest sanguinis effusione, vel sine, c. proposuisti de consecr. Eccl. vel alt. (Exemplum primi) si gladio, siue etiam fuste, vel alio telo hominẽ occiderit, vel sine sanguine, si fortè suffocauit eum, vel de ponte aliquẽ præcipitauit, siue ipso ictu perierit, aut continuo submersus est, aut lassatus vi fluminis victus perierit, l. qua actione §. 1. ad fin. ff. ad l. Aquil. Secundo, vt sit voluntariũ, hoc est, quòd dolo, malo animo occidendi sit commissum, l. j. §. 1. ff. de sicar. Animus vero de-
26 prehenditur ex modo, †& qualitate percutiẽdi, nam si gladium strinxerit, & eo percusserit, indubitatè occidẽdi animum habuisse cõuincitur, sed si claui, aut cũ calce, aut virgis; vel lorij, seu cũ pugno, aut cum manu vacua, profectò talis non videtur animo occidendi percussisse, d. l. 1. §. 1. l. eum, qui, C. eod. l. 1. C. de emend. seruo. Phil. Decius cons. 9.

II. Is, qui cum telo ambulauit hominem necandi causa, & gladium strinxerit, & eo percusserit, non tamẽ occiderit, quamuis in foro exteriori pro homicida sit damnandus, l. 1. §. Diuus. ff. de sicar. l. is, qui cum telo. C. eo. quia in maleficijs non exitus, sed voluntas spectatur, l. Diuus Adrianus. ff. eod. Et idem in foro conscientiæ, quo ad Deum, quia Deus magis ad cor respicit quã ad manum, cap 1. in fine 15. q. 6. Tamen quo ad pœnam reseruationis casus non incurrit, nisi fuerit perfectum homicidium, etiã si fecerit quod potuit, vt interficeret, Specul. Archidiac. Gemin. Francus, & Ioan. Andr. in d. cap. perpetuò de tempor. ordin. lib. 6 Tum etiam, quia hic reseruatur homicidium, quod tunc fieri dicitur, quando anima est separata à corpore mediante gladio vel fuste, aut alio modo qualiter, & qualiter, d. l. qua actione.

III. Ambulans cum ense inimicum necandi causa, si eum inuenit ab alio occisum, & is animo vlciscendi abscindit caput,
28 †quamuis apud Deum sit homicida, qui respicit cogitationes, & voluntates, tamen immunis censetur à casu reseruato, & à pœna irregularitatis, tenetur tamen de iniuria illata mortuo, arg. deducto ex l. si quis sepulcrũ, C. de sepul. viol. cum talis inimicum non peremerit.

IV. Homicida voluntarius dicitur non solum, qui hominem ferro interficit, vnde dicitur sica
29 rius † à sica. qui est gladius acutus vtrinque incidens, Hyppol. de Marsil. in l. 1. ff. de sicar. sed ẽt is, qui quocũque modo aliquem occi-

occiderit cũ gladio, fuſtę, vel lapide, vt dixit gloſa inſtit. de public indic. §. Item lex Cornelia Verbo ſicuris. gloſa in cap. ſicut dignũ §. hi quoq; verbo ſicarios de homic. vel ſine manibus, vnde omnes iſti incidũt in caſum, ſi ex induſtria, & ſecuta morte.

V. Cũ occiſum dicamus ſiue gladio, vel manibus, vel qualiter, qualiter, d. l qua actione, fit, vt Venefici, qui hominem venę-
30 no occidunt † l. eiuſdem §. adiectio. ff. de ſicar. comprehendãtur ſub litera, nam tales dicuntur occiſores voluntarij, Quare dixit Bal ĩ l. nemo clericus. C. de ſum. Trin. quòd venenans aliquem nõ ſolum dicitur habere animum deliberatiſſimum occidendi, ſed ẽt vocatur proditor, idem in conſ. 210. in 4. vol. Barbat. conſ. 70. incip. vbi CHRISTVS, & tex. in l. 1. C. de Male. & Mate. dicit, quòd plus eſt hominem veneno extinguere, quam gladio occidere. ij enim veneno perempti cum proditorię, & clam venenentur, non poſſunt aliquo modo ſe defendi, ſed qui gladio occidũtur, poſſunt reſiſtere, & aliqualiter ſe tueri. Quod ſi quis obijciat non eſſe recedendum à proprietate verborum in caſibus reſeruatis, cũ ſint ſtricti iuris, facit tex. in c. pœnæ de pœnit. diſt. 1. Abb in cap. perpendimus de ſentent excommu. l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. ſed homicidium dicitur hominis occiſio ab homine facta, Archid. in cap. cũ homo 23. q. 3. l. ſi ita vulneratus §. 1. ff. ad l. Aquil. & fit propriè ferro, gladio fuſtę, aut lapide, gloſa in d. §. Item lex Cornelia, & homicida propriè eſt, q. proprijs manibus occidit, Egid. Boſſ. eo. tit. §. homicidium num 2. Barto. in l. ita vulneratus §. 1. Ergo non eſt extendendus caſus ad veneficos. Reſpondeo multipliciter & primo ex tex. in d. l. qua actione ibi Manibus, aut qualiter, qualiter quòd extinctio hominis per venenum dicitur propriè homicidiũ,
31 † quia fit manibus, dando venenum illud miſcendo alicui rei comeſtibili. vel potabili, ex quo ſequitur mors. Quare ſiue ſtatim accepto veneno perierit, vel nõ ſubito, ſed dietim, dietim debilitatus obierit, is dicitur occiſus d. l. qua actione §. 1. & fin. ſed poſito q. extinguere veneno non ſit occidere, tamen dicimus q. talis comprehenditur ſub caſu, quia lĩcet Caſus reſeruati non debeant excedere propriam verborum ſignificationem, tamen fallit, qñ interuenit fauor animæ, ſic dixit Francus in c. 1. de tempor. ordin. lib. 6. q. conſtitutio pœnalis, quæ alias non extẽditur ad alium caſum ẽt ſi ſit eadem ratio, & ſimilitudo omnimoda, tamẽ in fauorem animæ etiam in correctiuis, & pœnalibus à paritate rationis fit extenſio ad aliũ caſum, ita Bart. in auth. Sacramenta puberum num. 19. C. ſi aduer. vendi. Barbat. conſ. 56. col. 12. volum. 2. Roman. cõſ. 285. in fine facit gloſa in l. Apoſtolicæ verbo omnes C. de ferijs, ſic Abbas in c. ex te-

nore

nore extra qui filij sint legit. dicit ex Io. Andr. quòd constitutio
32 pœnalis debet extendi, † & largè interpretari, quando emanat, vt euitetur animarum pericula, similis glosa in cap. sciant cuncti de elect. in 6. sed reseruatio peccatorum ab Ordinarijs fit ad animarum salutem, vt cum viderint pœnitentes non à quibusuis, sed à summis tantum sacerdotibus posse absolui à criminibus atrocioribus, & grauioribus, præseruantur à recidiuo: Præterea, quãdo dispositio continet publicam vtilitatem, potius dicenda est fauorabilis, quàm odiosa, & tũc valet argumentum à simili, vt dixit glosa notabilis in l. quemadmodum. C. de agr c. & censit. lib. 11. Maximè, quando extensio tendit
33 in fauorem Reipublicę, † quia tunc debemus ipsam extendere tanquàm dispositionem fauorabilem, Bart. in d. l. quemadmodũ num. 4. Idem si contineret fauorem Ecclesiarum, glosa in c. sciãt cuncti in verbo alias de elect. in 6. Francus in d. c. 1. de tẽporib. ordin. lib. 6. Ex quibus rectè infertur, quòd si in reseruatione casus solum exprimatur de homicidio, & simus in dispositione pænali, quæ est odiosa, tamen extensionem patietur ex fauore Reipublicæ, & Ecclesiarum ad veneficium ex maioritate rationis, per tex. in l. 1. C. de malef. & matem. & c. Hinc Decius in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. num. 72. dixit, quòd statutum, vt bannitus possit impune occidi, etiam extenditur ad eum, qui proditoriè illum necauit veneno, quia tale statutum respicit vtilitatem publicam, quare latè est interpretãdum, præterea quando Casus nõ expressus potest comprehẽdi sub lata significatione casus expressi, tunc etiam in pœnalibus admittitur extensio, l. Libertum §. pen. ff. de ritu nupt. iũcta l. j. C. de interd. matrim.

Vltimo dico, quòd hic non dicitur propriè extensio, sed inclusio, Hinc fit, quòd licet rubrica fit ad l. Cornel. de sicar. tamen comprehendit etiam veneficiũ, idem etiam habetur extra de homic. Et hoc quidem venit ex mẽte legis, l. scire leges. ff. de legi l. nomini, & rei §. verbum ex legibus. ff. de verb. signific. nam si reseruatio fit de homicidio, multò magis fit ex mente legislatoris de veneficio, ex quibus omnibus concludẽdum videtur veneficiũ comprehendi sub homicidio voluntario.

Hinc comprehenduntur sub
34 casu venefici, † qui dant quoddam genus veneni, quod dicitur ad amorem captandum, vel conseruandum, quod venenum non occidit, nec sanat, sed homines incitat, & inducit ad amorẽ, vel odium, quod dicitur potius maleficium, quàm venenum, & de eo agitur de malef. & mathem. & vulgo dicuntur Maliæ, seu fœturæ, ex quibus homines infirmantur, nec à medicis cognoscitur eius ægritudo, & ex talibus maleficijs, seu malis homines, & mulieres

lieres moriuntur, & si non moriuntur, saltem debilitantur, & annihilantur dietim, † tanquam homines habentes morbum Gallicum. De hoc maleficio, quod est duplex, nam aliud vocatur amatorium, & aliud veneficiũ, latè diximus in 1.volum. consil. de sentent. excommunic. lib.5. cons.19. num.17. cum seq. Hypol. de Marsil.in l.eiusdem §. adiectio. ff.de sicar.vbi Doctores notant ex illo text. q triplex est
35 genus veneni, † nam aliud est bonum ad sanandum,aliud malũ ad occidendum, & aliud ad incitandum amorem, igitur isti comprehenduntur.

VI. Includitur etiam sub homicidio voluntario mulier, quæ viscerib. suis vim intulit,vt partum suum animatum abigeret, hoc est faceret abortum, iuxta text. in l.si mulierem.ff. de sicar. nam talis,quæ cõceptum in vte-
36 ro per abortum deleuit,† homicida est,ca. consuluit in fi.2.q.5. vel qui per Zonam arripuit mulierem prægnantẽ,quæ huiusmodi occasione aborta est, nam dicitur verè homicida, quia huiusmodi occisio fuit facta manibus, iuxta tex.in l.qua actione §.1.ff. ad l.Aquil. Quare hic, qui data opera, & studiosè fecit abortum post fœtum animatum,cum sit homicida,perimendo corpus humanum animatum, puniendus est pœna mortis, vt est tex. in l. Cicero.ff.de pœnis,facit tex.in l.1. ff.ad l.Pomp.de parricid.l. penu. C.de sicar. Est Constitutio Sixti V. quam latè explicauimus in j. parte nost. decis. lib.2.c.63.quæ voluit, vt in tali faciente abortum, præter censuram sibi ipsi reseruatam,habeant locum omnia iura, quæ locuntur aduersus veros homicidas.

VII. Non tamẽ comprehenditur illa, quæ consulto fecerit
37 abortum fœtus inanimati,† nam talis non dicitur verè homicida, cum ei non conueniat eius definitio, ita est tex.in c.si aliquis, ibi (Quod si nondum erat viuificatus extra de homicid. qui distinguit inter viuificatum,& non viuificatum, idem facit text.in l.si quis aliquid §. abortionis.ff de pœnis.

VIII. Nec etiam includitur, qui causa libidinis explendæ mulieri aliquid fecerit,vel ad potãdum dederit, vt non possit gene-
38 rare, † aut concipere, quia talis nõ est verus homicida,sed vt homicida tenetur, d. cap.si aliquis. Quare Baldus in c. nonnulli extra de rescript. dixit q si statutũ dicit, q aliquis puniatur tanquã Falsarius, non debet puniri pœna legis Corneliæ de falsis, sed alia mitiori pœna arbitrio iudicis,sequitur Felinus in cap. solitæ de maior. & obed.

IX. Cum hic reseruetur homicidium voluntarium, quod dolo,& per industriam est commissum,fit,vt excludatur homicidiũ
39 ad sui defensionem, † quare is, qui in vitæ discrimine constitutus, aggressorem, vel alium, qui insultum fecit, occiderit, non tene-

tenetur, vt homicida, & si ad defendendum fiat, & non ad vindicandum, non peccat, & consequẽter non cadit in Casus reseruationem, quia defensor propriæ. Salutis in nullo peccasse videtur, l. is qui, & l. seq. & l. si vt allegas. C. de sicar.

X. Qui cum posset vitam suam tueri pro tuitione rerum suarum, voluntariè furem diurnum, vel nocturnum occidit, incurrit in hunc Casum tàm per leges canonicas, quàm etiam ciuiles, & hoc contra Canonistas, & maximè Bartol. in l. furem. ff. de sicar. dicẽtem quem excusari ab occisione furis, vt sua liberaret. Assertum nostrum primo probatur per tex. in c. 2. extra de homicid. qui loquitur copulatiuè. ibi. Te tuaque, ergo amborum requiritur concursus. l. si hæredi. ff. de cond. & demonst. & sic non sufficit periculum bonorum tantum. & ita intelligitur 23. q. 3. in principio. & in 2. glosa. facit etiam tex. in c. suscepimus extra de homic. vbi habetur, q̃ potius quis debet amittere tunicam, & pallium, & ipsorum iacturã substinere, quã aliquem interficere, Item facit tex. in l. itaque. ff. ad l Aquil. qui dicit, q̃ possum occidere latronẽ mihi insidiantem, vbi pondera verbum. Mihi, quia non dicit rebus meis insidiantem. Rursus dicit se, & non sua bona. sic tex. in d. l. furem ait. si parcere ei sine suo periculo non potuit, ergo non bonorum. sic text. in l. sed si quæcunq; in princ. ff. ad l. Aquil. ait q̃ licitè facit, qui metu mortis furem occidit, ergo non metu bonorum, vltimo hanc sententiã post Abbatem tenuit Ioan. And. Io. de Anania in cap. 2. vbi Mar. Socc. extra de homic.

XI. Non tamen comprehenditur is, qui percussus, & vulneratus in rixa insequebatur fugiẽtem, qnem vulnerauit, & occi-
41 dit, † licet mortaliter peccet, quia hic potius in culpa est, quã in dolo, & inconsultus calor faciilitatis veniam meretur, l. 1. ff. ad Senat. Conf. Turpill l. respiciendum §. delinquũt ff. de pœnis D. Anton. & Abb. in c. olim. n. d̃ rest. spoliat. Franciscus de Aretio in cons. suo 34. incip. visis diligenter testibus, Hypp. de Marsil. in l. lex Cornelia num. 91. de sicar.

XII. Et si leges ciuiles permittant vt pater occidere possit inuentum cum filia turpiter ludẽ
42 tem, † dummodo incontinenti hoc fiat, & dicitur incontinenti occidere, quãdo propè vno ictu, & vno impetu vtrunq; occideret æquali ira aduersus vtrunq; sumpta, (v.g.) si dum adulterũ occidissẽt, fugeret filia, & interpositis horis apprehẽsa à patre, qui eam persequebatur, occideretur ita tex optimus in l. quod ait lex & §. fin. & l. nec in ea, & l. nihil. ff. ad l. Iul. de adulter.

Pariter secundum leges permittitur marito adulterum vxoris suæ occidere, sed non quemlibet, vt dicit tex. ĩ l. marito. ff. eo. tit. Et dicitur adulter inuentus nõ solum in actu veneris, scilicet nudus

nudus cum nuda in actu carnali
43 venereo, † sed etiam, si repertus
esset adulter in præludijs veneris, vt solus cum sola in cubiculo cum verbis blandis, ac lasciuis, vel cum osculis, vel cum tactu mammillarum, ita Angel. de Aretio in Verbo *che hai adultera-to la mia donna* in 4. charta Verbo An patri liceat, quando omnia ista sunt adulterij præludia. glosa, & Bartol. in l. 1. ff. de var. & extraord crimin. glosa, & Bart. in l. capite quinto. ff. de adulter. Tamen isti peccant mortaliter; nam per iura Pontificia improbantur leges ciuiles, Sylvestr. in Verbo lex quæst. 11. & sunt homicidæ, cap. interfectores, & ca. quicunque, & cap. admonere 33. quæst. secunda, quia nemo antequam adiudicetur, morti dãdus est, Non tñ vñr incurrere in hũc casum ex mente eorum, quæ dixit idem Sylvestr. in Verbo Excommunicatio sexta quæst. 10. ex mente Vuelua. sum. Pisan. & Rosel. qui dicunt, ꝙ pater, vel
44 maritus † occidendo clericum cum filia, vel vxore turpiter inuentum, non est compellendus ad sedem Apostolicam venire, cap. si vero 1. extra de sentent. excommunicat. Parcit. n. his Canon, quia tàm iustum dolorem compescere non potuit, l. Gracchus. C. de adulter. l. si adulteriũ §. Imperatores ibi Difficillimum. cum sit iustum dolorem temperare, ff. ad l. Iul. de adulter. ij. n. mortaliter tantum peccãt, cum non videantur esse in dolo, sed hoc fecisse ob iustum dolorem.

XIII. Hinc etiam fit, ꝙ nec sub casu reseruato includitur is, qui non appensatè deuenit ad euaginationem gladij cum altero, & dum immittendo ictus, sen-
45 tiret se vulneratum † calore iracundiæ animo deliberato suum aduersarium vulnerauit, & occidit, facit text. in l. quicquid calore iracundiæ. ff. de regul. iuris, quia in delictis nõ finis, sed principium attendendum est, vnde refert Anton. de Butr. in capit. olim 1. de restitut. spoliat. & ibi pulcrè Abbas colum. 10. dicit, ꝙ licet occidens aggressorem non se defendendo non excusetur, tamen mitius punitur, adeò, ꝙ si percussus insequatur vulnerantem, qui fugiebat, & eum occidat, non punitur vt homicida, quia est potius culposus, quàm dolosus, nam quoties quis iusto calore accensus deliquit, pœna ei debet aliquantulum temperari, per d. l. si adulterium §. Imperatores, ita Felinus in cap. dilecti filij colum. 8. versic. secunda Decisio. ff de excep. vbi refert esse in potestate Iudicis non condemnare homicidam ad mortẽ.

Sic neq; qui modum in defensione excedit, nam talis excessus non dolosum, sed culpabilem reddit, vt habetur in nostris decis. in 1. par. lib. 2. c. 65. num. 13.

XIIII. Cum reseruetur homicidium voluntarium, fit, quòd ab eo excipiatur homicidiũ casuale, vnde qui in confessione asseuerat homicidium se non vo-

luntate, † sed casu fortuito fecisse, quamuis fuerit in culpa, nõ incidit in casum, vt si quis ex alto se præcipitando super alium venerit, eumque occiderit, Aut putator ex arbore cum ramum deijceret, non proclamauerit, & prætereuntem occiderit, iuxta text. in l. lege Cornelia. ff. de sicar. vel si quis aliquem calce interfecerit, l. eum, qui C. eod. quia talia homicidia non voluntate, sed casu fortuito facta videntur, d. l. eũ, qui, & non dolus, sed culpa inest, d l. in lege. Sunt tamen isti irregulares, cap. presbyterũ, c. continebatur, c suscepimus, c. ad audientiam de homic. Quod secus esset, si nõ fuissent ĩ culpa, c. lator., c. dilectus filius eo. tit.

Est autem casuale homicidiũ,
47 † quando quis aliquid agit ex quo moraliter, & iudicio boni viri mors nõ solet sequi alterius, vel sui, nam si aliquando mors sequatur, illud casuale dicimus.

XV. Licet in dubijs animus in delictis semper præsumatur
48 nocendi, & offendendi, † vt notatur per glosam notabilem in l. si non conuitij in glosa 1. & ibi per Doctores. C. de iniur. & omne maleficium in dubio prẽsumitur esse factum iniustè, nisi probetur contrarium, ex quo est de genere prohibitorum, vt in c. 1. extra de præsumpt. & habetur per Baldũ in ca. sicut nobis in fine extra de re iudic. Quare si aliquis dixerit se occidisse hominẽ ad sui defen-
49 sionem, † statur suæ confessioni, quod occiderit, sed nõ creditur, nisi probetur quòd ad sui defensionem fecerit, quia ius prẽsumit cõtrarium, vt not. per Doctores in clem. 1. de homic. per Baldum in l. Aurelius §. idem quæsijt. ff. de liber. causa. Tamen secus est in pẽnitentiali foro, vnde quamuis in foro exteriori præsumatur contra occidentem, tamen in iudicio animæ statur dicto pẽnitẽtis tàm pro se, quàm cõtra se, ex glosa in c. placuit de pẽni. dist. 6. Diximus sup. in c. 4. num 49.

XVI. Si homicida volũtarius est ille, qui aliquem interficeret animo deliberato, & appensate, atque ex proposito, multo magis erit ille, qui per insidias, & prodi toriè interficit, vt qui sub specie
50 fidelitatis † suauia, & dulcia verba amico proferendo, amplexando, blande ridendo maxima pollicendo illum interficit, nulla orta occasione, & litigio, atq; rixa, quod potest multipliciter contingere, vt si socium suum interficit in via, l. fin. de delator. lib. 10. vel si secum sedendo in mensa, Bart. in l. recipiendum §. de inquũt. ff. de pẽnis, vel si veneno, aut etiam alijs modis, qui habentur pee Alfonsum Villagut de extẽs. legum quæst. vnica num. 53.

XVI. Incidit in casum reseruatum etiam is, qui interficit ani
51 mo deliberato sic volentem, † argum. text. in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur q̃ nemo est dominus membrorum suorũ, Quod idem dicimus de percutiente clericum volentem, nam licet volenti non fiat iniuria l. in perso-

nam

nam in princip.ff.de pact.regula scienti de regul iur.in 6. Tamen excommunicatione innodatur, qui in clericum etiam volentem manus inijcit, ca.contingit 1.de sent.excomm. De hoc vide Bar. in l.1.§.vsq; adèo.ff.de iniur. vbi ponit quandam regulam magistralem, quãdo iniuria fieri possit in volentem. Dicens q̃ quãdo quis sibi nõ põt facere iniuriam
52 † de iure absque pœna exteriori, nec põt alij hoc permittere, sed homo nõ põt facere aliquid, per quod corpus suum scindatur, vel os frangatur,l.fin.§.si quis autẽ. ff.de bonis eorum,qui mort. sibi consisc.ergo eodẽ modo non põt alijs hoc permittere, quia nemo est dñs membrorum suorum.

XVIII. Comprehenditur ẽt sub casu,qui pensatè interficeret aliquem homicidam carceratũ, quamuis sciat eum à iudice de-
53 bere occidi † cap. cum minister 23.q.5.cum talis occisio dicatur
54 iniusta;† nam vt iusta sit, requiritur iusta causa, iustus ordo, & iustus animus, Astens. in quinto præcepto Decalogi, Quare licet iste ex iusta causa, quia occidit eum,quẽ scit à iudice debere occidi,& ex iusto animo ; nam non amore vindictę,vel lucri,sed iustitiæ hoc faciat, quia tñ deest iustus ordo;nam occidit iuris ordine non seruato, Etenim nõ dum prolata sentẽtia,& iussu iudicis, peccat mortaliter,estq; sub casu reseruato,& irregularis,imo hoc procedit,etiam si quis occideret reum damnatum ad mortem dũ dicitur ad locum iustitiæ,quamuis sit de familia iudicis,licet dubius esset quod sibi eriperetur p viam, quia teneretur de occiso, nisi hoc faceret de mandato iudicis,ita Baldus in l fideicommissa §.si quos.ff.de legat.3.& l.fin.C. de malef.& mathem.Hyppol.de Marsil. in l.1.num.13.ff de sicar. Nos in j.par.decis.lib.2.c.62.nu. 25. Quod idem extende, si exequeretur sententiam manifestè iniustam,quia non tenetur obedire,nisi faceret de mandato superioris ex metu iusto cadente in constantem virum, nam & si peccet mortaliter, ca. sacris de his, quæ vi,non tamen videtur voluntariè occidere, sed propter metum,facit tex.in d.c.sacris.

XIX. Non tamen in casum incurrit reseruatum iudex,qui in
51 iustè aliquem condemnat † ad mortem, & sententia fuit executa, quamuis largè dicatur homicida volũtarius,iuxta illud Exo. 23. Insontem, & iustum ne iudices,l.fin.C.de pœna iud qui malè iudic. Non tamen propriè dici potest,cum huiusmoei homicidæ non competat eius definitio.

XX. Immunis est à casu reseruato,qui interficit bannitum,
56 † hoc est diffidatum per sententiam iudicis, cum talis sit transf. fuga, & hostis Ciuitatis, l. amissione §.1.de capit.dimin. Hostis autem Ciuitatis potest impune occidi. l.1.ff.ad l.Corn. de sicar. Abb.in c.fin.nu.4.de cõsuet.quia talis occisor videtur deputatus executor iustitię,quare si occidit

zelo iustitię,& nõ ex odio,& vindicta,non peccat, & consequẽter non incurrit in casum reseruatũ ita Felin. in c. quæ in Ecclesiarũ nu.3.& 12.verbo procedit,& nu. 13.de consti. Nos qui sup.nu.53.

XXI. Sed an sit peccatũ mortale, & consequenter casus reseruatus, si quis interficeret foriudi
57 catum,† cuius sñia est nulla.Ex dictis Bart.in l.fi.ff.de adult.colligitur,q̃ peccet mortaliter, quia antequã occideret,debebat se informare de qualitate bãni, vnde dicit,q̃ debet puniri de homicidio tanquã cõmisso ex culpa, & non tanquã ex dolo,& ita est puniẽdus arbitrariè,quare cũ cesset dolus,videtur cessare casus reser.

XXII. Qui animo deliberato aliquem vulnerauit letaliter causa occidendi, qui postea fuit extinctus, atq; exanimatus ab alio
58 † ex proposito. Non primus,sed secundus incidit in casum reseruatum, tex. est notabilis.in l.itẽ mella §.Celsus.ff.ad l.Aquil.Sed quid si certũ esset vulneratũ ex primo vulnere mori, videtur tũc comprehẽdi sub casu reseruato, quia tenetur de occiso, l,ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.Tamen cõtrariũ credimus: cum reseruatio fiat,& intelligatur de actibus exterioribus cõsumatis cũ effectu, vt sup. diximus in regulis.Quod si quis scire cupiat discrimen inter mortiferè vulneratum,& eũ,
59 quẽ cõstat ex vulnere esse moriturũ.Respondeo ex Afflicto li.1. Constit.Regni.rubr.13.q̃ qui est mortiferè vulneratus,pot consequi sanitatẽ,& hoc sepius cõtingit pp bonum regimen, vel robustã complexionẽ, quod nõ est,qñ certũ esset illum esse moriturũ. Et hæc quo ad casus reseruationẽ, nam quo ad irregularitatem non solum,qñ certũ esset primũ vulnus fuisse lethale,sed ẽt,qñ dubiũ esset,si ex prauo vulnere fuisset moriturus, mortuo vulnerato primus erit irregularis, glosa ĩ c.significasti,verbo q̃d si discerni, & ibi Abbas nu.8. de homic.

XXIII. Immunis est à reseruatione casus occidens aliquem, ne ipse occidatur (v. g.) Princeps
60 præcepit alicui,† vt occidat aliquẽ alias occideret ipsum mandatarium, Hic n.si metu mortis cadentis inconstantẽ virũ interficit, nõ cõprehenditur sub casu, quia non spontè,sed coactè fecit c.1.15.q.1.Quod si quis obijciat istum cõprehẽdi,quia coacta voluntas est voluntas,d.c.1.Respõdeo,q̃ voluntariũ est duplex.simpliciter,& secũdum quid,simpliciter volũtarium est illud, quod voluntariè,& spontè cõmittitur, & hãc requirit huiusmodi Casus reseruatio. At voluntarium secũdum quid est id,qđ fit contra voluntatẽ, sed vtiq; vult pp quid facit,quia vult viuere, & nisi fecerit,mori timet, & ideò nõ per seipsũ appetit vt occidat, sed vt occidẽdo viuat,ita habetur in d. c.1.Non tñ iste excusatur à peccato mortali, quia pro nullo metu debet quis mortale peccatũ cõmittere, c.sacris extra de his, quæ vi, quia potius quis debet

quę-

quælibet mala pati, quàm multo consentire, ca. ita ne 32. quæst. 1. Quod si quis obijciat text. in l. pen. ff. si famil. fur. fecis. dica. vbi glosa dicit, ꝙ si quis metu tiranni occidat, ne occidatur, licitè facit. Dic illud procedere in foro exteriori de iure ciuili, quia talis actus est impunibilis, secus vero de iure canonico, vt dixit Villagut de extens. legũ in quęst. de motu num. 76. & nos in 2. par. decis. lib. 2. c. 19. nu. 23. nam non excusatur à peccato mortali.

XXIV. Nec etiam cõprehenditur sub litera mater, vel nutrix, quæ tenellum puerum in lecto suo collocauit cum pe-
62 riculo probabili suffocandi, † si secutus fuerit effectus, Etenim licet talis sit homicida, c. consului sti in fine 11. q. 5. non tñ fuit tale homicidium voluntarium, sed casuale, de hoc Caie. 2. 2. q. 62. ar. 8.

XXV. Immunis est etiã intendẽs aliquem verberare, si excedendo in verberibus modum,
63 † occidat; Etenim licet iste non videatur excusabilis ab homicidio, cum ex hoc euenire posse debuerit cogitare. cap. final. de homicid. in 6. Tamen ille tex. intelligitur, quo ad irregularitatem contrahendam, vt mandans aliquem verberari, licet expressè inhibeat, ne occidatur, secutæ morte irregularis efficitur, quia ex quo dedit operam rei illicitę, sunt ei omnia imputanda, quæ possunt sequi ex re illa illicita. Non tamen procedit ille text. vt occidens dicatur voluntarius, cum non voluntate, sed casu dicatur occidisse, facit text. in cap. si qua fœmina distin. 50. vbi probatur, ꝙ percutiens ex ira non habens animum, & voluntatem occidendi, si sequatur mors, non spontè, sed casu occidisse dicatur: nam propositũ, & volũtas distingunt maleficia. l. si quis nec causam. ff. si certum petatur cap. cum voluntate de sentent. excommunic. facit etiã text. in l. eum, qui C. ad l. Corn. de sicar. regiſtratus in cap. frater distinct. 50. Vbi probatur, ꝙ ascribitur casui, & non voluntati, si quis moriatur ex percussione non illata cum proposito occidendi. Quare fit, vt minus peccare videatur occidens sine animo occidendi, quàm vulnerans animo accidendi, l. 2. §. Diuus. ff. de sicar. facit text. in l. 1. l. is, qui C. eod. quia hic est in dolo, ille in culpa, & dolus præponderat culpæ, l. item si obstetrix §. fin. ff. ad l. Aquil.

XXVI. Pariter erit etiã immunis ille, qui credens occidere Titium, interfecit Sempronium,
64 † quia hic non est homicida voluntarius in personã Sempronij, sed est homicida in genere respectu deliberationis facit quod dixit glosa in ca. si verò 2. in verbo ignorauerit de senten. excommunicat. ꝙ si quis credit percutere Titium laicum, si in persona errãs percussit Martinum clericum, non incidit in excommunicationem, quod probatur per dictam literam, quæ dicit si per-

cutiat clericum, quem credidit laicum, non est excommunicatus.

XXVII. Quamuis dicat tex.
65 in l. nihil interest ff. de sicar. † ꝙ nihil interest. Occidat quis, an causam mortis præbeat. Tamen ij, qui causam mortis dant, & si vulgo, & secundum communem
66 vsum loquendi † dicatur occidisse, tamen secundum propriam significationem, quæ facienda est in homicidio, tracta interpretatione vocis, à cedendo, & cęde, vt dicit tex. in d. l. ita vulneratus §. 1 ff. ad l. Aquil. hi non comprehenduntur, Quæ quidem interpretatio eadem facienda est in statuto Episcopi, cum statutum debeat intelligi secundum ius commune, Decius in cap. ex parte cum concordantibus num. 36. de appellation. Quare vt lex intelligit illud solum dici homicidium, quod manibus fit, d. l ita vulneratus §. 1. & l. qua actione §. 1. ff. ad l. Aquil. ergo sic statutum reiecta vulgi opinione debet intelligi, Hinc fit, vt non cõprehendantur sub casu obstetrices dantes mulieribus consulto mala medicamenta, & illa offerẽtes eis, ita vt inde perierint, quãuis causam mortis præstiterint, nec si quis hominem fame necauerit, vel si Titium equitantem concitato equo effecerit in flumen præcipitari, & ita obierit.

XXVIII. Circa confessionẽ
67 attendat confessarius, † vt pœnitens exprimat circunstantias necessarias, & primo circa personam occisam, quia si quis occiderit patrem, aut matrem, filium, fratrem, vel sororem, dicitur parricidiũ l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid. & iure atrox pœna imponitur, l. fin. ff. de parric. & homicidio grauius est parricidium, 23. quæst. 8 cap. occidit. si clericum, vel religiosum, sacrilegium, & homicidio erit cõiuncta excõicatio Papalis sibi reseruata, 17. q. 4. c. si quis suadente. Secũdo quo fine fecit, ꝙa si cõiugẽ interfecit eo animo ducendi mulierẽ suam in vxorem, tũc tale crimen impedit, & dirimit matrimoniũ, cap. super hoc de eo, qui duxit in matrimon. si occidit mulierem prægnantẽ, quia tunc est duplex homicidium, maximè si fœtus esset animatus, si perstitit homicida multo tempore in hac voluntate, quia si voluntas fuerit interciſa, oportet confiteri numerum eo meliori modo, quo potest, sed si voluntas fuerit continuata, tempus, quo in ea voluntate persistit, vt diximus in prima par. decis. libr. 1. cap. 20. num. 11.

Si homicidium cum alijs commiserit, quia necesse est confiteri toties, quoties induxit.

Si in loco sacro, quia sacrilegium. His bene perpensis denuntiet pœnitenti se esse obstri-
68 ctum ad compensandum † damnum illatum, vt expensas curationis, Chirurgi, & Aromatariorum, & aliorum ciborum medicinalium in conscientia, & ad precium, quod sub labore, & arte acqui-

acquirere posset diebus, quibus ob ictus fuit impotens, & si mortuus fuerit, vel ita manchus remanet, quòd inhabilis remanet ad amplius laborandum, vel artem, quam sciebat exercẽdum, tenetur totius vitæ precium restituere, quod arbitrio boni viri est metiendum, vt diximus in prima parte nostrarum decisio. lib. 2. cap. 67. num. 4.

Modo pœnitens non ponatur in graui, & extrema necessitate. Quod si pœnitens promittat hoc facere, iniungatur in pœnitentia, vt ieiunijs, atque orationibus mortuum apud Deum adiuuet, vt dixit Sotus lib. 5. de iustit. & iur. artic. 3. colum. quarta, quæst. j. quam vt facilius acceptet, ostendat ei grauitatem criminis, & quamuis habenda sit ratio ad quantitatem contritionis. circa impositionem pœnitentiæ, glosa in cap. mensuram de pœnitent. distinct. 1. Tamen habeatur etiam ratio. An sit
69 assuetus ad occidendum, † quia huic grauior est iniungenda. Verum qui iustè occidit ad se, suaque, vel proximum defendendũ ab iniusta aggressione, ad nullam tenetur restitutionem, sicut etiam in d. cap. diximus.

SVMMARIVM.

1 *Occidit, qui fratri suo malum persuadet.*
2 *Consulens, vt sit homicida, quæ necessaria. num. 27.*
3 *Iussus quid à ratihabitione, auctoritate, mandato differat, & consensu.*
4 *Iussus quando accipiatur pro mandato.*
5 *Mandatum quid differat a consilio.*
6 *Consulens, instigans, & inflammãs impropriè præstant opem.*
7 *Literas mandati ad homicidium deferens tenetur de homicidio, si conscius est, sed an in foro interiori, vide.*
8 *Obedire quando tenentur sub potestate constituti.*
9 *Mandans verberari, si occidat mandatarius, an mandator teneatur.*
10 *Intellectus ad tex. in c. 1. de homic. lib. 6. cum seq.*
12 *Conatus quando non puniatur, nisi secuto effectu.*
13 *Canoni si quis suadente quis non incurrit, nisi per tactum personæ, vel vestem clerici,*
14 *Mandans an comprehendatur, si mandauerit fieri homicidium, si mandatarius erat alias facturus.*
15 *Et quid si mandans expressè, aut tacitè reuocauerit.*
16 *Sed quid si reuocatio mandati non peruenerit ad mandatarium.*
17 *Mandatum, quod comprehendatur sub casu, intelligitur de expresso.*
18 *Intellectus ad tex. in c. fin. de homic. in 6.*

19 *Delictum committere, & opem ferre ad delictum differunt.*

20 *Opem præstare homicidio multipliciter contingit.*

21 *Persuasio, Consilium, inuestigatio, & instructio ad homicidium committendum quando auxilium, vel consilium dicantur.*

22 *Auxiliari ad homicidium committendum, vt sit Casus reseruatus, quando dicatur.*

23 *Assistens armatus ex proposito, an includatur sub casu, & quid si arma non moueat num. 25.*

24 *Assistentia in delicto multipliciter dicitur.*

26 *Auxiliantes quo ad casum incurrendum non dicitur, qui ignoranter commodant. arma.*

28 *Reuocatio consilij quando est denũcianda ei, in cuius personam debet maleficium committi.*

De Consulente, Mandante, & auxilium prestante ad homicidium committendum. Cap. XV.

Consulentes, Iubentes, & auxilium præstantes.

EXPOSITIO.

Bezon. ERè omnes locorum Diœcesani, vt Salerni, Surrenti, Cauæ, Nolæ, Mottulæ, Castellaneti, & Ferrariæ, hęc reseruant, quæ in præsenti casu. Ideo deueniendo ad verborum explicationem, dicitur. (Consulentes) sub hoc verbo continentur
1 persuadentes, † nam si fratri tuo mala persuades, dicit tex. in ca. noli putare de pęniten. distin. 1. occidis. Idem, si quis instigat suis persuasionibus aliquem ad homicidium committendum, quod alias non esset commissurus, glosa in cap. sicut dignum §. qui vero iuncta glosa in verbo prouocassent de homicid. Immo dicit text. in l. 1. §. persuadere. ff. de seruo corr. q; persuadere est plus quam aliquem compellere, atq; cogere sibi parere.

(Consulentes) Modo consiliũ
2 præcedat delictum, † & effectus sit secutus, & detur consilium ei alias non facturo, Bart. in l. non solum §. mandato. ff. de iniur.

(Iubentes) iussus multum differt à ratihabitione, †auctoritate, mandato, & consensu. nam iussus actum præcedit, Ratihabitio sequitur, Auctoritas in ipso actu interuenire debet, Mandatũ ad futura. Auctoritas ad præsentia, Ratihabitio ad præterita refertur, consensus fere ad hæc omnia, l. Exicon in verbo iussus, Adde Archid. in c. quisquis ĩ princ. & in c. seq. num. 3. 14. q. 1. Vbi habetur, q; iussus importat necessitatem, in authen. vt nulli iud. §. & hoc vero colum. 9. sed mandatum liberam obsequij prestationem, instit. mand. §. mandatum. Hic vero pro iussu mandatum accipitur, quo quis fieri quouis
4 modo mãdauit, † siue p epistolã,

siue

ſiue per verba, ſiue per nuntium, l. 1. ff. quod iuſſu per totum. Quod ſi tale mandatum fit his perſonis, quæ tenentur obedire, vt ſi Dominus ſeruo, pater filio, dicitur iuſſus. Nõ tamen ex hoc exequentes excuſantur, quia turpis mandati nulla eſt obligatio etiam poſt illud ſuſceptum, l. ſi non remunerandi, §. rei turpis ff. mandati. At ſi alijs perſonis mandatum fit, quæ liberam habent obſequij præſtationem, dicitur mandatum. Regulariter vero ſolet hic Caſus reſeruari, cum hoc verbo Mandantes, vt Surrenti, Cauæ, & Mottulæ. Et nota differentiam inter mandan
5 tem, & conſulentem, † quia conſilium eſt, quando datur alicui ad eius perſuaſi vtilitatem, ſed mandatum fit gratia mandantis, & rectè reſeruatur. Mandantes, quia licet mãdans ſit pluſquam homicida, quia delinquit in ſe, & in aliũ, quem corrumpit, tñ propriè nõ eſt homicida, ſed per interpretationem; Etenim propriè homicida eſt is, q̃ proprijs manibus illud cõmittit, l. qua actione §. occiſum ff. de l. Aquil. Vnde niſi hoc verbum adderetur, non comprehenderetur ſub hoc verbo. Homicidium voluntarium. Cum ſimus in Caſibus reſeruatis, qui ſunt ſtricti iuris, quorum verba ſunt accipiẽda in proprio ſignificatu. l. ita vulneratus §. 1 ff. ad l. Aquil. vnde rectè dixit Bart. in l. ſed ſi vnus §. ſeruus meus num. 6. ff. de iniur. quòd faciens eſt principalis, & mandans tenetur vt mãdans. At mãdare dicitur omnis, qui mandat committi delictum propter ſeipſum ad ſuæ voluntatis ſatisfactionem, nulla data pecunia, & fit per verba imperatiui modi, vt dixit Baldus in l. 1. C. de ſeruis fugit. Bart. tamen in l. non ſolum §. mandato ff. de iniur. in 5. quæſt. dicit, quod conſideratur ſubſtantia verborum & nõ ſonus, & propterea licet non dicatur Mando, ſed proferantur talia verba, ex quibus æquipollens reſultet, tamen dicitur mãdatum. Sic in Caſibus reſeruatis quamuis nõ dicatur Mandantes, ſi tamen aliqua verba proferantur, ex quibus id reſultet, exprimuntur mandantes, vt Salerni. Homicidia voluntaria per ſe, vel alios perpetrantes. Qui ſi accipiunt à mandante pecuniam, dicuntur aſſaſſini, c. 1. de homic. lib. 6. de quibus habetur in Diœceſi Panormitana. Homicidium voluntarium, vel aſſaſſiniũ committentes. De his vide Angelum in verbo Et ſempronium Rodulphi, & Boſſium tit. De mãdato ad homicidium. num 40.

(Vel ei auxilium præſtantes) Et rectè ſubduntur hæc verba nam licet conſulentes, & inſti-
6 gantes, † aut inflammantes impropriè dicantur præſtare auxilium: vt dixit Bart. in l. in furti §. ope in fine ff. de furt. Tamen non dicuntur propriè præſtare opem, l. ſæpè §. item dubitatum extra de verb. ſignif. Hinc Bart.

in

in d. §. ope colligit, quod statutum puniens præstantem opẽ, vel auxilium ad committendum homicidium, non comprehendit dantem consilium, Bossius, qui supra num. 65. Hæc circa expositionem literæ, verum quàm graviter peccent huiusmodi mandantes, consulentes, & auxilium præstantes, videndus est Bossius qui supra.

Declaratio casus per Decisiones.

I. QVàmuis in foro exteriori si mandatum homicidij fiat per literas; illas deferens si conscius est facti, teneatur de homi-
7 cidio, † eo secuto, cum dederit illi causam, & nihil interest occidat, vel occidendi occasionem ei dederit, l. ita vulneratus §. 1. ff. ad l. Aquil. l. nihil. ff. de sicarijs. Ita singulariter dixit Cynus in l. 1. §. ne autẽ in 5. col. C. de cadut. toll. in l. non ideo minus C. de accusat. Hyppol. de Marsil. in l. lege cornelia, §. præterea num. 4. ff. ad l. cor. de sicar. & ratio est, quia non tenebatur obedire, nam magis dicitur in culpa esse, quàm mandator iuxta doctrinam Baldi in l. 1. §. ne autem C. de caduc. tollen. Imò nec excusatur, si filius esset, vel seruus, aut procurator, vt si necessitate iuris fuissent impulsi obedire, quia illud in re licita
8 procedit, † & non in re illicita. quamuis obligatus esset cum iuramento in omnibus obedientiam præstare, non tamen tenetur in re illicita, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, c. inter cætera 22. q. 4. c. cum contingat de iureiur. D. Thomas 2. 2. q. 64. num. 6. Tamen in foro interiori aliud dicendum est, cum verba sint accipienda in propria significatione, & nulli dubiũ sit, quod differat mandator à deferente literas.

II. Immunis est à casu reser-
9 uato mandans, † seu præcipiens alicui solum vt verberet, & hoc habuit in mente, si postea mandatarius excesserit fines mandati, illum occidendo, cum non dicatur voluntarius, sed culposus: cum in mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerat cogitare, vnde tex. in c. fin. de homic. in 6. qui fortiter videtur obstare, dicit quòd tenetur de homicidio, intelligitur quo ad irregularitatem contrahendam, quam contrahit is, qui mandat verberari, licet expressæ inhibeat ne occidatur, si mãdatarius fines mandati excedẽs occiderit. Non tamen iste est subijciendus reseruationi Casus, cum præter intentionem mandantis mãdatarius interfecerit. Quod tunc magis procedit, quãdo mandauit, vt percuteret pugno, vel baculo leui, vel calce, aut manu vacua, l. 1. ff. de sicar. §. 1. vbi habetur, quòd ex genere instrumenti apparet mandantem non habuisse animum, vt il-

le

le occidatur, Bart. in l. cum mandati in fine, C.mand.Grammat conſ.20. nu.2.& ſeq.

III. Quod habetur per text. in c.1. de homic. in 6. mandan-
11 tem fieri homicidiũ † puniri ẽt ſi non ſequatur, procedit in foro exteriori, verum de hac materia, quando conatus puniatur non ſecuto effectu, videndus eſt
12 latè †D. Felinus in tractatu ſuo de conatu. Non tamen hoc locum habet in Caſibus reſeruatis, quamuis mandans apud Deũ ſit verus homicida, gloſa in cap. cum voluntate de ſent. excom. cum pœnæ ſint reſtringendæ, & ſolum ſibi vendicant locum ſecuto effectu. DD. in c. perpetuò de elect. in 6. Abb. in c. cum in cunctis §. clerici de elect. ſic in materia excommunicationis nõ incurrit in canonem ſi quis ſuadente 17. q. 4. niſi quis realiter
13 tetigerit perſonam, † aut veſtes clerici, Quare ſi mandatarius pararet arma, inſequeretur vulneraret, ſi non interierit vulneratus, non incidit in Caſum, quia ſtatuta Ordinariorum intelliguntur de actu exteriori cũ effectu.

IV. Comprehenditur ſub Ca
14 ſu mandans, & †præcipiẽs alicui, vt interficiat Sempronium, & ſi Mandatarius ſine mandato erat crimen commiſſurus, nam hoc caſu fit crimen reſpectu, & cauſa ipſius mandantis, inde tenetur pœna homicidij; ſta Bar. in l. non ſolum §. ſi mandato .ff. de iniur. & eſt communis. Couar. in c. vnico de homic. par.2.§.2. num.1.

V. Non includitur mandans ſub hoc Caſu, quando ante effe-
15 ctum expræſsè, aut tacitè † reuocauerit, Silueſt. in verbo homicidium num.11. idem ſi tacitè, puta reſtituta amicitia prius, ita vt in notitiam iuſſi venerit, Nauar. in Manu. c.27. nu.233. Sed quid ſi mandatarius percuſſerit, antequam reuocatio man-
16 dati peruenerit ad ipſum, †tunc credimus vtrumq; comprehendi, ſicut & vterque incideret in excommunicationem, argu. ff. manda. l. ſi mandaſſem, Nos in 4.par. deciſ.lib.2.c.49.nu.18.

VI. Quòd dicimus mandantem comprehendi ſub Caſu reſeruato, intellige de mandato
17 expreſſo, nõ aũt tacito, † (v.g.) ſi paſſus iniuriam dixerit filio, aut famulo ſuo, Non regrediaris domũ meam, donec ipſe aliquid noui audiam de te. quia ſi ſeruus meus his verbis motus interfice ret iniuriantem, quamuis irregularitatem contrahat iniuriam paſſus, cum tex. in c.fi. de homic. in 6. procedat non ſolum in mã-
18 dato expreſſo, † ſed etiam tacito, tex. optimus in cap. ex literis verbo auditis extr. de exceſ. prælat. & eſt communis, Tamen nõ ſic eſt quo ad Caſus reſeruatos, quia ſunt intelligendi de mandato expræſſo non autem tacito.

Consulentes.

ET rectè quidem, nam nisi ab Ordinarijs adderentur, non comprehenderentur sub homicidio voluntario, nam aliud est opem ferre ad delictum, & aliud
19 est committere delictum, † facit optime tex. in c. is qui opem. ff. de furtis, vbi is, qui opem furtum facienti fert, licet teneatur actione furti, non tamen dici potest committere furtum, vel etiã furem esse, facit tex. in c. si culpa de iniurijs. Vnde ista ponuntur diuersa, vnde Abb. nu. 2. notat, quod statutum faciens mentionem de committente delictũ, non comprehendit opem præstantem.

VIII. Multipliciter opem
20 præstans potest incurrere † in Casum reseruatum, modo sequatur effectus, vel ante præstando ferramenta, iuxta tex. in l. pignore §. ferramenta. ff. de furtis, vt sic violẽter effracta domo interficiatur inimicus, vel præstando pecuniam, l. cuiusque. ff. ad l. iuli. maiest. vbi Bart. nu. 2. vel domum ad commodè loquẽdum de delicto, vel ad se includendum in eo pro delicto commodè faciendo, l. & si amicus, vbi etiam Bart. de adulter. Item in ipso actu, quo homicidium committitur, assistendo malefactori, vt habilius cõmittatur, vt probatur in l. 1. C. de raptu. virgi. quæ est notabilis lex ad ista. Rursus post maleficium, vt puta adiuuando eum ad euadẽdum, & cũ prius præcesserit tractatus inter ipsos, (v. g.) Occide, quia adiuuabo te, & faciã te inuenire equos paratos ad euadẽdum, quia tunc illa spes data auxilium est ad maleficium cõmittendum, Ita Bart. in l. furtũ non committitur. ff. de furt. & in l. furti §. ope nu. 2. ff. de furt. Anch. in c. 1. de homic. in 6. Et in his omnibus auxiliantes incidũt in Casum reseruatum, secus vero, si aliquis præstaret auxilium ad euadendum, & non præcessisset tractatus; quia aliud est præstare auxilium ad committendũ homicidium, & aliud ad euadendum; Et hic reseruatur Casus auxiliantium ad committẽdum homicidium, vt manifestè patet. ibi auxilium ad id dantes.

IX. Quamuis persuasio, instigatio, & instructio ad homi-
21 cidium commitendum, † & omnia alia, quæ fiunt verbis, tantum gratia facientis, non gratia consulentis, seu instruentis, possint dici consilium, Tamen hęc impropriè dicuntur consilium, inde fit, quòd si Ordinarius reseruet sibi auxilium dantem occidenti ad homicidium, non cõprehendit dantem consilium, ita Bart. qui supra, vel instigationem, aut persuasionem, & instructionem, sic dixit Egid. Boss. in tit. de mandato ad homic. nu. 65. cum verba sint accipienda in proprio significatu.

Vel

Vel auxilium præſtantes.

X. INcidit in caſum reſeruatum, qui ex propoſito animo auxiliandi armatus aſſiſtit commit
22 tenti homicidium, † ſi fuerit ſecutum; quia is propriè dicitnr opem ferre, nam tunc auxilium præſtatur, circa actum proximũ homicidij, ſecus, ſi eſſet in actu remoto, Ita hanc regulam ponunt Doctores, præcipuè Felinus in c. ſicut dignum num. 2. de homic. Hippol. de Marſil. in c. ſi in rixa nu. 29. ff. de ſicar. Et dicitur quis aſſiſtere in actu proximo, quando homicida non commiſiſſet alias delictum, niſi ille aſtitiſſet armatus, quia ſi ſimplex auxilium præſtaret, quod eſt, quando ille omnino homicidium committeret ſine illo, tũc cum non dicatur propriè auxiliari, inde fit, vt mitius ſit puniendus, & non ea pœna, qua homicida, iuxta tex. optimum cum gloſa in c. felicis verbo ſimplici fauore de pœnis in 6. vbi pœna impoſita danti fauorem, non comprehendit dantem ſimplicẽ fauorem Hyppol. qui ſupra nu. 35. qui refert Angelum liberaſſe vnum à pœna furcharum, fit etiam, vt non comprehendatur ſub his verbis, atque auxilium ad id dantes.

At quod modis poſſit eſſe aſſi
24 ſtentia † in delicto, vide Innoc. in c. ſicut dignum de homic. ex cuius dictis Anchar. in regula acceſſorium col. 20. colligit plures Caſus, videlicet, quãdo vnus deliquit, ſed alij aſtiterũt auxilium præſtando maleficium committenti. Quandoq; aſtiterunt, ne delinquẽs poſſet offendi. Quãdoq; principalis alias etiam ſine iſtorum aſſiſtẽtia eſſet facturus, Quãdoq; nõ fuiſſet facturus. Igitur quando aſſiſtunt animo præſtandi opem homicidio committendo, incidunt in Caſum, facit gloſa ordinaria in c. 1. de offic. ordin. quæ dicit, quod illa iura, quæ dicunt Agentes, & conſentientes puniri, intelligũtur, quando eſt conſenſus cooperationis, quia tunc æqualiter puniuntur; Ita etiam tenet Baldus in l. raptores ante finem C. de Epiſc. & cleric. per dictam gloſam, & idẽ notat gloſa in c. quantæ de ſent. excom. quàm ſequitur Do. Anton. de Butrio, qui dicit eam eſſe notabilem propter ſtatuta punientia facientes, vt punire cenſeantur etiam auxiliantes, quãdo auxilium eſt cooperationis.

XI. Incurrere etiam videtur in Caſum reſeruatum, quando quis præſens eſt homicidio com-
25 mittendo, † animo ſe immiſcendi, ſi ſequatur homicidiũ, quãuis arma non moueret, nam tunc ex quo inſultãs fit audacior, & inſultatus timidior, dicitur præſtare auxilium, hæc eſt vera doctrina, quàm ponit Bald. in l. lex non ideo col. pen. verſic. item quæro de accuſat. Petr. de Anch. conſ. 212. Innocent. in c. continentiam de clerico percuſſ. & videtur tex. in c. ſicut dignũ verſ. illi autem extra de homic. Feli-

nus

sus in d. c. 1. verum doctrinam Baldi credimus esse veram in foro exteriori, & quo ad peccatū, non autem quo ad Casus reseruationem, quæ intelligi debet de actu consumato. Verum si casu armatus reperiretur præsens, tunc dubio procul non incideret, cum nec in foro exteriori teneatur de auxilio, vnde Baldus in l. data opera col. pen. vers. sed pone C. qui accus. non poss. dicit, quòd frater, qui est in rixa, non tenetur de occiso, si frater suus superuenies occidit rixantē cum ipso.

XII. Immunis est à casu (Auxilium ad id dantes) qui ignorā-
26 ter præstitisset opem, † vt si dicenti se velle ad rus ire, commodasset equum, & arma, & occidisset hominem secundum Baldū in l. quicunque in pen. col. not. 6. C. de seruir fugit. cum tunc auxiliator tenetur, quando esset in dolo, Bertach. in l. sæpè in fine .ff. de verb. signific. Sic nec qui casu, vt supra decis. præced. & qui simplieiter associat delinquentem, & qui simpliciter assistit.

XIII. Vt tandem sciatis, quādo opem præstans videatur com-
28 præhēdi sub Casu reseruato, † ne cesse est declarare, & ponere aliqua exempla ad hoc. Et Primo est Casus reseruatus, quādo duo simul stant, & vnus cōmittit homicidium, & alter assistit coram eo armatus, licet non faciat aliquem actum, Innoc. in d. c. ad audientiam. Quod est intelligendum, quando ideo assistit, vt habilius maleficium committere posset, alias sola præsentia non sufficeret, vt diceretur operam, vel auxilium præstare, vt notat Bal. in l. 1. §. sed si in eo .ff. ad Syllaia. Secundo, si vnus tenuit, & alius interfecit. nam is, qui tenuit, quasi causam mortis præbuit, vt dicit tex. in l. item mella §. si alius tenuit. ff. ad l. Aquil. Bart. cœpo. cons. 34. incipiente in Christi nomine, sic si aliquem consulto tenet verbis, & in his superueniens homicida interfecit, vel si interrogatus ab occiso de parte aduersa, respondit contrarium, & superueniens aduersarius occidit. Tertiò, quādo quis dedit gladium furioso, vt alium interficeret, & occidit, argum tex. in l. 3. in princ. & in §. 1. de sicar. In his tamen Casibus nunquam tam in foro exteriori, qaām interiori tenetur vt homicida, si delictum non fuerit consumatum l. sæpè in fine .ff. de verb. signif. vbi de ope quis non tenetur, nisi delicto cōsumato. Bartol. Cœpo. qui supra, glosa notab. & ibi Dynus in l. sed si diuortij .ff. rerum amot. Hippol. de Marsil. in sua praxi crimin. §. constante num. 65. Bertach. in Indice verbo Auxilium. Quod multo magis procedit in Casibus reseruatis, vt diximus supra in regulis lib. 1 c. 4.

Vltima. Quo ad consulentes. Vt consulens comprehendatur,
28 † quatuor requiruntur. Primo, quòd Consilium præcesserit delictum

ctum. Secundo, quòd non esset commissurus absque eo consilio. Tertio, quòd delictum fuerit secutum. Quartò, quòd non reuocauerit consilium; Quæ reuocatio est denuntianda ei, in cuius personam debet maleficiũ committi, quod se custodiat, ne offendatur, vt notat Innoc. in c. ad audientiam de homic. Bart. in l. non solum §. si mandato nu. 21. de iniur. glosa in c. sicut dignũ verbo prouocassent, vbi Felinus col. 3. de homic. Feli. in c. 1. de offic. deleg. Et hoc intellige, quando certus essem, quod nõ prodesset mea reuocatio consilij, quia ille, cui dedi consilium, quamuis persuaserim contrarium, tamẽ nullo modo vult mutare propositum, facit glosa in c. nerui dist. 13. alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Membrorum mutilatio quare reseruatur post homicidium.*
2 *Occidere, & mutilare paria sunt quo ad irregularitatem.*
3 *Occidere, & mutilare coniunguntur in iure.*
4 *Membrum quare sic dicatur, quid & quotuplex. nu. 5.*
5 *Membri officia quæ dicantur.*
7 *Membrum simpliciter intelligitur de manu. Non tamen in foro conscientiæ.*
8 *Mutilare idem est quòd detruncare.*
9 *Mutilatio realis quid differat à debilitatione.*
10 *Membrorum mutilatio comprehendit mutilantes vnum membrum.*
11 *Reseruando minus, multo magis intelligitur reseruatum id, quod est maius. nu. 12.*
13 *Digitus non includitur sub amputatione membri, fallit nu. 14.*
15 *Sed quid de indice, & quare sic dicatur.*
16 *Irregularis est sacerdos quo ad celebrationem, amputato pollice.*
17 *Paria videntur non esse, & inutile esse.*
18 *Membrum aridum verè est membrum.*
19 *Mammilla an veniat appellatione membri.*
20 *Barba an includatur sub membro, & quid de auricula. nu. 21*

De Membri abscisione. Cap. XVI.

Vel membrorum aliquod realiter mutilantes.

EXPOSITIO.

1 POST homicidium voluntariũ solent optima ratione ab Ordinarijs locorũ in diuersis Diœcesibus reseruari membrorum violatores, vt Nolæ, aut membri abscissores, sed Trani, atque Surrenti additur realiter, quod idem habetur Mutinæ. Tum quia aliquẽ interficere, & mutilare paria sunt quo ad irregularitatem cõtrahen- *Nolæ. Trani Surr. Mutinæ.*

2 trahendam, † c. fin. vbi Gemin. num. 2 de homic. in 6. glosa, quæ allegat concordãtias in clem. 1. de homic. Non tamen paria sũt quo ad pœnam, hinc fit, vt si Ordinarius solũ sibi reseruaret homicidium voluntarium, nulla facta mentione de absciſſione realis membri, tunc mutilatores non continerentur: quia mors, & membri mutilatio à pari procedunt quo ad irregularitatem c. 1. de cler. in duel. pugn. non tamen quo ad alia. Vnde qui mutilaret aliquem ex industria, Episcopus posset dispẽsare, nõ tñ in homicidio, & ita censuit sacra congregatio, quia cap. 6. in Cõcilio Tridentino sessione 24. loquitur in homicidio, & non in mutilatilatione. Tum etiã, ideò Ordinarij post homicidium addũt membri mutilationem, quia

3 ista duo coniungũtur in iure, † c. in quibusdam de pœnis, occidere, vel mutilare, vbi Anto. de Butr. nu. 4. Hinc Afflictus in Constit. Regni lib. 2. rub. 1. num. 4. vocat membri detruncationem pœnam capitalem, quod intellige impropriè, quia licet non inferatur mors toti corpori. Tamen moritur membrum, quòd abscinditur, & hoc respectu potest dici pœna capitalis. Hinc mẽbri absciſſio comparatur morti, §. ad hæc in auth· de collat. ita notat Bart. in l. 2. num. 2. ff. de public. iudic.

(Membrum) sic ideo dicitur à Metior, metiris quod est diuidere, & partiri, secundum Hugonẽ,

4 vnde † membrum dicitur, quia corporis est pars, secundũ Bart. in l. 2. ff. de publi. iudic. Et hoc dupliciter capi potest vel sub propria significatione, vel impropria. Membrum sua propria significatione propriè est illud, q̃ in corpore nostro habet propriam, & distinctam operationẽ per seipsum, vt tenet Arist. in 2. Metaph. & per Bal. in l. capitalium §. pen. ff. de pœnis. Exemplũ poni potest in manu, pede, oculo, lingua, naſe, & virilibus, quia oculus ad videndum, pes ad ambulandum, manus ad palpandum, lingua ad loquẽdum, nasus ad odorandum, aures ad audiendum, & virilia ad generandum, ita Apost. 1. Cor. 72. insinuat dicens. Membra corporis non habere eundem actum, & dat exẽplum in oculo, & pede, & refertur in c. singula dist. 89. & de virilibus facit tex. in l. si quis seruum. ff de ſicar. Bal. in l. 3. C. de accusat. largè vero membrũ est quælibet particula corporis, sicut q̃libet lapis ẽ pars domus, l. eũ, qui ędes. ff. de vsucap. (v. g.) domus habet plures partes, videlicet cubiculum, in quo dormitur, coquinam, in qua coquuntur tibi, Aulam, in qua ambulatur: ista propriè dicuntur partes domus, l. si finita §. ex hoc edicto vers sed si plures. ff. de damno infecto. sic in proposito membra appellantur, quæ habent suũ proprium, ac peculiarem actum ab alijs distinctum, vt pedes ad ambulandum, manus ad palpandum,

dum, & sic de singulis. Alia vero, quæ adiuuant officium membri, propriè appellantur officia
6 membri, &† nō membra, vt probatur in auth. sed nouo iure, C. de seru. fugit. Ita DD. in c. cū illorum, & ibi Feli. de sent. excom. Angel. de Aret. in tract. de malef. vers. membrum. Mari. Socci. in c. ad audientiam nu. 190. cum seq de homic. vnde digiti, q̄ inseruiunt manui, dentes, qui inseruiunt linguæ, & ori, propriè mēbra nō sunt. Ideòq; eorū abscissio reseruationē casus non inducūt, sicut neq; irregularitatem, nam cum sint pœnalia debent intelligi in proprio significatu.

(Aliquod) Relatiuum hoc videtur esse appositum ad maiorē
7 cautelam, nam & si membrū† secundum Bald. in d.l. data opera videatur intelligi de manu. vt habetur in auth. vt nulli iudic. §. fin. & ideò videbatur esse appositum Aliquod, vt alia membra includerentur, Tamen dictum Baldi habet locum in foro exteriori, non autem in foro cōscientiæ, vbi per membrum intelligitur membrum habēs propriam, & distinctam operationem cuiuscunq; membri.

(Realiter mutilantes) Mutilare idem est,
8 † quòd detruncare, seu abscindere, Feli. in c. cum illorum nu. 12. de sent. excom. Abbas in c. accusasti in fine de accusat. qui dicit notandum pro statutis facientibus mentionem de hoc, vide q̄ not. in clem. 1 de homic. & in c. 1. qui cler. vel vou.

Et dicitur realiter, ad differentiam debilitationis, sine abscissione membri, quæ propriè dici-
9 tur† debilitatio, quod contingit, quando impeditur exercitium alicuius membri, vt propter percussionem non possit exercere officium brachij, vel pedis, sicut hæc melius explicabuntur in decisionibus. Verū quanta sit grauitas huius peccati, patet, quia præter pœnitentiam iniungendam oportet, vt confessarius nō deueniat ad absolutionem, nisi prius damno compensato. sicut fit in homicida, vt nos diximus 1. par. decis. lib. 2. c. 67. nu. 4. Deinde occisio, & abscissio mēbri equiparantur quo ad irregularitatem, clem 1. de homic. quæ p̄ deueniamus ad decis. quarū sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CRedimus Ordinarium sibi
10 solum reseruantem † membrorum mutilationem, comprehendere etiam illum, qui vnum membrum mutilaret, facit glosa in c. omnes leges, ideſt omnis lex dist. 1. Franch. in c. 1. de tempor. ordin. l. 6.

Pariter ex sola reseruatione abscissionis membri nulla facta mentione de occisione voluntaria, cōprehenditur multo magis illa, non autem è contra, & ratio est ex tacita mente reseruantis, quæ magis attendenda est, quàm verba, cap. in literis, de rescrip.

Etenim si reseruatur id, quod est minus, multò magis id, quod est
11 maius, † argu. tex. in c. si quis membrorum 23, q. vlti. in c. quibusdã de pęnis, facit tex. in c. pęnale 14 q. 5. c. meretrices, 32. q. 4. vbi si includitur pars, multò magis id, quod est totum, si mẽbri mutilatio, multò magis occisio; Nam licet constitutio pęnalis non extendatur ad aliũ casum, ẽt si sit eadẽ ratio, vt tenet Io. Andr. in regula odia in 6. nu. 10. Do. Anto. in c. fin. de constit. facit c. statutum de elect. in 6. Tamen secus est, vbi adest maio-
12 ritas † rationis, vnde si statutũ excludit filiã à successione, multò magis excludit neptem, quia in eo est maior ratio, & quodam modo filia dici potest, l liberorũ .ff. de verb. signif. Io. Andr. in c. 1. verbo canonis, & cap fi. super glosa de elect. in 6. Baldus in l. maximũ vitium, C. de liber. præter. facit glosa in verbo gregibus in clem. 1. de decim. in c. quia periculosum verbo de Episcopis de sent. excom. lib 6.

II. Mutilans alicui digitũ nõ includitur sub hoc casu amputationis membri, quia digitus non
13 est membrum, † sed officium membri, vt .ff. de statu homi. l. non sunt liberi, glosa, & tex. in l. idem offilius .ff. de ædil. edicto. Vbi inter membrum, & digitum ponitur alternatiua, ergo sunt diuersa. Adde baldum in l. data opera, C. qui accus. non poss. Nõ enim digitus membrum, sed membrum de membro, ideſt articulus mẽbri, & pars, & officium membri, quia adiuuat illud, Bar. in l. 2. ff. de publ. iudic. qui dixit, ℣ stante statuto, si quis amputauerit membrum aliquod, non habet locum in amputante digitũ, Baldus in l. seruus .ff. de seruis fugit. & in l. reos col. 3. & in d. l. data opera in 12. col. C. qui accus. non poss. facit etiam tex. in l. non sunt liberi .ff. de statu homi. vbi habens plus solito digitos, non dicitur habere plura solito membro. Hinc infertur, quòd non contrahitur irregularitas per mutilationem digiti, sic tamen per mutilationẽ membri, cũ digitus non dicatur membrum; Limitat tamem Bart. in d. l. 2. Nisi de mente statuentis
14 aliter † appareat (v. g.) dicit statutum. Qui abscinderit alicui membrum, simile membrum sibi ascindatur, modò si abscindit sibi digitum, similis digitus debet sibi abscindi, ex relationis qualitate, arg. ad hoc in l. nonnunquam. ff. ad Trebelle, Contrarium tamen tenuit, idem Bart. in d. l. non sunt in fine, vbi Felin. in d. c. cum illorum num. 8. de sent. excom. credit hanc partem esse veriorem.

III, Sed quid si aliqui s amputauerit indicem, †sic dictum ab
15 indicando, vel pollicem, .s. digitum grossum à pollicendo sacerdoti, quibus diuinum corpus aprehẽditur, vel pretioso pictori, aut scriptori pollicem. An tota manus videatur abscissa: Ita ℣ incidat in Casum reseruatum, tan-

tanquam præcidens membrũ, & videtur q̃ sic, vt de primo est tex. in c. presbyterum de cler. ægrot. c. Thomas de corp. vitia. De secundo est tex. in l. inde Neratius §. idẽ Iulianus el. 2. ff. ad l. Aquil. Tamen contrarium arbitramur, nã dicta iura in c. presbyterũ, & c. Thomas habent locum quo ad irregularitatem contrahendam, vt nõ possit celebrare, licet alia
16 sacerdotalia, † vt baptizare, cõfessiones audire, exercere valeat, d. c. presbyterum. Ex quo textu notat ibi Anchar. vers. 3. quòd potest quis quandoq; perdere executionem certi ordinis, alterius autem retinere, si causa, ob quam ab vno priuatur, alium non concernit, non autẽ quò ad incurrendum casum reseruatum. Et hoc in foro interiori. Cum digitus non sit propriè membrum, at in iudicando iudex debet aduertere qualis est digitus debilitatus, aut abscissus, quia si ille esset, qui redderet quasi totam manum debilitatam, tunc teneretur quasi membrum sit abscissum, vel debilitatum; Alias secus, l. pecudũ §. quadrigæ, ff. deleg 2. Angel. de Aret. in tract. de malef. verbo membrum. nu. 8.

IV. Sed quid si debilitaret omnino membrum principale, puta manum, vel pedem, ita vt illa pẽnitus reddatur inutilis, comprehendatur sub Casu. Ratio difficultatis est, quia paria videntur non esse, & inutile esse, cap. 2. de transl. Episc. facit l. fina. & ibi glos. C. ad l. flau. de plagiar. sicut paria sunt vxori non habere virum, vel illum habere inutilem, & paria sunt Ecclesiam non habere prelatum, & habere inutilem, d. cap. 2. Tamen contrarium est dicendum, vt patet ex verbis literæ, ibi (realiter) hoc est cum effectu. Tum etiam, quia aliud est propriè detrũcare, & aliud omnino debilitare, cum negari non possit, quod manus quamuis per debilitationem sit omnino inutilis, tamen est ad corporis decorem, vnde textus in cap. sicut vrgeri, 1. quæst. 1. dicit, quod membrum aridum ve-
18 rè est † membrum, & textus in l. 3. §. pen. ff. arb. furt. Cæsa. ait, quòd appellatione arboris continetur sicca, donec sit præcisa, à solo, licet eius radices desierint viuere. Qua propter Bart. Brixi. per tex. in d. c. sicut vrgeri decidit satisfieri statuto imponenti amputationẽ manus, si fuerit amputata manus arida, quia illa saltem causat decorẽ corporis; Ita Io. de Imola in l. 2. C. vt infra certum tempus, argum. l. pen. ff. de pœnis, Bartol. in l. 1. ff. arb. furt. Cæsa. Felinus in c. inter cæteras nu. 8. de rescrip.

V. Nec qui mammillam ab-
19 scindit hominis, † Baldus in l. data opera nu. 12. C. qui accus. non poss. Feli. in c. cum illorũ de sent. excom. nisi esset mammilla mulieris, cum habeat distinctũ officium lactandi, Mar. Socc. in d. c. ad audientiam num. 198. Quod idem dic de labijs, quę ianua sũt

gutturis, & palati, vnde abscindentes mulieris mammillam, vel labia, sunt irregulares, non tamen sic est de dente, qui non est membrum, sed existit inter mẽbra, & habet operationem non propriam, sed mediantibus alijs membris, l. cui dens .ff. de ædili. edicto, Felinus, qui supra. Innoc. in cap. significauit de corp. viti. glosa in c. exposuisti versic. manu eo. tit.

VI. Nec qui barbam abscin-
20 dit, † quatenus, capitur pro pilis. item apud labeonem, §. generaliter. ff. de iniur. cũ pili sint quid separatũ à corpore, & nullam habent operationẽ in eo, & nec si barba accipiatur pro mento. vt traditur de pace tenen. c. 1. §. si quis aliquem col. 10. nã quamuis sit membrum formale, quia dat formam corpori, & sine illa parte corpus esset deforme, & imperfectum, facit quod habetur in l. in rem, §. 1. ff. de in rem verso, non tamen est membrum instrumẽtale habens distinctam operationem, ita Mari. qui supra. & Angel. de. Aret.

VII. Nec qui abscinderet au-
21 riculam, † quæ propriè dicitur Cartilago illa foris promens, & est circa aurem, quæ dicitur potius tutela, & ornamẽtum auris, & non est necessaria auditui; Ita Nauar. in Manu. c. 27. num. 223. vers. 7. infertur, secus vero, si abscinderet aurem, quæ necessaria est auditui.

Vltima, Quando Casus reseruatur homicidarum, & membrorum mutilatorum, & mandantium, & c. illa clausula vltimo loco apposita comprehendit non solum homicidas, sed etiam mandantes, & c. & ita communiter apponi solet.

SVMMARIVM.

1 *Falsum capitur tripliciter.*
2 *Testis deponẽs falsum, quod nemini nocet, an in foro fori puniatur de falso, nu. 12. 29. 30. & 31.*
3 *Falsitas vt sub Casu comprehendatur, quæ necessaria.*
4 *Remissio generalis delictorum non comprehendit crimen falsi.*
5 *Falsarius si ducitur ad supplicium, non liberatur à morte, si dominus Cardinalis poneret pileum in capite illius.*
6 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur.*
7 *Clericus de falso conuictus qualiter puniatur.*
8 *Falsarij ob pecuniam dicuntur rẽdere Christum.*
9 *Nobilitas perditur ex periurio, & falsitate.*
10 *Testimonium falsum numeratur inter grauiora crimina, quæ per Archidiaconum ponuntur, nu. 11. nu. seq.*
12 *Falsificans in modico non mutans substantiam literarum, an puniatur pœna falsi.*
14 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.*
15 *Falsum deponens extra iudicium dolosè, & cum præiudicio tertij, non comprehenditur sub litera.*
16 *Depositio falsa facta compulsione iudi-*

iudicis an comprehendatur.

17 Mandans seu consulens non comcomprehenditur sub deponente.

18 Falsus secundum iura dicitur etiam tacens veritatem, non tamen, vt comprehendatur sub Casibus reseruatis, nu. seq. & 20.

21 Abscondens se, ne deponat, qualiter puniatur.

22 Testis deponẽs falsum sine quocũq; bono, dicitur falsus.

23 Falsarius non est credens dicere veritatem, si dicit mendacium.

24 Statutum, vt occidens occidatur, procedit in doloso.

24 Iuramentum est de substantia testimonij.

26 Testis dictum prius deponẽtis falsum postea iurantes non valet.

27 Sed an valeat si deponat extra acta causæ, vel coram notario sine licentia iudicis.

28 Perfectum non dicitur, cum aliquid supereſt ad agendum.

32 Testis respondendo Iudici se nescire, vt sibi reuelet, an excusetur, nu. 33.

34 Falsus est affirmans verũ quod dubitat falsum.

35 Falsi pœna non tenetur, accipiens pecuniam ne testificetur.

36 Reus negans veritatem coram Iudice non comprehenditur sub Casu.

37 Reus negans veritatem, an possit à confessario absolui.

38 Periurium etiam refertur ad reos.

39 Seducens non includitur sub verbo Testimonium perhibentes, sed qualiter puniatur. nu. 41.

40 Conatus in crimine falsi punitur si ne effectu.

42 Instruens aliquem, vt dicat falsum testimonium, quando puniatur, vt deponens.

4Y Consulens quando teneatur de consilio.

44 Seducens ad testificandum falsum, an teneatur, si eo non seducente alij seducerent.

45 Seducens an quandoq. benefaciat. & quid si leuiter seduxerit, num. seq.

47 Consulens leuiter abortum faciendum: an sit excommunicatus.

48 Depositio facta causa seductionis, si nulla est, an comprehendatur sub verbis, siue falsum seduxerint in præiudicium tertij.

49 Interrogatus in generali sermone, an alicui persuaderet, vt deponat falsum, ad eruendum aliquem à morte. Respondens quod sic, an includatur.

50 Interrogatus de pœna delicti. Respondens quod est pœna mortis, nõ est irregularis.

51 Seducens ad dicendum falsum, si postea reuocat dictum suum, an teneatur.

52 Confessor qualiter se gerat circa testem falsum.

53 Testis falsus tres offendit.

54 Vbicunque aliquid fit contra bonos mores, potest ad illud cohibendũ pœna indici,

De falsis testibus. Cap. XVII.

Falsum testimonium in iudicio perhibentes.

EXPOSITIO.

Casus IIII.

(Falsvm) Appellatum est à fando aliud, quàm verũ, & accipitur falsum tr.bus modis, † Primò 1
largissimè, & hoc modo omne, quod non est verum, siue dolosè dicatur, siue sine dolo, dicitur falsum, & hoc modo sumunt Dialectici. & probatur in leg. si is, qui ducenta §. vtrum .ff. de reb. dubijs. Secundò, dicitur falsum largè, scilicet omnis immutatio veritatis, quæ in se habet dolũ, vt in auth. de Instrum. causa, & fide §. 1. Tertiò, falsum accipitur in propria, & stricta significatione, & requiruntur tria, Immutatio veritatis, Dolus, & præiuditium tertij. Qnare fit, vt cum Casus reseruati sint stricti iuris, requirant propriam significationem verborũ, & ideò si vnum ex his duobus deficit, quis non incidit in illum, vt si sit immutatio veritatis, & non dolus, vel si vtrunquè esset, non tamen illud falsum alicui noceret, vtiquè uon incideret in pœnam falsi, & Casum reseruatum, ita ad hoc est glosa singularis in l. damus vbi glo. Bart. & Doctores, C. de falsis, notat Baldus in l. finali per illum textum .ff. quòd falso tuto. aucto. Vbi Baldus notat, quòd testis, qui 2
iudici deponit falsum, † tamen si eius dictum nemini nocet, Iudex non debet de hoc eum punire. Et alibi Salicetus in l. fundum cuius §. fin. per illum tex. .ff. de euict. & in auth. contra qui propriam, C. non nume.pecu. dicit, quòd mendacium, quod nemini nocet, censetur esse nugatorium, & non pœnale, refert Iason 2. volum. consil. consil. 153. Requiritur etiam, vt de- 3
ponat, item in iudicio, † idest apud acta, & cum iuramento, vt infra in decicionibus, Anchar. in cap. 1. extra de crim. falsi nu. 8.

(Testimonium) licet multipliciter capiatur hoc verbum, tamen hic ponitur pro asseueratione, & depositione; Ita Baldus adnotauit in l. 2. ff. de orig. iur. vnde testimonia confusa dicuntur, quæ turmatim testificantur, sic refellere testimonia est repulsare.

(In iudicio) intellige corã Iudice, vel notario de mandato Iudicis cũ iuramento, vt dixit Robertus Maranta de ordine iudic. Parte 6. de testi. produc. sextus actus nu. 27.

(Perhibentes) idest ferentes, dicentes, & affirmantes, Hinc vulgo dici solet, sic ferunt homines, hoc est, sic loquuntur, aut di-

dicunt. Reseruatur ergo casus testium dicentium cum iuramento coram iudice, vel de mandato coram notario mẽdacium cum dolo, & præiudicio tertij, quod quàm sit enorme, ostenditur ex multis, &

Enormitas.

I. QVia in generali remissione peccatorum † nunquam
4 comprehẽditur crimen falsi; Ita Bart. in l. Lucius in fi. ff. ad sena natus cons. Turpill. vbi dicit, q̃ statutum, quod fit de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimen falsi, nisi hoc specialiter sit dictũ, vel senserint de hoc statuẽtes. Hoc autem qualiter fit intelligẽdum, vide Hipp. de Marsil. in l. 1. nu. 12. ff. de falsis.

II. quia ille, qui est condemnatus ad mortem, si ducitur ad locum supplicij, & obuiam ha-
5 bet in via Cardinalem, † liberatur à morte, si Cardinalis ponit pileum suum in capite ipsius dãnati; Ita dixit Bart. & Paulus de Castro in l. addictos C. de appellat. Iason in §. pẽnales in 24. col. de acti. Tamen hoc non procedit in damnato ad mortem de crimine falsi, nam talis non liberabitur a morte, si Cardinalis in capite pileũ posuerit, ita Barbat. in tracta. Card. in 9. q. 1. partis, ad quod allegat tex. in d. l. Lutius.

III. Quia licet paria delicta
6 mutua compensatione † tollantur l. viro, atque vxore. ff. solut. matrim. hoc tñ fallit in isto crimine, quia in ipso vna falsitas non compensatur cum alia, sed vtraq; punitur secundum Baldũ in rubr. C. de fide instru. vers. Incidenter quæro.

IV. Quia suspitio falsi pro veritate habetur, Archid & Gem. in c. in memoriam dist. 19.

V. Licet quis regulariter nõ cõdemnetur absque accusatore, 2. quæst. 1. cap. nihil, ff. de mune. & honor. l. munerum §. defensores, non tamen procedit in hoc crimine.

VI. Quia cũuictus de tali cri
7 mine † si clericus est, statim deponitur, & traditur Curię sæculari, c. ad falsariorum, de crim. falsi. quod generaliter in alijs nõ occcurrit, cap. cum non ab homine, cap. tuæ de pęnis, si verò laicus est, de iure communi pęna falsi est deportatio, & bonorum publicatio in liberis hominibus; At in seruis est vltimum supplicium, vt habetur in l. 1. §. fin. ff. ad l. cornel. de fals. instit. de public. iudic. §. item lex cornelia. In regno periurus punitur pęna truncationis manus, vt per Afflictum in Constit. Regni lib. 3. in rubr. 55. num. 2. in fine de periurio. At glosa decreti in cap. rex 23. q. 3. dicit, quòd punitur testis falsus pœna mortis, vbi deponit in casu capitali merente mortem, Henric. Boich. in cap 1. de crim. falsi 2. sua dist. & probatur in l. 1. §. 1. ff.

de ficar. Quæ pœna debetur etiã non secuta damnatione contra illum, quem falso deposuit, vt vult glosa in cap falsidicus de crimin. falsi. patet per tex. in l. 1. in princ. in verbo damnetur, non dicam damnatus fuerit. ff. de falsi. Hoc etiam potest probari in veteri testamen per Danielem, vbi Susanna liberata fuerunt falsi testes morte puniti. At qualiter puniatur falsus testis in causa ciuili, habetur per Boich. in d. l. 1. ff. de falsis.

VII. Qui pro pecunia depo-
8 nunt falsum testimonium, †dicũtur vẽdere Christum pro precio sicut fecit Iudas, ex quo vendidit veritatem, quæ est ipse Christus, c. Abijt 11. q. 3.

VIII. Crimen falsi est detestabilius veneficio, & homicidio, Cynus in l. transigere C. de trãsanct. nam per maculam falsitatis homo deuenit ad nihilum inter homines, quia dicitur homo sine fide, & conscientia, Afflictus decis. vlt. nu. 23.

IX. Quia priuilegium nobili-
9 tatis perditur †ex periurio, & falso testimonio, & est infamis, Luc. de Pen. in l. mulieres C. de digni tat. lib. 12. col. 4. qui allegat tex. in c. 1. de purgat. canon.

X. Quia testis falsus offendit Deum inuocando eum in testem eius, quod est falsum, cum tamen sit ipsa veritas, offendit aures iudicis, partem vel in vita, aut in ifamia, aut in rebus.

XI. Et vltimò, qua falsum testimonium cõnumeratur inter maiora, & grauiora crimina, videlicet illa, quæ exigunt vltimum supplicium, vel membri
10 †mutilationem, vt not. per Bartol. in l. non solum §. si mandato .ff. de iniur. & in l. 2. ff. de publ. iudic. & in l. leuia .ff. de accusat. & in l. non idcò minus, C. eodem tit. & per Archidiac. in cap. vnum distinct. 25. Vbi ipse enumerat xi. maiora, & gra
11 uiora †crimina. Primum secundum ipsum est peccare in fide Sanctissimæ Trinitatis 22. q. 1. §. 1. 33. quæst. 7. cap. in omnibus. Secundum est peccatum contra naturam, 32. quæst. 7. c. flagitia, & cap. adulterij. Tertium est homicidium, c. placuit dist. 50. Quartum est crimen lęsæ Maiestatis, dist. 79. c. si quis, 6. q. 1. cap. si quis, & 3. quæst. 5. ca. accusatoribus. Quintum est crimen sacrilegij, videlicet eius, qui violenter frangit Ecclesias, 2. quæst. 1. cap. in primis, 17. q. 4. cap. si quis in atrio, & c. super, & cap. quisquis, & c. si quis suadẽte Diabolo cum similibus. Sextum conspiratio, 11 quæst. 1. cap. conspirationem, & cap. si quis, & ca. si quis clericorum. Septimum est incestus, 3. q. 4. c. consanguineorum, & 25. q. 3. c. de incestis. Octauum est adulterium, quod est detestabile in vtroq; testamento, 31. quæst. 7. cap. quia in omnibus, & quæst. 4. cap. nemo. Nonum crimen simoniæ, extra de simonia, cap. sicut, & cap. tanta, & 1. quæst. 7. c. vl-

cap.vlt. Decimum crimen vsurę punitur in vtroque testamento, extra de vsur.cap.quia,13.quæst. 3.cap. plerique. & vndecimo falsum testimonium,quod lege diuina, & canonica est prohibitum, 22.q.4.cap.non periurabis,7.q.j. cap.quicũque, & cap.1.de falsis. Hæc ideo cõnumerauimus, quia omnia sunt reseruata à locorum Ordinarijs, tanquam grauiora delicta,vt exigit Conc.Trid.sess. 14.cap.5. sed modo deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio casus per Decisiones.

I. CVm exponendo literã tex. diximus num. 2. q̃ vt quis comprehendatur sub hac litera, necesse est, vt falsum deponat in præiudicium tertij, fit, vt si quis
12 dolosè deposuerit falsum,† non incurrat,si ex falsitate nemo lædatur,& nec alius possit lædi,glosa & Doct.in d.l.damus,vbi Alexan.ad Bart.dicit,quando ex falsitate nemo læditur, & nec alius potest lędi,non dicitur falsarius, Petr.de Anchar.cons.172.incip. circa primũ. sic in foro exteriori testis, qui dixit falsum dolosè, si eius falsitas nemini nocet,non punitur pœna ordinaria falsi,sed extraordinaria, crimine stellionatus,Ioan.Andr.in regula.Non est sine culpa de regul. iur. in 6. & est communis opinio,vt refert Hyppol. de Marsil. in l.1.§.præterea num.23.ff.ad l. Corn.de sicar.& in l.is, qui cum telo num. 78.C.ad l. Corn. Hinc dixit Lopez ad Diaz.cap.118. versic. Erit etiam mutantem punctum lite-
13 rarum Apostolicarum,†vel corrigentem literam aliquam,quando non mutatur substantia, saltẽ non debere puniri pęna ordinaria, cum falsitas hæc nemini sit nociua, & refert hanc opinionem esse communem. Hinc multi locorum Ordinarij,vt Surrenti, Nolæ, Caetę, Rossani, Massanæ, Mazzare,& Mutinæ reseruãt cum hac clausula, cum præiudicio tertij. Et hoc,vt facerẽt casum magis clarum, Nam etiam si simpliciter reseruassent absque tali clausula, vt hic fecit Ordinarius Capuæ, & Cauæ, Taranti, montis Regalis,Ferrariæ,Regij, atque Mediolani, vtique subintelligeretur cum illa clausula,ex regula illa, secũndum quam Ca-
14 sus omissus † iuris communis dispositioni relinquitur. ff. soluto matrim. l.si cum dotem in prin. de liber.& posth.l.cõmodissimè.

II. An includantur ij,qui deponunt falsum extra iudicium cum dolo,& prę iudicio.

15 Respondeo † q̃ non,cum deficiat vnum de requisitis, nã non in iudicio, Hoc tamen fallit in diœcesi Messanensi, quia ibi reseruatur cum interesse partium, quod quidem potest contingere, tàm in iudicio, quo casu præter peccatum mortale est infamis, 6.q.1.cap. infamis, quàm ẽt extra iudicium,22.q.2.c.homines.

In eundem etiam casum inci-

derent

derẽt in Rubensi diœcesi, in Apulea, vbi sic habetur. (Hi, qui in iudicio, vel extra falsum testimonium quodcunque dixerint in proximi damnum, vbi relatiuũ quodcunque ponitur pro omni, & qui omne dicit, nihil excludit, c. omnis de pœnitent. & remiss.

III. Quid si testes compulsi in causa criminali testificari, & iurare, si N. fuisset particeps delicti, & conscius, dixerint mendacium, An comprehendantur, &
16 videtur † ℣ non, quia depositio non videtur dolosa ad decipiendum tertium, sed ad liberandum, & consequenter nec cum interesse tertij, iuxta tex. cum glosa vbi Bal. in d. l. damus, modo non tractetur de interesse partis lęsæ secuta absolutione, puta cõmisso homicidio, homicida teneretur ad interesse hæredi defuncti, vel ipsi viuenti mutilato, Imò nec meo iudicio inuoluuntur casui, non deposuerunt animo doloso, quia .s. nocendi, sed compulsi. Verum non possunt absolui, nisi satisfecerint, vel proponant satisfacere, deficiente principali. Comprehenduntur tamẽ in diœcesi Rubensi. Vbi sic reseruatur (Hi, qui in iudicio, vel extra iudicium falsum testimoniũ quodcunque dixerint) vbi pondera illud relatiuum quodcunque, ideſt omne falsum testimoniũ siue dolosum, siue non. spontaneum, siue meticulosum. Etenim cum sit peccatum mortale, quia metus conditionalis non excusat à culpa lethali, cap. sacris de his, quæ vi, & in verbi emissione non potest cadere vis absoluta, vt diximus in 2. par. decis. lib. 2. cap. 5. num. 5. fit, vt si compulsus iuret falsum cum præiudicio tertij, incurrat dictum casum, licet non sit dolosus.

IV. Nec casus iste compre-
17 hendit mandantem, † aut consulentem, cum loquatur de deponẽte, & Casuum reseruatio est pęnalis, & præiudicatiua auctoritati confessorum simplicium, cap. adijcimus §. ecce 16. quæst. 1. vnde non patitur extensionem ad alios casus nõ expressos, argum. text. in l. pen ff. de pœnis, sic de excommunicatione dicimus, quę loquens de faciente, non extenditur ad mandantem, vel consulentem, nisi id exprimatur in Canone, arg. tex. in c. mulieres de sen. excommun. cap. quantæ eod. tit. fallit tamen in aliquibus diœcesibus, vbi extenditur ad alios, quã ad deponentem, vt in diœcesi No- Nola
lana, ibi. n. reseruatur casus etiã illorũ, qui producũt testes falsos in præiudicium tertij, sic in diœcesi Tarentina. Etiam vtentes Tar.
falso testimonio, quod intelligescienter. Item Regij comprehen Regij
duntur quoq; corrũpentes testes falsos. Qualiter autem corrumpãtur, habetur per text. in c. quatuor 11. q. 3. & videbimus infra.

V. Ex tex. in cap. 1. de crim. falsi non solum dicitur testis falsus, qui falsum deponit, verum etiam qui veritatem celat 11. q. 3. cap. quisquis 22. q. 2. cap. ne quis arbitretur, & l. presbyteri,

& in

& in auth. presbyteri. C. de epis. & cleric. Quod intellige, siue interrogatus super articulo dicat se scire, siue quando iurauit meram, & puram veritatem dicere, & plura tacuerit, vt in cap. cum dilecti extra de accusatio. Quod secus esset, vbi sic non iurasset, vel non fuisset interrogatus, quia tunc non tenetur, si non dicit veritatem: satis. n. est, q̃ respõdeat ad interrogata: Cum ergo testis dicatur falsus in aliquo casu, q̃n veritatem tacet, cum assumpserit officium testificãdi, quæritur. An etiã incidat in Casum reseruatum.

Respondeo, quòd licet æqualiter puniatur dicens falsum, & tacens veritatem, glosa in cap. ne quis arbitretur 22. quæst. 2. cũ eius taciturnitas mutet veritatem, Bar. & Bal. in l. Episcopi. C. de Episcop. & cleric. Hyppol. de Marsil. in l. 1. §. 1. nu. 1. & in rubr. ff. de falsis, tamen secus arbitra-
19 mur in casibus reseruatis, † cum sic se habeat. (falsum testimoniũ in iudicio perhibentes) sed hic non perhibuit, sed tacuit, ergo. Quod idem intelligo, quando testis loquitur obscurè, simulatè, nam non habetur pro falso, sed pro suspecto, ita Bal. in l. data opera. C. de his, qui accus. nõ poss. qui allegat glossam 4. q. 3 c. si testes §. item in testibus considerãdum, Mar. Socc. in c. 1. num. 66. extra de crim. falsi.

Fallit in diœcesi Montis Regalis. vbi sic reseruatio casus fit, (falsi testes,) sed falsus testis est
20 † tàm qui falsum testimonium deponit, quàm qui veritatem tacet, vt diximus sup. num. 18. ergo vterque includitur.

VI. Multò magis eadẽ ratione, qua supra, non erit casus reseruatus, quando aliquis, vt veritas occultetur, non comparet ad testificandum, nam tunc falsus testis puniri non potest, quia falsitas testis propriè est periurium, sed iste non est periurus, quia non accessit ad iurandum. Verum licet falsarius dici non possit, & ita sub casu non cõprehendatur videtur tamen dolosus,
21 vnde quãuis non puniatur † criminaliter, l. Cornelia de falsis, punitur tamen pœna arbitraria crimine stellionatus, & ciuiliter tenetur parti, vel Reipublicæ de dolo, ita Baldus in l. presbyteri. C. de Episc. & cleric. Anchar. in c. 1. num. 7. de crim. falsi. Felinus in cap. dilectorum in fine de fide instrum. nisi existente iusto timore citatus ad deponendum se abderet, ne testificetur, puta si probabiliter timeret sibi ex suo testimonio aliquod magnum damnum spirituale, aut temporale personæ, honoris, aut fortunæ, quia tunc nec peccat, Nauar. c. 25. num. 40.

VII. Nec immunis erit à re-
22 seruatione Casus testis ille, † qui scienter, & dolosè testimonium dixerit falsũ in iudicio fine quocunque apud se non malo. Sed motus (v. g.) ne reus moriatur, faciunt, quæ dixit Sotus de iust. & iu. lib. 8. art. 7. vbi habetur, q̃

nec

nec periurium fine quocunq; sanctissimo factum, vt liberaret vniuersam Ciuitatem ab incendio, & proditione, vt innoxiũ à morte liberaret, dici potest absq; lethali peccato, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona, c. non est putanda 1.q.1.

VIII. Adeò necesse est ad incurrendum casum, vt adsit dolus, q̃ si ille deest, nullo modo in illum incurratur. Hinc fit, q̃ si quis putet dicere veritatem in
23 aliqua re, & iuret sic esse, † non est falsarius, nec periurus, licet veritas sit in contrarium eius, quod dicit, ita notabiliter dixit Baldus in l.2.§. quod obseruari. C. de iuram. calum. per illũ text. Felin. in cap.1. circa finem, vt lite non contest. Hinc, si quis mihi mutuauerit decẽ monetas argẽteas, quæ primo aspectu videntur aurei, si testes inducti super isto mutuo, dicant cum iuramento, quòd ille talis mutuauit mihi decem aureos, non per hoc tales testes erunt periuri, aut falsarij, quia vehemens opinio, & credulitas eos excusat, licet veritas sit in contrariũ. Quod nota pro statutis in casu nostro; nam si statutum dicit, quòd occidatur,
24 † non habet locum huiusmodi pœna in foro exteriori, nisi dolosè occiderit, & ex proposito, quãuis debeat mitius puniri, vt dixit Bald. in d.l. data opera in 4. colum. sic etiam in foro conscientiæ casus, qui reseruat homicidium, intelligitur de eo, qui interficit ex proposito, & scienter, & non ex casu, ita Paul. de Cast. post glosam, & Baldum in l. & si scuerior. C. ex quib. caus. infamia irrog. qui dicit, q̃ habuit de facto hunc casum.

IX. Cum in litera dicatur, (falsum testimonium in iudicio perhibentes.) Quæritur an comprehendatur is, qui falsum testimonium dixit, non tamen in foro iudicij, vt quia non iuratus, neque in præsentia iudicis, cum iuramentum sit de substantia te-
25 testimonij, † 4.q.3. cap. si testes, §. item iusiurandi, l. iusiurandi. C. de testib. vbi Bart. dicit testes debent prius ibi iurare, quàm deponant, & si prius deponerent,
26 quàm iurarent † verum esse, qđ dixerunt, non valeret eorum dictum, sed falsum est, vt dixit communem Clarus §. falsum nu.11. in sua praxi.

Item an comprehendatur is, qui deponerent coram notario falsum, non præcedente mandato iudicis.

Respondeo quo ad primã quæstionem post Ioan. Andream latissimè examinatam in reg. Non est de regul. iur. in 6. quam etiam reassumit Marian. Socc. in d.c.1. num.71. vsque ad 100. de crim. falsi.

Dicens q̃ iste non punitur tanquam falsarius, cum iura pro substantia formali requirant iuramentum, ergo defectus iuramenti ex toto facit deficere ipsum testimonium. Tum etiam secundum Anchar. in d.c.1. num. 8. quia iura, quæ puniunt falsum

testem,

testem, loquuntur de periurio, vt in cap. nostra extra de procurat. Vnde licet iste sit mendax, non tamen est periurus, item quo ad fidem sibi adhibendam non habe tur pro teste, extra de testib. ca. tuis, ergo nec quo ad pœnam Fal si, ita etiam tenet Maran. de ordin. iudic. par. 6. de testib. product. Sextus actus. num. 21. Quod idem dicendum, quando priuatim extra acta causæ, & non coram iudice tabellio dictum suum recepit, vel sine mandato iudicis, Anchar. qui supra. Vnde cũ in his casibus testimonium non valeat, & non puniatur vt falsarius, nec comprehendi debet sub isto casu: quia casus reseruatio intelligi debet de peccatis mortalibus exterioribus cũ effectu, Hoc est, q̃ testimonium sit validum; Hic verò deficit iuramentum in primo casu, & in secundo mandatum iudicis, ergo non debent habere locum pœnæ, quæ intelliguntur contra falsarios tã in foro fori, quàm in foro poli, cum huiusmodi iuramentum nõ
28 dicatur perfectum, † cum aliquid superst ad agendum. ff. ad Sylla. l. pen. in fine: nam ea verè perfecta sunt, quæ perfectionis ordine sunt completa, 7. qõ. 1. cap. nihil.

X. Qui dolosè ĩ iudicio deposuit falsum contra aliquem, si sua depositio nullum parti afferat nocumentum, quia pars ob illam non amisit causam, nõ incurrit casum reseruatum (v. g.) Deposuit aliquis falsum testimoniũ contra A, quia debet, B centum, si A, absolutus est, non est casus reseruatus, sicut non dicitur condemnatus, contra quem sententia nulla est, ff. de re iudic. l. 4. §. condemnatum, lex. n. opus requirit, sed gratia voluntatem. 15. q. 1. cap. si quis non iratus, Peccauit tamen iste mortaliter, & tenetur ad omne interesse partis, sed est immunis à reseruatione casus, quia falsitas est dolosa mutatio veritatis cum iactura, vnde vno ex his deficiente non dicitur propriè falsus, vt dixit Syluestr. in verbo falsitas in princ.

Sic nec incurrit, si depositio
30 eius est inualida † ex defectu formæ (v. g.) testis non deposuit in iudicio, sed coram quodam notario dixit. scribe, q̃ ego testificor sic. nam tunc istud testimonium non est testimoniũ, Ad hoc facit quod notatur in l. hac consultissima §. penult. C. de testam. & ideò non punitur pœna legis Corneliæ de falsis, vt dixit Bart. in l. si quis legatum num. 3. ff. de falsis, sic neque comprehenditur sub casu, quia verba legis cũ sint stricti iuris ad instar pœnæ, sunt intelligenda cum effectu. ff de eo, per quem factum est l. penul. §. docere ff. de verb. signifi. l. nomen §. fin.

Quod idem dicendum de eo,
31 qui deposuit falsum † extra articulum, quia eius depositio etiã in re vera extra articulum non valet, & ideo non est nociua. ita Bart. in d. l. si quis legatum nu. 1. & Anton. de Butr. in c. cum causam

sam num. 27. in fine de testibus. Idem si deponeret circa articulum, & iuratus, sed coram incompetenti iudice, vt si clericus coram Iudice laico absque licentia sui Ordinarij, quia tunc perinde esset, ac si extra iudicium deponeret.

XI. Immunis est à casus reseruatione, qui interrogatus in iudicio, sub iuramento etiam so-
32 lenni; An sciat quis fuerit, † qui talem hominem occiderit, aut quis talem rem subripuerit, cuius hominis occisio, aut rei subrectio soli sibi, & homicidę, vel sibi soli, & furi nota est, respondit se nescire, intelligendo scilicet, vt iudici manifestet, nam cum Iudex petat aliquid contra formam iuris, hoc est id, de quo non præcessit infamia, & nec aliqua indicia, habentur probata, fit, vt non peccet, æquiuocè respondendo, hoc est, dum secum cogitat aliud, quàm iurat, scilicet non scire, vt manifestet iudici, & sic illum decipit, per tex. in cap. vtilem 22. q. 2. D. Thomas 2.2.q.69.num.2.

Hæc autem sunt intelligenda, quando interrogatur per viam Inquisitionis, quia tunc non tenetur respondere, nisi infamia præcesserit, vel indicia, c. Inquisitionis §. tertiæ de accusat. secus
33 autem si procedatur † via accusationis, quia etiam si solus viderit, tenetur citatus, & adductus in testem ferre testimonium, Sotus de iust. & iur. lib. 5. q. 7. art. 1. in fine, quia præsumitur iudicem iuris ordine interrogare, Nauar. in Manuali. ca. 17. num. 134. Angel. in verbo Denunciatio §. 3. Quare dicendo falsum, aliud in mente intelligendo, esset casus reseruatus; At quando interrogatur per viam Inquisitionis, & solus scit, non tenetur respondere, si tamen respondit, nullo pacto potest mentiri absque peccato, D. Thomas, qui supra Couar. lib. 1. var. resol. c. 2. num. 2.

XII. Comprehęditur sub ea su testis affirmans esse verum in iudicio, qđ scit, vel dubitat esse
34 falsum, quãuis ad hoc eum † ducat probabilis timor damni magni spiritualis, vel temporalis, vt bonorum temporalium, honoris, aut vitæ, quia & si timor iustus excusare possit à non testificando, vt fugiendo aspectum iudicis, tamen interrogatus tenetur dicere veritatem, alias solenne periurium committeret.

XIII. Quamuis teneatur pę na falsi testis, qui pecuniam acci
35 pit, vt non testificetur † sicut extendunt Doctores tex. in l. 1 ff. de falsis, & multò magis, quando accipit pecuniam, vt dicat testimonium verum, vt dixit Hyppol. in d. l. 1. num. 5. cum teneantur testes gratis deponere illud, quod sciunt, & non per pecuniam. l. 3. §. lex Iulia. ff. de testi. & illud, qđ debet fieri gratis, si fit per pecuniam, turpiter fit, l. 4. §. si tibi de cond. ob turp. caus. Tamen non cõprehenditur sub casu, quia non fuit interrogatus, & nec iurauit dicere veritatem, Dicitur. n. iste falsa-

falsarius Doctorum extensione, Quapropter sic punitur, cap. qui rectè 11. q. 3. non tamen attenta proprietate vocabili.

XIV. Non credimus sub his verbis (falsum testimonium perhibentes) reum comprehendi, qui à suo iudice seruato iuris ordine medio iuramento interro-
36 gatus dixit mendacium, † quia si crimen fatebatur, morte erat plectendus, quia hæc verba intelliguntur in teste, ipse. n. profert testimonium, & appellatione testis non venit reus, vt clarè patet. Bene tamen verum est, ꝙ si reus tali casu non fatetur verũ, committit solenne periurium, vnde nec confessarius in foro cõ-
37 scientiæ † illũ absoluere potest, nisi id confiteri proponat, nos in 1. par. decis. lib. 3. cap. 7. num. 16. cum seq.

Sed quid si casus reseruatio sic fiat. Corrumpentes in iudicio testes, aut periurium committentes, nec credimus reos cõprehẽ-
38 di, † quia licet periurium etiam extendatur ad reos, tamen hic refertur solum ad testes, Quasi velit dicere Ordinarius, Non solum mihi reseruo corrumpentes in iudicio testes, sed etiam ipsos periurium committentes.

Siue ad falsum seduxerint in præiudicium tertij.

XV. SOlet hæc clausula ab Ordinarijs addi, Alias seducens non includeretur sub casu, quia in eo non cadit periurium,
39 † Seducere autem quid sit, latè à nobis explicabitur. In casu, qui sic. incipit Deflorantes per vim virgines, aut ad id seducentes, vt qui precibus, aut precio, vel amore seduxerint, facit tex. in c. quatuor 11. qõ. 3. Et hoc solum non sufficit, sed requiritur, vt ista seductio fiat ad malum, hoc est, vt deponatur falsum, & vt sit in præiudicium tertij, quod ideò ponitur ad excludendum dictum glosæ in c. 1 extra de crim. falsi, quæ dicit, ꝙ in tali crimine punitur
40 conatus sine effectu, † quia quò ad eum perfecit delictum, quod intellige, quò ad Deum, & ideò peccat mortaliter; nam Deus magis respicit animum, quàm opus, licet vtrunque respiciat, vt habetur in additione ad glosam in cap. cum voluntate de senten. excommun. Tamen veritas est, ꝙ nunquam quis punitur crimine falsi, nisi illud alteri præiudicet, secundum glosam in l. damus C. de falsis Io. de Anan. in d. c. 1. eod. ti. Igitur vt quis includatur sub casu, oportet, vt seductio sit ad malum, vt deponat falsum cũ præiudicio tertij.

XVI. Non est casus reseruatus, qui aliquem seduxit ad deponendum falsum, si seductus non
41 falsum, † sed verũ dixerit testimonium, per glosam in d. l. Damus, cum non fuerit secutus effectus, Hinc fit, quòd nec talis seducens debet puniri pœna falsi, sed
42 extraordinaria, † vt firmant Angel. & August. in tract. maleficiorum,

rum, versic. Sempronium mandatorem. ibi secundo quæro.

XVII. Credimus tunc seducentem comprehendi, quãdo seductus deposuit, alias non depositurus, nisi seduceretur, vnde dixit Salicetus in l. vnica in q. 2. C. de raptu virgin. ℭ persuadens, instruens vel consulens alicui, ℭ falsum testimonium ferat in causa aliqua, tunc eadem pœna punitur, qua deponens falsum, quãdo nõ esset alias dicturus falsum testimonium, facit D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 3. Sylvest. in verbo Restitutio 2. q. 6. versic. Et similiter, facit tex. in §. ope verbo non tenetur instit. de obligat. quæ ex deli. nasc. Bart. in l. non solum §. mandato. ff. de iniur. Felinus in cap. 1. num. 2. de offic. deleg. vbi tunc consulens tenetur, quando
43 ille, † cui datum est consilium, non esset alias facturus, argum. legis ciuilis ad canonicã, sed lex ciuilis tunc obligat consulentẽ, quando ille, cui consulitur, non esset alias facturus, ergo sic debet obligare lex canonica in foro conscientiæ, ita Felinus, qui supra.

Sed quid si eo non seducente
44 alij non defuissent, † qui ad id seducerent, vel prius; Respondeo, ℭ incidit: satis. n. est testimoniũ contigisse causa seductionis factæ, facit quod dixit à simili Couar. in regula peccatum par. 2. §. 12. num. 2. ℭ non excusat à restitutione, si me nõ subripiente alij forent, qui subriperent; nam hoc non obstante si quis damnum dederit, tenetur ad restitutionem, & reparationem damni dati, sic nec immunis ero ab homicidij pœna, quia me non occidente Titium, alter foret illum occisurus, quia si illum occidissem, puniendus esset; atq; ita & ego eodem modo puniendus ero. Fallit tamen hoc meo iudicio, quando ex hoc, quòd aliquem seduxerim ad proferendum falsum testimo-
45 nium contra Titium, † optimè illud negotium esset gestum. Ponamus exemplum. Est qui prolaturus est falsum testimonium contra Titium, quòd proprijs oculis viderit ipsum interfecisse Sempronium. Et ego hoc pro certo scio, quem cum nullatenus ab hoc cohibere valeam, consulo, vt dicat saltem se non vidisse, sed audiuisse, non tamen nominando à quibus hoc audiuerit, tunc existimo istum non comprehẽdi sub casu, Quippè qui non consulo Titij præiudicium, sed eius vtilitatem, impediendo maius malũ, quare non solum non est sibi nociuum, sed est commodum, faciũt quę dixit Sotus li. 4. de iust. & iu. art. 3. col. vlt. ibi verumtamen de consiliario.

XVIII. Nec in casum incidit, qui ita leuiter aliquem induxit ad deponẽdum falsum, vt tàm cum illa persuasione, quàm sine illa testis esset dicturus falsum,
46 † Quod etiam hoc procedit in materia excommunicationis; nã quamuis mortaliter peccauerit,

po-

poterit tamen à quocunque simplici sacerdote absolui, & nec secuto testimonio falso in foro conscientiæ tenetur ad restitutionẽ parti lęsæ.

Hinc circa excommunicationem non est excõmunicatus consulens leuiter abortum faciendum, quando sine illo consilio para
47 ratus †esset facere, Nau. in Man. c 27. nu. 51. & 52. in fine. argum. eorum, quæ dicuntur per nos in 3. par decis. lib. 2. cap. 79. nu. 12. circa finem.

48 † XIX. Sic, † nec quando ex seductione efficaciter facta secuta depositione nulla fuerit orta iactura ratione seductionis, (v.g.) Quinque testes falsò deposuerũt Petrum debere Paulo centum ratione mutui, Testis, qui fuit à me seductus, vltimò deposuit, si ob depositiones quatuor ille veniebat condemnandus, quamuis iste vltimus peccet mortaliter, & sit falsarius, tamen non incurrit in casum, quia ex hac depositione non fit efficaciter præiudicium tertio.

† XX. Nec qui in generali sermone interrogatus, an persuaderet alicui, vt deponat falsum, ad
49 emendum aliquem à morte, † Respondit, ꝙ sic, quod audiens vnus ex circunstantibus, qui non erat depositurus falsum, illius verbis allectus imminente postea casu hoc fecit, ita dixit Abbas à simili in c. 1. num. 3. extra de furtis, vbi nõ efficitur quis irregularis, si interrogatus de pœna delicti respondet, ꝙ est pœna mortis,
50 † quando casus non imminet de præsenti, quia si immineret de præsenti, & ex responsione, & cõsilio suo sequeretur mors; esset irregularis, dist. 50. c. si quis viduam, Host. in c. ex literis extra de excess. prælat. Quinimò nec in hoc casu, quando ad eruẽdum aliquem à morte in casum incidit, quia aliud est respondere, & aliud subducere.

XXI. Nec qui seduxit ad falsum deponendum, sed pœnitentia ductus reuocauit dictum suũ, & ille cum effectu promisit fal-
51 sum non deponere, † nam & si postea iterum deposuisset, non incidit in casum, sed solum mortaliter peccauit seducẽdo, argum. eorum, quę dicuntur de consulẽte delictum, quia si postea efficaciter reuocauerit, & ille promisit non exequi, quod postea executioni miserit, non erit irregularis, Nauar. c. 27. num. 233.

XXII Confessarius sic se ge-
52 rat circa pœnitentis † confessionem, vt prius inquirat cuius conditionis sit testis falsus, quia si clericus est, grauiorem meretur pœnam, quantò grauius deliquit, vt colligitur ex pœna, quę ei debetur, sicut supra habetur nu. 7. si assuetus sit hoc scelus perpetrare, si ad hoc alios seduxit, aut pretio corrupit, aut minus ad id impulit, quia tunc non solum est falsus, sed etiam homicida, iuxta illud Augustini Noli putare te nõ esse homicidã, quando fratri tuo mala persuades, nam si fratri tuo mala psuades, occidis, & vt scias,

quia occidis, Audi Prophetam. Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum machera acuta, hoc est gladius, & habetur in cap. noli de pœniten. dist. 1. Insinuet etiam grauitatē criminis, & qualiter tres offen-
53 dit ex falso testimonio, † Hinc fit, q̄ hoc peccatum non remittitur sola pœnitentia, sed requirit restitutionem interesse, quod pars læsa passa est, vt habetur in l. qui nomine in glosa fin. ff. de falsis. Obligatur etiam Iudici. Hinc est, quod dicit lex. Quicunque aures eius offendit, &c. habetur in l. nullum, C. de testib. Obligatur etiam Deo, quia quātumcunque satisfecerit iudici, & parti, debet agere pœnitentiam, quò ad Deum, extra de raptor. c. 2. & c. ex literis His, & alijs insinuatis procuret, vt pœnitens ex corde defleat hoc peccatum, vt cum cognouerit, q̄ peccatum est multum graue, citò inueniat Deum propitium. Immoretur hoc cogitando, purgans lacrimis omnem qualitatem vitij, consideret etiam animam proximi, quam Deo eripuit persuasionē, & seductionem. Et in his omnibus, q̄ ponat omninò in potestate sua, vt omnia eo iubēte paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quæcunque faceret pro vitanda corporis morte, vt habetur per text. in ca. consideret de pœnit. dist. 5.

Deinde pro qualitate contritionis iniungat pœnitentiam, & potest pœnam iniungere ad cohi-
54 bendum eum in futurum † à tali crimine, vt est tex. singul. in l ex ea parte §. mulier, vbi Iason nu. 7. ff. de verb. oblig. dicit.

Tertiò nota, q̄ vbicunque aliquid fit contra bonos mores, potest ad illud cohibendum pœna induci, Et hęc est bona cautela refrenandi quem à crimine.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius vnde, & quis dicatur. num. 2.*
3 *Concubinatus solet esse inter personas impares.*
4 *Publicum qualiter dicatur.*
5 *Concubinarius publicus dicitur notorietate facti permanentis.*
6 *Concubina, quæ proprie dicatur.*
7 *Concubinatus crimen, quàm graue.*
8 *Prohibetur in veteri, & nouo testamento.*
9 *Vxoratos habere concubinas est etiam de iure ciuili contra bonos mores.*
10 *Confessor non potest permittere, vt quis teneat concubinam.*
11 *Concubinarij, si concubinas dimittant, sunt excommunicandi.*
12 *Coitus concubinarij quando dicatur nefarius.*
13 *Publicus concubinarius sacerdos est suspensus.*
14 *Celebrans an, & quando sit irregularis.*
15 *Concubinarius clericus plura peccata committit.*
16 *Concubinarij sunt tàm retinentes illam domi, quàm extra.*
17 *Mulier passa libidini multorum*

non

non dicitur concubina.

18 *Vices plures constituunt consuetudinem in concubina.*

19 *Concubinarius animi destinatione constituitur.*

20 *Concubinarius non est pluries cognoscens aliquam carnaliter non ex animo, vt sit concubina.*

21 *Statur pro se, & contra se in foro animæ.*

22 *Forus animæ, & quasi animæ quid sit.*

23 *Concubina an possit esse minor xij. annis,*

24 *Annos non inspicimus in nuptijs copulandis.*

25 *Signa tria, quibus cognoscitur pubertas.*

26 *Publicum an dicatur, quod fit coram quinque.*

27 *Concubinarius etiam secretus tenetur concubinam dimittere.*

28 *Concubinarij nomine non venit concubina.*

29 *Concubinatu reseruato, an veniat ille, qui concubinam tenet, extra diœcesim. num. seq.*

30 *De duobus malis minus est eligendum.*

31 *Exempli concubinarij, an sub casu comprehendantur.*

32 *Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem concubinarium.*

33 *Coniugatus adulter magis puniendus, quàm cæteri.*

34 *Pœna, quam grauius iniungenda concubinario in foro exteriori.*

35 *Concubinarius qualiter hoc crimen deficat.*

36 *Absolutio non danda, nisi concubinam dimittat.*

37 *Malus quòd præsumatur malus, qualiter intelligatur.*

38 *Loci mutatio valet conuersis pro salute animæ.*

39 *Pœna potest induci, vbicunque aliquid fit contra bonos mores.*

40 *Cautela ad refrenandũ quẽ à ludo.*

De Concubinarijs. Cap. XVIII.

Publicus Concubinarius.

EXPOSITIO.

CONCVBINARIVS dicitur à con. Id est simul, & Cubo, † qui simul cum alia cubit, quãuis per trãslationem accipiatur pro eo, qui rem venereã exercet, & dicitur cõcubinarius, qui retinet concubinam in eadẽ domo secum cohabitantem, † & indubitatam, sicut vxorem tractatam affectu. Cuius affectus præsumptio inducitur per cohabitationem in eadem domo, secundum glosam, Dynum, & Bar. in l. fin. ff. de concubin. Non ergo concubina fit ex solius animi destinatione, secundum text. in l. pen. ff. de concub. sed secundum glosam requiritur ibi etiam, ꝙ si mul cohabitent, vel secundum Bernardum Diaz in sua praxi canonica concubinarius est, qui solutam mulierem, vel corruptam nulloq; sibi spiritualis, vel carnalis cognationis vinculo coniũctam domi retinet, cum qua con-

sueuit carnaliter commisceri. Dixit solutam, vel corruptam, quia Vulpianus in l. 1 ff. de concub. scribit eas demum sine metu criminis in concubinatū habe ri posse, in quas stuprū non committitur, vt in virgine, vel vidua, vt ff. ad l. Iul. de adulter. l. præter §. lex Iulia, & l. stuprū, & de verb. sign. l. inter. Dixit Carnalis cognationis, vt illud significaret, quod Idem Vulpianus infra in d. l. j. scripsit nefariam esse coniunctionem, si quæ patris concubina fuit, in filijs, aut nepotis cōcubitum sese tradat, aut è contrario, quippè cum genus quodam incestus esse hoc videatur, vt dixit glosa in d. l. 1. verbo stuprum. Et solet esse inter personas impares † puta virum magnæ condi- 3 tionis, & mulierē infimæ, vt colligitur ex textu in l. 1. cū duabus seq. ff de cōcub. (Publicus). §. per euidentiā iuris, per propriā † cō- 4 fessionem factā in iudicio, & conuictionem saltem per duos testes omni exceptione maiores, vel p euidentiam facti, quæ nulla possit tergiuersatione celari, ca. vestra de cohab. cler. & mul. vt qñ nec ipse posset negare, quia ita retinet concubinam publicè, ac vxorem, & filios publicè nutrit, vel quia scientibus, & videntibus amicis domum publicè intrat, cōuersatur, & alit. arg. tex. in l. si vicinis scientibus. C. de nuptijs, Host. & Io. Andr. in c. de illo extra de eo, qui cogno. consanguin. vxor. suæ, c. de manifesta 2. q. 1. Item intellige publicos concubinarios notorietate facti permanentis, † non autem transeuntis. 5 (Exemplum) vt si quis in domo retineat concubinam publicè, de qua testis est Populus, hoc est maior pars populi, ff. ad municip. l. qđ maior. Et dissimulationi non est locus, ff de instit. l. sed si pupillus §. prescribere, ff. de ritu nupt. l. palam in prin 61. dist. c. sacerdotibus in fine. ff. de verb. signifi. l. palā. Et nota q̄ dū reseruantur publici concubinarij, fit, vt comprehendantur omnes cuiuscunq; gradus conditionis sint, siue laici, siue clerici; Exprimuntur tñ in aliquibus locis laici, siue clerici, soluti, siue coniugati ad maiorem cautelam, sic. n. Nolæ, Cauę, Castellani, & Ferrariæ habetur, Concubinarij tàm laici, quàm clerici, siue nobiles, siue ignobiles, siue soluti, siue coniugati, Et cum cōcubinarius sit ille, qui retinet concubinam, ideò scire oportet, quid sit concubina, vnde sciendū, q̄ concubina propriè dr, quę ad vsum venereum non legi- 6 timè tenetur, † & differunt cōcubinę nostri tēporis à concubinis in veteri testamento; nā illę erāt quidem vxores, sed non principales vxores viri, Et hoc modo dicitur Abraham habuisse concubinas, & similiter Iacob, Etenim illæ erant matrimonio coniunctæ, vt scribit Petrus de Paludę in 4. sent. dist. 33. q. 1. art. 3. lib. 4. sed quia nō erāt ęquè principales in regimine domus, vt aliæ, eò q̄ erāt ancillæ principaliū vxorum, dictæ sunt concubinæ Abrahæ, sicut

sicut Agar, & Cetula, & Bala, & Zelpha ancillæ Rachel, & Liæ dictæ fuerunt concubinæ Iacob, quamuis essent legitimæ vxores, sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

EIus grauitas ostenditur ex Cõcil. Trid. sess. 24. cap. graue de reformat. vbi habetur, quòd grau-
7 ue est peccatum † homines solutos concubinas habere, grauissimũ vero, & in huius magni sacramenti videlicet matrimonij singularem contemptum admissum vxoratos quoque in hoc damnationis statu viuere ac audere eas quoque domi etiam cum vxoribus alere, & nutrire. Hinc fit, q̃ prohibitum reperitur hoc crimẽ
8 † tàm in veteri testamento, vt habetur Deuteron. cap. 34. Non mechaberis, vbi prohibetur omnis coitus non matrimonialis, c. dixit 32. q 4. quàm in lege Euangelica, 1. Corinth. 5. Fornicarij non habent partẽ in Regno Dei. Ita glosa in l. in cõcubinatu verbo legis. ff. de concub. Vnde nec in foro poli excusat consuetudo per glosam in c. denique distin 4. sed auget, facit tex. in l. ex ea parte §. mulier ff. de verbo obligat. Quare quod dicitur consuetudinem excusare, intellige à pœna temporali, non tamen à gehennali, ita est glosa notabilis in d. c. denique, & habetur similis in cap cum venerabilis de consuet. & in c. vnico de postulat. prælat. in verbo de cætero, Imo quòd nec à pœna temporali excusetur consuetudo, in tribus casibus probat prępos. in d. c. denique nu. 30.

II. Licet Concubinatus secundum leges Ciuiles non sit improbatus, & nec puniatur, l. in concubinatu, & ibi Bart. ff. de concub. num. 4. & est glosa notab. in l. in liberæ. ff. de ritu nupt. Verbo intelligendæ, Tamen vxoratos habere concubinas etiam de iu-
9 re † ciuili fuit contra bonos mores; nam improbum fuit, & inhonestum, & hoc de iure ciuili dicitur contra bonos mores, licet de iure canonico dicatur illud esse cõtra bonos mores, quod est peccatum, Et ita intelligitur regula illa, iuramentum contra bonos mores nõ est obligatorium, scilicet secũdum ius canonicum, quod inducit peccatum, secus, quando esset contra bonos mores de iure ciuili, verum de iure canonico cõcubinatus graue est peccatum, etiã non habenti vxorem, 32. q 4. cap. nemo, & c. dicat aliquis, sed grauissimũ vxoratis.

III. Quamuis cætera peccata per pœnitentiam diluantur, hoc vero præter illam requirit excisionem causę vnde sacerdos dando pœnitentiam in confessione,
10 non potest permittere † retineri concubinam, ita dicit glosa iuris ciuilis in §. clericos autẽ versic. si vero futurus, verbo accipere in Auth. de sanctiss. episc. quia non esset alias pœnitens contritus, nisi peccatorum causas excideret, c. satisfactio de pœn. dist. 3.

IV. Eius grauitas noscitur ex pœna grauissima, quæ ab Ordinario infligitur alicui, nisi deserat concubinam, quæ est excommunicatio, dicta pœna pœnarū, cap. corripiantur 24. qō. 3. Vnde Concilium vbi supra huic tanto malo prouidendo statuit huiusmodi cōcubinarios tàm solutos, quàm coniugatos, cuiuscunque status, dignitatis, & conditionis
11 existant, † si postquam ab Ordinario ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint, seque ab earum consuetudine nō seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluātur, donec re ipsa admonitioni factæ non paruerint. Quod si in concubinatu per annum censuris neglectis permanserint, contra eos ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Hæc Concilium.

V. Si clericus in sacris constitutus publicè tenet concubinam, talis coitus potest dici ne-
12 farius, † & damnatus, dist. 32. c. nullus. & c. præter. Quod idem videtur in clericis beneficiatis publicè siue in domo propria, vel aliena tenentibus concubinas. Est. n. iure decretorum omnibus clericis cōcubinatus interdictus. dist. 31. c. cum in omnibus, & ca. quidam clerici, cum tribus seq. extra de cohab. cleric. & mulier. cap. si autem, & cap. seq.

VI. Si sacerdos est, qui publicè tenet concubinam, ipso iure suspensus est ab officio, & quò ad
13 se, & quò ad alios, † d. c nullus, & c. præter, & c vestra, & c. tua, & c. fin. extr. de cohab. cler. mul. & à beneficio per sententiam, secundum Host. in sum. de cohab. cler. & mul. §. quam pœnam versic. si verò sit notorius. Henr. Boich. in c. si quisquàm in secūda sua dist. eod. ti. DD. in d. c. vestra, & c. fin. Tādem adde Conc. Trid. sess. 25. c. quàm turpe in fi. vbi etiam in princ. prohibet sancta Synodus, vt non solum concubinas nō detineant in domo, vel extra, vel etiā neq; alias mulieres, de quibus haberi possit suspitio, vt sic populus eos magis discat reuereri, quò illos vita honestiores cognouerit.

VII. Cum concubinarius sacerdos publicus sit suspēsus, quo ad se, & quo ad alios, fit, vt cele-
14 brando, † & immiscendo se diuinis officijs in officio suo, sicut prius iuxta tex. in c. si Episcopus el 4. 11. q. 3 vbi præpos. efficiatur irregularis, c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. c. 1. de sentē. excōm. eodem libro, DD. communiter in c. si celebrat. de cler. excom. ministran. Ex quo sequitur, q̄ veniat suo beneficio priuandus, DD. in d. c. si celebrat. Sed quibus pœnis tales clerici puniantur, vide Concil. Trid. in d. sess. 25. c. 14. Alij verò dicunt cōtra, nam quàm citò pœnitet, audiendum est diuinum officium, Anchar. in d. c. si celebrat. num. 11.

VIII. Quia tales clerici non
15 vnum, sed plura peccata † committunt, & j. crimen adulterij; quia sacrorum ordinum susceptio-

ptione Ecclesiam dicuntur accipere in spōsam, cui implicitè saltem permittunt continentiā seruare II. committunt sacrilegiū, cum Deo dicati,& sacrati sint,& per carnalem copulam à Deo separantur III. committunt stuprum, IV. Incestum, ita Iacobus Menoch.de arbit.iudi.lib.2. cēt. 5 casu 418 num.6.

Declaratio Casus per Decisiones.

QVamuis seruata proprietate vocabuli cōcubinarij propriè sint, qui domi retinent concubi-
16 nam,tanquam vxorem † cōmensalem, & coralem , de quibus in c.nemo,& c. meretrices 32. q.4. C.de cōcub.l.j.& de naturalibus l.cum quis,& insti de nupt.§.fin. Sylvest.in verbo eodem in princ. Tamen hic accipiuntur etiam retinenes extra domum propter continuum accessum ad illam,vt in Conc. Trid.sess.24.c.8.vbi simpliciter nuncupantur concubinarij siue domi , siue extra domum retineant concubinam . Quòd si quis obijciat verba esse accipienda in propria significatione,cum reseruatio Casuum sit stricti iuris,vt statutum,c.in nostra & ibi Abbas de iniur. Respondeo , q̄ quādo reseruatur casus , qui iam erat prohibitus à iure communi, dicta reseruatio recipit interpretationem à iure cōmuni, sed per ius commune,ſ per Concilium intelliguntur concubinarij etiā retinentes extra domum,ergo.

II. Non credimus sub casu comprehendi mulierem illā,quæ patet non solum libidini vnius ,
17 † sed multorū etiam explet voluntates, nam ista non Concubina,sed meretrix est,c.vidua dist. 34. vbi habetur, q̄ meretrix est, quæ multorum libidini patet; quamuis magis vni , quàm alteri adhæreat.

III. Plures vices cum animo perseuerandi in concubinatu videntur requiri, vt concubinatus iudicetur,ita facit tex.in l. ex ea parte §. mulier verbo concubinę consuetudinem extra de verbor. oblig. Concil. Trid.in d.c.grauè sess.23.& in c.quàm turpe verbo vllam cōsuetuditudinem sess.25. Quibus in locis videtur consuetudinē requiri,vt sortiatur, quis nomen concubinarij, Quare Bernar. Diaz in princ.cap.80.verbo concubinarij dicit, q̄ saltem re-
18 quiruntur † tres , aut quatuor vices iuxta glosam in cap. mos distinct. 1. non eodem contextu continuatæ, iuxta ea, quæ tradit Baldus in cap.cum Ecclesia Sutrina extra de causa poss.& propriet.Et nec eodem die,quia ea, quæ de proximo fiunt , pro eodē contextu habentur,Bart. in l.de quibus. ff. de legib. Dixi animo perseuerandi,quia concubinatus
18 † animi destinatione constituitur l.penult.ff.de concub. vbi etiam glosa. Quare,vt quis cogi possit ad dimittendam concubinam per pœnas iuxta Cōcilium, crederem plures vices esse ne-

cessarias. Vnde fit, q̃ si aliquis confiteatur se semel concubuisse cum muliere cum animi destinatione, hoc est eo animo, vt inter se viuant concubinario more, non propterea dicitur concubinarius, quia præter animum requiruntur plures vices, & è contra si pluries consueuisset ex fra
20 gilitate aliquam carnaliter †cognoscere, non eo proposito, vt illa sit concubina, non constituere tur concubina, & consequenter non incideret in casum reseruatum, At in foro conscientiæ, an habuerit, vel non habuerit hunc animum, statur suæ confessioni,
21 tàm pro se, †quàm contra se, glosa in c. placuit. de pœnit. dist. 6. facit etiam glosa in c. si vero 2. de sent. excommun. in c. significasti 1. de homicid. Vbi q̃ quis sciuerit, vel nesciuerit equi vitium, statur dicto suo; nam illa, q̃ sunt animi, declarãtur dicto suo, aut iuramento, ita Felin per illũ tex. in d. c. significasti num. 2. facit à simili glosa in §. aliæ instit. de act. ad idem glosa. in c præsentium de testib. & in c. pastoralis de except. Dicitur autem forus animæ, quando quis confitetur peccata sacerdoti, pro pœnitentia, & absolutione recipienda, forus animæ dicitur, q̃n quis confitetur peccata sua sacerdoti pro pœnitentia, & absolutione recipienda. At forus quasi animæ vocatur, quãdo quis nec accusatus, aut denuntiatus, aut inquisitus petit consiliũ salutare, quid agere debeat, nam creditur sibi, vt in d. c. significasti, & idem probatur in c. ex literis 1. de homic.

IV. Non credimus cum cõprehendi sub casu, qui commertium haberet cũ muliere mino-
22 re xij. annis pluries † more concubinario: quia concubinatus nõ cadit, nisi cum muliere, cum qua potest esse matrimoniũ, l. j. in fi. ff. de concub. Quare sequitur, vt quoties inter masculum, & fœminam non possit esse matrimoniũ, coniunctio carnalis inter eos nõ constituit concubinatũ, vt sub casu cõprehendatur, sed hæc procedunt inspecto iure ciuili. vt d. l. 1. Nõ aũt inspecto iure Canonico,
23 vbi in nuptijs copulandis † non inspicimus annos, nempè vt non sit minor xij annis, instit. de nupt. in princ. Sed naturalem vigorẽ, vt possit generare, & in masculo potentiã coeundi, vnde minor xiv. annis, si ex habitu corporis pubertatem ostendit, malitia ætatis defectũ supplente, cẽsetur esse aptus ad contrahendũ matrimoniũ, c. puberes, & c. de illis 2. de despõsat. impub. Vbi Abb. in d. c. puberes 2. notab. notat tria signa
24 † quibus cognoscitur pubertas.

Primũ pilositas in locis pudibundis, hoc aũt signũ est fallax, q̃a nõ oẽs pilosi sunt potentes ad generãdũ, nec nõ pilosi ĩpotẽtes.

Secundũ scilicet ætatis, & hoc etiam est fallax, quia multi pubescunt ante ætatem xiiij. annorũ.

Vnde narrat Gregor. in Dialogo, q̃ quidem puer nouem annorũ reddidit nutricẽ pregnãtẽ. vt refert glosa 26. q. 1. in summa.

sic

Castel Laneti.

Sic Io. Andr. in c. iordane extra de eo, qui cogn. consangu. vxoris suę notat, quod mulier potest esse apta ad copulam, etiam si multum distes ab ætate legitima, idem notat Raph. Cuma. in consil. 181. incip. Proponitur, q̃ Bartholomæus. Tertium signum est infallibile, cum quis habet potentiã, coeundi, ex quibus omnibus colligitur, quòd cum in muliere ante ætatem pubertatis possit esse aptitudo ad copulam, potest etiam esse concubinatus.

V. Non cõprehenduntur con-
25 cubinarij illi, † si tale crimen sciatur à quinque personis, cum talis concubinatus non sit publicus, sed occultus; facit glosa in c. manifesta 2. quæst. 1. vbi quinque faciunt occultum; At idem textus in c. quis aliquando §. hæc autem secreta de pœnit. dist. 1. Vbi suscitatio puellæ facta à Christo p̃sẽte patre, & matre, Petro, Iacobo, & Ioanne dicitur secreta. Et nec obstat illud dictum Silnestri in verbo concubinarius §. 2. Nẽpè, quòd si sciatur à duobus concubina-
26 tus, † quòd concubinarius tenetur concubinam, dimittere, cap. legatur 24. quæst. 3. Alias non esset absoluendus propter scandalum, quia illud est propter recidiuum, & incontritionem, nã deest propositũ dimittendi peccatum, & occasionem, Io. Tabiens. eod. verbo nu. 2. si tamẽ reseruatio fieret, etiam de concubinarijs secretis, vt habetur in diœcesi Castellaneti per Ordinariũ, vbi sic dicitur (qui concubinarij sunt etiam secreti) secus esset; Ad hoc etiam adde Gemin. in c. sed illud dist. 45. vbi ait secretum esse id, quod fit absque præsentia duorum, vel trium testium. Et ita quod fit coram duobus, vel tribus testibus, non dicitur secretum. Hic vero acciperẽ secretum ad differentiam eius, quod est publicum.

VI. Nec sub his verbis (publi-
27 cus concubinarius) † comprehenderem eius concubinam, nisi id casu exprimatur, vt Cauæ, & per Abbatissam Sancti Benedicti Ordinis Cirstercienses in Castell. atque Ferrariæ, & per Episcopum Rubensem in Apulea.

Caue. Castel. Ferr.

VII. An incidat in Casum, si concubinarius teneat concubi-
28 nam extra territorium, † Respondetur, quod si accepit concubinam extra diœcesim, & ibi habitat, & delinquit cum concubina, non ligatur, cum executio concubinatus fiat extra diœcesim, quare subditur legibus illius diœcesis, cui applicuit, & si Casus est ibi reseruatus, absolui non potest absque eius licentia; Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 2. versic Est hic. At si continuauit concubinatũ in Diœcesi Capuana, & postea venit Neapolim, vbi Casus non est reseruatus, & ibi confitetur, tunc incidit in Casum reseruatum, facit à simili quod dixit Franchus in c. 2. de constit. in 6. in §. statuto nu. 13. de excommunicatione prolata extra Diœcesim p

Castellaneti.

causa

29 causa iam damnata, † quæ ortum habuit intra diœcesim, quia tunc Ordinarius ligat cõmittentem furtũ pro quo lata est excõicatio, quãuis fur sit extra territoriũ, modo furtum fuerit cõmissum in diœcesi ipsius excõicãtis.

VIII. An comprehendatur sub litera, si clericus, aut laicus ideò non dimittunt cõcubinam, quia sic efficerentur dèteriores, facit tex. in c. clericos extra de cohab. cler. vel muli. Vbi non est quis astringendus ad iuramentum, si verisimile est, quòd periuret. Quare de duobus malis
30 minus est eligendum, † c. duo, c. nerui dist. 13. Respondeo, q̃ non ex hoc excusatur, quin incidat, nam tunc verum est, quòd de duobus malis minus est eligendum, quando maius malum est necessariò venturũ absq; culpa, & vitio suo.

IX. Non comprehenduntur clerici regulares, vel monachi
31 † sub hoc Casu, quia materia est pœnalis, & strictè debet intelligi, sub qua significatione non veniunt, cap. quàm periculosum de sentent. excom. lib. 6. Siluest. in verbo clericus in princ. c. in fidei fauorem de hæret. in 6.

X. Circa confessionem aduertat prius confessor, ne ita pœnitenti benignus videri velit, vt sacerdotalis pœnitentia contemnatur, facit tex. in cap. sed illud dist. 45. Et hoc præcipuè in peccatis publicis, nam publica no-
32 xa † (vt ait Augustinus) publico indiget remedio, quare diligenter inquirat qualitatem personæ, si concubinarius sit in dignitate constitutus, vel priuatus, nam plus peccat; si quidem reatu maiori deliquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantiũ. c. nulli fas 25. q. 1. si solutus sit, an coniugatus, nam si grauè peccatum est homines solutos concubinas habere grauissimum profecto erit vxoratos; imò dicit Anchar. in c. vt clericorum num. 7. de vita, & honest. cleric. coniugatum
33 grauius puniendum, † si alterius torum violet, quàm clericum adulterantem, ad hoc l. si adulterium cum incestu. ff. ad l. Iuli. de adulter. si concubina, quàm tenet, sit soluta, an coniugata, si ipse in sacris sit nam tales circumstantiæ necessariò exprimẽdæ sunt, quia tunc vel transeunt in adulterium, vel in sacrilegiũ; Deinde insinuet pœnam, quam
34 in foro exterioti † meretur ob tale grauè, vel grauissimum crimen, quæ in solutis personis cõcubinarijs exprimitur à Concil. Trid sess. 23. c. grauè, & in clericis in d. c. quàm turpæ sess. 25 & si est publicus, laboret, vt pœnitens ad contritionem tanti cri
35 minis deueniat, deflendo animã concubinæ, quam Deo eripuit, & ereptam in malo per tantum tempus confirmauit, & q̃ exemplum dedit mali in operatione sui criminis, vt dixit tex. in cap. consideret § animaduertere de pœnit. dist. 5. Deinde iniũgatur

pœ-

pœnitentia, auferendo periculum recidiui, quòd sacerdotis arbitrio pensabitur, & nullo modo absoluat, nisi concubinam di-
36 mittat, & alias quascunq; † mulieres verisimiliter de incontinentia suspectas à cohabitatione, vt probatur in c. interdixit dist. 32. & in c. cũ in omnibus, c. quidam, cap. seq. dist. 81. c. à nobis de cohabit. cler. & muli. Et ita concubinam abijciat, atque expellat, vt id sit notum populo, hoc est maiori parti, l. quòd maior. ff. ad municipal. Si concubinarius sit publicus, ad sedandum scandalum. Sic enim peccata Ninniuitarum, quia cunctis nota erant, publica satisfactione expiata sunt, c. quis aliquando §. hæc secreta de pœnit. dist. 1. & quamuis pœnitens confessario promittat se nullatenus cum illa deinceps peccaturum, non acquiescat, nisi essent illæ quatuor circumstantiæ, de quibus habetur per nos in Prima Parte decis. lib. 1. c. 18 nu. 3. quia semel malus semper præsumitur
37 malus in eodẽ genere mali, † durãte priori causa mali, hoc est cohabitationis commoditate. Iniungat in pœnitentiam, vt auferat occasiones recidiui, vt mutet locum, vbi quisq; illecebris deseruiuit, nam valet interdum
38 conuersis pro animę salute † mutatio loci, cum locus, vbi quis prauè vixit, hoc in aspectu mẽtis apponit, q̃ sępè ibi vel cogitauit vel gessit, c. valet dist. 81. Viter transitum per locum, vbi manet mulier; Nam Dyna si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset, d. c. consideret prope finem. Vltimò ad hoc peccatum cohibendum bonum esset statuere aliquam pœnam pecuniariam applicandam pijs locis, si redierit ad vomitum, argum. legis, quæ est ad hoc notabilis in l. ex ea parte, §. mulier ff. ad trebell. Etenim vbicunque ali-
39 quid fit contra † bonos mores, potest ad illud cohibendum pœna induci, huiusmodi est concubinatus tàm de iure ciuili, cum fit quid improbum, & inhonestũ defraudare vxorem debito naturali, exasperantur enim quantuncunque iustissimè ob retentionem concubinarum, vt dixit tex. in §. mitiores in auth. de nupt. quàm etiam de iure canonico; Imò multò magis, cum inducat peccatum mortale, ergo. Hinc Bartolus ex illo textu in §. mulier dat bonam cautelã ad refrenandum quem à ludo, vt promittat, si ludat dare tantam pecuniam nomine pœnæ: quia talis promissio si fiat Ecclesiæ cũ testibus, est valida, & exigibilis, nam est iusta causa ad conseruandos bonos mores.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Scribere dupliciter capitur.
2 Dictio seu est alternatiua.
3 Diuulgatio qualiter accipiatur, & quando dicatur, nu. 6.
4 Libelli famosi qui dicantur.
5 Libellos famosos scribere quàm graue peccatum.
6 Iniuria fit tribus modis, re, verbis, & literis.
7 Conuitium dicitur à collectione vocum.
8 Casus iste vt incurratur, quatuor requiruntur.
9 Libellos famosos prælato, aut iudici porrigi de infamia alterius, sæpè contingit.
10 Scriptor libelli famosi contra nocentem an ligetur casu.
11 Inquisitio non est formanda super libello famoso incerto, qualiter intelligatur, nu. seq.
13 Diuulgatio si fuit facta absq; dolo, non comprehenditur sub litera. nu. seq.
15 Ignarus recipiens libellum famosum, & non lacerans, vel manifestans, an incidat in Casum reseruatum.
16 Canones vltimum supplicium nulli irrogant.
17 Libelli famosi, quando dicantur statim lacerati.
18 Inueniens libellum famosum, quẽ non lacerauit, nec diuulgauit, vt includatur sub Casu.
19 Non esse, vel esse, & non comparere paria sunt.
21 Veste vtens lugubri in notam alicuius, vel cornua ponens ad portam, an incurrat in literam textus.
22 Cantans verba contumelioſa, vt cătilenas in infamiam alicuius, an sit sub Casu.
23 Componentes & diuulgantes libellos famosos, sunt infames, & intestabiles.
24 Scriptor occultus libelli famosi qualiter admonendus.
25 Anathematizatus generaliter est, ac si nominatim esset excommunicatus quo ad Deum.
26 Libellos famosos faciens in ignominium ordinis prædicatorum, vel minorum, sunt excommucitati.
27 Confessor qualiter pœnitentem interroget de tali crimine.
28 Animus malus infamandi quando dicatur.
29 Infamare innocentem, quàm graue peccatum mortale.
30 Confessor quæ iniungere debeat facienti libellos famosos.

De libellis famosis. Cap. XIX.

Scriptio, seu diuulgatio literarum sine nomine ad infamandum.

EXPOSITIO.

(Scriptio) huiusmodi verbo vtitur tex. in l. lex cornelia §. si quis libellũ ff. de iniur. Et dicitur Caſus, Caſus, Caſus, ppriè scribere † ille, qui aliquod opus com-

componit, vnde scriptores dicũtur librorum auctores. Hinc Cicero Cornificio, sed pximè scripsi de optimo genere dicẽdi. Interdum tamen scribere accipitur pro manu propria literas scribere. Vtroq; modo hic scriptio potest capi. Hinc in tex. in d. §. si quis librum, habetur, si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripsit, cõposuit. Et notandum, quòd dum generaliter litera loquitur, comprehenditur tam is, qui manu propria scripsit, quàm qui alterius, qui dolo malo fecit, vt alius scribat, d §. si quis librum.

Seu. Dictio hæc est alternati
2 ua, † sicut Aut, vel siue, quæ in fauorabilibus, & in lgatis stat copulatiuè, sed in penalibus, vt hic, alternatiuè, vt notat Bart. in l. si quis legauerit. ff. de auro, & arg. lega. Abbas in c. inter cæteras de rescript.

(Diuulgatio, seu manifestatio,)
3 De hoc verbo habetur †in l. 1. C. de libell. famo. occultè ponendo in loco publico, vel in Ecclesia, c. 1. 5. q. 1. vt sic ad aliorum notitiam literę perueniant, facit tex. in c. curæ 11. q. 3.

(Literarum) Alibi in l. 1. C. de libel. famo. dicitur chartula, alibi scriptura, c. 1. 5. q. 1. alibi cõtestatio, hoc est chartula criminis contestans, in c. quidam maligni 5. q. 1. Alibi famosi vocantur libelli, C. de famos. libell. & c. 3. 5. q. 1. Alibi carmen, vel libelli infamationis, c. in quisitioni §. tertiæ extra de accusat.

(Ad infamandum) Scilicet loquentes contra bonam famam, vel opinionem alterius, & hi vocantur libelli famosi, quia sunt compositi ad aliorum infamiã, Archidiac. in d c. si qui inuenti, 5. q. 1. vel ad infamandum saltẽ de facto, nam eò ipso, quod scriptura continet turpitudinem alterius, infamatur ille saltem de facto, quia facto quodã siniſtro conspergitur, Gemin. in c. qui in alterius 5. quæst. 1. Reseruatur ergo Casus, si quis dolosè scripserit, vel composuerit, aut diffamauerit, ita q; alterum ex his sufficiat scripturã, vel chartulam continens infamiã alterius.

Grauitas.

QVàm sit grauè hoc crimen, ex infrascriptis ostenditur, †& Primò, quia si agi
5 tur criminaliter, & secundum leges ciuiles, est pœna capitalis, tàm contra ipsum, qui scripsit, composuit, & edidit, quàm contra illum, qui inuenit libellum famosum, nisi ipsum corruperit, vel combusserit, aut inuentum nulli reuelauerit, l. vnica, C. de libel. famo. c. fi. §. si quis famosũ 5. q. 1. & quare qui inuentum manifestauerit, subiugetur capitali sententiæ, est, quia reputatur quasi auctor huius delicti dictis iuribus.

Secundò, quia quilibet de populo potest talem accusare; quoniam etiam accusatori constituitur precium pro modo substan-

tiæ

tiæ personæ accusatæ, vel si erat seruus, producitur in libertatē, ff. de iniur. & famosis libel. l. lex cornelia §. fin. C. eod l. vnica. Et ita notandum, quòd eadem pœna punitur componens, ac inueniens, & non corrumpens. Vnde nota, quòd est spetiale, vt pro iniuria tam magna pœna imponatur, glosa in d. l. vnica vers. capitali.

Tertiò, si agatur ciuiliter secundum actionem iniuriarum, quæ non publici, sed priuati iudicis continet quærelam, C. de iniur. l. iniuriarum, l. item apud Labeonem §. si quis libellos ff. de iniur. punitur secundum iuramentum actoris, & taxationem Iudicis, instit. de iniur. §. pœna.

Quartò, si agatur secundum Canones, flagellatur, & excommunicatur, cum sit crimen graue, & damnatione dignissimum, glos. in summa 5. q. 1.

Quintò in foro pœnitentiali tenetur contrarias imponere scripturas, & ita tenetur ad restitutionem famæ, sicut detractor. Hæc Turrecrem. & Prepos. in c. fi. 5. q. 1. vnde isti sunt desertores, vt illi, qui substantias, & prędia eorum diripiunt, 6. q. 1. cap. deteriores, & cap. ex meritò; Illi enim ea, quæ extra nos sunt, licet nostra sint, auferunt, at isti personas proprias diripiunt.

Sextò, quia scribentes, edentes, & cōponentes sunt infames, & intestabiles, tex. & glosa in c. 7. 5. q. 1. & tales libelli nullam inducunt opinionem eorum, cōtra quos fiunt, l. vnica in fine, C. de libel. famos. c. fin. in fine, 5. q. 1. vbi Geminianus.

Declaratio casus per Decisiones.

HOc vnum præmittendum est ante quam ad Decisiones deueniamus, quòd præterea, quę diximus in 2. par. decis. lib. 2. de iniur. & latius per Marianū Soccinum in rubr. eo. tit. Iniuria
6 fit tribus modis. † Re, Verbis, & Literis. Re, quoties manus inferuntur, Verbis, vt cum fit conuitium, sic dictum à concitatione, seu collectione vocum,
7 † vt cum cōtra vnum plures voces conferuntur, siue præsentē, siue absentem, (v.g.) si quis ad Domum tuam venerit, & te absente vociferaretur, vel alios concitaret ad vociferandum ff. eod. l. 1. §. iurgium, & l. item §. conuitium, & §. feciſſe, & §. cui. Literis verò fit iniuria per libellos famosos, de quibus habetur in d. l. lex cornelia §. si quis librum, & in d. l. vnica in c. 3. §. ob carmen 4. q. 3. & 5. q. 1. per totum. per glosam in l. eum, qui ff. de iniur. Hoc præmisso sit decisio.

I. Si quis libellum famosum ad infamiam alterius pertinentem, iuxta tex. in l. lex cornelia §. fi. ff. de iniur. scripsit, composuit, edidit, hoc est in lucem edi-

dit

dit, & misit, dolove malo, hoc est scienter, & ex industria fecit, & illum dimisit in platea sine alterius nomine, ac si non ipse, sed alius composuisset, vel sine nomine scribentis: & postea publicè in loco poblico, vel in platea, ante fores Ecclesiæ confixit, iux. tex. in c. qui in alterius 5. q. 1. ad aliquem diffamandum, incidit in Casum reseruatũ, cum
8 omnia requisita † in præsenti Casu instit. Nam adest scriptio, quia scripsit, & composuit idẽ, diuulgatio, quia in loco publico confixit. Rursus malus animus, nam ad diffamandum, præterea sine nomine scribentis. Incidit etiam in præsentem casum in diœcesi Mutinensi; Dum reseruantur componentes libellos famosos in graue præiudicium famæ alterius, nam videtur idem Casus, ac iste, Etenim idem est componentes, quàm scribentes, vt in expositione literæ probauimus. Et vt hic reseruatur crimen scribentium, vel componẽtium, sic & ibi. Et vt ibi additur diuulgantium; ita & hic. Nam cum simus in his, quæ sunt eiusdem generis, fit extensio à componente ad diuulgantem, argu. tex. in c. pœnale 14. quæst. 5. Et loco literarum ad diffamandum, hic dicitur libellos famosos, qui sunt literæ in damnum famæ alterius.

II. Quando porriguntur libelli famosi, vel aliqua cædula iudici laico, vel Ecclesiastico, aut
9 prælato regulari, † in quo narrantur varia crimina alicuius, quæ mittitur per incognitum, absque subscriptione, quod sæpè solet in praxi cõtingere, vt testatur Cardin. Florent. in cap. inquisitioni §. tertiæ, nu. 7. de accusat. componentes, & mittentes, incidunt in Casum. si hoc faciant animo doloso, siue libellus fuerit scriptus contra nocentẽ,
10 † siue innocentem; nam & si peccata nota esse oporteat, & expediat, l. eum qui. ff. de iniur. non delicta remaneant impunita, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. c. vt famæ de sent. excom. Tamen hoc non procedit in eo, qui infamauit libello famoso, vt ẽ glosa notabilis in d. l. eum, qui. Igitur siue nocens, siue innocens infametur, ligatur scriptor, atque diuulgator hoc casu, Turrecr. in summa 5. q 1.

Non tamen super tales cædulas immediatè formanda est in- 1
quisitio ad eliciendã veritatem,
11 † verum si essent aliqui testes in talibus cædulis nominati, potest secretò inquiri ab eis, si aliquid scirent, & etiam ab alijs, quos putat Iudex, vel Prælatus debere scire de fama, & si inueniatur vera infamia, potest formari inquisitio; Ita Zsbar. qui supra, nu. 7. qui dicit, quòd licet non sit formanda inquisitio super tales cædulas, cum nõ generent infamiã, tamen sunt, & esse possunt quædam excitationes ad inquisitionem formandam. 1

III. Quòd dicitur nõ esse procedendum ad inquisitionem ex

hoc

hoc, quòd inueniũtur cædulæ cõtinentes delicta, & diffamatio-
12 nes, † d.c. inquisitionis § tertiq, vers. neque; intellige ad instantiam eius. qui literas infamatorias porrexit, quia ad instantiã eius, qui per eas diffamatus est, procedendum est, si vult suam declarare innocentiam, 5. q. 1. c. 1. C. de ingen. l. diffamari, & ad finem, vt infamantes puniantur, C. de calumniat. per totum. Quare diffamatus potest instare, atque petere statui terminum porrigentibus, si deuenerit in notitiam ad probandum ea, quæ scripserunt, Do. Anto. in d. c inquisitionis, num. 23. Abbas ibi § tertiæ, nu. 4. Zabar. nu. 7. vers. opono quarto. Anan. & Felinus, cæteriq; scribentes.

IV. Non semper diuulgantes comprehẽduntur sub Casu, sed tunc tantum, quando dolosè
13 manifestauerint, † & ita intelligе literam (Diuulgatio) scilicet dolosa; Nã quando sumus in verbis dubijs, illa sunt interpretanda secundum Doctores, vnde quamuis in l. 1. C. de famo. libel. & c. fi. 5. q. 1. non sit in verbo manifestauerint aduerbium hoc dolosè, dicit tamen Turrecr. in d. cap. fin. quòd credit debere intelligi; Quare si non dolosè ad finem, vt ille infametur, de quo libellus conscriptus est, sed ex
14 simplicitate manifestauerit, † nõ debet ei imputari. Et idem, si bono zelo, scilicet vt crimen illius puniatur, vel si solus scit, & hoc reuelat sacerdoti, vel personæ, quæ potest prodesse, & non obesse, vt eum admoneat, ne talia faciat; Etenim qui dicit talibus, qui possunt prodesse, & nõ obesse, non dicitur prodicor, 2. q. 1. c. si peccauerit, glosa in c. hoc videtur 24. quæst. 5. quia in his Casibus non credimus esse culpandum, Turrecr. in d. cap. finali.

V. Si quis famosum libellum,
15 siue carmen, siue historiã, † quæ ad alicuius pertinet infamiam, siue in domo, siue in publico, vt in Ecclesia, vel in quocunque loco ignarus repererit, & non corruperit, vel lacerauerit, aut igne consumperit, sed vim eorum manifestauerit, mortaliter peccat, cum secundum leges ciuiles capitali sentẽtiæ esset subdendus, quasi auctor delicti, d. l. vnica, & c. 1. 5. q. 1. & iuxta Canones, qui vltimum supplicium
16 nulli irrogant, † subijciendus esset verberibus, d. c. 1. & notatur in summa 5. q. 1. vt fustigationis, & flagellorum, nisi qualitas personæ aliud suadeat (puta) qa sit Episcopus, quia tunc non flagellabitur, sed commutabitur pœna, l. seruorum, l. aut facta §. persona ff. de pœnis; Ita Gemin. qui dicit hoc esse dictum Hugonis, in d. cap. 1. vel est etiam excommunicandus, & anathematizandus, eadem quæst. cap. quidam maligni, & scire debet se in foro animæ litera textus innodatum, cum dicatur Diuulgatio. Quod si quis obijciat dolum includi in litera. Sed iste

non

non fuit in dolo; quia ignarus reperit, tamen fuit postea in dolo, nam legendo verba ad infamiam alterius, diuulgauit.

Sed quæro, quando dicatur
17 statim dilacerare, † Dic, si hoc fecit infra viginti dies, arg. tex. in c. dura extra de crimin. falsi, Archid. Gemin. & Turrecre. & Præpos. in c.fi.5.q.1.

VI. Qui scripturam famosam literaliter compositam, si-
18 ue metricè, non corruperit, † sed non diuulgauerit, incidit, si animo diffamandi composuerit. Cũ habeatur in litera scriptio, seu. quæ dictio cum sit alternatiua, sufficit, vt dolosè scripserit. At quando adinuenit, sed non diuulgauit, secus est dicendum, quia litera dicit. Scriptio, seu diuulgatio, vnde cum iste non scripserit, & nec inuentam diuulgauit, puta ponendo eam in loco publico, non incidit, & nec punitur pœna aliqua, nam paria sunt non esse, vel esse, &
19 non comparere, † cap. inter corporalia de translat. Episcop. Vbi Ecclesia dicitur viduata, si moritur Episcopus, vel si habet Episcopum inutilem; Ad hoc etiam facit tex. in cap. ordinarij de offic. ordinat. lib. 6. Hoc probatur in d. cap. fin. qui dicit, aut corrumpat, aut nulli fateatur inuentum; Geminianus ibi.

VII. Tunc dici poterit di-
20 uulgatio, † quando confitetur libellum inuentum, & manifestauerit, ea, quæ continentur concernentia infamiam ipsius coram tot personis, vt valeat talis diuulgatio manifestè probari per testes, iuxta textum in cap. moniales extra de purgat. canon.

VIII. Si quis in notam alicuius aliquid produxerit, puta veste vtitur lugubri, vel squali-
21 da, vel domum † absentis signat cum ignominia, l. si iniuriæ .ff. de iniur. vel aliquid facit ludibrio, vel in inferiorẽ vicinum aliquid proijcit, iniuriæ faciendæ causa, iuxta tex. in l. pen. & l. item apud Labeonem §. hoc edictum, vel cornua ponit in ianua, mortaliter peccat, non tamen incidit in Casum reseruatum, cum secundum leges agetur iniuriarum actione, nam talis iniuria dicitur factis, & non literis facta, d. §. hoc edictum sub verbo generaliter, & probatur per Azonem: C. de iniur. in sum. col. 2. & litera nostra loquitur de iniuria facta literis, vt de libellis scriptis ad infamiam alterius.

IX. Nec credimus illos comprehendi, qui verba contumelioſa ad instantiam alterius per-
22 tinentia † cantant, iuxta text. in l. itẽ apud Labeonem §. proinde ff. de iniur. & l. lex Cornelia §. fi. eod. tit. cum huiusmodi iniuria committatur verbis, & non literis.

X. Licet quis non efficiatur infamis propter famosum libellum compositum contra aliquẽ, vnde dicit tex. in d. l. vnica, &

c.1.5.q.1.quòd talis libellus huiusmodi opinionem non lædit, semper tamen facto finistro rumore infamatur: dixit Turrecr. in d. c.Tamen componentes,vel scribentes, aut diuulgantes, si sunt per sententiam damnati,ef-
23 ficiũtur infames,† c.3.§.ob carmen 4. q.3. quapropter sunt intestabiles, nam nec testimonium dicere, & nec testamentum facere possunt,d.§. ob carmen, & l. ob carmen ff.de testi.d l.lex Cornelia §.fi c.1.5.q.1.

XI. Qui famosum libellum occultè scripsit, seu composu t, & ignoratur auctor,debet primò
42 in genere admoneri, † vt quicunque sit,publicè exeat,& probet quæ dixit, vel saltem confiteatur delictum suum in publico, & non in occulto, vt ex tali confessione accusati fama reniteſcat apud illos, apud quos aliquantulum erat decolorata per talem libellum. Quod si non fecerit, est remouendus à Corpore Christi,qui si in sua perseuerauerit contumacia, est anathematizandus, 5. quæst. 1. cap. quidam maligni. Quoanathematizato est nominatim excommunicatus quò ad Deum; sed nõ quò ad Ecclesiam, Gemin. ibi:
25 formam autem † huius anathematizationis habes in cap. debet 11.quæst.3. Verum statim & eò ipso, ac scripsit, comprehenditur sub Casu, quamuis solum scripsisset,& non diuulgasset,per literam textus, (scriptio,seu diuulgatio.)

XII. Præsumentes libellos famosos in vulgari, vel literali sermone, nec non cãtilenas edere, vel diuulgare † in ignominiã
26 Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, sunt excommunicati, absoluendi solum à Sede Apostolica, Alexander in priuileg ex alto, & in alto. Non sine multa, Caietan. in verbo excommunicatio cap. 81. Nisi in articulo mortis: Concil. Trident.sess.13. c. 7. semper enim talis articulus excluditur, cum necessitas legi non subiaceat,c.pastoralis §.prę terea de offic. ordin. Imò instante tali periculo quilibet Sacerdos etiam mortali irretitus,excommunicatus, etiam denuntiatus,suspensus,degradatus,Hæreticus intẽdens absoluere,(Dummodo non adsit periculum subuersionis fidei) potest tunc absoluere ab omni peccato,& censura, vt dicto Conc cap.7.colligitur, Dum ait sub verbis generalibus, videlicet quilibet sacerdos.S.Thomas in addit.ad 3. p.q.19 art.6.Palud. in 4.dist.26. quæst.1. ad finem. Sylvestr. confessor 1. §. vlti. Ioan. Maior, in 4. distinct.17. glosa in cap.quòd in te de sponsal.Caiet.verbo absolutio sacramentalis, Armilla Absolutio nu.13.Non tamen esset excommunicatio,si libelli famosi essent facti in ignominiam ipsorum religiosorum,Nauar.in Manu c.27.nu.209.vers.1.

XIII. Confessor pœnitentem interroget,qui tale crimen confitetur, contra quem libellum famo-

27 famosum scripsit, † vel composuit, Contra laicum, vel prælatum, an religiosum simpliciter non habentem curam animarũ, quia grauius est peccatum famã prælati lædere, quando pro iusto habitus ita eum diuulgat, vt apud alios fama illius denigretur. Rursus, quia si libellus fuit scriptus, & diuulgatus contra statum Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, est excommunicatus, vt supra diximus; Item an illum composuerit animo malo: Et dicitur animus
28 malus, † quando directè animo infamandi fecit, vel quando aduertit quòd scribit, tendere in infamiam alterius, & nihilominus scribit, Sotus lib. 3. de iust. & iu. quæst. 10. art. 2. Rursus, an composuerit libellum famosum contra nocentem, vel innocentem, quia etiam contra nocentem est peccatum mortale: quia id egit præter iuris ordinem, sed multò magis peccatum est aggrauandum, si infamauit innocentem, quod ex suo
29 genere † peccatum est mortale, quia contra charitatem, cum in re magni momenti proximus lædatur, scilicet in famæ obscuratione, & denigratione, quæ meritò maiori habetur pretio, quã exteriora bona, Eccles. cap. 41. Curam habe de bono nomine: Hoc enim permanebit tibi, quã mille thesauri boni, & prætiosi. Iniungat postea confessor ipse
30 per se veniam petere, † vel per aliũ ab infamato, si sciuerit infamantẽ, ac demum non absoluat, nisi imponat cõtrarias scripturas in loco, quo proiecit libellum famosum, nec non in alijs locis, in quibus intelligit illum, contra quem hæc acta sunt, esse infamatum occasione sui, si res est secreta, & præter hæc tenetur de omni damno satisfacere, Syluestr. in verbo libellus in fine. si alias absque huius modi infamatione tale damnum non incurrisset, sum. Astens. liber 2. de detract. tit. 15. vesic. in foro autem pœnitentiæ: At si auctor esset notus, tenetur publicè per se, si audet, vel alium nomine suo hæc agere; Item imponere scripturas contrarias, subscribendo se esse mentitum. Hæc Sylvest. & Astens. Nos in 1. par. decis. lib. 2. c. 138. nu. 17.

SVMMARIVM.

1 *Exhibere verbum est in publicum producere.*
2 *Publicum est, quod omnibus patet.*
3 *Commoditatem publicam ad ludendum quis dicatur præstare.*
4 *Ludi, qui dicantur prohibiti, & qui permissi, nu. seq.*
6 *Ludus schachorum est permissus, modo duo concurrant, nu. 26.*
7 *Barrattaria quæ propriè, vel per translationem dicatur.*
8 *Ludus prohibitus est peccatum mortale.*
9 *Domum præstantes ad ludendum quare peccent mortaliter.*
10 *Mala multa proueniunt ex ludis*

probibitis, & præcipuè 16. num. seq.

11 Statutum, quòd quis non ludat ad azardum sub pœna, ligat etiam azardos facientes.

12 Publicus aleator non potest ad ordines promoueri.

13 Error, cui non resistitur, approbatur.

14 Compellens ad ludendum potest puniri arbitrio iudicis, & quis dicatur compellere.

15 Consuetudo potest abrogare tam ius ciuile, quàm canonicum in foro fori.

16 Ludentes ludo probibito an peccẽt mortaliter.

17 Ludus alearum, & taxillorum est omnibus probibitus, & quis ludus sit alearum.

18 Ius, vel statutum imponens certam pœnam pro delicto an intelligas appositam pro prima vice nu. seq.

20 Deseruiens verbum denotat continuitatem.

21 Ludis probibitis domum submini-
1 strantes peccant mortaliter.

22 Ludentes ludo illicito in modico qualiter peccent.

23 Modica quantitas diuersimode cõsideratur, habito respectu ad personas, nu. seq.

25 Casus reseruatio cum sit stricti iuris, an extendenda quandoque ad alium Casum.

26 Ludus scbachorum an sit clericis probibitus.

27 Clericos non decet ludis tempus consumere.

28 Ludus scbachorum animum valde distrahit, & tempus plurimum consumit.

De commoditate ad ludos probibitos exhibita. Cap. XX.

Exhibitio publicę commoditatis ludorum prohibitorum vulgo Barattaria.

EXPOSITIO.

(EXHIBERE) Cas. vt dicit tex. Casus in l. 3. §. ait, verbo exhibere † ff. de lib. homi. exhib, est in publicũ producere, vnde exhibere est extra secreta habere, & alibi dicit tex. in l. plus est ff. de verb. oblig. q̃ exhibere est præsentiam corporis præbere, de hoc etiam verbo vide text. in c. accipimus & c. contingat extra de fide instrument. Hic verò exhibere capitur hoc est præbere.

(Publicè) hoc est ita quod omnibus patet, ibi exerceri ludos prohibitos, vnde publicum est, quod omnibus manifestum est, bonus tex. instit. de suspect. tutor. in §. consequens; Non tamen intelligo, vt omnibus de ciuitate, aut oppido debeat esse manifestum, sed satis est, quòd transeat in notitiam viciniæ, seu maioris partis, in qua ludus fit, sicut dicimus fieri notum po-

populo, quando fit notum maiori parti populi, l. quòd maior .ff. ad municip. Sic de Notorio dicimus, vt est bonus textus in cap. cum dilectus de purgat. cano. & notatur per Doctores in c. vestra extra de cohab. cler. & muli. in c. manifesta 2.q. . Oportet ergo, vt ludorũ prohibitorum exhibeatur publica comoditas, quod ita publicè, & palam fiat, vt transeat illico, vel successiuè in notitiam populi, vel viciniæ, aut maioris partis Panorm. cons. 99. num. 2. Parte secunda.

(Cõmoditatis) commoditas propriè dicitur respectu vsus, Bart. in l. cum in rem .ff. de rei vendic. & ille propriè exhibet
3 commoditatem, † qui stat cum mensa parata ad ludendum, quia parat, & præstat domum, & taxillos, scannum ad sedendum, & lumina, Angelus in verbo (Mediatori di mali dadi) §. & viso num. 6. sic dicitur quis præstare commoditatem ad stuprum, vel adulterium committendum, qui præbet domum, cap. sollicitatores §. qui puero de pœnitent. dist. 1. l. qui domum, ff. de adulter.

(Ludorum prohibitorum) hoc est alearum, ideſt tabularum cũ taxillis, & chartarum secundum magis communem opinionem, constat lege ciuili esse prohibi-
4 tum, vt habetur † in auth. interdicimus C. de Episcop. & cleric. nam in hoc ludo exercetur industria, & fortuna; Præpositus in cap. 1. distinct. 35. num. 3. Est etiam prohibitus ludus, qui pẽdet ex fortuna, puta ludus taxillorum, qui dicitur ad azardum, Hipp. de Marsil. in l. hi quoq; num. 2. ff. de ficar. qui omni etiam iure est prohibitus, d. auth. alearum, d. cap. clerici de vita, & honest. cleric. cap. inter dilectos de excess. prælat. Imola in d. cap. clerici nu 4. Alij vero ludi, quibus versatur industria,
5 † & non fortuna, sunt permisi, vt ludus pilæ, l si ex plagis §. cũ pila ff. ad l. Aquil. vel ludus ad brachia, vt habetur in c. continebatur, & c. lator. extra de homic. sic cursus ad brauium, l. nemo de spectat. li. 11. Itẽ ludus scachorum, glosa in auth. interdicimus, c. de Episc. & cleric. Modò non negligatur officium diui-
6 num, † Imola in d. c. clerici nu. 4. & non fiat causa cupiditatis ad pecuniam, Hugo. Archidiac. Turrecr. & Præpos. in d. c. 1. dist. 35 Et isti ludi dicuntur à lidijs, & fuerunt inuenti causa delectationis aduersus famem, quo facilius homines occupati spectaculo esuriem tolerarẽt, item fuerunt inuenti aduersus laborem; vnde ludus, vt dixit Ananias in d cap. continebatur nu. 1. est alleuatio laboris, iuxta illud. Interpone tuis interdum gaudia curis, vel alij dicunt ludos dici à lusu, quia solebant iuuenes per dies festos ludi excitatione populum delectare; ita Lucas de Penna in rubrica de expen. ludo. lib. 11.

(Barattaria) est propriè cum
7 datur pecunia,† vt aliquid mali fiat, & propriè dicitur in Iudice corrupto, Paulus de Castro cons. 152. incip. Videndum est, vt si detur pecunia, vt malè iudicet, vel iustè iudicet, vel simpliciter, nam dicitur barattaria, quando Iudex permutat aurum iustitia, quia tunc iudex dicitur mercator iustitiæ, l. omnes, C. ad l. Iuli. repetund. Vide Boss. de offic. corr. pecu. num. 2. & Do. Io. Andr. Georgium Regium Consiliarium, & Neap. iuris feudalis interpretem in alleg. sua 42. nu. 20. vbi plura accumulat, dicēs, quòd barattaria inducit pœnam priuationis. Hinc deriuatum est, vt qui exhibet publicam cōmoditatem ad ludēdum, vt domum, charthas, & similia mediante pretio, dicatur committere barattariam, Augustinus ad Angel. in §. & viso nu. 8. vbi supra. Igitur exhibere commoditatem ad
8 ludos prohibitos† qui secundum magis communem opinionem sunt aleæ idest tabulæ cum taxillis, & chartæ, & taxilli ita publicè, vt ilico, vel successiuè trāsire possit in notitiam maioris partis viciniæ, vt domum, chartas, taxillos, lumina, & scamna ad sedendum, est Casus reseruatus, sed iam descendamus ad cōsiderandum quàm iure optimo prudens iste animarum pastor hunc Casum reseruauerit.

Grauitas.

I. QVia præstantes domum, mēsam, candelas, atq; alia ad ludum necessaria lusoribus ludo prohibito, mortaliter peccāt,
9 quia iuuant, & † consentiunt ad peccandum, glosa in c. 1. de offic. deleg. Nauar. in Manuali, cap. 19. nu. 15. tenenturq. restituere omnia, quæ ad ipsos perueniunt, Sylvest. in verbo ludus quæst. 25. Ludus enim prohibitus est peccatum mortale, cum sit verè crimen, c. vnum §. criminis dist. 25. & probatur in c 1. dist. 31. ex verbo damnetur, & communione priuetur, quæ verba significant ludum esse peccatum mortale, quia huiusmodi pœnæ non imponuntur pro leui crimine, vt patet 11. q 3 c. nemo, & c. nullus. Cardin. in clem. 2. verbo sed & tales de vita, & hone. cleric. Et dicitur mortale crimen, quia ex ludis prohibitis multa peccata
10 oriuntur, † §. illud vero sanè in prohe. ff. veteris, & p̄cipuè xvij. Hinc dixit Hipp. de Marsil. in l. hi quoq; ff. de sicar. q̄ cum ex ludis prohibitis proueniant multa mala, statutū, prohibens sub pœna, q̄ aliquis non possit ludere
11 ad azardum sub tali pœna† ligetur etiam sub tali pœna ille, qui faciet taxillos, & hoc per tex. in d. l. hi quoque, & per regulam, quòd prohibito vno omnia videntur prohibita, per quæ peruenitur ad illud; Et nec obstat, si quisquā dicat ergo ex hac ratione

tione ſtante ſtatuto, vt quis non poſſit portare arma; Magiſtri facientes arma cadent in pœnam, quia reſpondet Hyppol. hoc nõ eſſe verum, quia arma in Ciuitate quandoq; ſunt vtilia ad repellendos inimicos, & etiam ad eũdum in rure, vel in aliquo itinere, ſed ſecus in taxillis, quia nũquam poſſunt prodeſſe, ſed ſemper nocent, & homines ſpoliantur bonis, & honoribus, & ex his omne malum prouenit, ergo.

Mala vero, quæ proueniunt, hæc ſunt, &

I. Eſt deſiderium lucrandi, & ſic ineſt cupiditas, quæ radix eſt omnium malorum, 47. diſt. c bonorum.

II. Eſt voluntas ſpoliandi proximum, Ecce rapina.

III. Eſt vſura maxima, quæ fit non ſolum in anno, vel in menſe, ſed etiam in eodem die, vt extra de exceſſ. prælat. c. inter dilectos.

IV. Multiplicata mendatia, & verba otioſa, & vana, quæ ibi interueniunt.

V. Maledictiones, & blaſphemiæ hæreticales, auth. alearum, C. de relig. & ſupri fun.

VI. Corruptio maxima proximorum, qui ad ludum conſpiciendum ex praua conſuetudine conueniunt.

VII. Scandalum bonorum.

VIII. Amiſſio tẽporis, & bonorum, quæ pro illo tempore tenentur facere, Arch. in d. c. 1. diſt. 35.

IX. Eſt contemptus prohibitionis ſanctæ Matris Eccleſiæ.

X. Furtũ, quia luſores frequẽter inopia ducti diſcunt furari.

XI. Violẽtia facta alijs, vt ludant, ff. de aleat. l. ſolent.

XII. crimen falſi, quod cõmittunt ludendo in falſis taxillis faciendo ex certa ſciẽtia commodantis, ſeu locantis.

XIII. Homicidium, quia de ludo veniunt ad verba, & ex his ad verbera, de verberibus ad vulnera, & tandem ad homicidium.

XIV. Fraus, & deceptio, quia qui melius ſcit decipere, melius ſcit ludere.

XV. Adulatio. Commendatur enim ludens de peccato ſuo, quia ſcit bene ludere, & iniquus benedicitur, 86. diſt. cap. donare, & c. ſeq.

XVI. Vita turpis, & crapula contra honeſtatem.

XVII. Quia niſi eſſent luſores, qui ſic inducunt homines ad ludendum, non tam luderetur, quantum luditur, ſicut dicimus de lenonibus, qui niſi eſſent, adulterium non ita ſæpius committeretur, l. 2. §. 2. ff. de adulter.

Sunt ergo luſores, cupidi lucri, raptores, vſurarij, mendaces, blaſphemi, corruptores proximorum ob malum exemplum, contemptores præceptorum Eccleſiæ, ocioſi, neglectorum bonorum, quæ tunc omittunt, fures, violenti, adulatores, luxurioſi, & crapulæ, ac vino dediti. Hæc Archidiac. Geminian. Turrecr. & Præpoſ. in d. c. 1. diſt. 35. Hoſt. in ſumma, & in c. inter dilectos

de excess. prælat. obidq. publicus aleator repellitur à promo-
12 tione,† d.c. inter dilectos. Item domus in qua luditur ludo alearum, & taxillorum, debet publicari, vt habetur in d. auth. Alearum vsus: nisi domus esset pupilli, vel viduæ. Nos in 2. par. decis. lib. 3. c. 19. nu. 20. Rursus, si tenentes ludum percutiantur vbiq; causa ludi, nō possunt agere actione iniuriarum, nec punitur verberans, vel eum damnificās. Item si in domo, in qua luditur, fuerit aliquid subtractū siue à lusoribus, vel à quibuscunque alijs, non possunt tenentes ludum agere actione furti, l. 1. §. 1. & §. ait ptor. ff. de aleat. & ratio est, quia huiusmodi ludum tenentes sunt causa multorum malorum, & præter hæc gra uissimè peccant, argum. tex. in cap. error dist. 83. Nam error,
13 † cui non resistitur, approbatur, & non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifestò facinori desinit obuiare, cum tales consentiāt peccatis aliorum, inducendo, & inuitando, vt docet Nauar. in Manu. c. 20. n. 15. Vnde non possunt absolui nisi ab habentibus casus reseruatos, Item qui alium compulit ad lu-
14 dum etiam ex metu, † qui non cadit in constantem virum, potest puniri Iudicis arbitrio, & potest carcerari. Et generaliter compellere dicitur eò ipso, quòd stat cum altari parato, hoc est præstat domum, taxillos, scanna, lumina, & huiusmodi, nam istis suasionibus, & illecebris dicitur compellere iuuenes, qui non possunt refrenare iuueniles calores, glosa in l. 1. vbi Barto. ff. de aleat. Item si ludens velit vendere librum, vel vestem, talis contractus non valet, Barto. in l. si quis cum sciret, in fine. ff. pro emptore. Denique ludentes ludo illicito quodammodo arioli, & pagani nuncupātur propter trangressionem Canonis, 81. dist. c. si qui. sed modò recolligamus fragmēta decisionum, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CVm litera dicat. (Exhibitio publicæ commoditatis ludorum prohibitorum) fit, quòd quāuis secuudum communem, vt per Io. Andr. & Zabar. nu. 11. & Ancha. nu. 10. in cap. clerici de vita, & hone. cler. possit per consuetudinem abrogari
15 iuri positiuo † tàm ciuili, quàm pontificio, q; prohibet ludū alearum, ideſt tabularum cum taxillis, & ludum taxillorum, qui dicitur ad azardum, vt habetur in d. auth. alearum, & per tex. in d. cap. clerici, & cap. 1. dist. 35. Tamen talis consuetudo potuit induci quò ad ius fori, sed non quò ad ius poli, vt dixit Zabarell. qui supra, quin subministrantes domum publicè lusoribus, dicantur illicitè fecisse, & tenēantur pœnitere, & incidunt

dunt in Casum reseruatum, cum reseruando ludos prohibitos, intelligantur ij, qui sunt de iure ciuili, & canonico prohibiti.

Quod idem extende quò ad actum illicitum, & pœnitentiam agendam, quò ad lusores, quãuis consuetudo potuerit dominium perdentis in vincentem transferre; Hæc Zabar. Non tamen quò ad lusores audet Nauar. dicere esse peccatum mor-
16 tale,† etiam si ludant principaliter ob lucrum magnum. Ita pluribus rationibus affirmat in Manuali cap. 20. num. 11. Sed saltem graue veniale. Et hæc intellige quò ad laicos, nam secus est in religiosis, & clericis beneficiatis, atque in sacris constitutis, per tex. optimum in d. cap. Episcopus, dist. 35. verbo damnetur, & communione priuetur, quæ verba inducunt tales ludos esse peccata mortalia, Gemin. ibi.

II. Non solum exhibentes publicam commoditatem comprehenduntur sub casu, si illam exhibent clericis, iuxta tex. in cap. clerici, vbi specialiter est interdictus ludus alearum, hoc
17 est tabularum † cum taxillis, & taxillorum, sed etiam laicis, iuxta tex. in d. cap. Episcopus.

III. Sed nunquid est casus
18 reseruatus,† si semel tãtum exhibuerint hanc publicam commoditatem, glosa in l. 1. ff. de aleat. videtur dicere, quod non, sed tunc tantum, quando ludi essent prohibiti causa lucri, & emolumenti, & ex consuetudine, argum. tex. in l. 1. §. caupones. ff. nautę, caup. & stabul. Hinc Gemin. in d. cap. Episcopus nota. 2. dixit, quòd vbi ius, vel statutum imponit certam pœnam pro debito, non est imponenda pro prima vice, sed tunc demum, si continuatur; Nos tamen contrariam sententiam affirmamus; Nam cum simpliciter fuerit facta reseruatio, etiã ex vnica contrauentione illa locum habet, vnde Gemin. ibidem in fine, quem sequitur Præpos. ita distinguit: quòd quan-
19 doquè lex, vel statutum † imponit pro delicto pœnam simpliciter, & tunc videtur, quòd etiam ex vnica commissione delicti sit puniendus, vel deponendus illa pęna, ex quo ius illam imponit, quia vbi pro delicto inuenimus impositam pęnam à iure, illa est imponenda, extra de offic. deleg. c. de causis, nec debet expectari, quòd iteratò illud delictum committat, & ita procedit tex. in cap. quoniam, dist. 48. facit quod notat Hugo dist. 50. cap. 2. Aut lex, vel statutum imponit pęnam depositionis, vel aliam, sed eadem lege, vel alia apparet, quòd ex vnica commissione delicti non vult, ꝙ illa pęna imponatur, & tunc pęna illa non est imponenda, & ita intelligo tex. & glosam in d. c. Episcopus, vbi Diaconus aleæ deseruiens est deponendus, nam pro prima vice non deponitur, sed tunc demum, cum contrauenerit,

uenerit, quod probat tex. ille in
20 verbo deseruiens, † quod denotat consuetudinem; ita Gemin. & Præpos. ibi.

IV. Et si iure poli ludentes causa magni emolumenti ludis illicitis, de quibus in 1. decis. peccent mortaliter, tàm in publicis, quàm priuatis domibus,
21 & multò magis eis domũ † subministrantes, cum ex huiusmodi ludis proprias perdant substantias, blasphemando, ac Deo maledicendo, vt habetur in authen. alearum, C. de relig. & sumpt. fune. Tamen si subministrantes priuatè hoc faciant, non comprehenduntur sub casu;
22 † Differt enim publica commoditas à priuata, d. authen. alearum §. commodis. Quamuis ludentes ludo prohibito peccent vt supra diximus decis. 2. Non tamen videtur illicitus ludus in parua quantitate ratione modicitatis, facit tex. in cap. vnum §. criminis, dist. 25. c & si quæstiones extra de Simo. glosa in authen. alearum, C. de aleato. Nauar. in Manu. cap 20. num. 5. & videtur quòd hæc parua quantitas referatur vsque ad vnum solidum, hoc est aureum, d. au-
23 thent. alearũ † & 70. solidi faciunt vnam libram auri, quia ratio legis, quæ tales ludos vetat, est refrenare auaritiam, quæ cessat in ludo, qui fit causa honestæ recreationis de modico, & paruo tempore, vt quando a prandio, vel cœna luditur causa solatij esculenti, vel poculenti lucro proposito, glosa in d. l. 7. & l. quod pro conuiuio eod. tit. Verum hoc modicum, quod excusat à peccato, ludendo ludo illicito, aliter consideratur secundum statum vnius personæ,
24 † & aliter secundum statum alterius, nam si conceditur solidus vnus magnis personis, paruis vero erit solum grossus, ita dixit Gabriel in 4. sent. dist. 15. quæst. 13. colum. 3. igitur excusantur domini, & nobiles in conuiuijs ludendo solidum. Et ita excusauimus huiusmodi tales, qui animi leuandi causa æstiuo tempore de modico, & ad paruum tempus ludunt, sic eorum famuli.

V. Quamuis reseruatio casus sit stricti iuris, quapropter non est extendenda ad alium ca-
25 sum, etiam si esset † eadem ratio, & omnimoda similitudo, facit tex. in c. statutum de elect. in 6. Tamen fallit, quãdo dispositio loquitur in certo casu in plurali, vt siquis produxerit falsos testes, quia tunc extenditur ad producentem vnum, & è contra, vt. ff de iurisd. omni Iudic. l. si quis id, quod §. fina. & cap. si compromissarius in glosa 2. de elect in 6. Ita Franch. in cap. 1. de tempor. ordin. in 6. versic. Decimo tertio. Quare licet casus sit reseruatus de exhibẽte publicam commoditatem ad ludos prohibitos, idem intellige ad vnum ludum prohibitum, qui diuersis pœnis est interdictus à lege ciuili, & pontificia.

Cùm

VI. Cùm communis sit sententia ludorum latrunculorum, seu scaccorum esse licitum etiã clericis, dummodo non negliga-
26 tur officium diuinum † Imola in c. clerici nu. 4 de vita, & honest. cleric. cum ibi potius humanum ingenium, quàm fortuna exerceatur, fit, vt exhibentes publicam commoditatem ludendi eo ludo, non incidant, nec subdũtur pœnis, de quibus in l. j. ff de aleator. Verum licet hæc opinio, q̃ ludus scaccorum clericis non sit prohibitus, videtur à Doctoribus communiter sequi imitantibus Richardum in 4. Tamen non videtur hæc opinio satis tuta. nam cum clerici sint assumpti in sortem Domini, propter quod se in ecclesiasticis officijs, & alijs bonis studijs exercere diligenter debent, vt dicitur in d. c. clerici. Et B. Hieronymus ad Rusticum. Nunquam de manu tua, vel oculis liber Psalterij discedat, dicatur ad verbum oratio, siue intermissione vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus pariterq; animus tendat ad Dominum, de consecrat dist. 5. cap. nunquam. Non decet clericum
27 † ludis tempus consumere. Et quoniam prohibetur ab Apostolo ne secularibus se immisceant negotijs, prohibetur etiã interesse spectaculis de consecr. dist. 5. c. nõ oportet ij, eadem ratione ludere prohibetur, præsertim cum ludus iste scaccorum
28 valde animam distrahat, †& tẽpus plurimum cõsumat, Nimisque denique miser est, qui in sortem Domini assumptus extra dominũ in huiusmodi vanitatibus recreationẽ quęrit, quasi in summo, ac delectabilissimo bono recreatio haberi nõ possit, & sicut dicit Hieronym. de consecr. dist. 5. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis, ita in proposito dici potest. Ama sciẽtiam scripturarum, & ludos, ac etiam iners non amabis, ita Gabriel, qui supra versic. Dubitatur secundo.

Finis Primi Libri.

CA-

CASVVM RESERVATORVM PRACTICA.

D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Monacho Cassin. Monasterij SS. Seuerini, & Sossij De Neapoli, Professo Auctore,

I. V. D. ET POENITENTIARIO Maiore in Ciuitate Neapoli.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab interdicto quid.*
2 *Interdictum propriè qualiter hic accipiatur.*
3 *Officia diuina quæ comprehendãt.*
4 *Interdictum quotuplex. num. 8.*
5 *Interdictum personale quid, & locale, num. seq.*
7 *Interdictum speciale loci quale sit.*
9 *Episcopus à quo interdicto absolue re possit.*
10 *Absolutio ab interdicto iure optimo reseruatur.*
11 *Interdicti violatio in locis quando peccatum mortale.*
12 *Clerici violantes interdictum, quãdo irregulares.*
13 *Sunt ineligibiles.*
14 *Interdicti prohibentur à diuinis.*

Per

15 Per diuina quæ intelligantur.
16 Absolutionem ab interdicto multa præcedere debent.
17 Confessor qualiter absoluat interdictos, vt in casum non incurrat. num. seq.
19 Confessor absoluendo pœnitentem, qui violauit interdictum nullum, non incurrit.
20 Interdictus, an remaneat, transferens alibi domicilium.
21 Et quid si alibi transmigrando non mutauerit illud.
22 Interdictus, an remaneat transferens domicilium Caetæ, vt perpetuò relegatus.
23 Professio solemnis tollit interdictũ.
24 Professio tollit omnem culpam.
25 Interdictus est effectus ciuis post interdictam Ciuitatem.
26 Absens an interdicto ligetur, vt præsens. num. 28.
27 Infantes, & furiosi an ligentur.
29 Innocentes etiam interdicto ligantur.
30 Infans licitè admittitur ad claustra monialium.
31 Negotiatores in loco interdicto an sint interdicti.
32 Interdicta Ecclesia etiam Capellæ continentur.
33 Interdicta Ciuitate etiam suburbia interdicta censentur, sed an è contra. num. 39.
34 Odia extendenda, si constitutio reddatur elusoria.
35 Interdictum si fit ad tempus, quem effectum habeat, vel donec satisfecerit, &c.
36 Interdictus quando pœnæ non subiacet, illud violando.
37 Interdictus in mortis articulo, & de mandato interdicentis absolu potest à quocunque.
38 Interdicti violatio per ignorantiã non afficit violantem.
40 Interdictum violans ex quo non obseruatur ab eo, qui tulit, an excusetur.
41 Absolutionis forma ab Interdicto.

De Absolutione ab Interdicto. Cap. I.

Absolutio ab Interdicto.

EXPOSITIO.

In Mã. te Regali. et Nolæ.

1 ABSOLVTIO) Idẽ est, q̃ relaxatio, siue remotio, †vel reuocatio vinculi interdicti.

(Interdicto) Interdictũ ꝓpirè hic accipitur pro sententia iuris, vel hominis,
2 † scilicet p̃lati Ecclesiastici prohibentis alicui diuersa officia, sacramenta, vel sepulturam Ecclesiasticam in pœnam delicti, seu contumaciæ, siue illius, qui interdicitur, siue in pœnam alicuius alterius, Quæ prohibitio eam ob causam interdictum rectè appellatur, quia per ipsum di
3 uina officia, hoc est Missa † etiã sicca, idest sine consecratione Sacramenti, vt per Sylvest. in verbo Interdictum 3. q. 3. in fine, horæ canonicæ, siue maiores, siue Officij parui B. Virginis, Defunctorum, & omnia, quæcunq; sunt de-

deputata ordinibus maioribus prohibita intelliguntur, vt habe tur per Summistas in verbo Interdictum, Anchar. in cap. fin. de sentent. excommunic. lib.6. Palud. in 4. sentent. dist.18.q.4. Item sacramenta, & Ecclesiastica sepultura, Ita de his est text. in ca.quod in te extra de pœnit. & remiss.

(Ab Interdicto) cum simpliciter litera loquatur, intellige reseruatum quodcunque interdi
4 ctum, siue sit locale, † siue personale, hoc est, siue sit interdictus locus, siue persona. Interdictum locale, seu loci est, quando solus locus, siue Ciuitas interdicitur, ne ibi officia à ciuibus, aut exterius audiantur, aut celebrẽtur. Per hoc autem non interdicitur persona, quia extra locum illum vnusquisque exceptis ijs, qui causam interdicti dederunt, officia celebrare, & Sacramenta sumerè possunt. At interdictũ personale est, quando interdici-
5 tur † populus, aut aliqua eius ꝑsona, non autem locus, & tunc ꝑsonæ interdictæ nullibi nec ibi, nec alibi officia audire, aut administrare Sacramenta possunt. Item est interdictũ locale gene-
6 rale, † quo interdicitur locus aliquis vniuersalis continens in se plura loca particularia, vt dixit Palud. in 4. senten. dist.18.q.8.§. circa quartũ principale. Aston. par.2.lib.7.tit.16.art.1.& colligitur ex ca. in partibus vbi Abbas num.1.de verbor.signific. in verbo Nomine terræ, vt si interdicitur Regnum, Ciuitas, Prouincia, vt in nullo locorum contentorum sub Regno, vel Prouincia celebrari valeat.

At Interdictum speciale loci
7 est illud, quo interdicitur † locus aliquis specialis non continens sub se alia loca, scilicet sacra, & prophana, nam quamuis interdiceretur aliquis locus continẽs in se plura alia loca sacra, erit tamen interdictum speciale, vt quando interdicitur Ecclesia, interdicuntur etiam Capellæ, quæ sunt intra Ecclesiam, sic interdictum personale aliud est
8 generale, † aliquam hominum vniuersitatem interdicens, nempè populum, Ciues, Collegium, Clerum, & c. Aliud verò speciale, quando aliquam certam personam, vel incertam, aut certas, siue incertas interdicit.

(Ab Interdicto) Intellige de eo, à quo populus absoluere po-
9 test, † vnde olim poterat Episcopus absoluere ab omni interdicto, cuius absolutionem conditor Canonis non reseruauerat, argum. text.in cap. nuper extra de senten. excommun. Imò etiã, si interdictum esset per Summũ Pontificem confirmatum in genere, argum. tex. in c. ex frequẽtibus extra de instit. At hodie potest vigore Conc. Trid. absoluere, quoties occultum est, & ad forum contentiosum non deducitur, quod intelligitur in foro conscientiæ, per cap. Liceat de reformat. sess.24. Gregor. Sairus de censur. libro quinto cap. 15.

Sed

Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

10 IVre optimo à locorum Diœcesanis reseruari solet † absolutio ab Interdicto, vt non absoluatur ab eo, qui absoluere nõ potest, cum sit graue crimen interdicti violatio, Idèo non omnis, qui ad audiendas confessiones approbatus est, poterit absoluere, sed solum aut Papa, si Conditor Canonis illud sibi reseruauerit, aut Episcopus loci, si reseruatum nõ erit, argum. tex. in cap. nuper de sentent. excom. glosa in cap. vbi periculum §. nulli versic. incurrat de elect. in 6. Quod autem eius violatio sit graue crimen, probatur ex multis, &

Primò, quia communiter est peccatum mortale in his Casibus, vt laicis, si essent aliquo modo causa illius celebrationis, scilicet præcepto, exhortatione, tunc. n. peccant mortaliter, etiã si ipsi non interssint.

Secundò si laicus sua præsentia esset fomentum clericis ad celebrandum, vt quando ex hoc laici concurrunt ad officia diuina, clerici mouerentur ad ea celebranda.

Tertiò, si laici in Ecclesia, vel in suis Oratorijs tempore interdicti localis celebrent illa officia, quæ clericis sunt prohibita, vt si publicè in choro dicant horas, & officia diuina, quia tenentur seruare præceptum Ecclesiæ.

Quartò in alijs quatuor casibus peccant mortaliter, qui ponuntur per glosam in clem. grauis de sent. excomm.

Quintò, si adest excommunicatio contra violantes interdictum; nam violando peccarent mortaliter, Viualdus de interdicto. num. 281. Et hæc omnia intelliguntur de violatione Interdicti localis; nam si violaret laicus interdictum personale, semper videtur peccare mortaliter, ex Soto in 4. sent. dist. 22. q. 3. ar. 1. concl. 6. Nauar. in Man. c. 27. num. 187. Armilla verbo interdictum §. 16.

Sic clerici interdictum violãtes peccant mortaliter, & si exercent aliquod officium, quod es-
12 set ordini annexum, † sunt irregulares, Panorm. in cap. 1. de cleric. excom. ministr. & in cap. fin. extra de excess. prælat. colligitur ex c. 1. vbi per Inno. de sent. excom. lib. 6. Priuãtur omnibus beneficijs, habetur in c. pastoralis §. quæsiuistis de cler. excom. ministr. Sum. Aslen. 2. par. lib. 7. tit. 16. num. 6. & ad illa atque dignitates sunt ineligibiles, c. is, qui §. is vero de sent. excomm. lib. 6. & ibi glosa in verbo ineligibilis. sunt etiam religiosi illud violantes, quod Cathedralis, aut matrix Ecclesia obseruat, ipso iure excõmunicati, vt habetur in clem. 1. de sent. excomm.

Rursus, quia per Interdictum quis prohibetur à diuinis, siue sit personale, vt in c. si sententia

de

de sentent.excommun.lib.6.siue locale, cap.si Ciuitas, c.fin. eod. tit.lib.6. Et per diuina,intellige officia diuina, scilicet officiare ipsam Ecclesiam,Itē Sacramen-
15 ta, † Non quidem Baptismi,aut confirmationis,cap.nō est vobis de sponsali.cap.quod in te de pę nit.& remiss.& ibi glosa in verb. concedimus; glosa communiter recepta in cap.fin. de senten.excommun.lib.6. verbo Sacramentis,cap.responso §.præterea eo. tit. Et nec Sacramentum pœnitentibus ægrotantibus ad mortem, vt quando iudicio periti Medici desperata est vita.d.cap. quod in te,& non est vobis. Imò etiam iure nouo Sanis, ca. alma mater §.quia vero,verbo sani de sentent. excommun. lib.6. & ibi Franc.vlt.notab.à quo tamē Sacramento excipiuntur aliqui,vt notatur per Sayrum. de censur. lib.5.cap.7. nu.9. cum seq.Item nec Sacramentum Eucharistiæ infirmis in probabili mortis periculo existentibus, Doct.in d.c. quod in te. glosa in d. c. non est vobis verbo pœnitentias,vbi Panorm.num. 8. glosa in d.c.alma mater verbo Sacramentis; Sed ꝑ diuina intellige,ꝙ interdictus quis dicitur à Sacramēto Extremæ Vnctionis,& ordinis,Panor. in d.c.Non est vobis num.8.Anchar.in d.c. Alma. Præterea & si pœna suos debeat tenere auctores, & nemo sit puniendus sine culpa, Tamen violatio interdicti adeò grauis est, vt etiam interdictū generale liget omnes, qui sunt de populo, etiamsi sint Innocentes,quamuis cōtradixerint illi delicto, vt videbimus in decisionibus.

Item licet sola pœnitentia delcantur peccata, tamen præter
18 illam hic debet † præcedere satisfactio partis, & nonnunquàm cautio iuratoria, ideſt iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, Ex Viualdo de interdicto. num.146.

Cum ergo tàm graue sit violare interdictum, meritò reseruatur huiusmodi casus, sed modo deueniamus ad Casuum decisiones.

Declaratio casus per Decisiones.

I. NOn includitur cōfessarius,
17 qui tempore,† quo interdicti admittuntur ad pœnitentiā, illos absolueret, remanente tamen pœna interdicti,etiam si cōfessiones audiret in Ecclesia speciali interdicta,Sylvest.in verbo Interdictum 5.§.9. nisi pro causa interdicti interdictus esset excommunicatus,d.cap. Alma mater, vbi DD. Alias si diceremus confessarios includi sub casu reseruato audientes cōfessiones interdictorum, sequeretur absurdum, quòd indirectè tolleretur remedium collatum per superiorem in d cap. Alma mater; nam quando interdictum esset vniuersale,nullius posset confiteri,& absolui sine Ordinarij licentia,

quod

quod est valde absurdum.

II. Per hęc verba. Absolutio ab Interdicto, colligitur, q̃ non
18 licet sacerdoti † interdicto confessiones audire, & absoluere, qn incurrat irregularitatem, secundum communem traditionem, vt per Sylvest. in verbo irregularitas §.7. & verbo Interdictum 6.§.5. & interdictum 5.§.7.

III. Non includitur confes-
19 sarius, quando absolueret † à peccatis pœnitentem interdictum, si illud erat nullum, quia tale interdictum non est timendũ, quia non est obligatorium, sicut à simili dicimus de excommunicatione nulla, vt per Sylvest. in verbo Excommunicatio 2. in princ. secus si esset iniustum.

IV. Et si videatur esse controuersia inter doctores, An qui
20 transferat domicilium † interdicta vniuersitate in locum non interdictum, remaneat interdictus quocunque se transferat: Nam Astens. indistinctè tenet, q̃ sic, Ioannes tamen Caldericus dicit tunc hoc esse verum, quando ille esset in culpa, vel esset specialiter interdictus: Nos tamen adhærendo opinioni Calderici affirmamus non incurrere sacerdotem in Casum, si illum absoluerit generaliter interdictũ. si ita se transfert in alium locum, vt omninò domiciliũ mutet, quia tunc desijt esse interdictus, Arg. text. in cap. Neophitus dist. 61. benè facit tex. in cap. si Ciuitas de sentent. excommunic. lib. 6. Vbi probatur, q̃ interdicta Ciuitate particulares ciues extra Ciuitatem admittuntur ad diuina; Ratio etiam suffragatur, quia generale interdictum populi cadit super eos singulos, quatenus faciunt vniuersitatem. At si ab-
21 soluerit eum, † qui alibi transmigrando non mutauerit domicilium, & interfuit diuinis, & tunc quia remanet interdictus quocũque vadit, incidit in Casum; Idem, si specialiter esset interdictus, quia quocunque vadit, etiã si desinat esse de populo interdicto, semper remanet interdictus, quousque legitimè absoluatur, quia interdictum speciale afficit personas in se, & non quatenus sunt aliquid populi, ita Calder. in tract. de interdic. membro 2. num 33. Sylvest. in verbo interdictum 2. num. 9. Tabien. verbo Interdictum 1. §. decimo. Idem, si culpa sua fuerit interdictus populus.

Hinc, si aliquis coactè transfert domicilium, vt est ille, qui
22 in perpetuum relegatur, † si est in culpa, aut specialiter fuit interdictus, quamuis eò ipsò, q̃ in perpetuum banniatur, vel eat ad triremes in perpetuum, desinat esse de illo populo interdicto, tamen remanet interdictus, secus tamen, si non fuerit in culpa, vel nõ fuerit specialiter interdictus. Calder & Tabien. vbi supra, argum. text. in l. relegati. ff. de interd. & releg.

Hinc etiam infertur, q̃ cum
23 per professionem † solennem in religione approbata iuxt. tex. in

cap. vnico de voto in 6. tollatur interdictum, sequitur, q si interdictus ingrediatur religionē post professionem, possit interesse diuinis, & admitti ad Sacramenta, cum per religionem omnis
24 pœna † tollatur, glos. in cap. ad monere verbo Monasterium 33. quæst. 2. & irregularitas, vt per glosam in cap. 2. extra de Apost. quamuis non omnis, vt ibidem, & in cap. 1. de fil. presbyter. Ante tamē professionem tutum est consilium, vt non admittatur ad Sacramentum ordinis, ex Ioan. Calder. & Sylvest. qui supra, si tamē suscipit, tenet susceptio, vt per Sylvest. in verbo interdictum 2. §. 11. argum tex. in c. religioso de sent. excomm. lib. 6.

V. Incurrit sacerdos absoluendo aliquem, qui † post interdictam Ciuitatem effectus est ciuis, & de populo interdicto; nam tunc iste efficitur interdictus, & eodem iure cēsetur, ac alij ciues interdicti, 12. dist. c. illa.

VI. Sed dubium vertitur, si cōtingat aliquem esse absentem tempore, quo sua Ciuitas, seu vniuersitas supponeretur interdicto, vel si præsens esset, non consentiret culpæ aliorum, imò contradiceret, an ligetur inter-
62 dicto, † vt absoluens comprehendatur sub casu reseruato, & videbatur quòd non, quia pœna suos debet tenere auctores, cap. nemo de pœnitent. distin. 1. Sed si iste contradixit, & non cōsentit, non fuit in culpa, ergo, Item videtur, q infantes furio-
27 si, vel dormientes, † si homicidium perpetrantur, non contrahunt irregularitatem, quia & si pati possunt iniuriam non tamen possunt facere, clement. 1. de homicid. cap. illud 15. quæst. j. & cap. aliquis, & q consequenter non ligentur interdicto ignorantes. Ego verò distinguerem plures casus; quorum.

Primus, quæ supra diximus, credimus vera, quò ad Deum, & consequenter in foro conscientiæ; nam non videntur comprehendi sub casu reseruato.

Secundus, Absentes, qui sunt de illo populo interdicto, etiam sub interdicto comprehendun-
28 tur, † sic Ioan. Andr. in cap. si sententia de sentent. excomm. lib. 6. Sylvest. in verbo Interdictum 2. §. 12. Ita per plures rationes hanc sententiam affirmat Sairus de censur. lib. 5. cap. 14. num. 13.

Tertius. Innocentes etiam in-
29 terdicto ligantur, † & ignorantes, vnde ligantur etiam mulieres, quæ nihil sciuerunt, ita colligi videtur ex d. ca. si sententia. vbi Gemin. expressè hoc dicit, & Ioan. Andr. licet non comprehendantur amentes, & pueri nōdum vsum rationis habentes Sylvestr. in verbo Interdictum 2. versicul. Decimum septimum. Corduba in summ. quæstione sexta conclusion. tertia. Et ratio est, quia isti sunt incapaces culpæ, rationeque carent, & quia eorum actus si interfint diuinis officijs, non sunt actus humani,

mani, imo nec liberi, si quidem nec sentiunt, nec percipiunt, quòd officia diuina dicuntur, vel cessent, vnde sicut isti pœnas sæcularium non incurrunt; ita neque pœnas Ecclesiasticas incurrere videntur, hinc D. Thomas 2.2.quæst.10.artic.12. ait infantem non differre ab animali irrationali; Hinc infans licitè
30† admittitur ad claustrum monialium, vt notat Corduba casu 60.puncto 2. Non obstãte excõmunicatione lata à Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 3. contra intrantes claustra, & septa monialium, vt supra diximus lib. 1. cap. 5. num. 48.

VII. Quid de habitantibus tantum in loco interdicto, non vt ciues, sed vt negotiatores;
31† nam quamuis quò ad Sacramenta necessaria censeantur sortiri forum Diœcesis, quam incolunt ad longum tempus, tamen illius interdicto non supponuntur interdicto populo, aut vniuersitate, ita colligitur ex cap. si sententia, §. cum verò versic. singulares ex eo personę, vbi Anchar. de sentent. excommun. in 6. sed si locus esset interdictus, ibi audire diuina non possent, sed extra sic, cap. fi. de sentent. excommun. lib. 6.

VIII. Comprehenduntur sub casu, qui interdicto aliquo loco
32 speciali, puta Ecclesia, † vel Ecclesijs celebraret, in Capellis eiusdem Ecclesiæ, vel Ecclesiarum, quæ ei, vel eis sunt contiguæ, ex Palud. 4. sentent. dist. 18. quæst. 8. art. 1. principali §. quãtum ad 3. conclus. & colligitur expressè in cap. si Ciuitas de sentent. excommun. lib. 6. & ratio est, quia interdicto principali, quod est Ecclesia, venit & accessorium, idest cappellæ contiguę, Reg. Accessorium de regul iur. in 6.

IX. Interdicta Ciuitate etiã
33 suburbia interdicta † intelliguntur, optimus tex. in cap. si Ciuitas de sentent. excommun. in 6. si enim interdicta ciuitate suburbia interdicta non essent, possent in suburbijs celebrari omnia diuina officia, vnde posset etiam totus populus ciuitatis celebrare, ibique cõcurrere omnes possent ad diuina audienda. Quapropter frustatoria redderetur sententia interdicti, vnde ad hoc euitandum semper etiam in pœnis fit larga interpretatio, quare licet Ciuitas propriè id significet, quod murorum ambitu continetur, non autẽ id, quod extra positum est, dict. capit. si Ciuitas, l. 2. ff. de verb. sign. tamen ne sententententia interdicti sit elusoria, & suo careat effectu, exten-
34 ditur. † Ex quo tex. in d. cap. si Ciuitas hanc collige regulam, quam posuimus supra lib. 1. cap. 4. num. 30. versi. Quintò, scilicet quotiescunque si non fieret lata interpretatio in odioso, & pœnis, sententia esset frustatoria, hoc est, nullum consequerentur effectum, semper facienda est lata interpretatio.

X. Non incidit cõfessor ab-

soluendo eum, cui factum est interdictum ad tempus, puta vsque
35 ad annum, † vel donec satisfecerit, restituerit, aut à contumacia cessauerit, si elapso illo tempore, vel facta restitutione, aut satisfactione, vel cessatione à cõtumacia absoluerit; & ratio est, quia ipso facto tollitur interdictum, & absolutio non est necessaria, vt probatur per tex. in cap. dilecti filij, & ibi Panormit. num 10. de sponsal. Sylvest. in verbo Interdictum 3. quæstione 9. versic. secundum, Tabien. eod. verbo nume. 4. §. tertio ante finem.

XI. Nec quãdo daretur casus, quòd interdictus pœnæ non
36 subiaceat, † si illud violaret, vt si relaxatio fit verbaliter, quia nõ dicitur violari, quod non est, vel similiter si mente solum esset relaxatum à Summo Pontifice. Ipse enim solus hoc modo relaxat, sic post Ioan. Calder. Ancharan. in dicto c. si sententia tenet Sylvest. in verbo interdictum 6. §. 1. & interdictum 3. §. 9.

XII. Nec qui absoluit ali-
37 quem interdictum † in tempore mortis, vel de mandato eius, qui interdixit; Etenim interdictum, vt censura iuxt. text. in cap. quærenti de verbor. signif. eius potestas est delegabilis, sicut potestas absoluendi ab excommunicatione, Marian. Socc. in cap. officij de sentent. excommunication.

XIII. Nec si interdictum est
38 relaxatiuum, sed ignorante † eo, qui violat; nam si est clericus, non incidit in irregularitatem, & alias pœnas, quas ponit Sylvest. in verbo interdictum 6. §. 2. licet mortaliter peccet, Sylu. Ibidem §. 1. Anchar. in clement. prima de consang. & affinit. post Abb. in cap. à nobis de sentent. excommun.

XIV. Nec includitur ille,
39 qui interdictis suburbijs † tantum celebraret in Ciuitate; nam interdicto eo, quod est minus, nõ videtur interdictum id, quod est maius, sicut cœmiterio polluto, seu interdicto non videtur polluta, seu interdicta Ecclesia, cap. primo de consecrat. Eccles. vel Altar. lib. 6. etiam si Ecclesia esset contigua, sed fortiter obstat, quod diximus in nona de cis. sic enim posset reddi eluso-rium interdictum, vt ibi diximus.

XV. Sed an incidat Confessarius ex eo, qui absoluit eum, qui violauit interdictum hac ex causa, quia non obseruabatur ab eo, qui illud tulit.

Respond. quòd sic; nam non propterea tollitur interdictum, quia ab eo non seruatur, qui illud tulit; nisi proferens interdictum non seruando illud, intendat eò ipsò id relaxare, & id verbis exprimat, ita Calder. de interdicto membro 5. in fine. Sylvest. verbo interdictum tertia quæstione nona versic. primum, Tabien. eodem verbo nu. 8. §. 7.

Quam-

XVI. Quamuis aliqua specialis forma in absoluendo ab interdicto non sit tradita, tamen illa seruari videtur. Dicens Ab-
41 soluo te à vinculo interdicti, seu absoluo te ab interdicto, vel remoueo, aut reuoco interdictum, vel alia verba, quibus interdictū tolli significatur, sic summa Cōfess. lib. 3. tit. 33. q. 269. D. Ant. 3. par. ti. 27. de interdicto cap. 5. Sylvest. in verbo interdictum 3. q. 9. versic. primum. Quę autem seruare debeat cōfessor ante absolutionem. Iam supra diximus num. 16.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio quid differat à relaxatione.*
2 *Suspendo te, denotat suspensionem ab omni officio, & beneficio.*
3 *Suspensio simpliciter prolata genus est.*
4 *Suspensio ab officio quid comprehendat.*
5 *Suspensus ab officio, an excommunicare, & beneficium conferre possit.*
6 *Suspensio à beneficio quid operetur. num. 7.*
8 *Suspensio non denotat eam, quæ fit à seipso ob peccatum mortale.*
9 *Suspensionis definitio quatenus censura.*
10 *Absolutio, de qua in litera, quæ hic reseruatur.*
11 *Suspensio quid, & quatenus operetur.*
12 *Episcopus à quibus suspensionibus absoluit num. seq.*
14 *Suspensio quid significet.*
15 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*
16 *Iuramentum necessarium in absolutione suspensionis.*
17 *Suspensionis violatio inducit irregularitatem.*
18 *Suspensio hic reseruatur, quatenus est censura Ecclesiastica.*
19 *Suspensio, an hic reseruetur, quæ incurritur ob culpam venialem.*
20 *Excommunicatio minor à maximis excludit.*
21 *Absolutio à suspensione ab homine à quo fiat.*
22 *Superior an de rigore possit absoluere.*
23 *Suspensio quo ad se tantum non includitur sub litera.*
24 *Et nec qui est suspensus quo ad se, & alios.*
25 *Suspensus etiam non publicatus includitur sub litera. num. 28.*
26 *Constitutio Constantiensis qualiter intelligatur.*
27 *Clerici notoriè fornicarij sunt suspensi.*
29 *Suspensio in latissima significatione quid contineat.*
30 *Suspensio, vt censura tantum clericos ligat.*
31 *Irregularis, vel verbo depositus, aut facto non continetur sub suspensione, vt est censura.*
32 *Suspensus verbo tantum ne celebret, nec includitur.*
33 *Sed quid si aliter appareat de mente proferentis.*
34 *Suspensus à sacerdotio intelligitur suspensus etiam à minoribus.*
35 *Suspensus à Missa potest alia sacerdotalia exercere.*
36 *Concubinarius publicus, an sit su-*

spensus, vt celebrando fiat irregularis.

37 *Suspensus à diuinis, an possit missam audire.*

38 *Suspensio, an liget personam non sibi subditam.*

39 *Confessor absoluens cum, qui se existimat suspensum, sed non est, an comprehendatur sub litera.*

40 *Absolutionis à suspensione forma qualis.*

De Absolutione à suspensio. Cap. II.

Absolutio à suspensione.

EXPOSITIO.

Panormi & Nol.

ABSOLVTIO) Habemus absolutionem, & relaxationem secũdum Felinum in cap. Apostolicæ nu. 1. de except.

1 Nam absolutio † propriè dicitur, quando fit à censura iusta, vel ad cautelam, sed vbi est censura iniusta, vocatur relaxatio, vt per tex. in c. Odoardus extra de solut. quãuis respectu suspensionis iura vtantur verbo relaxationis, d. c. Apostolicæ, & c. olim extra de accusat. Hic verò vsus est Diœcesanus, verbo, quo communiter vti solet, scilicet Absolutio à suspensione. Vnde notãdum, q; cum litera simpliciter loquatur, simpliciter, & indistinctè est intelligenda, quare dum dicitur à suspensione, intelligitur reseruata relaxatio à suspensione iuris. In iure verò, quando fit mentio de suspensione, simpliciter dicendo suspendo te. Iuxta probabiliorem sentẽtiam intelligitur de suspensione ab

2 omni officio, † & beneficio, vt voluit Vincentius, quem refert Ioan. de Lignano in cap. quanto de magistris. Additio ad Panormit. in litera A, in cap. latores de cler. excom. ministr. Io. Andr. in cap. cum dilectus extra de cõsue. Sylvest. in verbo suspensio. num. 1. in fine. Palud. in 4. sentẽ. dist. 18. q. 7. art. 3. concl. 8. & ratio est, quia cum suspensio simpliciter prolata genus sit, †

3 vt genus æque de suis omnibus speciebus dicitur, absolutè prolata vtranque speciem comprehendit, cum nõ fit ratio, cur hanc, & non illam comprehendat, sicut à simili excommunicatio verbum de vtraque excommunicatione intelligitur, cap. si quem de sent. excommun. Idem dixit glosa in cap. vnico verbo suspensionis de his, quæ vi. num. 6. vbi suspensionis nomine simpliciter prolatæ intelligitur de quauis suspensione, siue ab officio, siue à beneficio, siue ab ingressu Ecclesiæ, ibi Gemin. num. 6. & Franchus. Et

4 per officium intellige † suspensionem omnium prorsus officiorum, quæ cõpetunt ratione ordinis, vt si ingereret se diuinis c. 1. §. fin. de iudic lib. 6. vel ratione iurisdictionis, patet ex glosa in cap. cum dilectus in verbo A suspen-

spensis,& Innoc. nu.4. & Panor. num.18.extra de consuet.vel ratione administrationis Ecclesiasticæ,& est communis,Panormit. qui supra. Quare suspensus ab officio nec excommunicare,
5 † & nec beneficium conferre potest,cap. quia diuersitatē de concess. præben. & nec capitulare, aut officiare in Choro, & nec Pontificalia exercere,& nec eligere, aut eligi, vt de his habetur per Gregor. Sarrum de censur. lib.4.cap.5. num.3. vsque 8. Sic
6 per suspensionē à beneficio† non tollitur possessio beneficij, vt cōmunis est sententia Doctorum, & nec impedit, quin suspensus possit agere spiritualia, & temporalia, vt expressē tenet glosa in c.cum Vintonienſis verbo admiserant de elect. Et nec vt non possit eligere, aut excommunicare,& absoluere, sed tantum id operatur, vt à fructibus illius be
7 neficij † sit priuatus,ita communis & tradit Panormit.in d.cap. cum Vintonienſis num. 10. Gemin.Anchar.& Franchus in cap. cupientes §. cæterum de elect. li. 6.Et per fructus intellige omnia emolumenta, quæ ratione beneficij ei competunt, siue sint pensiones ędium,siue fructus,qui ex fundis beneficij percipiuntur,siue oblationes,& decimæ,quæ de iure parochiali sunt, adeò vt clericus alius, qui hoc ius non habet, illas percipere non potest, ex Panormit.in rubr.de Paroch. nu.2.& 4.Imo etiam distributiones, quæ dantur solis beneficiatis, Sarrus, qui supra num.9.

Cum ergo hic verbo suspēsionis omnia hæc contineantur, fit vt suspensus hæc prædicta exercere nequeat.

Cōprehenditur etiam suspensio lata ab homine, hoc est, quæ fit ab homine non extra iudicialiter, sed in iudicio propter delictum,quò ad alios, Inno. & Io. Andr in c.si celebret de cler.excomm. ministr.

(A suspensione) Non illa,qua
8 qs est suspēsus† à seipso propter peccatum mortale, Nec ea, qua quis est suspensus.quò ad alios, & non quò ad se, de qua in ca.1. de cler. peregr. sed illa, quatenus cēsura est, de qua habetur in ca.quærenti extra de verbor.
9 signif.quæ est inhabilitas†ex aliquo impedimento proueniēs ad executionem ordinum, officiorum,vel iurisdictionis habens robur ex Ecclesiastica institutione, glosa in c.ad reprimēdam de offic.ordin.& in clem.cupientes de pœnis. Vnde suspensio dicit inhabilitatem circa ea,quę pertinent ad officia, vel beneficia, vel ad iurisdictionem Ecclesiasticam,quæ si est ad tempus,dicitur propriè suspensio,si in perpetuum, vocatur depositio. Vnde hic reseruari videtur absolutio ab illa inhabilitate quò ad præ-
10 dicta, † & non à peccatis, tum quia suspensus non priuatur participatione Sacramentorum, & fidelium communione, sicut excommunicatus, sed potest absolui ab excōmunicatione maiori,

& minori, & à peccatis, & communionē sumere, & postmodum absolui à suspensione, sicut fit in irregularitate; cum suspensio nō operetur, nisi ad limites ipsius,
11 vt si est ab ordine, † non impediat, nisi executionem ordinis illius, si est à iurisdictione, nisi ea, quæ sunt iurisdictionis, & sic de alijs, vt plenè Caietan. in verbo suspensio post alios.

(A suspensione) intellige hic reseruari suspensiones illas, quas Episcopus relaxare potest. Vnde de iure potest Episcopus absolucre ab omnibus suspensioni-
12 bus, † quas conditor Canonis sibi non reseruauit, argumento text. in cap. nuper de sentent. excommunic. etiam generaliter à Summo Pontifice cōfirmatas, argum. text. in cap ex frequentibus de instit. plus enim est condere, quàm confirmare; Item potest absoluere ab excommunicatione lata à iure propter contumaciam, clem. 1. §. verum, verbo excommunicationis de hæreret. Panormitan. in cap. tàm literis. numero tertio extra de testib. Felin in cap. 2. de solut. Syluest. in verbo suspensio quęst. 8. versic. Tertium. Verū per Conc. Trident. sess. 24. de reformat. c. liceat. potest Episcopus sibi subditos in sua Diœcesi absoluere in
13 foro interiori ab omni † prorsus suspensione iuris quantumcunq; reseruata Sūmo Pontifici, & consequēter etiam si sit lata in perpetuum, Dūmodo crimen sit occultum, & res non sit deducta ad forū contentiosum, & modò non descendat ex homicidio voluntario, Quod idem etiam extendit ad Vicarios Generales ipsorum Episcoporum.

(A suspēsione) si verbi huius proprietatem volumus attendere, suspensio significat rem ali-
14 quam † esse in suspenso, seu in pendenti, quando res illa sursum pendet; sic per suspensionem à beneficio, vel officio, aut iurisdictione quis dicitur pendere, non quidem, vt non retineat ordinē; aut beneficij titulum, seu iurisdictionē, sed ab exercitio ipsius. Est igitur per hæc verba refer-
15 uatus casus † quando confessarius in iudicio animę absolueret à suspensione tàm iuris, quàm hominis habilitādo suspēsum ab ordine, vt possit exequi illum, vel suspensum à beneficio, vt valeat percipere fructus illius, & denique, si absolueret à suspensionibus, à quibus potest Episcopus; sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

PRimò, quia suspensio est pœna grauissima; nam fuit ordinata ad salutem spiritualem illius, qui est ordinatus, sicut etiam excommunicatio, & interdictum, cap. 1. de sentent. excomm. in 6. cap. multi 2. quæst. 1. Et neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, quod ēt patet, quia in absolutione suspēsionis sæpè est exigendum iura-
16 mentum † de stando mandatis

Eccle-

Ecclesiæ, iuxta formam Ecclesiæ consuetam, vt habetur in c. super eo 2. c. venerabili de sent. excom. Quod quidem iuramentum præstari non solet nisi in magnis criminibus, vt nos diximus in j. par. decis. c. 22. lib. 1. num 17.

Secundò, quia talis suspensio vt censura operatur, ita quòd eius violatio constituat violan-
17 tem esse irregularem, † (v.g.) si celebraret missam, vel alia diuina officia; De quò per Innoc. in cap. fi. de excess. prælat. & in c. Abbates de priuileg. in 6. super qua irregularitate contracta ex celebratione solus Papa potest dispensare, c. 1. de re iudic. lib. 6. Vnde nec pœnitentiarij, qui sunt ordinati in Curia ad pœnitentias iniungẽdas possunt cum irregulari dispensare, Doctores in cap. clerici de cler. excom. ministr. Posset tamen Episcopus dispensare, si esset occulta, ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 6.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. REseruatur hic supensio stricto, & proprio modo sum-
18 pta, quatenus est censura † ecclesiastica, qua ita homo prohibetur celebrare, & alios actus exercere, vt si contra suspensionem celebret, fiat irregularis, & si alia officia exerceat, depositionem, & alias pœnas mereatur, Franchus in c. 1. §. caueant de sent. excom. lib. 6.

II. Licet Casus reseruatio, nunquam intelligatur nisi de pec catis mortalibus, & non de venialibus, tamen suspensio etiam illa intelligitur reseruata, quæ
19 incurritur ob culpam † venialem præcedentem, & hæc intellige, qnando suspensio fiat ab homine, Caiet. in verbo suspensio. Nauar. in Manu. cap. 27. nu. 151. & nu. 153. & 159. & Tomo 1. de tempor. ordin. cons. 40. quòd ex eo patet, quia excommunicatio minor potest incurri ex solo pec cato veniali: Constat autem excommunicationem minorem à
20 maximis excludere, † scilicet susceptione sacramentorum omnium, quæ sunt maxima bona spiritualia, & maximè necessaria ad humanam salutem.

III. Incurrit etiam is, qui aliquem absolueret à suspensione lata ab homine, quia nullus
21 licitè absoluere potest, † sicut neque ab alijs censuris, nisi ille, qui tulit sententiam, aut successor eius in dignitate, cap. si Episcopus 11. qõ. 3. Hic enim reputatur eadem persona, Palud. 4. sent. dist 18. q. 7. art. 3. concl. 11. Astens. lib. 7. art. 9. nu. 16. Nauar. c. 27. nu. 162. Superior etiam de rigore nec debet absoluere
22 suspensum à suo inferiore, † nisi de scientia illius, qui tulit sentẽtiam, cap. ad reprimendam de offic. ordin. quamuis absolutio lata valeat, glosa in d. c. verbo non relaxet: sed absoluens pec-

cat.

cat. Excipio tamen ab hoc Summum Pontificem, licet (vt alias diximus) hoc facere non soleat, sed remittere ad eum, qui tulit sententiam.

IV. Nō comprehenditur sub litera suspensio illa, quæ non est censura, vt dicitur ea, qua quis
23 est suspensus, † quo ad se, quæ incurritur per quodcunque peccatum mortale, in quo quis existens ante pœnitentiam suspensus est à participatione omniū Sacramentorum, cap. quæsitum de cohab. cleric. & mulier. cap. adulti dist. 90. c. Sacerdos 1. q. 1. Et exercens aliquem actum sui ordinis solenniter quasi vtēs officio suo, peccat mortaliter, vt per Sylvest. in verbo suspensio §. 1. Versic. quantum verò ad eos, & verbo clericus 2. num. 2. ad finem. Octauo debetur. Panorm. in d. c. si celebrat. num. 4.

Et nec qui est suspēsus, quò ad
24 alios, & non quò ad se, † Hoc est, qui ex parte sua potest celebrare, ex parte tamen aliorū, qui intersunt, non potest, Et hac suspēsione ligantur clerici peregrini, qui non possunt publicè celebrare, nisi fidem faciāt prius de eorum ordinatione. cap 1. de clerico peregr. & habetur in Concil. Trident. sess. 23. cap cum nullus. in fine, quamuis secretè, & clam fic, cap. tuę eod. tit. Tamen si publicè celebrent, non per hoc efficiuntur irregulares, vt per Abb. in d. c. si celebret. Sylvest. & Armil. in verbo suspensio. Et confessarius absoluendo istos, non incideret in hunc casum, quia talis suspensio non est censura; nam nulla suspensio siue à iure, siue ab homine sit, comprehenditur sub hoc casu, nisi sit censura.

V. Incurrit in Casum, absoluens eum, qui incidit in suspensionem, faciendo aliquod, ob quod adest suspensio, quāuis non fuerit ita declaratus; Etenim quāuis ad hoc obstare videatur constitutio Concil. Constantiensis, quę videtur velle, q̄ oportet, vt suspensus sit publicus, & denunciatus specialiter, & expressè; nam respōdeo illud procede-
26 re, quò ad alios, † non aūt quò ad se (Exempli gratia) statim, vt quis facit actum, ob quem incurritur suspensio, eò ipso fit suspensus, & incurrit pœnā suspensionis, quamuis non fuerit declaratus talis, Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3 Sylvestr in verbo pœna q. 28. Franchus in c. Felicis §. nullus de pœnis lib. 6. Vnde in foro cōscientiæ tenetur confiteri se incurrisse in suspensionem, & confessarius absoluendo comprehenditur sub litera, sed respectu aliorum. oportet, vt sit publicatus, & denunciatus, vt teneantur eui tare. Et hæc intellige, si talis suspensio sit censura, quæ tunc dicitur, quando faciendo contra actum prohibitum, efficeretur irregularis.

VI. Nec etiam sub litera cōprehenduntur laici; Etenim licet in latissima significatione suspensio significet prohibitionem

actus

actus alicuius officij, qualiscũq; actus ille sit secularis, qua significatione, glosa in clem. cupientes verbo suspensio vltra medium de pęnis vtitur. Vbi inter suspẽsiones etiam numerat eam, quæ fit ab officio aduocationis, & tabellionatus, arg. tex. in c. si aduersus de hæret. Tamen quatenus est censura, solum tangit
28 clericos, & religiosos, † nam suspensio est censura, qua alicui personæ Ecclesiasticæ prohibetur exercitium sui officij, vel beneficij in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum ob suam culpam, vt per Nauar. in Manu. c. 27. nu. 151. & nu. 159. Sylvest. in verbo interdictum 1. §. 1. Igitur clericus solum est subiectum capax suspensionis, & vbicunque in iure præcipitur, vt suspensio feratur, in solos clericos ferri iubetur, cap. quoniam, cap à crapula de vita & honestate clericorum, c. clericos, c. sicut eodem tit. c. 1. de cler. coniug. & clarius in c. tuarum de priuil. & in cap. dura de crim. falsi, & in extrauag. vnica §. alioquin ex tunc de censi. vbi laici excommunicantur, & clerici suspenduntur.

VII. Non comprehenduntur sub hoc casu, licet sub relaxatione irregularitatum sic. cõfessor, si absolueret irregularem, aut depositum verbaliter, aut realiter degradatum, cum tales non sint suspensi stricto modo sumpto, sic autem generali vocabulo, cum præfatæ suspensio-
29 nes non sint censuræ, † per tex. in d. c. quærenti de verborum signific. sed sunt priuationes, vel inhabilitationes, quæ priuant officio, vel inhabiles faciunt omnino ad ordinem obtinendum, vel exercendum, sed suspensio tantum impedit exercitium officij, iuxta notata per Abbatem in c. At si clerici nu. 7. extra de iudicijs.

VIII. Nec litera innodatur absoluens sacerdotem, quem Episcopus solo verbo prohibuit, ne
30 celebret, † sed oportet, vt inscriptis talem prohibitionem faciat, argum. tex. in l. si procurator ff. de cond. indeb. cum suis concord. quatenus probat neminem in dubio facere actum, eo modo, quo est delictum: sed talis actus potest fieri animo, vt inducat delictum, & sine tali animo; nam si prohibet animo suspendendi, tunc ipso iure suspensionem inducit, alias non. Quare in dubio videtur fecisse animo solum prohibendi. Ita Nauar. lib. 5. de sent. excom. consil. 62. Sed quid si appareret de mẽte prohibentis verbo sacerdoti,
31 ne celebret, † se voluisse suspendere.

Respondeo, quòd ante declarationem est excusatus sacerdos absoluens; Non tamen post illam declaratam tàm in foro cõscientiæ, quàm in foro fori, arg. tex. in c. curæ, iuncta glosa 11. q. 3. Vbi habetur, quòd creditur assertioni Episcopi, ad hoc vide Panorm. in c. vnico de sagitt.

An

An verò suspensus ab ordine sacerdotali videatur etiam suspensus ab ordine subdiaconatus
32 † vel diaconatus, Dic quòd non. Sed bene è contra, nam suspensus ab inferioribus est etiam à maioribus ordinibus suspensus, Bernardus Diaz in sua praxi canonica in verbo suspensio c. 133. nu. 2. in fine.

Sed an suspensus à celebratione possit reliqua sacerdotis offi-
33 cia exercere, vt audire † confessiones, & Baptizare, Dic quòd sic, c. significauit, vbi glosa, & Panorm. verbo officij de corp. vitiatis.

IX. Licet communis sit sententia concubinarium publicũ, si publicè in eodem versetur vitio, & tunc temporis diuinis se-
34 immiscuerit, esse suspensum, atque irregularem; Quare si cõfitetur, & confessor à tali suspẽsione absoluerit, videtur incidere in Casum. Nobis tamen nimis dura visa fuit hæc sententia in Prima Par. decis. lib. 4. c. 25. nu. 16. cum talis suspensio sit inducta ob infamiã delicti, & scandalum, cap. fi. de cohab. cler. & muli. cap. ex literis extra de homic. & ideò non inducit irregularitatem, cum talis irregularitas non reperiatur in iure expræssa, c. is, qui de sent. excom. in 6. quia non est censura, etenim si esset censura, vtique induceret, cap. 1. de sent. excommun. in 6.

X. Immunis etiam est confessor, si aliquem absolueret sacerdotem, qui suspensus à diui-
35 nis † missam audiret, cum ea, quæ facere potest vt laicus, non videantur ei prohibita, sed solũ, quando exerceret aliquem actũ ordini suo deputaum, & sibi per suspensionem prohibitum, Innoc. in d c fi.

XI. Nec qui absolueret à suspensione ex eo, quia exercuit aliquem actum ordini deputatum specialiter prohibitum, si talis contraueniens non sit subditus ei, qui suspensionis sententiam tulit, cum suspensio lata ab eo, qui iurisdictionem fori exterioris non habet, irrita sit argum. tex. in c. 2. de constit. in 6. & c. à nobis 1. de sent. excommu. vt latius tradit, Palud. in 4. sente. dist. 18. quæst. 2. par. 2. art. 2.

XII. Nec is, qui confitetur se existimasse suspensum, & hac conscientia durante contra con-
36 scientiam fecit, † quia munera prædicta scienter exercet, nam iste licet grauiter peccat, non tamen erit irregularis, cum non fuerit suspensus, & ideò absoluendo immunis est à Casu.

XIII. Confessor antequam absoluat pœnitentem, quãdo sibi facultas data est, exigat ab eo iuramentum de stãdo mandatis ecclesiæ, iuxta formam Ecclesiæ consuetam, vt habetur in c. super eo 2. & c. venerabili extra de sent. excom. & postea iuxta communem praxim, qua vtitur Ecclesia, si suspensio est certa, dicat.

Ego te absoluo à vinculo suspen-

spensionis, quam incurristi ob
38 talem causam, † restituo te executioni, ordinum, vel officiorum, vel ad tuum beneficium, Sylvest. in verbo suspensio 1. q. 8. versic. secundum, & in verbo Absolutio 6. num. 2. Tabiens. in verbo Absolutio 3. nu. 52. Nau. in Manu. c. 27. nu. 161. vers. Sextò, dico. At si dubia est, dicat. Si teneris aliquo vinculo suspensionis, à quò possum te absoluere, absoluo te. Verum si quis aliquo externo signo insinuaret velle absoluere, licet non vtatur formâ præfata, esset etiam absolutus, vt si diceret. Remoueo, Reuoco suspensionem tuam, vt Silue. & Tabien in locis proximè citatis, absolutus esset, vel si petenti absolutionem manu benedictionem impartiretur, vel si diceret, fiat sicut vis, cum nulla forma determinata inueniatur. Non tamen videtur recedendum à supradicta forma. Hæc de suspensione dicta sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab excommunicatione quid differat à reuocatione, siue relaxatione.*
2 *Excommunicatio simpliciter prolata includit maiorem, & minorē, nu. 4.*
3 *Excommunicatio minor an differat ab anathematizatione.*
5 *Regula in pœnis fallit in excommunicatione.*
6 *Verba in dubio intelliguntur in proprio significatu.*
7 *Excommunicatio minor quando infligatur.*
8 *Absolutio ab excommunicatione maiori est tantum Episcoporum.*
9 *Ardua soli Episcopo reseruantur.*
10 *Forma, quæ obseruanda in absolutione.*
11 *Excommunicatio quos malos effectus pariat.*
12 *Pœna nulla maior, quàm excommunicatio.*
13 *Pœna absoluentis excommunicatum, quem non potest.*
14 *Absoluere qui potest ab excommunicatione.*
15 *Abbas, qui habet iura Episcopalia.*
16 *Absoluere excommunicatos (si casus sic dicit, qui possint.*
17 *Excommunicatio per sententiam hominis in genere æquipollet Canoni.*
18 *Excommunicatio à Papa confirmata an illi sit reseruata.*
19 *Absolutus non dicitur ab excommunicatione, ex eo, quia parti satisfecerit.*
20 *Excommunicatio ad terrorem non extenditur vltra mentem proferentis, Malè tamen facit sic excommunicans, nu. seq.*
22 *Excommunicatio nulla non timenda.*
23 *Casus multi enumerantur excommunicationis nullæ.*
24 *Excomunicatio contra tenorem priuilegij an timenda.*
25 *Et an si post legitimam appellationem.*
26 *Vel quando sententia continet intolerabilem errorem.*
27 *Excommunicatio contra partici-*

pan-

pantes quando nulla.

28 Excommunicatus nulliter an vitandus, & nu. seq.

30 Sententiæ iustæ ad esse quæ necessaria.

31 Sententia iniusta dupliciter dici potest.

32 Excommunico si hoc feceris, qualiter intelligatur.

33 Absoluens aliquem pro absoluto habitum ab omnibus, an incidat.

34 Et quid si confessor scit quem semel fuisse excommunicatum, an absoluendo incidat.

35 Communicans cum eius, non ex hoc necessariò infertur, quòd sit ab excommunicatione absolutus.

36 Qualitas semel adiecta semper præsumitur durare.

37 Confessor an includatur absoluens ab excommunicatione, quem tempore Iubilæi ex obliuione non est confessus excommunicationem, nu. seq.

39 Episcopus excommunicatus an possit sibi reseruare absolutionem excommunicationis.

40 Excommunicatus priuatur vsu iurisdictionis.

41 Absoluere quis possit ab excommunicatione.

42 Sacerdos proprius quis dicatur.

43 Excommunicatio minor dupliciter consideratur.

44 Excommunicatio minor est vera censura Ecclesiastica.

45 Sacerdos, quare à venialibus absoluit, & non ab excommunicatione minori.

46 Archiepiscopus an ab excommunicatione suffraganei absoluat.

47 Ab excommunicatione maiori etiã superior quandoq; excommunicatis absoluit & nu. seq.

49 Casus præsens an comprehendat exemptos absoluentes.

50 Excommunicandi potestas est delegabilis sed quibus, nu. seq.

52 Absoluens in periculo mortis non incidit.

53 Periculum mortis qualiter intelligatur, nu. seq.

55 Absoluens non dum excommunicatum, sed de proximo, non incidit.

56 Confessarius qualiter se gerat erga pœnitentem excommunicatum.

57 Excommunicatus quando efficiatur irregularis.

58 Irregularis celebrans peccat mortaliter, non tamen nouam irregularitatem incurrit.

De Absolutione ab excommunicationibus maioribus. Cap. III.

Absolutio ab excommunicationibus maioribus.

EXPOSITIO.

1 (ABSOLVTIO) Perusi. Differt absolutio † ab excommunicatione à reuocatione, seu relaxatione, qa absolutio dicitur, quando fit à censura iusta, & ad cautelam, & fit cum iuramento, & debita solẽnitate, sed relaxatio, seu reuoca-

uocatio fit, cum de iniustitia constat; Et hoc fieri debet ab excommunicatore, qui sine difficultate relaxare debet. Hoc probatur ex c. odoardus de solut. Vbi cum sermo fit de iniusta censura lata, vtitur Gregorius Nonus Papa, hac voce relaxationis. De hoc vide Felinum in c. Apostolicæ de excepti.

(Ab excommunicationibus) Sed quare non ab excommunicatione, cum excommunicatio non solum minorem, quæ à perceptione Sacramẽtorum priuat,
2 iuxta tex. in cap. si celebrat † de cler. excom. ministr. sed etiam maiorem excommunicationem significat, quæ à communione fidelium separat, c. si quem de sent. excom. Imò etiam anathematizationem. Nam ea nihil differt à maiori excommunica-
3 tione, nisi in forma, † quia fit solenniter, iuxta tex. in c. debent 11. q. 3 cum in effectu eadem sit, sed ideò in concilijs, & in iure huius nominis frequentior est vsus, quia quendam videtur per se maiorem terrorem incutere.

Respondeo, quod licet videatur debere sufficere, cum sic dicendo includat tàm maiorem,
4 quàm minorem † in extrauag. 1. eodem tit. Tamen hoc videtur feciſſe legislator duplici ex causa, prima ad tollendam dubitationem illam. An debeat intelligi de minori. Hinc tex in cap. 1. de except. lib. 6. qui viderur facere contra cap. si quem, cum vult, quòd debeat exprimi species excommunicationis, ergo non videtur, quòd verbum excommunico simpliciter prolatũ referatur ad vtranque speciem, maiorem, & minorem, cum simus in pœnis, in quibus mitior interpretatio est facienda, regula, in pœnis, odia de regu. iur. in 6. Ad tollendum igitur hoc dubium dicit, Ab excommunicationibus maioribus.

Rursus si dicebatur ab excommunicatione, includebatur iuxta tex. in d. c. si quem, excommunicatio maior, nam regula in pœnis secundum Hosti. fallit in ex-
5 communicatione, † quæ est medicinalis, 2. quæst. 1. c. multi, de sent. excommun. in 6. cap. 1. Tum, quia interpretatio est tutior, & sic præferenda in his, q̃ spectant ad animam, c. ad audiẽtiam extra de homic. cap. illud de cler. excomm. ministran. Et pro hac interpretatione est communis vsus. Cum enim dicimus, iste est excommunicatus, intelligitur, quod sit à communione hominum excluſus, & ita maiori excommunicatione: quia ver-
6 ba intelligũtur in dubio † in proprio significatu, ff. si ager cẽ tig. l. 1. Zabar. in c. venientes extra de iureiur. Non tamen poterat intelligi de qua excommunicatione, ideò dicit in numero plurali. Ab excommunicationibus,

Siue sint iuris, siue hominis, nam textus in d. cap. si quem, loquitur de excommunicatione lata ab homine, ideſt Iudice.

(Maioribus) ad excludendam

ex-

excommunicationem minorem, quæ licet inferatur ꝑ ius in viij. Casibus,† vt habetur per Innoc.
7 in c. 1. de sent. excommu. Item potest ferri per sententiam iudicis, quæ tamen non est in vsu, Plerumque verò contingit per communionem cum excommunicato, vt est textus in cap. si celebret de cleric. excommun. ministr. c. excommunicatos cum duobus sequentibus 11. q. 3. sed neq; hæc post Concil. Constant. tàm crebrò vsu venit, quã prius solebat.

Igitur reseruatur Episcopo Casus absolutionis ab excommunicatione maiori quacunque incursa, siue à iure, siue ab homine, à quò ipse potest absoluere, sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

8 PRimò, quia cum talis absolutio concedatur† solummodo Episcopis, vt in c. nuper extra de sent. excomm. secundum communem intellectum, glosa communiter recepta in c. 2. de pœnitent. & remission. lib. 6. quę ponens Casus, qui communiter Episcopo reseruantur, ait. Dic ꝙ absoluere excommunicatos maiori excommunicatione non cõpetit simplici sacerdoti, sed Episcopo, text. optimus in clem. 1. de priuileg. & in extrauag. 1. §. obseruent eod. tit. & ita communis Praxis hanc opinionem recepit, vt dixit Couar. in c. alma mater §. 12. nu 5. vers. 3. & in fine, fit, quòd sit Casus arduus, nã ista ardua soli reseruantur Epi-
9 scopo, † argum. tex. in c. fin. de offic. Archipresb. & in c. sicut vnire de excess. prælat. Abb. in c. monachî de sent. excommun. Rursus infertur, quòd in absolutione ab excommunicatione debet obseruari forma Ecclesiæ
10 de parendo mandatis ipsius, † c. cum desideres, cap. ex tenore de sent. excom. Cum psalmo pœnitentiali, & Oratione Dominica, c. à nobis 2. eod. tit. Quãuis si absolutio fiat omissa tali forma, illa tenet, glosa in d. c. cum desideres. At in absolutione ab alijs peccatis confessio, & absolutio sufficit sine alia solemnitate, quòd est notandum secũdum Zabar. in d. c. nuper num. 4. in fine.

Secundò nosci potest grauitas huius criminis ex effectib⁹, quos parit excommnnicatio, nam se-
11 parat† excommunicatum extra communionem Ecclesię, 11. q. 3. c. nihil, nam sicut putridæ carnes sunt resecandæ, & ouis scabiosa, ne cæteras inficiat, à caulis, idest stabulis, in quibus oues reseruantur, est repellenda, sic mali ne bonos inficiant, per sententiam extra Ecclesiam sunt ponendi, 24. quæst. 3. cap. resecandæ, & cap. seq.

Item excommunicatio Sathanæ tradit, 11. q. 3. c. audi, Peccatorum absolutionem impedit, 24 q. 1. c. quicunque. A fidelita-

te

te iuramenti absoluit, 15. q. 6. c. nos sanctorum, & c. seq. omnia bona opera in ea facta mortificat, 23. q. 4. c. si quis, & q. 7. cap. quemadmodum. Suffragia Ecclesiæ siue in vita, siue post mortẽ tollit, 11. q. 3. c. quicunque, 24. q. 1. c. de communione, & tandem
12 nulla pœna maior, † quàm excommunicatio, dixit tex. in c. corripiantur 24. q. 3. quòd intellige propter effectus, quos parit, vnde meritò ab excommunicatione maiori absoluere, Casus debet esse reseruatus.

Tertio, Absoluens non habens
13 facultatem, † si est religiosus, & scienter hoc faceret, est excõmunicatus absoluendus à Papa; At si presbyter sæcularis, peccaret mortaliter, nisi absolueret ab excommunicationibus in bulla, Cœnæ, quia tunc excommunicationem incurrit, vt nos diximus in 1. par. decis. lib. 1. c. 13. à nu. 26. vsque 30. sed modo deueniamus ad Decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. ET si Abbas in c. monachi nu. 3. extr. de sent excom. faciat hãc regulam, quòd ab excommunicatione lata à Canone nullus prælatus inferior Episcopo absoluit, nisi in Casibus à iure permissis, vt supra probauimus nu. 8. Tamen accipe regulam magis
14 vniuersalem, † Omnis ille, ad quẽ spectare noscitur iurisdictio Episcopalis, potest absoluere à sententia Canonis, siue sit Episcopus, siue Abbas, siue Capitulum, siue quilibet alius prælatus inferior. Dixi Episcopus, vt optimè probatur in cap. mulieres de sentent. excom & ibi notat Abbas, & glosa iij. & multò magis Archiepiscopus respectu subditi sui, & primates quò ad ipsos subditos, facit glosa in c. quàm periculosum de sent. excom. lib. 6. sic & Abbas si habet iura Epi-
15 scopalia, † arg. eorum, quæ notantur per glos. in clem. 1. de rebus Eccles. non alien. & eorum, quæ notat Innoc. in c. statuimus de maior. & obed. Consuluit Feder. de Senis cons. 14. num. 5. Et idem Capitulum Sede vacãte, vt est tex. apertus in cap. vnico de maio & obed. lib. 6. vbi etiam dicit, quòd non solum Capitulum, sed etiam is, ad quem tunc temporis iurisdictio noscitur pertinere.

II. Casus iste nõ solum est de iure reseruatus per glosam in c. 2. de pœniten. & remiss. lib. 6. sed etiam illum inuenio à multis locorum Diœcesanis reseruatum,
16 † nam Nolæ sic dicitur. Absol- *Nolæ.*
uere excommunicatos, per quæ verba includitur quæcunque excommunicatio maior, siue lata sit à iure non reseruata Summo Pontifici, siue per sententiam hominis, siue sit vniuersalis, quia illa æquipollet Canoni (v. g.) si Iudex refert sententiam excommunicationis, quicunque fece-
17 rit furtum, † sit excommunica-

tus, Ioann. Andr. in cap. graue de præben. & multò magis illa, quæ fertur in iudicio per sententiam contra aliquem, à quo solum qui eam tulit potest absoluere, siue sit lata à Canone non reseruata Summo Pontifici, quãuis in genere à Papa fuerit confirmata; nam non intelligitur
18 illi reseruata, † nisi hoc sit expræssum, Sylvest. in verbo Absolutio 2. num. 4. glosa vbi Abbas in c. ex frequentibus de institut. An vero per hæc verba intelligatur facta reseruatio excommunicationis minoris, videbimus infra. Et ita per hæc verba Absoluere excommunicatos. Denegatur facultas confessarijs approbatis, vt non possint absoluere ab excommunicatione maiori Canonis, siue hominis, vt supra dictum est. Quòd idem vult Archiepiscopum Panormitanus sub illis verbis. Qui maiori excommunicatione innodati existunt. Et Messinæ. Excommunicatio maior. Item Rossani. Absolutionem excommunicatorum excommunicatio ne maiori. Sic alibi excommunicati excommunicatione maiori. Et Reggi in Lombardia omnis excommunicatio maior, Quòd non sic intelligas, vt Episcopus etiam sibi reseruet excommunicationem Sedi Apostolicæ reseruatam, quòd expressius manifestauit Archiepiscopus Florentinus dicens. Omne crimen maiorem excommunicationem annexam habens, modò Summo Pontifici non sit reseruata. Idem etiam habetur Mazara in Sicilia, iuxta Constitutionem Clementis Octaui, quæ incipit, Cum autem dubia quæ vult, quòd Diœcesani non reseruent casus contentos in Bulla Cœnæ Domini, & nec specialiter reseruata Sedi Apostolicæ.

Panormi.

Messinæ.

Rossani.

In diœcesi Rubensi.

Reggij Lõbar.

Florẽtiæ.

Mazz

III. Comprehenditur sub Casu, si quis incidit in excommunicationem, ex eo, quia violentas manus in clericum iniecit, cuius tamen absolutio spectat ad Episcopum, quando percussio fuit leuis, iuxta textũ in cap. peruenit extra de senten. excomunic.
19 qui postea parti satisfecit, † si absoluitur à confessario absque habita licentia Episcopi, nam talis remanet excommunicatus, cap. cum desideres eo. tit. vnde eget absolutione. Abb. in cap. ad aures nu. 3. de simon. ergo licentia opus est.

IV. Quid si excommunicator cum protulit sententiam, non intendebat excommunicare, sed
20 ad terrorem tantũ † proferebat, An qui per illa verba videbatur innodari, possit absolui, ita vt absolutio sit valida, cũ non sit excommunicatus realiter, nam excommunicatio, & absolutio recipit vires ab intentione excõmunicantis, vt per Abb. in cap. ex parte de offic. ordin. & similiter, quando fit ad instantiam alicuius; non ligat vltra intentionem illius, Sylvest. in verbo excommunicatio 2. nu. 2. versic.

De-

Decimusquartus,& in verbo Absolutio 1. in fine. Respondeo, q si non erat nota intentio excommunicantis,& confessarius absolueret,teneret absolutio: sed peccaret mortaliter, iuxta notata per Abbatem in c. si ab homine de sent. excom. quia in delictis plus attenditur veritas, quàm opinio delinquentis, vt dixit Anchar.à simili in clem.1.de cõsangui.& affinit.nu.6.q.1. At si nota esset intentio, tunc peccaret. Malè tamen facit excommuni-
21 cator † sic excommunicando ad terrorem,quia sunt forsan causa, vt qui credunt se esse excommunicatos, peccent mortaliter, vt dixit Alfolsus de Castro de lege pœna.lib.5.c.5. Docum.4.

V. Cùm litera dicat indistinctè ab excõmunicationibus maioribus. Quid si excõmunicatio esset nulla. Respõdeo,quòd talis excommunicatus potest tũc absolui à peccatis, ac si non fuisset excommunicatus. Etenim excõ-
22 municatio nõ est timenda,†quia nullius valoris est, neq; vllũ habet effectum, neq; vllo modo est obligatoria, ita vt sit culpa tali pœcepto, aut sentẽtiæ non obedire,neq; obligat, aut ligat ad aliquam pœnam,nec ad eam seruãdã in foro conscientiæ,vel Ecclesiæ, neq; verè sententia,aut excõmunicatio nisi nomine tenus est,& appellatur,vt post alios in verbo excõmunicatio 2.in princip.per Cordub in suo quæstion.
23 lib.1.q.43 in princ.† Enumerãtur tamen xv.Casus per Sylvest. vbi supra.Reducibiles tamen ad xiij. & sunt videlicet.

Primus. Quando qui tulit eã, non erat iudex competens excõmunicati,c.sententia 11.q.3.

Secundus, Quando sententia fuit lata à iudice suo,seu pprio, sed excõicato, c. audiuimus 24. q. 1. Hodie verò sm̃ praxim huius tẽporis oportet,vt non sit toleratus per Ecclesiã, vt quia est nominatim à iurisdictione suspẽsus,interdictus,aut excommunicatus,vel denũtiatus, aut declaratus per iudicem,vel secundum Nauar. in sum. c.25. num.80. & 81. & c. 27. nu. 4. si est manifestè, aut notoriè suspensus, interdictus, aut excommunicatus, quamuis non sit nominatus, nec denuntiatus:sed hoc non tenetur communiter.

Tertius, Si excommunicator fuisset violator interdicti ab homine,& non fuisset absolutus, c. tanta de excess. prælat.

Quartus, quando excõmuni-
24 caret subditum † contra tenorẽ priuilegij,c.cum capella,c.quanto de priuil Dũmodo tenor priuilegij esset notorius, vel iam ip si iudici debitè notificatus. Ponit exemplum Corduba vbi supra si in odium priuilegij Mendicantium Ordinum iudex excommunicaret omnes qui illis confiterentur, vel qui accederẽt ad eorũ Ecclesias die festo,vel ad Eucharistiam, si nõ essent prius suo sacerdoti parochiali confessi.

Quintus,quando delegatus ferret sentẽtiam excommunicatio-

nis contra aliquem in casu non permisso, c. 1. de rescrip. lib. 6.

Sextus, quando delegatus non seruaret formam mandati, l. in re mandata ff. manda. excõmunicando contra intentionem delegantis, c. fi. extra de prẽben.

Septimus, quando excõmuni-
25 catur post legitimã appellationẽ, c. solet, c. venerabilibus, c. per tuas extra eod. Et hoc, si iudicialiter, secus si extra iudicialiter, Abb. in c. venerabili extra de cẽsib. Et est aduertendum secundũ Sylvest. in verbo excommunicatio 10. §. 2. per notata in c. licet de sent. excom. lib. 6. & c. pastoralis §. præterea de appellat. q̃ taliter excommunicatus nõ est vitandus, tamen si nominatim excommunicatus intra tẽpus præfixum à iure, vel a iudice nõ fuerit prosecutus appellationẽ, eo elapso poterit publicè denũciari, & tunc debet vitari.

Octauus, quando sententia cõ-
26 tinet intolerabilem errorem† c. per tuas de sent. excom. iuris diuini, vel humani, aut etiã facti, q̃ est notorium communiter omnibus, puta si ex causa manifestè falsa, vel omnino ex genere, aut circũstantijs iniusta, vel illicita, vel naturaliter impossibili exp̃ssa in ipsa sententia feratur, vt potè, quia quis furtum fecit, q̃ notoriè constat nõ feciſſe, vel quia impregnauit mulierem, cum manifestè constet esse castratũ, vel quia non dat, aut fecit quòd nullo modo potest, glosa in cap. per tuas de sent. excom. Feder. de Senis cons. 93. aut non nisi cum periculo vitæ constat notoriè, vel manifestè facere non posse, neq; teneri. Aut quia malum non fecit, excommunicat, cap. venerabilibus, cap. si is de sent. excommunicat. vel si pronuntietur sententiam valere, quamuis sit lata post appellationem, vel si Episcopus excommunicat laborantes in die festo, quia per talem excommunicationem nõ ligatur contra faciens imminẽte necessitate propter pluuiam, vel tempestatem imminentem, in vindemia, vel messe, eò, quòd sit nulla, Sylvest. in verbo Dominica in fi.

Nonus, quando quis partici-
27 pantes excommunicato† non in crimine: sed in locutione, & in alijs criminibus, in quibus incurritur excommunicatio minor, excommunicaret, quia sententia est ipso iure nulla, nisi præmissa trina monitione, vel vna pro tribus, c. statuimus, c. constitutionẽ de de sent. excom. lib. 6. Hoc limitatut, nisi excommunicator esset Papa, c. q̃ in dubijs eod. tit.

Decimus, quando Episcopus visitat subditos, & excommunicat eos, quando nolunt procurare vltra euectionis, & personarũ numerum taxatum, c. cum Apostolus extra de censib.

Vndecimus, quando sententia profertur; vt quid fiat in certo termino, qui postea prorogatur ab eo, cui fieri debebat, modò iudex consentiat prorogationi, secundum Innoc. & Hostien.

Duo-

Duodecimus, Quando sentẽtia fertur sub conditione, quia tunc excõmunicatio non ligat, antequam extet conditio, secundum Hosti. in c. à nobis eod. tit.

Tertiusdecimus, si excommunicaretur ille, qui esset receptus in filium Sedis Apost. nam nulla esset excommunicatio, suspẽsio, & interdictum, quia tunc nõ ab alio, quàm ab eadem Sede excõicari, suspẽdi, & interdici posset, vel ab eius lẽgato à latere, c. 1. de ver. sign. in 6. In omnibus igitur
28 Casibus supradictis† excõmunicatus talis nullo modo (vt iã diximus,) vitãdus est ab alijs, neq; ipse seruare debet, qñ notoriè de tali casu, aut errore constat. Qñ vero notoriè non constat, vel qñ in ipsa sententia error iuris expressus non est, tunc excõicatio timẽda est, & ligat solum per accidens quò ad Ecclesiam, ita q̃ si contemnatur, & de eius obseruantia non curetur, vtiq; peccatum mortale per accidens ratione scandali tãtum est, ideò ad id scandalum cuitandum, & ne auctoritas Ecclesiæ contẽni videatur, eam excõicationem in publico tantũ, ac si iusta esset, seruare tenetur excommunicatus, nõ se immiscendo cõioni fidelium, & Sacramẽtorum, & similiter alij, qui veritatem ignorant, illum vitare tenentur, ac si iustè excommunicatus esset, quousq; de eius errore, aut nullitate notoriè cõstat; Alias in foro tantum exteriori Ecclesiæ censeretur irregularitatem, & alias censuras incurrisse, quas tamen verè non incurrit, qui eam excommunicationem non seruaret.

In secreto tamen poterit sine
29 scandalo eam non seruare, † qui ea excommunicatione nulla sibi tantum nota excommunicatus est, & etiam publicè in ea tm̃ regione, seu loco, vbi excõicatus ignoratur, nec probaliter creditur, q̃ ibi cito diuulgandus est, etiam missam, & alia diuina celebrando, vt ait glosa in c. solet de sent. excom. lib. 6. Caiet. 2. 2. q. 7. art. 4. Nauar. in sum. c. 27. nu. 47. Sotus in 4. sent. dist. 22. q. 1. ar. 3. col. 4. Couar. in c. alma mater §. 1. §. 7. nu. 7. Item sapientes si cõstat de nullitate, licet apud vulgum nesciatur, poterũt in secreto mecum in diuinis licitè communicare: quia sic sufficienter scandalum, & contemptus auctoritatis Ecclesiasticæ cauetur. Igitur ex his concludendum, quòd quando notoriè constat de nullitate excõicationis, tunc non timenda ne quò ad Deum, & nec quò ad Ecclesiam, sed si non cõstat, timenda est quò ad Ecclesiã tantum, hoc est in publico, vt supra diximus, & ita intelligitur tex. in c. sententia 11. q. 3. vbi dicitur, quòd sententia pastoris iusta, seu iniusta est timenda.

VI. Si sententia pastoris esset iniusta, quòd contingeret, si deficeret aliquid ex infradicendis. Ad esse namque sententiæ iustæ
30 exigitur iusta causa, † quæ in sẽtentia est exprimenda, Franchus in cap. fin. de sent. & re iudic.

lib. 6. Animus iudicis bonus, vt non ex ira, aut odio proferatur c. illa 11. q. 3. c. 1. de sent. excom. lib. 6. Ordo iuridicus, vt præmittatur trina monitio, glosa cõmuniter recepta in c. Romana verbo iniustas eod. tit. in 6. & exemplum scripturę detur infra mensem, si requiratur, Doct. in d. c. 1. in 6. quarum vna deficiente iniusta erit sententia; An inquam talis excommunicatus possit à prędictis absolui. Respondeo, quòd sentẽtia excommunicationis di-
31 uiditur in iniustam validam, † vt si non est prolata ex animo bono absquẽ debito ordine iuris, quia non præmissis denuntiationibus non fuit causa in sententia expressa, & exemplum non fuit datum, &c.

Item diuiditur in iniustam inualidam, de qua habetur per nos iij. par. lib. 4. c 3. nu. 22. In primo casu absoluens incidit in casum, quia talis excommunicatio iniusta, sed valida est omnino timenda tàm in foro fori, quã Poli, c. 1. 11. q. 3. verum in secundo, quando sententia iniusta est inualida, credimus posse absolui, verũ huiusmodi talis iniustè excommunicatus tenetur etiam in foro conscientiæ à diuinis sibi interdictis abstinere, & alios vitare, & si diuinis se immiscuerit, est irregularis, nisi occultè absq; scandalo celebrauerit, nos qui supra nu. 30.

VII. Dicit iudex. Excommu
32 nico te, si hoc feceris, † Ego habeo intentionem illud faciendi, & cũ hoc animo accedo ad confessariũ, an me absoluẽdo incidat in Casum. Cum apud Deum magis animus, quàm opus consideretur, vt in cap. 1. 16. q. 6. Respõdeo, q̃ non, quia verba hæc ex ꝓprio significatu requirunt actũ perfectũ, & consumatum, l. si quis stipulatus fit §. stichum de verb. oblig. vnde antequam illud faciat, si conteratur de peccatis suis, potest ab illis absolui tanquam non excommunicatus.

VIII. Est aliquis verè excommunicatus: sed ab omnibus habetur pro absoluto, qua de re vnus-
33 quisq; † poterat cum eo licitè cõicare, vt dixit Abbas in c pro posuit com simil. de cler. excom. ministr. sed in veritate non est absolutus, an confessor eius confessionem audiendo, atq; absoluendo comprehendatur sub litera. Respod. quòd ex quò iste nõ est confessus se esse excommunicatum, potest confessor absque peccato eum absoluere; cum cõmuniter habeatur pro absoluto, licet talis absolutio de facto, valleret, sed in rei veritate esset nulla, si pœnitens sciens se esse excommunicatum, accederet ad confessionem, & pœnitens maximum sacrilegium committeret, & immiscendo se rei illicitæ esset in culpa. Sed quid si confessarius sciat talem pœnitentem fuisse semel excommunicatum,
34 & vidit postea illum † cum omnibus communicare, ac etiam cum excommunicatore; An absoluendo comprehendatur sub litera

litera, si verè sit excommunicatus. Respondeo, quòd licet non necessariò inferatur excommunicatum cum alijs communicãtem, vel etiam cum Episcopo excommunicatore esse absolutum, c. cum desideres de sentent. excom. Tum etiam, quia in dubio semel excommunicatus semper præsumitur esse excommunicatus, regula semel malus de regulis iur. in 6. glosa in c. vnico de scruti. in ordi. faci. sequitur Abbas in cap. proposuit de cler. excom. ministr. nu. 4. in glosa 2.
35 cũ qualitas semel adiecta† semper præsumatur existere, quia cursu temporis non tollitur, sed magis aggrauatur, iuxta tex. in l. siue possidetis C. de probat. quod notatur in cap. si forte de elect. in 6. Tamen, quia communiter habebatur pro absoluto, confessarius bona fide absoluens non includitur sub litera.

IX. Sed quid si extitit excõmunicatus, & tempore Iubilæi
37 confessus est peccata sua, † sed non excommunicationem, ex quò oblitus est, vel fictè accessit: Deinde expleto tempore Iubilæi confessus est, & dicit se incurrisse talem excommunicationem; An confessor absoluendo comprehendatur sub litera. Respondeo, quòd non; modò pœnitens adimpleuerit omnia requisita in Iubilæo, & per illum habeat confessarius facultatem absoluendi, Sylvest. in verbo cõfessio 1. q. 19. Nauar. in Manu. cap. 25. num. 12. & in cap. ita quorundam in vltima glosa extra de iudicis. Couar. in c. alma mater §. 11. num. 11. & est communis, vt habetur in cathechis. Neapolit. lib. 5. cap. 3. vers. postremo: & ratio est, quia per præ
38 dictam confessionem † iam desierunt esse peccata reseruata, nec habẽt amplius censuram annexam. Sic dicimus de eo, qui fictè confitetur cum illo, qui facultatem habet absoluendi vel vigore Iubilæi, vel concessam ab eo, qui potest. Etenim per talem auctoritatem desierunt peccata habere censuram annexam, ita quòd fiunt solubilia à quocunque sacerdote, Sylvest. in verbo confessio 1. quæst. 19. Nos in 4. par. decis. lib. 1. cap. 13. num. 4.

X. Sed quid si reseruans hanc
39 excommunicationem, † esset excommunicatus. Respõdeo, quòd si est excommunicatus excõmunicatione maiori, & publicus est, & notorius, nõ potest excommunicare, sicut nec potest absoluere: cum hæc procedant à pari, de pœnit. dist. 1. c. verbum, & ratio est, quia per excommunicationẽ quis priuatur vsu iurisdictionis,
40 † quare cum careat iurisdictione in subditos, c. audiuimus 24. q. 1. fit, quòd vtendo tali iurisdictione sit nulla excommunicatio, vnde confessarius absoluendo fit à casu immunis.

XI. Cum litera loquatur de excõmunicationibus maioribus, sequitur, quòd non intelligatur de excõmunicationibus minori-

bus, cum incluſio vnius ſit excluſio alterius, cap. nonne de præſumpt. l. cum præter de iudic. ab huiuſmodi tamen excommuni-
41 catione minori † ſecundum cõmunem Doctorum ſentẽtiam is abſoluere poteſt, qui eſt proprius ſacerdos, cap. nuper §. in ſecundo vero caſu de ſenten. excommun. & per proprium ſacerdotem intelligo eum, qui iuriſdictionem ordinariam habet in foro pœnitentiali, qualem habet Papa in toto mundo, & Epiſcopus in ſua Diœceſi, argum. text. in cap. cum Epiſcopus de offic. ordin. in 6. & Parochus in ſua Parochia, facit tex. in cap. omnis de pœnitent. & remiſſ.

Et per Parochum etiã intelligo omnes religioſos, & alios admiſſos ad Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrãdum, non quidem delegatione d. c. nuper, ſed vi delegationis, qua eis permittitur, vt pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrent. Eò enim ipsò tacitè hæc poteſtas demandata intelligitur, vt inueterata Eccleſiæ cõſuetudo optima legum interpres declarat, argum tex. in l. ſi de interpretatione de legibus, & ita intelligẽdi ſunt S. Thomas in addit. 3. par. quæſt. 24. art. 1. Angelica verbo Abſolutio num. 1. & Sylueſt. in verbo excommunicatio 7. nu. 37. & in verbo Abſolutio 1. num. 1. & alij dicentes abſoluere eum poſſe ab excommunicatione minori, qui à peccatis poteſt abſoluere; Et per excommunicationem minorem
43 † intelligo non ſolum eam, quæ ob participationem mortalem cum excommunicato maiori excommunicatione incurritur, ſed etiam eam, quę ob peccatum veniale, quòd eſt contra quoſdam dicentes.

Excõicatio minor incurritur ex cõmuni ſentẽtia ex peccato veniali, ergo vt quilibet ſacerdos poteſt abſoluere à peccato veniali, ita ab excommunicatione minori; nam cõtraria opinio verior eſt, vt refert Sairus omni nempè laude dignus referendo, quam plures Doctores, qui ſunt huius ſententiæ de cenſur. lib. 2. cap. 23. num. 8. verſic. & è contra quam ex profeſſo defendit Caietan. in ſumma in verbo Abſolutio in fine, & in verbo Excommunicatio minor. Et ratio huius ſententiæ eſt, q̃ excõmunicatio minor vera eſt cẽſu-
44 ra Eccleſiaſtica, † quæ à iure incurritur, Cenſura vero actus iuridicus eſt, Ideoque ab eo abſolutio fieri non poteſt, niſi per eũ, qui iuriſdictionem habeat, vnde licet ſacerdos ſimplex à venialibus, quæ materia neceſſaria con-
45 feſſionis non ſunt, † vt communiter tradunt auctores, abſoluere valeat, ab excommunicatione tamen minori ob huiuſmodi iuriſdictionis defectum abſoluere non poteſt.

XII. Abſoluere ab excommunicatione maiori ſolum poteſt Epiſcopus circa ſubditos
46 ſuos, † Non tamen Archiepiſcopus, quia regulariter Archiepiſcopus

scopus non absoluit, nec aliquid potest circa subditos suffraganeorum, nisi in casibus expressis à iure, sicut cum visitat, potest ea exercere, quæ sunt fori pœnitentialis, cap. fin. de cens. lib. 6. sicut etiam potest concedere indulgentias, cap. officij de pœnit. & remiss. An vero id simpliciter intelligatur, vt incidēs in casum reseruatum non possit absolui à superiore ipsius Episcoi. Resp. q̃
47 non; nam põt ab eo absolui † qui haberet plenam, seu pleniorem dignitatem, seu iurisdictionem.

Hinc primo infertur, q̃ Papa potest absoluere à quibuscunque sententijs inferiorum prælatorũ, licet de stylo Curiæ sit, vt remittat ad excommunicatorem secundum Ioan. Monach. in c. eos de sentent. excommun. in 6. Hoc tamen de benignitate procedit, quia absolutio ab eo facta teneret indubitanter.

Secũdò infertur, q̃ Episcopus potest relaxare sententiam excommunicationis latam à suo Archidiacono, Decano, vel presbytero, vel alio habente iurisdictionem super eo sine scientia illius, qui excõicauit, arg. 11. q. 1. c. de persona, glosa in c. cum ab Ecclesiarũ extra de offic. ordin.

Tertiò infertur, idem esse dicendum respectu generaliũ præ-
48 dicatorum † minorum, & præsidentium respectu monachorum, Excommunicatus enim à Priore, Prouinciali, vel ministro, aut custode absolui poterit à suo generali eo, quòd generalis ipse eãdem, & longè maiorem habet iurisdictionem super omnes superiores ipsius ordinis.

XIII. Nec huiusmodi casus comprehendit religiosos ab Episcopo approbatos ad audiẽtiam superiorum, facit tex. in cap. 2. de constit. in 6. Dom. Anton. in cap. nimis de excess. prælat. Nõ enim includuntur legibus synodalibus, Dom. Anton. in d. cap. nimis 2. num. 4. Ego autem dubito de hoc; nam licet in se verum sit, quòd religiosus legibus synodalibus non ligetur, id tamen intelligerem, quando contraueniret alicui legi: Modò spontè non sit effectus subditus Episcopi (v.g.) Dicit statutum, quòd alloquentes cum monialibus sine licentia sint excommunicati, in hanc religiosus contrauenies non incidit, cum sit immediatè subditus Summo Pontifici, tanquam exemptus, cap. sicut nobis §. fi. versic. mandamus de suppl. neglig. prælat. sed qñ quis Episcopo subijcitur circa ea, quæ spectant ad actum confessionis, quod videtur fieri eò ipso, quod de consensu sui superioris accedit ad examen, & accipit facultatem limitatam, absoluendi, tunc secus arbitrarer dicendum; quia in alijs reseruatis tanquam carens ordinis executione. cap. adijcimus §. ecce 16. quæst. 1. si absoluit, eius absolutio est nulla, & ipse incidit in casum reseruatum. Cogita.

XIV. Quod dicitur confessarium incidere in casum reser-

ua-

uatum, si absoluit excommunicatione maiori innodatos, sanè intellige, nisi sibi delegata esset facultas ab Episcopo absoluendi, cum potestas excommunican
50 di sit delegabilis, † vt notatur in cap. sacro de sentent. excõm. Dum tex. dicit ibi per se, vel per alium, & ibi hoc notat D. Anton. de Butrio, quòd ille text. facit pro communi practica, secundum quam Episcopi committũt absolutionem iuferioribus, est etiam tex. apertus in c. fi. extra de offic. ordin. vbi vult, quòd habens potestatem absoluendi, potest illam alteri committere. cũ viderit eam expedire, & quamuis tex. ille loquatur de absolutione propter vi lẽtam manuũ iniectionem in clericum, tamen idem est in alijs absolutionibus, quia eadem est ratio, & exempla non restringunt regulam. Hæc tamen absoluendi potestas respectu absolutionis in foro pœniten
51 tiali † non potest committi, nisi solum sacerdotibus, argum. tex. in cap. noua de pœnit. & remiss.

XV. Nec incidit sacerdos ille, quamuis non sit approbatus
52 ad audiendas confessiones, † qui aliquem absolueret in periculo probabili mortis constitutum, vt notat glosa in verbo non poterit in cap. à nobis 2. de senten. excommun. argum. tex. in c. non dubium, & cap. quod de his, & c. quamuis eod. tit. cap. si quis suadente 17. quæst. 4.

Et tale periculum mortis intelligitur non solum propter in-
53 firmitatem, sed etiam si quis sit in quocunque periculo vicino morti, vt si reperiretur positus in obsidione, glosa in verbo præterquam mortis tempore in ca. pastoralis de offic. ordin. vt si locus obsessus expugnaretur, & propè esset ibi exercitus, machinisque expugnaretur balistis, vel alijs armorum generibus, tunc, quia est periculum obsesso, eò q lapis, aut machina posset offendere, potest à quocunq; simplici sacerdote absolui, vel si reperiretur in mari, & esset in naufra-
54 gio in periculo mortis, † cap. sanctum de consecrat. distinct. 4. Non tamen hoc procederet in eo, qui vult transfretare; quia non semper in eo imminet periculum; nam si hoc esset, nullus nauigaret, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 1. cap. 13. num. 31. vsque 37. Marian. Socc. in cap. officij nume. 19. de sentent. excommunic.

XVI. Immunis est à casu, si confessor absolueret aliquem,
55 † qui non dum est excommunicatus; sed iam per Episcopum fuit mandatum, vt excommunicetur; Nam si iste antequam excommunicatio fuerit fulminata, à peccatis fuerit absolutus, confessor nullo pacto incidit in casum, cum absoluat non excommunicatũ iuxta notata per Abbatem post Innoc. in cap. 1. extra de cler. peregr. col. fin. nu. 4. qui quæstionem ponunt in suspenso.

XVII. Circa confessionem in-

56 inquiratur pœnitens † de qualitate personæ, Num presbyter sęcularis, vel regularis sit, quia si presbyter sæcularis absoluerit ab excommunicatione maiori, à qua non potest, peccauit mortaliter: sed si talis excommunicatio esset comprehẽsa sub illis, quæ sunt in cœna Domini, esset vinculo excommunicationis innodatus; At religiosus, qui sciẽter absolueret, esset excommunicatus absolutione Summo Pontifici reseruata ex clem. j. de priuil. Interroget etiam, an post excommunicationem incursam celebrauerit, faciendo aliquem actum ordini sacerdotali deputa-

57 tum, † quia tunc contraxit irregularitatem, vt solenniter baptizandi, dicendi collectas in Choro, Sylvest. in verbo irregularitas §. 133. Agendi hebdomadarium in horis Canonicis, quod est sacerdotis, audiendi confessiones, si aquam lustralem benediceret, Innoc. in c. 1. de excess. prælat. in cap. 1. §. caueant. de sentent. excommunic. lib. 6. nam vnum ex his exercendo esset irregularis.

Præterea interroget; An irregularis existẽs celebrauerit, vel fecerit aliquem actum ex supradictis ordini sacerdotali deputatum, quia tunc semper peccauit mortaliter, non tamen nouam

58 † irregularitatem incurrit, antequam dispensatio obtineatur, Nauar. in Man. cap. 1. num. 194. Rursus insinuet, ꝙ absolutio impensa nulla fuit, teneturque pęnitenti hoc notum facere, vt habetur per D. Anton. de Auctor. confess. c. 12. par. j. pœnitentiam autem iniungere contrafacienti non est nostrum determinare, cũ omnes pro modo contritionis sint arbitrariæ, cap. mensuram de pœnitent. dist. 1. cum similib.

SVMMARIVM.

1 *Statera, Stater, & siclus quid.*
2 *Mensuræ mentio fit in pluribus locis, & quæ.*
3 *Metropolitani vocantur à mensura.*
4 *Mensuræ iustæ esse debent.*
5 *Mẽsuras iustas prouidere ad quos spectat.*
6 *Adulterare mensuras quid sit.*
7 *Mensuras adulterare in veteri testamento crimen maximum, & apud Deum abominabile. numero vlti.*
8 *De iure ciuili qualiter puniebatur.*
9 *Pœnæ variæ quando pro vno delicto ponuntur, iudex potest ponere quam vult.*
10 *Mensuræ iniũctæ apud quemquam inuentæ sunt frangendæ.*
11 *Mensurarum falsarum inquisitio ad quos spectabat.*
12 *Pœna qualis imponebatur falsanti mensuras de iure Pontificio.*
13 *A pœnitentijs per canonem taxatis non debet sacerdos de facili recedere.*
14 *Pœnæ falsæ, & dolosæ quæ, & quare sic vocantur.*
15 *Pœna, siue mulcta non est à confessore imponenda.*

Con-

16 *Confessor pro eodem delicto potest dupliciter pœnitentiam iniungere, vt Deo satisfaciat, & læsis.*
17 *Falsans mensuras, licet non vtens, comprehenditur sub casu. Non è contra num. seq.*
19 *Non tenetur restituere, si contrahentes ex pacto vsi fuerint certa mensura imminuta. num. 21.*
20 *Casus de falsante mensuras interpretandus secundum ius.*
22 *Mens Ordinarij voluit omninò interdicere mensuras falsas.*
23 *Vendens minori pretio taxato quãdo non peccet.*
24 *Vendentes res legitimo pretio minutas cum mensuris, quando non comprehendantur.*
25 *Absolutio qualiter istis falsantibus danda.*
26 *Hortandi quandoque, vt officium deserant.*
27 *Eleemosyna nõ facienda de alieno.*
28 *Non restituentes quando possint absolui.*
29 *Mensuras falsas an teneantur æquare cũ periculo vitæ, vel famæ.*

De Adulterantibus stateras, vel mensuras. Cap. IV.

Qui stateras, mensuraſvè adulteraverint.

EXPOSITIO.

QVI) Neminem excludit Casus iste, siue masculus sit, siue fœmina, siue magister in arte, siue discipulus.

Stateras, De his loquitur tex.
1 in l. annonam † .ff. de var. & extraordin. crimin. vbi habetur, quòd onerant annonam etiam stateræ adulterinæ, dicit glosa. stateræ, ideſt mensuræ, vel instrumenta quædam, quibus fit mensura.

Et nota, quòd reperitur etiã in iure Pontificio stater, vt habetur in cap. tributum 23. quæst. 8. Ibi non autem totum piscem iussus est dare. sed tantum staterẽ. Vnde Turrecrem ibi. stater pondus argenti est quarta pars sicli. & Couar. in collatione veterum numismatum cap. 4. num. 12. dicit, quòd stater est aureus nummus, & idem est, quòd siclus, de quo per Archid. 1. q. 1. cap. iudices, qui est nomẽ ponderis. Erat enim regula, & modus omnium ponderum. Est autem siclus aureus, & argẽteus, vt habetur per Scardij Lexicon in verbo siclus. Dicitur autẽ statera in iudicijs, hoc est æqualitas; nam omnis, qui iustè iudicat, stateram in Manu. gestare debet, capit. omnis dist. 45.

(Mensuras) De istis loquitur
2 text. in cap. ex parte † de censi. c. 1. ne cler. vel monach. & propriè in cap. 2. de empt. & vendit. Et dicitur mensura quicquid põdere, capacitate, longitudine, animoque finitur, ita Archidiac. in cap dictum dist. 94. De mensura etiam loquitur textus in c. cleros dist. 21. vbi habetur, quòd
3 Metropolitani vocantur † à mẽsura Ciuitatum, quia decem, vel

vnde-

vndecim debēt sub se habere, vt 6. quæst. 3. cap. scitote. Sed mensuræ, de quibus in tex. debent esse
4 iustæ, † §. eos ibi iustis ponderibus, & mensuris in auth. de collatoribus, & alijs capitulis, & signari signo, seu armis Domini, l. 2. C. de frumento Alexandrino libro 10. Ita Guido Papæ decis. 490. Et vt refert doctissimè Do. Ioan. Andr. Georg. alleg. 42. Ne in futurum adulterarentur mensuræ, dispoſuerunt veteres leges, vt mensuræ fierent lapideę, & ęneę pro communi vsu, l. modios ęneos. C. de suscept. lib. 10.

Ad quos autem pertineat pauidere
5 † de iustis ponderibus, & mensuris vide in Authen. de collationibus §. sin autem, & in authen. de depoſito §. 1. Dicitur etiam mēsura modius. ff. de act. empt. l. vltra.

(Adulterauerint) hoc est fal
6 sauerint, l. pen. ff. de falsis. † Vult ergo casus, quòd qui falsauerit, seu immutauerit pondera, & mensuras, non possunt absolui, nisi ab Episcopo, vel habente casus reseruatos.

Grauitas.

MAximè reperitur deteſtatum crimen istud in veteri
7 † testamento, Vnde Leuit. c. 19. in fine dicitur. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula, pondere; & mensura. statura iusta, & ęqua sint pondera. Iustus modius, equusque sextarius, sic Micheas cap. 6. Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacculi pondera dolosa, in quibus diuites repleti sunt iniquitate, & lingua fraudulenta in ore ipsorum. Sic de iure ciuili in foro exteriori fraudantes pondera, vel mensuras puniuntur in du-
8 plo eius, † quanti est res, in qua fraudem fecerint, falsando mensuram, atque in insulam relegantur. l. pen. ff. de falsis. Aliquando est pęna publicationis bonorum cum deportatione. l. 1. §. fin. ff. eod. tit. cum falsificantes talia pondera teneantur pęna falsi. l. annonam. ff. de extraord. crim. §. onerant. vbi glo. allegat l. pen. ff. de falsi. Idem Io. Andr. Georg. qui supra num. 3. qui allegat consimilem glos. in l. arbitrio §. de eo. ff. de dolo. Nonnunquam est pęna damnationis ad opus publicum, l. annonam. ff. de extraord. crimin. Quare colligit Abbas, quòd cum varias pęnas ius imponat pro hoc crimine,
9 † potest iudex imponere pęnam, quam vult de expressis in iure, argum. tex. in l. quoties. ff. de ac. & obligat. cap. quoniam in fine extra, vt lite non contest. ac etiã ex causa illam non mitigare, ita Bart. notat in l. quid ergo §. pęna. ff. de his, qui not. infam.

Rursus iniquæ mensuræ apud quemcunque reperiantur, sunt
10 frangendæ † iussu magistratus, l. Item quęritur §. si quis mensuras. ff. locati. Vnde Gregor. in registro lib. 1. cap. 42. ait. Ante omnia hoc te volumus sollicitè

atten-

attendere, ne iniusta pondera in exigendis pensionibus ponãtur, sed si qua talia inuenies, frange, & noua constitue. De istis etiam falsis ponderibus, & mensuris. In Constit. Regni lib. 1. rubr. 64. quæ incipit Ad officium baiulorum, & ad legitima pondera habetur de pœna vendentium istis falsis ponderibus, vt etiam extat Constit. Regni. Item publici secreti num. 165. sub rubr. quòd Cannæ, & Rotoli. Et quod spe-
11 ctat ad baiulos inquirere, † quis vtatur falsis mensuris, & ponderibus, sicut etiam de iure Auth. spectabat ad comitem sacrarum largitionum, vt in Auth de collat §. sin autem collatores, & ad defensores Ciuitatis, l. iubemus. C. de defens. Ciuit. At in foro pœnitentiali, qui mensuras, & iusta pondera fraudare præsum-
12 pserit, triginta dies † in pane, & aqua pœnitere debet, dicit text. in cap. 2. de empt. & vendit. Et iste est vnus de Canonibus pœnitentialibus certam pœnam impo nens in foro animæ, vt in dicto cap. continetur. Verum cum ho die omnes pœnitentiæ sint arbitrariæ, cap. quem pœnitet de pœnit. dist. 1. cap. tempora 26. q. 7. glosa in cap. suscepimus verbo arbitrij extra de homic. c. Deus, qui de pœnit. & remiss. fit secundum Ioan. Andr. quòd isti canones ad nihilum deseruiunt, sed vt dicit Abbas hoc non est verum,
13 quia & si pœnitentiæ † sint omnes arbitrariæ, non tamen debet sacerdos de facili recedere à pœnitentia per Canonem determinata, sed cum causa, vt Abbas ip se concludit in d. cap. Deus, qui & in cap. fin. circa finem de pœnit. & remiss. & in cap. accepisti de sponsal. duo in versic. Vltimo nota. Vnde si relaxetur sine causa, Gregororius in cap. falsas de pœnitent. distinct. 5. vocat eas te-
14 merarias, † & dolosas, Non quidem, quòd confessio facta, & absolutio secuta non fuerit rata, & valida: sed quia deceptionis causa ipsi pœnitenti esse possunt, scilicet quòd tenẽtur ad maiorem poenitentiam. Quapropter si cõfessor poenitẽtiam à Canone iniunctam imponere non potest, saltem debet illam insinuare, verum adnotandum, quòd in foro poenitentiali nõ debet sacerdos poenam, seu multam imponere
15 poenitenti, † quæ debetur in foro exteriori vendenti cum falsis ponderibus, quia illa non debetur in foro animæ ante sententiam condemnationis, glosa in cap. fraternitatis 12. quæstio. 2. Doct. in cap. 1. de consti. D. Tho. 2. 2. quæst 62. art. 3. & ibi Caiet. & est communis sententia, Decius in d cap. 1. in j. lectura num. 720. Sed debet iniungere, vt secũdum facultatem suam satisfa-
16 ciat læsis, † & eleemosynis, ac ieiunijs, atque orationibus redimat peccata sua, de poenitent. distinct. 1. cap. medicina, & cap. medicamentum, Archid. in cap. dictum distinct. 94. vbi Gemin. & quia læsit Deum, ipsi satisfaciat per poenitẽtiam in foro animæ,

&

& quia etiam læſit Rempublicã, imponitur etiam poena in foro iudiciali,& ita notat Panorm. in d.cap.2.quòd pro eodem delicto quis punitur dupliciter.

Declaratio Caſus per Deciſiones.

I. QVi iuſtas menſuras,& pondera adulterauerit, falſando, † ſcilicet imminuendo, mutando,& fraudando, comprehenditur ſub litera, quia iam perfecit actum, hoc eſt ipſam falſificationem.

II. Non tamen credimus eũ comprehendere, qui falſis menſuris vtitur, ſi illas non corruperit; nam cum Caſus ſit pœnalis, † non extenditur ad caſus non expreſſos, argum. regulæ in pœnis,& odia de regul. iur. in 6. licet is pariter teneatur ad reſtitutionem. Tum etiam, quia magis deliquit, qui fabricat falſum, quàm qui falsò vtitur, facit tex. in cap. ad falſariorum de crim. falſi, vbi literarum Papæ falſarij ſunt ipſo iure excommunicati priuati officijs,& beneficijs; ſed vtentes ſunt priuandi, nec ſunt degradandi, & Curiæ ſæculari tradendi.

An verò teneatur ad reſtitutionẽ venditor, qui ſcienter vſus eſt in venditione tot modiorum frumenti modio falſo, † & immi nuto ſciente emptore, ex pacto facto ſic inter contrahentem. Reſpondeo quòd non; ita tex. in l. Imperatores. ff. de contrahen. empt. gloſa ſingularis in l. arbitrio §. de eo. ff. de dolo malo, Hoſt. in ſumma tit. de empt. & venditione §. quibus menſuris; nam cum de menſura emptor,& venditor cõuenerunt ſcienter, ei ſtare tenetur. At ſi venditor, qui conuenit, vt certæ menſuræ ſtaretur, ſi ſciens adulterauerit illã emptore ignorante, præter reſtitutionem, (vt infra videbimus) ligatur hoc Canone, facit text. in l. 1. ff. de act. empt.

III. Sed an ligetur, qui menſuras adulterauerit de conuentione emptoris; Reſpõdeo, quòd & ſi litera generaliter loquatur, (Qui ſtateras, menſuraſvè adulterauerint) tamen videtur † caſum eſſe interpretandum iuxta diſpoſitionem iuris, quando cauſa lucri mutare præſumpſerit, ſcienter; ita text. in cap. 2. de empt.& vendit. Quapropter fit, vt ſi quis mutauerit non cauſa lucri, ſed ex conuentione cõtrahentis, quia ſola cupiditas reprehenditur, caſum literæ non incurrit; Ad hoc d.l. Imperatores, Dom. Anton. in d.c.2. in 3. not. & Zabar. in princ. ſed de hoc vide in deciſ. ſeq.

IV. Quamuis in contrahenda emptione dictũ fuerit, quòd ſtaretur dictis põderibus,& vter † que ſciebat falſa, licet neuter contra aliũ agere poſſit actione ex empto, C. de tranſact. l. de fideicommiſſo, quia ſi venditor plus iuſto tradidit, donare videtur, & emptor ſciens minus iuſto,

sto, recipiens pari ratione videtur remittere, argum. tex. in l. j. ff. de condit. indeb. de regul. iur. l. cum res per errorem. Et idem est remittere, quàm dare, extra de instit cap. veniens 1. Tamen credimus venditorem ligari; nã licet non teneatur ad damnũ, ta
22 men non videtur † satisfactum menti ipsius Ordinarij volentis omninò interdicere has mensuras falsas tanquam malas, & occasionem damni dantes: sufficit enim scienter adulterasse dictas mensuras ad incurrendum Casum, faciunt multa iura, quæ apposuimus in nostris decis. par. j. lib. 2. cap. 93. num. 20. At si decepto sciret mẽsuras esse iniustas venditore ignorante, tunc non comprehẽditur sub litera, & nec emptor agere potest, quia à seipso decipitur, ff. de rei vendic. l. is, qui obtulit, & l. seq.

V. Non credimus incurrere
23 venditorem, † qui habet multa grana, vel vini genera pluris valentia, quàm potest publico foro vendere (v. g.) si iustus modius valet duos aureos, sed nemo est, qui dat, & demus iniuriã illi fieri vel propter monopoliũ emptorum, vel quia iniquus gubernator vrbis hoc eum grauamine præmit, si venderet minoris iuxta precium taxatum, sed tamen curtando mensuram; ita vt quã ille quantitatem tradit, valeat illud, quod recipit preciũ; Et hoc in foro conscientiæ, quamuis in foro exteriori possit rei publicæ magistratus in eos agere, qui in mensura publicam fidem violãt, ita Sotus lib. 6. de iust. & iur q. 3. art. 2 col. 2.

VI. Nec ij incidunt, qui vẽ-
24 dunt res legitimo † precio minutas cum mẽsuris iustis, vel augentes precium ponderis, (v. g.) quia non dant iustum pondus illarum rerum comestibilium, asserentes illud esse iustum põdus, & accipientes pecuniam, ac si ita esset, vel vendentes pondus carnis 10. granis, cuius legitimũ preciũ est octo, & ratio est: quia isti non falsant stateras, vel mensuras.

VII. Aduertat confessarius
25 istos † non posse absolui, nisi ad æqualitatem reducant mẽsuras, vel eas frangant cum firmissimo animo abstinendi in futurum, & quia vera satisfactio fit cum excisione causarũ, cap. satisfactio de pœnitent. distinct. 3. Ideò si sunt assueti ad hoc, sunt vehementer hortandi, vt derelinquãt tale officium, cum experiantur
26 sibi esse nociuum, † facit text. de pœnitent. dist. 5. in cap. consideret. ibi in his omnibus. facit tex. in l. annonã. ff. de extraord. crimin. in verbo interdicitur. argum. etiam tex. in cap. ejiciens cum ibi notatis distin. 88 faciat etiam istos resarcire omne damnum passis, si eos nouit, & nec sufficit de eis facere eleemosy-
27 nam, cum † non possit fieri de alieno, cap. sicut dignum §. eos de homicid. Vbi glosa in verbo Aliena dicit. Nõ remittitur debitũ, sed augetur, si alteri soluatur,

quod

quod alij ex debito est soluēdum extra de iureiur.c. eam te extra de decim.c.tua 2. Ad Idem etiã facit tex.in cap.cum tu extra de vsur. Et hoc intellige, si damnum passi, vel hæredes poterunt inueniri, alias sufficit; imo tenentur pauperibus erogare, glosa in d.c. eos, si tamen non habeant in fa-
28 cultatibus, possunt absolui, † cũ proposito tamen restituendi, si peruenerint ad pinguiorem fortunam, cap. Odoardus extra de solutio. glosa in d.c.eos, versic. si habent. Non tamen confessor cogat illas mensuras æquare, si hoc faciendo adesset periculum propriæ vitæ, vel famæ amittendæ, quia nemo tenetur restituere res inferioris ordinis cum de
29 trimẽto superioris, † sed fama, & vita præstãt rebus corporalib. ergo non tenetur quis mensuras æquare cum periculo famæ, & vitæ, vt optimè probat Sotus de iusti. & iur. lib. 4. quæst. 6. colum. x. versic. de quibus, art. 3. Deinde exagerandum est peccatũ, quantum sit abominabile apud Deum
30 adulterandi mensuras, † iuxta illud Deuteron. 25. Non habebis in domo tua modium maiorem & minorem. Et paulò post. Abominabitur enim Dominus eum, qui facit hæc, & auersatur omnẽ iniustitiam, vbi natura peccati mortalis exprimitur; Item exagerandum est peccatum auaritiæ, iuxta tex.in c 2.de empt. & vendit. quæ semper angit, molestat, & nunquam satietatem affert.

SVMMARIVM.

1 *Allocutio quid differat à collocutione.*
2 *Allocutio vt sub litera contineatur, duo sunt necessaria.*
3 *Moniales quare vocentur religiosæ.*
4 *Vel Deo sacratæ, aut sponsæ num. 5. aut sanctimoniales num. 6.*
7 *Monialium appellatione non continentur nouitiæ.*
8 *Sed an professæ non consecratæ.*
9 *Licentia quando requiritur, sufficit verbalis.*
10 *Intellectus ad tex.in c.monasteria de vita, & honest. cleric.*
11 *Locutio cum moniali consanguinea coram Abbatissa faciendæ.*
12 *Locutio qualis cũ virginibus Christi.*
13 *Statuendum est aliquid ad cautelã futurorum.*
14 *Allocutionis prohibitio cum monialibus omnes subditos comprehendit.*
15 *Fratrum, & parentum nomine, qui propriè veniant.*
16 *Subditi inhabiles sub prohibitione non continentur.*
17 *Puer quinq; annorum blasphemus à diabolo raptus.*
18 *Pueri grandiusculi dicuntur maiores septennio.*
19 *Subditi delinquentes extra Diœcesim an ligentur.*
20 *Frequentatio quando dicatur.*
21 *Ignorantia aliter interpretanda in foro fori, & poli.*
22 *Exemptus, & non subditus an idẽ videantur esse.*

23 Exemptus an loquens cum monialibus comprehendatur.

24 Existens in loco exempto, & extra Diœcesim æquiparantur.

25 Decretum Clem. VIII. contra loquentes cum monialibus extenditur ad regulares S. Ioannis Hierosolymitani.

26 Exempti in quibus casibus subsint Ordinarijs.

27 Superior, aut æqualis, aut ipsemet an comprehendatur sub prohibitione. num. seq. Sed an successor. num. 30.

31 Non comprehenditur, qui vrbanitatis causa loquitur cum alia, quàm cum qua habuit licentiam, secus si dolosè cum alia loqueretur. num. 32.

33 Et quid si nutu loquitur, vel signis.

34 Et quid si scriberet Epistolam moniali.

35 Loquens absque licentia cum nouitia non ligatur, fallit num. seq.

37 Abbatissa an veniat nomine monialium, vel conuersæ, num. seq. an sorores, num. 39. & 40.

41 Allocutio cum monialibus comprehendit etiam alloquentem cum vna.

42 Licentia loquendi cum monialibus an sufficiat verbalis.

43 Licentia simpliciter concessa quantum duret.

44 Allocutio cum moniali de domo, ita vt intelligatur ab ea, quæ est intra clausuram, non comprehenditur.

45 Loquens cum moniali extra clausuram, an ligetur casu.

46 Allocutio an extendatur ad consentientes.

47 Consanguinei sine licentia loquentes; an intelligantur inclusi.

48 Sed quid de loquentibus cum his, quæ non sunt sub clausura.

49 Excommunicatio contra loquentes cum monialibus sine licentia lata in Diœcesi Neapolitana.

50 Excommunicatio per verba de præsenti statim incurritur.

51 Necessaria quæ, vt hæc incurratur.

52 Non extenditur ad non loquentem non dolosè.

53 Casus omissus comprehenditur sub mente statuentis.

54 Loquentes etiam non subditi comprehenduntur, Nisi &c.

55 Ignorantia; an excuset à censuris.

56 An loquentes cum exemptis comprehendantur.

57 Exemptæ moniales dupliciter intelliguntur.

58 Excommunicatio an liget loquentem cum alia, quàm cum ea, cum qua habuit licentiam.

59 Licentia non suffragatur loquentibus obscenè, vel mittentibus literas, aut nuncium. numero 60.

61 Sic neque nuncio scienter huiusmodi literas deferenti.

De allocutione cum Monialibus sine licentia. Cap. V.

Allocutio cum Monialibus sine licentia.

EXPOSITIO.

Salern.

LLOCVTIO cũ monialibus.) Et ita comprehẽdit solum cum monialibus alloquẽtẽ, & nec respondẽtem. Differt.n.al
1 locutio à collocutione. † Nam allocutio est ex parte vnius, vt si quis alloqueretur moniali non respõdenti, vel excommunicato non respondenti; nam tunc esset excõmunicatus, Zabar.in clem. j.q.15.de sepult.in fi. Sed collocutio fit ex parte vtriusque. Vnde colloqui est simul loqui à Con. idest simul.

Vt autem talis allocutio comprehendatur sub litera, duo requiruntur; Primò, vt sit dolosa
2 locutio, † quæ tunc præsumitur, quando quis loquitur absq; speciali licentia; Secũdò, vt Moniales nõ sint exemptæ, nisi in reseruatione adderentur hæc verba. *Alli monasteri delle monache anco essente*.

(Cum monialibus) Alio no-
3 mine vocantur † religiosæ fœminę, c.qui religiosis 18.q.3. Et hoc ideò, quia debent habere statum perfectionis non solum sufficientiæ, & necessitatis, quæ cõsistit in obseruantia præceptorum, sed superabũdantię, & supererogationis, quæ versatur in obseruantia præceptorum, & consiliorum, Inde moniales vocantur religiosæ, à religione, quæ status est perfectionis, vbi quis per tria vota iuxta tex.in c.1.de voto in 6 dedicat se diuino seruitio, quasi in holocaustum; Alibi vocãtur Deo
4 sacratæ, †c. sacratas dist.23.c.in decima 18.q.2. quæ tunc dicuntur, quando velum consecrationis receperunt, de qua consecratione multa diximus in 2. parte decis. lib.2.de consecrat.Eccles. vel alt.c.15.nu.39. Alibi vocantur virgines Christi, 20.q.4.cap. virgines Christi, & d.c.in decima. postponentes venereas voluptates, dedicantes se Deo in holocaustum, D.Thomas 2.2.q.98.
5 art.5. Item sponsæ, †iuxta illud, quod canitur in earum professione. veni sponsa Christi, &c. Item per Apostolum 2.Cor.10. Despõdi.n. vos vni viro virginem castã exhibere Christo. Et hæ nuptiæ fiunt tertia die. Tres dies sunt tria vota, castitatis, paupertatis, & obedientiæ. De quibus in Exodo c.5. Deus Hebręorum vocacauit vos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, idest in religionem. & sacrificemus Domino Deo nostro. Et istæ nuptię initiantur in mundi abrenunciatione, ratificantur in habitus assumptione, & consumantur in professione. Hinc meritò in monialium professione canitur. Ve-

ni sponsa Christi. Et tandem vo-
6 cantur sanctimoniales, † quia tẽdere debent ad sanctitatem, cap. sanctimonialis dist. 23. c. monasteria de vita, & honest. cleric. vt sui nominis nomen agnoscant, & exequantur; Hinc nomẽ Grecũ huius significationis vocatur Agios, idest sine terra, vt mancipatæ diuino officio contẽplationi, & orationi ab omni strepitu temporalium sint alienæ. Et vt sanctus dicitur mundus, sic istæ postponentes venereas voluptates se suo sponso, vt virgines, & sponsas dedicent. In hoc vsq; in finem perseuerantes, sic. n. adimplentes nomẽ sancti, quod descẽdit à sancio sancis, quod est firmare, quia antiquitus illud erat sancitũ, quod erat lege firmatũ, deueniãt ad verã sanctitatem, re adimplentes nomen sanctitatis.

(Cum monialibus) ergo noui
7 tiæ excluduntur, † quæ cum effectu non dicuntur moniales, facit tex. in c. religioso §. 1. de sent. excom. lib. 6. quia ex quo possunt exire monasterium, non dicũtur moniales, cum non fecerint professionem tacitã, vel expressam, c. super eo de regular. c. fin. 12. q. 2. in fine. Et multò magis puellę, quæ ibi sunt causa educationis, fallit tamen, quando in casu reseruato, vel quando prohibitio, quæ fit cõtra accedentes sub pœna excõmunicationis ipso facto incurrendæ, extenderetur etiam ad nouitias, vel puellas, quæ educationis causa ibi cõmorãtur, vt habetur in 4. casu cum cẽsura in Diœcesi Neapolitana ann. 1606. (cũ monialibus.) Nota q̃ appel-
8 latione monialium † comprehẽduntur moniales etiam non consecratæ, ad hoc tex. in c. indemnitatibus §. 1. de elect. in 6. & quod ibi notat Gemin. in c. sacratas in fi. dist. 23. & omnes illæ, quæ in monasterio sunt in ꝑpetua clausura, iuxta tex. in c. vnico de statu regul. lib. 6. & emiserint professionem, vt habetur per tex. in cap. vnico de voto in 6. siue sint choro addictæ, siue cõuersæ, siue tertianæ, siue quocunq; nomine nuncupentur, dummodo sint professæ iuxta Bullam Pij V. quæ incipit. Circa pastoralis; Nam omnes istæ sub ꝑpetua clausura, de qua loquitur Gre. XIII. quæ incipit Deo sacratis virginibus, sũt.

(Sine licentia) Licẽtia dicitur quædã gratia, quę valida est absque scriptura. Vnde q̃n requiri-
9 tur licentia, † sufficit, vt sit verbalis, Felinus in rubr. de constit. nu. 5. & 6. quãuis in foro exteriori requiratur scriptura, vt inuentus in locutorio pœnã nõ patiatur, vt diximus satis abundè in j. vol. de sent. excõ. conf. 22. nu. 38.

Quàm optimè fiat ista casus reseruatio.

QVia procliuis cursus ad voluptatem, & imitatrix est natura vitiorum, c. procliuis 20. q. 3. qui tex. propriè loquitur de monialibus deserẽtibus monasteria. Ideò ad adimendã omnẽ occasionẽ delinquẽdi, & opportunitatẽ

mo-

monialibus, argum. tex. in cap. in nulla 18. q. 2. fuit optimè prouisum in cap. monasteria de vita, & honestat. cleric. vt non solum vitẽtur monialium visitationes;
10 † sed etiam monasteriorũ, propter suspectam cõcupiscentiam mulierum, Host. in d. c. monasteria: quia vt dicit Canon in cap. nec sola 32. q. 5. sæpè etiam intactis, hoc est non factis ab immũda violatione corporibus fugit castitas ipsa de moribus secundum Aug. & Hieron. Nam vt ibi patet ex impudica visione fugit etiam castitas, & per hoc fertur Beatum Basilium Cesarienſem dixisse mulierem ignoro, & tamen virgo non sum; Imola ibi nu. 1. Non tantum à clericis; sed etiã à laicis: Imò consanguineis; nam etiam sub cognati nomine potest culpa tegi, facit tex. in c. 1. de cohab. cler. & mulie. Quòd tunc maximè procedit, quando solus cum sola loqueretur, c. clericus dist. 81. c. diffinimus 18. q. 2. Hinc rectè diffinitum est, quòd si contingeret, vt aliquam propinquam monialem suã videre voluerit, in præsentia Abbatissæ
11 † huic confabuletur per modica, & compendiosa verba, & in breui ab ea discedat. Quod etiã fuit decretum per dictum Concilium Agathẽse in c. in decima 18. q. 2. in eo, qui præficitur monasterio virginum; nam loqui non licet virginibus Christi aliquid, nisi quod ad institutionem
12 † earum pertineat sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita vt rara sit accessio, & breuis locutio; Igitur ex his casibus ad remouenda omnia, quæ sacrarũ virginum sanctum propositum impedire possunt, & ad prouidendum erga illarum honestatem, quod propriè esse debet munus Episcoporũ, qui occurrere debẽt futuris casibus, ne eueniant, iuxta tex. in cap. in nomine Domini dist. 23. in verbo futuris. Vbi notat glosa, q. ad cautelam futuro-
13 rum est aliquid statuendum, † vt dist. 63. cap. cum Hadrianus & 1. q. 7. cap. conuenientibus, æquissimum, & optimum est Casum istũ reseruari, sicut etiam Florentiæ reseruatur, & in multis locis additur etiam censura, vt Neapoli, Surrenti, & Nolæ, sicut etiam dixit Abbas in d. c. monasteria nu. 4. Sed modo deueniamus ad decisiones; quarum sit.

Florẽ. *Neap.* *Surrẽ.* *Nolæ.*

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CVm litera generaliter loquatur, simpliciter sibi reseruando alloquẽtes cum monialibus, fit, vt comprehendat omnes, &
14 quoscunq; subditos † contrauenientes, siue masculi sint, siue fœminæ, modo alloquantur in territorio statuentis, Quid autem sit territorium, habetur per glosam pen. in c. vt animarum, & in c. à nobis 1. de sent. excomm. vbi generali sententia excommunicationis ligatur omnes subditi statuentis, qui delinquunt in suo

territorio, hoc est diœcesi, in qua Episcopus habet iurisdictionem ordinariã, vt dixit glosa in d.c. Verbo Diœcesi. Igitur comprehendit quoscunq; subditos tàm masculos, quàm fœminas, masculos inquã siue extraneos, siue cõsanguineos: Solet tamen synodus Neapolitana in c.54. de clau
15 sura excipere fratres, † & parentes, fratres inquã carnales, quia fratris appellatione venit frater carnalis, idest in primo gradu cõstitutus, & coniunctus, Bart. in l. Lucius §. quæsitum. ff. de legat. 3. Baldus in l. j. C. de succession. edicto, & in l. iubemus §. fin. C. ad Trebell. & in l. si vxor. C. qui accus. non poss. sic parentes licet in propria significatione accipiamus patrem, auum, & proauum. matrem, auiam, & proauiam, l. 4. §. parẽtes. ff. de in ius voc. l. vl. §. parentes. ff. de gradi. & affi. l. in ius vocari §. prætor. Vbi Iason nu. 8. ff. de in ius voc. Tamen hic intellige patrem, & matrem. vt expressè habetur in synodo Neap. in d. c. 54. Solent. n. ij, qui sunt in primo gradu aliquam habere prærogatiuam, vt nos à simili diximus in j. par. decis. cap. 132. num. 4. Verfic. Imo vero. Sic licet litera generaliter intellecta comprehendat fœminas, tamen limitatur, nisi aliter sit de mente legislatoris, vt fœminæ non comprehendantur, sicut expressè colligitur in excommunicatione huic casui reseruata in Diœcesi Neapolitana, quæ est num. 4. Vbi in quinq; locis semper loquitur in numero masculino; At quando vult comprehẽdere fœminas, manifestè explicat tàm masculos, quàm fœminas. Verum quando in Diœcesi Neapolitana hoc constet, si hoc non apparet in alijs locis vbi reseruatus est iste casus, vt Nolæ, & Surrenti cum censura, neminẽ eximerem, nec sororem carnalẽ in primo gradu, nec matrem.

II. Et si huiusmodi casus cõprehendat subditos quoscunque
16 statuentis, † non tamen comprehendit inhabiles, l. vt gradatim §. & si lege. ff. de muner. & hono. Bart. in l j. §. nunciatio num. 20. de oper. nou. nunciat. Bart. in l. habent num. 1. C. de sacrosanct. Eccles. quare non includit eos, qui iudicio carent rationis, & ratio est, quia non dicitur homo, qui ratione caret, text. in cap. si homo, vbi glosa j. 27. q. 1. In his enim meritum, aut culpa esse non potest; Et hoc regulariter est in septimo anno; ignorat. n. illa ætas quid agat, l. j. C. de falsa moneta. Et quamuis legamus in Dialogo B. Gregorij de non doli capace quinque annorum,
17 qui iurãs, † detestans, & blasphemans à diabolo raptus fuit, quia respondit Zabar. in d. c. 1. nu. 2. dicens, q̃ potuit permitti in odium parentum talia docentiũ. Non tamen potuisset damnari, nisi prẽsupponatur in eo fuisse aliquam doli capacitatem, quæ aliquando prænenitur, quod nouit, qui nihil ignorat. Lex tamẽ dicit ante septimum annum doli

capa-

capacitatem nullam esse, d.l.j. pro hoc de despons. impub.c.literas,& cap.accessit.

III. Ligat huiusmodi casus
18 pueros grãdiusculos,† de quibus loquitur tex. in cap.1.de delict. puer. quibus omne attribuitur peccatum,vt furtum,mendaciũ, blasphemia, & periuriũ, quibus plena est puerilis ætas,non tamẽ transgressores ita puniendi sunt, vt si essent maiores. Delictum tamen carnis adimplere nõ possunt, nisi sint puberes, quamuis attentare valeant peccando,extra de sponsal cap.iuuenis, & c. fin. inde fit, q̃ separandi essent fratres à sororibus,filij à matribus ab eodem lecto, si sunt pubertati proximi, qui si masculi sunt, dicuntur vsque ad decimũ annum cum dimidio,& foeminæ vsq; ad nonum cum dimidio, vt notatur in l.pupillus in princ.ff. de regul. iur. glosa in l. 1. ff. de noua.Grãdiusculi verò qui sint. Petr. de Anchar. in d.cap.1.quẽ sequitur Mar. Socc. ibi arbitratur illos dici,qui sunt doli capaces,& pubertati proximi. At cõmunis est opinio,à qua nõ est recedẽdum,illos dici,qui sunt post septennium; Etenim soli infantes, aut infantiæ proximi non possunt peccare;sed post sic.Vnde possunt esse subditi excommunicationi, quamuis pœna sit alleuianda, vt clarè patet in c.1. & fin. de sent.excomm.

IV. Et si secũdum quosdam casus reseruatio, quæ generaliter loquitur, vt hic nõ adiecta in Dioecesi,vel extra, liget omnes subditos etiam delinquentes ex-
19 tra Dioecesim,† tamen contrarium est verum,vt de Cõstit.lib. 6.c. 2. Quare ex hoc sequitur,q̃ si subditus statuentis alloquatur cũ moniali extra Dioecesim, vbi non esset reseruatio, non ligaretur; ita tex. in d.c.2. Vbi fuerũt verba generalia, & tamẽ restringuntur intra territorium,quamuis secus esset, quò ad sententiã vocis viuæ specialem. Etenim illa sentẽtia particularis bene potest fieri contra subditum absentem,& existentem extra territorium,vt in c.cum sit extra de appel.de qua ibi plenè per Doctores. facit etiam tex. in c. tuæ vt lite non contest. & in c. ex tuæ de cler. non resid. Zabar. in c. à nobis j.de sent.excõ.Quod intelligo secundum Franchum in c.2. §.statuto nu.13.de Consti.lib.6. quãdo excommunicatio profertur extra dioecesim pro causa iã damnata, & ortum habeat infra dioecesim, quia pro causa orta extra Dioecesim excommunicari non potest,d.c.2. D.Ant.in d. c.à nobis (v.g.) si quis frequentat visitare moniales, & monitus per Episcopum iux.tex.in d. c.monasteria,non desistit,Deinde est extra dioecesim,si ab Episcopo excommunicatur, iam ligatur; Hęc tamen frequentatio
20 † tunc propriè dicitur secundũ aliquos,quò ad hoc, quando homines incipiũt obloqui,ita q̃ ad prælatũ fama perueniat,86.dist. c. si quid; Attamen hoc dictum

mihi non placet; Quid.n.si aliquis visus fuerit accedere ad monasteria monialiũ,& inde homines cæperũt obloqui, & fama peruenit ad aures Episcopi,dicetur ne iste frequentare,certè nõ. Cum frequẽter id dicatur,quod assiduè fit,ff de inoffic. testam.l. nam & his; de minor.l.& sine,& & multoties ĩ §.sanè in prohem. decretalium, & sæpius 18. q.2 c. non semel. Vnde crederem non posse dici frequentationem, nisi saltem ter visitaret.

V. Cum non subditi efficiũtur subditi, si delinquunt in territorio statuentis, vt habetur in c.à nobis j.glosa 2.de sent.excõ. fit, vt si ignorãtes sunt in culpa, faciendo actum prohibitũ,si moniales visitare frequẽtauerint in Diœcesi,vbi est reseruatio, tamẽ statuti pœna non ligantur. s.reseruatiõe casus,c.fi.extra de clã. desponsat. c.fin.qui matr.accus. poss.l.siue C.de adult.Nec tamẽ ignorantia arbitranda est aliter
21 in foro exteriori, † & aliter in interiori. Nam in exteriori iudicanda est ex coniecturis; An.s. de nouo venerint, vel multũ steterint in loco, & in dubio stabitur iuramento ipsorũ super ignorantia,extra de sent.excom. c.si verò 2. Sed in foro interiori in confessione stabit cõfessarius dicto pœnitẽtis,tàm pro se,quã cõtra se,gl.in c.placuit de pœn.d.6.

VI. Cum exemptus, & non subditus idem videantur esse,
22 † quia exemptus eximitur à iurisdictione Ordinarij, & immediatè subest Papæ, 16.q.1.c. frater noster,de suppl.negl. prælat. c.sicut nobis §.fi.ver.mãdamus, fit,vt exemptus visitans moniales in loco non exempto ligetur
23 pœna statuti,†c.1.de priuil.in 6. & ibi Io.Andr.nu.3.facit tex.in c.patentibus de priuil.& ibi per Do. Ant. de Butrio,& ratio est, quia cum talis reseruatio cũ religione congruit,& disciplinę cõueniat,quia religiosi exempti debent esse extra consortiũ mulierum,maximè monialiũ,vt habetur in multis c. per totã 18. q.2. & saluti proficiat animarũ,valida est, 1 dist.c.consuetudo. Quod tamẽ secus esset, si reseruatio esset in fraudem exemptionũ,facit de priuil. c.quãto. Vt quia reseruaret aliquid contrarium religioni,iuxta tex.in c.nimis praua de excess.prælat.ita Io.Andr.vbi supra. Vel si esset plena exemptio, vt si esset exemptus ratione delicti cõmissi in loco, quamuis non exempto, vt est text.in d.c.1.& ita tenet Gemin. Quod multò magis procederet, qñ exemptus delinqueret in loco exempto in Diœcesi Epi,glosa in d.c.2.§ statuto de rescript. in 6. facit glosa in clem.j.de vita,& honest.cler. Quare ex his infertur, q; Monachus exemptus ẽt ratione delicti,qui commoratur in loco, vbi adest casus reseruatus cõtra alloquentes cũ monialibus,vel excõicatio,non includitur sub illa, si colloqueretur cum moniali nõ exempta: Nisi hoc Episcopus faceret auctoritate Apostolica,qa

tunc

tũc cõprehendũtur ẽt exempti, vt habetur in Cõc. Trid. sess. 23. c. Bonifacij, & multò magis scdm Do. Felinum in c. fi. nu. 16. de foro compet. vbi dicit, quòd statutum puniens visitantes moniales sine licentia, non ligat visitãtes exemptas, quia non perficit delictum, nisi ingrediendo in locũ, & tunc erat extra Diœcesim, quia æquiparantur existens in
24 loco excepto, † & existens extra Diœcesim, secundum glosam in clem. 1. in verbo, aut earum parte de foro compet. sed planũ est, quòd si exemptus deliquisset extra Diœcesim alloquendo cum monialibus in loco, vbi non esset Casus reseruatus, non esset puniendus à suo Diœcesano, ergo nec si deliquit in Diœcesi in loco exempto. cum locus in Diœcesi existens, & extra Diocesim æquiparentur. Ad hoc vide Io. Calder. cons. 13. licet contrariũ affirmauerit Feder. de Senis, vt refert Anch. in d. c. à nobis nu. 7.

Hodie tamen quò ad religiosos attinet, prohibetur ingressus, & allocutio cum monialibus cum reseruatione, & appositione variarum pœnarum per decretum sacræ Congretationis editum Romæ Non. Maij 1590. Quod incipit Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini. Quod ad literam est per Stephanum Quaranta in Bullario Constit. Sum. Pontificium, verbo Monasteria monialiũ, vbi Additio dicit hoc
25 decretum fuisse extensum † ad regulares Sancti Ioannis Hierosolimitani, vt sacra Congregatio scripsit Vicario Neapolitano. Etenim & si prædicti priuilegium habeant, vt non comprehendantur sub iure aliquo religiosorum quantum ad odia, & rigores, vt per Eman. Rodor. Tomo 1. quæst. regularium q. 1. ar. 6. Tamen quò ad eos potest dici fauorabile hoc decretum, quia quando agitur de vitando animarum periculo, etiam in pœnalibus, & odiosis admittitur extensio, Io. Andr. & Panor. in c. ex tenore qui fili sint legit. Frãc. in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.

An verò priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, quæ imponitur regularibus, qui absque expressa licentia eiusdem sacræ Congregationis ad monasteria, seu domos quarumcumque monialiũ, vel sororum sui, seu alterius cuiusuis ordinis accedunt, ab ipsis incurratur, eo ipso, quòd faciunt contra. Respondeo quòd sic, quia lex ipsa hoc expressit. Sic enim habetur. Quæ omnia, & singula sub pœna priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrenda inuiolabiliter obseruari ꝑcipimus.

Est enim priuatio vocis actiuæ, & passiuæ pœna priuatiua, vnde ipso facto incurritur; vt dixit Bartol. Medi. 1. 2. q. 62. art. 3. circa medium, & Petrus de Aragonia in 2. 2. tomo 2. q. 62. art. 3. circa medium. Verum adnotandum, quòd licet religiosi modo supradicto ex delicto occulto perpetrato incurrant istas pœnas

nas

nas ipso facto, nullus tamen eorum erit obligatus statim relinquere, & renuntiare officium, q̃ habet, quando per huiusmodi renuntiationem suum delictum posset manifestari, & fama honorq; amitti. Ita Alphonsus de Castro lib. 2. de potestate legis pœna cap. 11. in argum. 1. per totum. Verum tenentur ipsi religiosi ad procurandum sibi secretò dispẽsationem medijs omnibus, quibus potest, alioquin à peccato minimè excusantur, ita Capucc. adnotatio ad Sorbum in Compendio priuilegiorum Mendicantiem in verbo ingredi. Verbo idem dicendũ est fol. 365. refert Clauis Regia libr. 3. cap. 10. de obligatione legis pœnalis ad culpam. nu. 35.

Aduertẽdum tamen est, quòd licet Ordinarij locorum non possint se intromittere contra exemptos in delictis, vt in Casu præsenti probauimus post nu. 23 In multis tamen Casibus exem-
26 pti † subsunt de iure ordinarijs; nam oleum sanctum, chrisma, consecrationes Basilicarum, & ordinationes clericorum, & his similia sunt à diœcesanis Episcopis postulanda, nisi aliud in eorum priuilegijs concedatur, Gemin. in c. 1. §. nunquid in glosa fi. & Franc. in d. c. 1. nu. 7. de priuil. in 6. & quamuis Eugenius Quartus Pontifex Summus magnus fautor nostræ Cõgregationis multa priuilegia nobis Monachis nigris concesserit, non tamen inuenio priuilegium concessum se Basilicas consecrandi, sicut contrariũ affirmauimus in 1. vol. consil. lib. 3. de consecr. Eccles. vel alta. cõs. 2. nu. 18. Quòd tamen verum non est; Id enim diximus non dolosè; Absit enim hoc à nobis: sed steti dictis alterius mihi asserentis nos habere hoc priuilegium, sed non sic res se habet: Eugenius enim nobis indulsit quòd absque licentia diœcesani poteramus in locis nostris inuocare quẽcunque Episcopum Catholicum, qui Ecclesias, & vasa consecrare posset.

VII. Si Archiepiscopus, aut Cardinalis, aut Episcopus extraneus absque licentia visitarent Monasteria monialiũ, vbi adest
27 statutum † sub pęna reseruationis casus, an comprehendantur. Respondeo primum, quòd si Archiepiscopus est metropolitanus, cum sit Episcopo superior, non ligatur, quia tali statuto cõprehenduntur subditi, at hic non est subditus superior, ergo. Ita Abbas in c. cum inferior nu. 1. de maior. & obed. Hosti. de sent. excomm. §. si quis valeat, ves. imò certo certius. At in extraneo videtur dicendum, quòd includatur, cum ratione delicti perdat priuilegium suũ, in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. in c. placuit 16. q. 3. facit tex. in l. 3. ff. de offic. præsid., vbi habetur, quòd si in alieno territorio præses censetur priuatus, & reatus omnem honorem excludit, l. 1. C. vbi senat. vel clarif. & Ordinarius in suo territo-

rio

rio est maior, Giudo Papæ decis. 328. Tamen contrarium videtur dicendum, quòd sicut sententia, vel canon proferentem non ligat, sic nec proferentis superiorem, aut æqualem c. cum inferior de maior. & obed. l. pen. ff. de arbitr. Host. in sum. de sentent. excommunic. §. quis valeat. vers. non subditus, & §. quid ergo.

VIII. Neque huiusmodi litera ligatur statuens, vt se habet communis sententia secundum Baldum in cap. cum inferior extra de maio. & obed. Host. qui supra, Bart. l. Lutius Titius ff. de fideicom. libert, Vbi Alex. in addit. plura allegat, Abbas in c. vniuersitatis colu. fin. in fine de senten. excom. Angel. in verbo excommunicatio 1. §. 12. Syluc. in verbo excommunicatio 2. qđ verum est, quò ad vim coactiuã, secus autem quò ad vim directiuam tàm in foro conscientiæ, quàm in foro fori, Cardin. Alexandr. in c. iustum dist. 9. & glosa, & Ioan. Mona. in extrau. rem non nouam de dolo, & contu. D. Thomas 1. 2. q. 96. art. 5. Feli. in c. 1. col. 8. versic. recipit autẽ hæc quarta extra de constit. & Caiet. ad Diuum Thomam vbi
29 supra. Vnde nõ licet † pro voto suæ voluntatis semper alloqui cum monialibus, sed ex causa rationabili, imò neque cum Abbatissa, vel ea, quæ præest frequenter eam loqui oportet, sed testimonio duarum, vel trium sororum, ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio, ita optimus tex. in c. in decima versicul. vel eum qui præficitur 18. quæst. 2.

Sed an ligetur successor refer-
30 uatione talis Casus, † cum nisi reuocetur, sit perpetua. Cum talis reuocatio fieri videatur per modum statuti, & statutum est lex, quæ perpetuò durat; vt dixit Abb. in c. à nobis 1. nu. 12. de sent. excom. glosa in c. 2. verbo statuto de constit. in 6. glosa ij. in d. c. à nobis 1. vbi Card. Zabar. in col. 2. & Abb. vbi supra, & Felin. dicunt, quòd non, quia par in parem non habet imperium, cap. Adrianus distinct. 63. c. innotuit de elect. Abb. in cap. cum ad monasterium de statu regul.

IX. Non comprehenditur sub Casu, qui non dolosè, sed vrbanitatis causa vel ob incogitãtiã,
31 † aut obliuionem, vel bona fide, aut ad modicum tẽpus alloqueretur cum alia moniali, quàm cũ ea, cum qua obtinuit licentiam loquendi. Exemplum Primi. Socius alicuius boni viri non vult à socio recedere, qui cum licentia loquitur cum moniali, si aliquod verbum illi diceret, ab ea prouocatus, non crederem sub casu comprehendi, cũ non dolosè; sed causa vrbanitatis hoc faciat. Exemplum Secundi. Quando habita licentia loquẽdi cum vna superuenit alia sanctimonialis, & cum ea alloqueretur; sed per incogitantiam, aut obliuionem, nempè loquendo cum alia,

vel

vel bono fine credēs posse loqui, vel interrogatus responderet, tunc in his casibus crederem nō comprehendi sub reseruatione, quia propositum, & voluntas distingunt maleficia, & Deus ad cor respicit potius, quā ad actus, glosa in c. cum voluntate de sent. excom. c. si quid inueniſti 14.q.5.

X. Qui licentiam obtinuit alloquendi cum tali moniali, sed eo animo doloso ad monasteriū accessit, vt si alia superueniret,
32 † loqueretur cum ipsa, vel per se, vel per interpositam personā, incurrit in Casum, si cum alia iam loqueretur, c.fin.dist.8. vbi Geminianus notat, quòd ille dicitur loqui qui explicat verba p interpositam personam. sic exprimens verba contractus matrimonij per alium, dicitur per se expressisse.

XI. Casus etiam erit reseruatus, si quis moniali fraudulenter non exprimendo verbum lo-
33 queretur nutu, vel signis, † quia nihil refert qualitercunque quis suam exprimat voluntatem siue verbo, nutu, aut signis, facit tex. in cap. cum apud de spōsal. ff. de legat. iij. l. nutu ff. de constit. pecu. l. qui autem §. fin. Notatur 11. quæst 3. cap. quoniam multos, Zabar. in clem. si summus de sent. excom.

XII. Cum simus in materia reseruationis casuū, quæ est stricti iuris, non incidit in illum, qui
34 sine licentia † epistolam scriberet moniali, modò non sit de rebus turpia continentibus. Sit enim reseruatus esset cum censu ra Surrenti, & Regij, vel mitteret aliquod nuncium per aliquā personam, quia tunc loqui dicitur, quando quis coram aliquo exprimit suam voluntatem verbo, vel nutu, aut signis, vel per interpositam personā, facit tex. in cap. qualis 30. q. 5. vbi qui per interpretem loquitur, verè loqui dicitur: Non sic, qui mitteret nuncium, vel epistolam nam tunc impropriè videtur loqui, & ita intelligitur glosa in verbo participatione, & c. constitutionem de sent. excom. lib. 6. & l. licet ff. de constit. pecu. vt nos diximus in 1. vol. cons. lib. 5. de sent. excom. cons. 22.

XIII. Immunis est à verbis literæ, qui absque licentia loquitur cum nouitia; Nam cum tex. dicat cum monialibus, & monia
35 les propriè † dicantur per professionem, 12.q.2.c. vltimo in fine, facit tex. in c. religioso §. idē de sent. excom. lib. 6. fit, quòd qui cum nouitia loquitur, non alligetur casibus reseruatis, quia nō est admissa ad religionis ordinē, Azorius par. 1. lib. 12. q. 10. c. 2. Quòd si quis obijciat tex. in cap. idemnitatibus de elect. in 6. vbi Gemin. nu. 3. dicit, quòd monialiū appellatione veniunt professæ, & non professæ, & sic facit, p si relinqueretur per testatorem aliquid dandum monialibus certi monasterij, illud intelligitur de professis, & non professis. Respondeo, quòd veritas est,

vt

vt tantum professæ intelligãtur, Feder. de Senis cons. 209. fallit tamen meo iudicio, quando sic
36 fieret reseruatio. Nec † non accessus ad monasteria sine licentia in scriptis; vt est Bononiæ. Nam cum accessus ad monasteria dupliciter fieri possit, vel ad loquendum, vel ad ingrediẽdum, fit, vt litera intelligatur simpliciter loquens de omnibus mulieribus, quæ sunt sub clausura; Et ita comprehenduntur nouitiæ, & quæ sunt causa educationis, vt quicunque vult cum illis loqui, non possit, nisi cum licentia in scriptis habita, fallit etiam, qñ Ordinarius hoc exprimeret, vt in Dioeceſi Neapolitana. adest excommunicatio, vt infra videbimus.

Bononiæ.

Neap.

XIV. Includitur etiam sub hoc verbo monachus, seu religiosus is, qui cum Abbatissa, vel præfecta monialium loquitur sine licentia, cum illarum appellatione etiam ipsa comprehenda
37 tur † clem. attendentes verbo Moniales de statu monachi c. 1. de statu regul. lib. 6. sicut appellatione monachorum venit Abbas, c. fi. qui ad hoc solet allegari extra de simo. nam per Abbatiam non definit esse monachus, Abb. ibi nu. 1. sic appellatione scholaris venit rector, quia non definit esse scholaris. Quòd si quis obijciat hic non includi Abbatissam; nam sumus in materia odiosa, quæ strictè est intelligenda: Quare Card. in clem. 1. in 6. oppos. de regul. dicit illum tex. non habere locum in Abbate, idem Innoc. in c. sedes de rescript. vnde dicit Dom. Abbas in c. 1. 4. col. de sent. excom. q̃ in poenalibus appellatione monachorum non veniunt conuersi
38 † per c. statutum de elect. in 6. Tamen hæc intellige, nisi odiũ, vel poena tenderent in fauorem animæ, quia tunc venit Abbas appellatione monachorum, per tex. in c. 1. §. porrò de sta. mona. lib. 6. & appellatione monialium venit Abbatissa, glosa in d. clem. attendentes: Archid. in c. vnico de statu regul. lib. 6. quia licet tex. in d. c. vnico loquatur de monialibus, tacito nomine Abbatissæ, tamen dicendum est, q̃ vbi agitur de salute animæ, illarum appellatione bene veniat Abbatissa; Etenim tunc debẽmus sequi tutiorem partẽ, & opinionem, glosa in c. vnico de scruc. in in ordi. faci. per tex. in c. iuuenis de sponsal. Et quis nesciat quòd hic sumus in materia poenali, q̃ tendit in fauorem animarum, vt sic abstinentes à collocutione coerceantur à prauis desiderijs, quæ militant aduersus animam, & ita magis animo tranquillo Deo vacent, Felinus, in c. finali num. 2. de simo. Geminianus in d. c. 2.

XV. Sed an quod hic dicitur de monialibus, locũ habeat
39 in sororibus, † & videtur quòd non secundum vulgarem modũ loquendi locorum, qui distingunt sorores à monialibus, & appellantur sorores, quæ subsunt Ordi-

Ordini Fratum Minorum, vel Prædicatorum, alias appellantur moniales, Imola in c. Causã, quæ extra de elect. sic de communi vsu loquendi appellatione monachorum illi soli comprehenduntur, qui sunt de Ordine Sanctissimi Patris Nostri Benedicti, quia alij religiosi Mendicantes Fratres dicuntur, & in materia pœnali, & odiosa appellatione monachorum non veniunt Fratres, & econtra, secundum Abbatẽ in d.c causam, quæ vbi Decius nu. 9. Tamen dic cõtrarium, ita Paulus in d. clem. attendentes, & ibi Zabar. & in clem. causam, quæ de elect. & in clem. vnica, q. 16. de consangu. & affin. Tum etiam, quia quando odium, vel pœna tendit in fauorem animæ, tunc sumus in fauorabilibus, Feli. in c. fin. de simon. & in fauorabilibus appellatione monialium veniunt sorores, Decius in d.c. causam, quæ.

40 Sed quid de conuersis, †Dic idẽ, cum sint verè religiosæ, de quibus habetur in c. vt lex 27. q. 1. c. non dubium de sent. excom. Quæ vt moniales, ita & ipsæ exire non possunt, & religioni obligantur, Zabar. in clem. 1. nu. 30. de decimis, Gemin. in c. per exẽptiorem de priuileg. in 6. Differunt tamen ab illis, quia non tenentur ad officium, vt moniales, sed ad tot Pater noster, & Aue Maria, & sunt deputatæ seruitijs monialium, vt nos latè diximus de hac materia in 2. vol. consil. de regular. lib. 3. consil. 4. Quòd incipit in quodam cœnebio. Imò etiam ex quodam decreto sacræ Congrationis, quòd incipit Reuerendissime Domine relato à Prospero de Augustino ad Stephanum Quaranta in summula Bullarij super constitutionem vbi gratiæ fol. 334. videntur etiã includi illæ, quæ in monasterio sunt causa educationis, dum dicit, quòd debent seruare eãdem legem, quò ad clausuram, sed ex verbis subsequentibus, dum habetur. Et si semel exierint, nullam habeant ad ea reuertendi facultatem, fit; vt tantum quò ad clausuram videantur æquiparatæ cum monialibus; Non autem, vt alloquentes cum eis sine licẽtia ijsdem teneatur legibus, quibus alloquentes cum monialibus, nisi de ijs fiat expressa mentio, vt habetur in excommunicatione 4. in Diœcesi Neapol. & in Casu quinto Bononiæ. Nec non accessus.

XVI. Quamuis litera dicat. (Allocutio cum monialibus) tamen hæc verba etiam cõprehen-

41 dunt alloquentem cum vna; †nã cum sit eadem ratio, idem ius erit statuendum, l. illud ff. ad l. Aquil. & consequenter videtur hoc clarè esse de mente statuentis, & mens legis est idem, quod est ipsa lex. ff de legi. l. scire, & c. quantò extra de priuileg. de verbor. signif. c. in his, facit optimè quod dicit Franchus in c. 1. vers. Tertiodecimo, de temp. ordin. in 6. vbi & si pœnalis constitutio sit strictè intelligenda, regu-

la

la in pœnis, odia, tamen limitatur, quãdo cõstitutio loquitur in plurali, quia tunc extenditur ad Casum singularem, glosa in cap. si compromissarius de elect. in 6. cap. omnes leges distinctio. 1. ideſt omnis lex, cap. vt priuilegia de priuilegijs, vbi numerus pluralis resoluitur in singularem.

XVII. Vt quis euadat pœnam reseruationis in foro animę allo quendi cum monialibus, oportet, vt obtineat licentiam, quæ cum in Casibus 28, relatis per glosam in cap. 1. §. postquam de censib. in 6, & ibi per Franchum 58. in quibus requiritur
42 † scriptura, non inueniatur insertus iste, fit, quòd sufficit, vt verbo illa concedatur, quamuis in foro exteriori requiratur scriptura, vt inuentus in locutorio pœnam non mereatur, facit glosa in c. proposuit, verbo de absolutione de cler. excom. minist. Et ita intelligo Synodum Neapolitanam de clausura cap. 54, Quæ quidem licentia sine tem-
43 poris præfixione † cõcessa intelligitur pro prima vice, facit textus in l. boues §. hoc sermone de verborum significatione, fallit tamen hoc in Diœcesi Bononien-
Bonon. si; nam requiritur licentia in scriptis, vt habetur in Casu quinto ibi. Nec non accessus.

XVIII. Et si simpliciter litera dicat (Allocutio cum monialibus) & nulla prorsus mentio fiat de loco, tamen hæc verba ambigua possunt interpretari
44 aliud ius, siue statutum, sicut extra de verbor. significat. c. finali, vbi exponitur verbum Moderationis, sed modò nos habemus per ius in cap. monasteria de vita, & honestate clericorum, quòd prohibetur accessus ad monasteria monialium alloquendi causa cum illis, ergo sic etiam intelligendum est, quando Ordinarius sibi reseruat accessum ad monasteria, scilicet si quis loquatur cum moniali; Hinc fit, quòd qui loqueretur cum mo-
44 niali, quæ est intra clausuram de domo, quæ propinqua est illi monasterio, & monialis intelligendo verba daret responsum, non includeretur. Verum in præsenti casu cum simpliciter litera loquatur; (Alloqutio cum monialibus sine licentia) debet intelligi siue loquatur in monasterio, siue extra. Non enim Casus distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio ff. de in rem versi: Quod sic etiam interpretarer mentem Ordinarij Re- Regij.
gij in Lombardia. Quando prohibet accessum, quia posuit Casum à communiter accidẽtibus, non tamen fuit eius mens, quin si extra loquatur cum ea, quæ est intus in monasterio, non includatur.

XIX. Non tamen comprehenderetur ille, qui cum moniali egressa de monasterio de no-
45 cte loqueretur, † consulendo ei, vt in monasterium reuerteretur, argum. tex. in c. cum voluntate

de

de sent. excom. vel in extrema necessitate comitaretur eam, ne pateretur iacturam famæ, honoris, aut vitæ, Nauar. de regular. consil. 4. lib. 3. nu. 31. Nec etiam extenditur ad monialem, quæ professionem emisit extra monasterium, iuxta tex. in c. insinuante qui cler. vel vouentes, quæ nõ incępit cõuenire cum sororibus suis; nam tunc tantum disposuerunt iura vt euitent cõuersationes aliorũ, quando sunt sub perpetua clausura, d. c. vnico de sta. regul. lib. 6. & dict. cap. monasteria.

XX. An per hæc verba. (Allocutio cum monialibus) comprehendantur ẽt moniales con-
46 sentientes, vt fiat allocutio, † & videtur ꝙ sic, cũ agentes, & consentientes pari pœna plectendos catholica cõdemnat auctoritas, c. quantæ de sent. excom. c. 1. de offic. delegati. Imò magis puniuntur cõsentientes, quàm agẽtes, 24. q. 3. c. qui aliorum, & 11. q. 3. c. qui consentit tamen contrarium credimus vigore istorũ verborum, argum. tex. in d. c. monasteria, vbi frequentans monasteria monialium, monitus per Episcopum non desistens, si clericus est, deponitur; At si laicus, excommunicatur, vbi Imola dicit, ꝙ soli frequentanti imponitur hæc pœna, ergo non consentienti: Et non obstat contrariũ, quia illud intelligitur quò ad peccatum; nam consentiens consensu cooperationis eodem peccato innodatur, quò agens, imò magis, quando adest consensus auctoritatis, & defensionis, d. c. qui aliorum: Non tamen quò ad Casus reseruatos.

XXI. Comprehenduntur ẽt
47 sub litera visitantes † sine licentia omnes etiam consanguinei, secundum Ioannem Andream, quia nec causa consanguinitatis est sufficiens; Nam vt dicebat Hostiens. Etiam sub cognati nomine potest culpa tegi, facit textus in cap. 1. de cohab. cler. & muli.

XXII. Nec comprehenduntur virgines illæ sacræ, quæ non
48 † sunt moniales, viuunt tamen in communi sub disciplina, & habent prẹfectam, suntq; choro addictę; & ratio est, quia istæ professionem non emittunt, iuxta tex. in c. 1. de voto in 6. In hoc etiam numero computantur canonicæ sæculares, quæ cum non sint professæ, possunt habere proprium, & matrimonium contrahere; De his fit mentio in cap. dilecta de maio. & obed. vbi Innoc. dicit, quòd in Alemania sunt multæ, & in clem. attendentes §. illas, vbi Zabar. de statu monachorum.

Et quia vt plurimum solet fulminari excommunicatio contra alloquentes cum monialibus, vt dixit Abbas in c. monasteria de vita, & honestate clericorum, Sylvest. in verbo Religio vij in fine, & ita habetur in Diœcesi Neapol. ideò hanc explicare breviter intendens deuenio ad illius verba.

Ex-

Excommunicamus ipso facto
49 quempiam, qui præsumeret ac cedere ad monasteria monialiũ quantumuis exempta, vt cũ monialibus, vel aliqua ipsarum col loquatur, etiam si sit nouitia, aut cum puellis, quæ educationis causa ibi commorantur sine nostra licentia, vel nostri Vicarij licentia, Declarantes, q̃ qui facultatem obtinuerit colloquẽdi cum aliqua prædictarũ, non potest eadem vti, vt cũ alia colloquatur data opera, aut ex professo. Eos vero (quos Deus auertat) etiam sub prætextu licẽtiæ, obtemptæ præsumeret cũ aliqua moniali etiam nouitia de rebus obscenis, verbis, aut actibus impudicis pertractare, aut literas de rebus obscenis, siue internuncium transmittere, ipso facto excommunicamus. Et similiter tã viros, quàm mulieres tàm intus, quàm extra claustra monasterij existentes, qui sciẽter literas, vel nuncium de rebus prædictis deferrent, ex quibus verbis præter ea, quæ diximus colligo explicando verba literæ, has decisiones, & prima quæ est in ordine.

XXIII. Excõmunicatio, quæ profertur contra alloquentes, &
50 c. statim † incurritur, cum venerit contra, quicunque sit ille, q̃d probatur cum dicitur. Excommunicamus, quòd verbum est præsentis temporis. Sic enim excommunicatio latæ sentẽtiæ noscitur: ita nos diximus supra lib. 1. regula 2. nu. 4. Tum etiam, quia additur ipso facto, vnde est Canon latæ sententiæ; notat enim litera ipsum factum, & qui incidit in factum, excommunicatus est, vt extra de appellat. c. reprehẽsibilis, & 24. q. 1. c. 1. sic & vbi quis incidit in factum notatum à lege, infamis est, vt ff. de ritu nupt. l. palam §. qui in adulterio, sic de hoc verbo ipso facto notatur in c. sciant cuncti de elect. in 6. vbi speculator nu. 12. & 13. q̃d idem est, ac eò ipso, c. generaliter §. clericos eo. tit. lib. 6.

XXIV. (Ex verbo præsumeret, vsque colloquatur) Nota q̃ quatuor coniunctim requiruntur ad incurrendam hanc excõ-
51 municationem. Primũ, vt quis dolosè, animo scilicet prauo cognoscens se non posse accedere, accedat, igitur primum, quòd est est necessarium, est accessus dolosus. Secundum, vt talis fiat ad monasteria monialium, quamuis exempta, quæ quidem prohibitio fieri potest per Episcopũ ad bonum subditorũ ex causa legitima, vel in odium monialiũ, quę sua irreligiositate hoc merẽtur, vt dixit Sylu. in verbo Excõmunicatio 2. nu. 13. Tertium, vt loquatur cum monialibus, vel aliqua ipsarum etiam nouitia, vel cum puellis cã educationis commorãtibus. Quartum; vt hoc fiat absq; licentia Episcopi, aut Vicarij, quare fit, vt si esset dolosus accessus ad prædicta monasteria, vel monasteriũ animo alloquendi, & postea pœnituit, vel alijs occupatus repentinis negotijs, vel dubitãs ne ab alijs videretur, per

eum non stetit quin loqueretur, sed non potuit, nõ incidit in censurã. Nam excommunicatio fuit promulgata propter loquelam absq; licentia. Et ita causa excõmunicationis promulgandæ fuit accessus ad loquendum. Effectus promulgationis ipsa locutio, cessante ergo effectu cessat causa excõmunicationis in pœnis, ita DD. communiter in c. perpetuò de elect. in 6.

XXV. Qui nõ animo doloso, & malo, non temerè loqueretur cum moniali, vel Abbatissa absq;
52 licentia, † (v.g.) quia diceret Abbatissa se posse concedere licentiam, vel quia in tali excõmunicatione ipsa non includitur, vel quia prętectus ipsius monasterij diceret non esse necessariã in monasterijs exemptis, & Episcopo non subiectis, vel quia vocatur per nũtium ab Abbatissa, vel per literas fateretur se habere licentiam, tunc in his, & similibus Casibus si bona fide loqueretur, non esset excommunicatus, quia verbum præsumo significat dolum, & temeritatem contrafacientis, c. fi. de excess. prælat. d. c. monasteria.

XXV. Et si aliquis Casus sit ommissus, qui comprehenditur sub fine, & mente ipsius statuentis,
53 ille sub illo fine † includitur, facit glosa in prohemio decretalium, verbo Bononiæ. nam licet ibi habeatur, quòd benedictio Papæ sit lata scholaribus commorãtibus Bononiæ, tamen extenditur ad alios scholares in alijs ciuitatibus studentes. Exemplum in materia nostra. Quando licentia loquitur de puellis commorantibus, hoc est de illis, quæ ibi sunt, & persistunt. Tamen etiam extẽderem ad alloquentes cum puellis, quæ fortè ingrediũtur in monasterium cum licentia causa visitandi suas consanguineas per octo, vel quindecim dies, & tandem ad alloquentes cum omnibus mulieribus, siue professis, siue laicis, cum ex causa visitationis militet ratio prohibentis.

XXVII. Alloquentes cũ monialibus sine licentia excommunicatione innodantur, ẽt si subditi non sint, †
54 modò non sint superiores, vel æquales, & rõ est; nam licet generalis excommunicatio non liget nisi subditos proferẽtis, c. à nobis 1. de sent. excõ. tamen non subditus in Diœcesi alterius efficitur ipsius subditus ratione delicti; nam vbi quis deliquit, fortitur forum, l. 3. ff. de offic. præsidis, glosa in d. c. à nobis, Sotus de iust. & iure lib. 5. q. 4. art. 1. vltima conclusio; Modò non ignorauerit excommonicationem, c. finali de constit lib. 6. cap. Apostolicæ de cler. excom. ministr. vbi ignorantia excusat
55 à censuris, † qđ procedit, quamuis quis faciat actum ex sui natura illicitum prohibitum sub excommunicatione, d. c. fi. Nam cum Ecclesia hominem excuset, nisi inobedientem, fit, vt cum ignorantia non possit dici talis, illa non ligetur, Sotus in 4. sent. dist. 22. art. 2. vol pen.

In-

XXVIII. Includuntur etiam subditi qui sunt monialium consanguinei cum illis alloquentes sine licentia, facit tex. in c. diffinimus 18. q 2. c. 1. de cohab. cleric. & muli. Host. & Ioan. Andr. in c. monasteria.

XXIX. Comprehenduntur quoq; hi, qui loquũtur cum moniali exempta ab Episcopo, ac immediatè subiecta Sedi Apostolicæ sine licentia Episcopi, vel sui Vicarij, quòd secus est, si quis alioquitur cum his, quæ sunt sub
56 ditæ aliis prælatis aliorum† ordinum, quia tunc pertinet ad eorum superiores, facit dictum Nauar. in cons. 48. nu. 6. vbi in fortiori Casu tenet, quòd licet Concil. Trid. sess. 25. c. Bonifacij, & c. 1. de statu regul. lib. 6. velit, vt exitus monialium à monasterio fieri non debeat, nisi ex causa legitima approbata per Episcopũ, tamen Concilium est intelligendum quò ad exitus monialium, quæ subsunt Episcopis, vel ita sunt exemptæ, vt Papæ immedia
57 tè subditæ sint, † Non autem de alijs exemptis, quæ subsunt prælatis aliorum ordinum, quia tũc sufficit illa prælati; Non tamen sufficit illa Abbatissæ, cum ea veniat sub appellatione monialiũ, vbi agitur de salutæ animæ, vt omnes scribentes notant in cap. vnico de statu regul. lib. 6.

XXX. Non est immunis à litera, qui data opera, & ex professo obtenta licentia alloquendi cum N. loquitur cum alia
58 † secus si vnum, aut duo verba proferret, sciens quòd cum hoc sit minimum, non peccat mortaliter, & consequenter non incidit in excommunicationem, c. nemo, c. nullus 11. q. 3. At si inciderter cũ alia loquoretur secus.

XXXI. At qui sub prætextu licentiæ obtemptæ præsumeret ee rebus obscenis pertractare ẽt
59 cũ nouitia, † siue verbis, aut actibus impudicis, tũc est excommunicatus, qualitercunque hæc verba proferantur, siue vt sint prouocatiua ad peccatũ carnis, siue vt inde delectaretur carnaliter, & libidinosè, siue nõ causa delectationis venereæ, sed ad recreationem capessendam, quia proferuntur cum periculo probabili delectationis libidinosæ, quòd est peccatum mortale, iuxta glosam in clem. ad nostrum versic. Septimi de Hæret. Quòd quidem peccatum est multò grauis; quia proferuntur talia verba cũ Deo dicatis virginibus. Quòd idem extende ad mittẽtes literas de
60 rebus obscenis, vel nuncium, †& tàm viros, quàm mulieres scienter literas, vel nuncium de prædictis rebus deferentes.

Ex quibus collige tria, & Primum, quòd scribens turpia moniali est excommunicatus, etiam si literas ad manus illius non deuenerint, sed per mediã personã moniali lectæ fuerint, quia non curamus de modo, si habemus effectũ. Quòd secus, si literæ ad illius notitiam nõ deuenerint. Secũdum, quòd simpliciter scribere moniali, vel mittere nũcium,

non dicitur verè loqui. Tertium,
61 tunc nuncius deferēs literas †de turpibus, est excommunicatus, quando scienter, & dolosè hoc facit, secus si simpliciter, & igno ranter.

SVMMARIVM.

1 *Incidere idem est quàm succidere, vel cædere.*
2 *Cædere differt à cingere, deglaba re, & subsecare.*
3 *Arboris appellatione continetur vitis.*
4 *Arbor an dicatur, quæ à vento de iecta est.*
5 *Fructus alij naturales, alijq; indu striales.*
6 *Fructus industriales qui.*
7 *Inuitus Dñs dicitur multipliciter.*
8 *Dominus est, qui habet dominium directum, vel vtile.*
9 *Emphyeuta an sub Casu continea tur, nu. 27. & 29.*
10 *Incidentes arbores sunt latrones, & ad quid condemnandi, nu. seq. & homicidæ, nu. 12. & si agatur ci uiliter, condemnantur in quadru plum, nu. 13,*
14 *Arbor, quæ non emisit radices, non dicitur arbor.*
15 *Arborem radicitus euellens non comprehenditur.*
16 *Mandantes an cõprehendantur sub verba incidentes.*
17 *Incidens an ligetur, si mandans ha beat ius imperandi.*
18 *Incidens arborem multum teneram an ligetur.*
19 *Et quid si incideret arboris ramum extensum super domum.*
20 *Rem propriam quando propria au ctoritate licet recuperare.*
21 *Arbores quando liceat incidere, nu. 22. & 23.*
24 *Sed quid si non succidit, sed per medium rumpit.*
25 *Incidere incipiens, & non perficiēs non incidit, vide etiam aliam quæ stionem, nu. 26.*
28 *In re propria quilibet est mode rator, & arbiter.*
30 *Colonus arborem incidens compre henditur,*

De Arboribus cęsis. Cap VI.

Incidentes arbores fructiferas.

EXPOSITIO.

In dis cęsi 3. Marti in Ca labria

NOLAE additur absque proprij Domini licentia. (Incidens) 1 icidere est idē, quàm succidere, †vel cędere, vt dixit tex. in l. cædere ff. arbo. fur. cæsa. Et dicitur propriè, quando quis ita arborem incidit, vt cadat, & caput à pede separetur, vnde differt cædere † à 2 cingere, siue deglabare, & subsecare. Nam deglobare secundum Accursium in d. l. cædere est putare ramos vltra modum, & corticē auferre, vt cortices, qui remanent, quasi arboris eingulū videantur; subsecare verò est serra secare.

Ar-

(Arbores) Arbor generale no
3 men est,† & appellatione eius vi
tis cõtinetur l. 1. §. arboris ff. de
arbor. cæden. l. 3. arborum furt.
cæsa. & dicitur arbor, postquam
radices egerit, vt habetur in d. l.
3. & arboris nomen retinet, etiã
4 si radices desinant viuere,† quia
sunt exsiccatæ, d. l. vbi etiã habe-
tur, q̃ arbor pariter ea dicitur,
quæ à vẽto deiecta submersa est
à radicibus, modò possit replan-
tari, quòd si replantari non põt,
nõ iã arboris nomẽ, sed ligni ma
gis obtinet, l. ligni ff. de legat. iij.

(Fructiferas) Sunt enim fructi
fere arbores, quę reddũt fructus,
siue naturales, siue industriales.
5 † Naturales inquam, qui spontè
à natura producũtur, & nec eis
hominis industria dat initium,
vt poma, & ligna de sylua cędua
l. fructus, ff. de vsur. Et ita frugife
ræ dicuntur arbores pomiferæ, q̃
reddunt poma, de his loquitur
tex. in l. in fraudẽ §. conductor ff.
de iure fisci. At fructus industria-
5 les † sunt vinum, & oleum, quos
reddunt vites, & oliuæ, de qui-
bus loquitur tex. l. 3. ff. arbo. furt.
cæsa. in l. 1. §. arboris ff. de arbor.
cæden. & de oliua est tex. in d. §.
conductor. & dicũtur industria-
les, quia citra operam hominis,
vel industriã, natura non profer-
ret, frugiferas ergo litera dicit,
ad differentiam arborum non
frugiferarum, vt est Cupressus, d.
§. colonus.

Absque proprij Domini licen-
tia) Hoc est inuito Domino. Di-
ci autem potest dominus inuitus
7 multipliciter,† vel si quis furtim,
vel clam cælandi causa arbores
frugiferas succidit, l. furtim ff.
arb. cæsa. vel si quis per vim in-
uito Domino cædit, d. l. furtim.
vel dicitur inuitus Dominus eo
sciente, & non contradicente ex
timore, aut verecũdia, facit tex.
in l. pen. ff. de furt. Item iuuitus
dicitur, qui est ignorans, glosa in
l. in eo iure ff. de ritu nupt. Item
qui consessisse non probatur, l. fi-
lius familias §. inuitũ ff. de pro-
curat. Itẽ qui impedire non põt,
glosa in d. §. inuitũ, Dominus ve-
ro est, qui directum, vel vtile do
miniũ habet, vnde fit, q̃ non com
prehenditur vsufructuarius, licet
tex. in l. in venditione ff. de bonis
auctor. iudic. possid. dicat appel-
latione Dñi fructuarium, quoq;
contineri, scilicet quò ad ius, sic
neq; comprehenditur colonus, l.
9 si colonus, ff. arb. furt. cæsa. † Em-
phyteuta verò benè cõtinetur, l.
cædere vbi glosa fi. ff. eo tit. si ip
se arbores plãtauerit, alias secus.

Igitur casus est reseruatus, qui
ita incidit arborem, quæ radicẽ
emisit frugiferam, & reddit fru-
ctus siue naturales, siue industria
les, ita vt caput à pede separe-
tur absque proprij Domini licẽ-
tia; sed modo deueniamus ad
grauitatem criminis.

Grauitas.

I. SCiendum est hoc crimen pu
10 niri tanquam † latrocinium,
quòd tàm immane delictum est,
vt nec gaudeat immunitate Ec-

clesiastica, c. inter alia de immunit. Eccle. vnde tex. in l. 2. ff. arb. furt. cæsa. dicit, Sciendum est aũt eos, qui arbores, & maximè vites ceciderint, ẽt tanquam latrones puniri, vnde non solum condemnandi sunt in foro conscien-
11 tiæ, † vt fiat æstimatio quãti Domini interfit arborẽ nõ esse succisam, s. fructuum, quos singulis annis dabat, sed etiam ipsius arboris precium deduci oportet, & etiam potest agere Dominus ciuiliter, iux. tex. in l. facienda ff. arb. furt. cæsa. sed etiam criminaliter, vt furchis suspendantur incisores, & bestijs subijciantur, vt dicit tex. ĩ l. capitaliũ ff. de pęnis
12 II. Vidẽtur ẽt homicidæ, † Dũ hominibus subtrahunt ea, quibus viuere poterant, quare subtrahẽdo occidunt, arg. tex. & glos. in c. pasce dist. 86.

III. Si per vim sciente Domino arborem succiderir, tunc tenentur actione vi bonorum ra-
13 ptorum in quadruplum † infra annum, & post annum in simplũ, si agatur ciuiliter, glos. in l. faciẽda ff. arb. furt. cæsa. quæ allegat tex. in l. 2. ff. vi bono. rapt. sed iã descendamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. NOn est Casus reseruatus, si quis succideret arborẽ fru-
14 ctiferam de nouo plantatã, † quę nõdum radices emisit, & ratio est; quia nulla arbor dici potest, quæ radicem non cõcepit, l. 3. ff. arb. furt. cæsa. quare si quis confitetur se succidisse arbusculos succisos à ramis arborũ antequam radices agerint, non dicuntur cõprehendensi sub litera, cum illæ non dicantur arbores, nisi esset arbor plãtata cum radicibus, vt ibi in eadem lege in fine.

II. Nec si radices arbor age-
15 rit, sed † radicitus euulserit, vel extirpauerit, cum nec cædit, vel subsecuit, vel succidit, l. furtim ff. arb. furt. cæsa. Tenẽtur tñ in foro conscientię ad damnũ, quanti Dñi interfit non fuisse auulsã, & hæc verbi proprietate seruata, verum ex maioritate rationis dicimus hũc comprehendi, cum simus in ijs, quæ sunt eiusdẽ generis, & grauius crimen est radicitus euellere, quàm incidere, arg. tex. in c. pęnale 14. q. 5.

III. Et si ex theorica Bar. quę communis est, vt dixit Iason in l. si quid id, quòd num. 36. ibi Quinta, & vltima conclusio ff. de iurisd. omn. iudic. non cõprehendantur sub hac Casus reseruatione Mandans, quia verba nõ sunt scripta in rem, puta pro in-
16 cisione arborum, † sed in personam. Incidentes &c. Tamen credimus in hoc Casu etiã mandantem comprehendi, arg. tex. in c. si quis suadente 17. quæst. 4. vbi ex illo tex. mandans percuti clericum non est excommunicatus, sed solum inijciens; Attamen per extensionem aliarum legum etiam mandans comprehẽditur,

c. mulie-

cap. mulieres, cap. quantæ extra de sentent. excommun. sic cum tex. in l. furtim extendat pœnam incidentium etiam ad mandantem, fit, q; comprehẽdatur, quia casus omissus est relinquẽdus dispositioni iuris communis; An verò succidens comprehẽdatur, si mandans habebat ius imperantis in eum; Dic quòd sic, quia in præceptis iniustis Deo est obediendum magis, quàm hominibus, cap. Dominus, cap. Iulianus 11. quæst. 3.

IV. Potest à quocunque absolui, licet sit peccatum mortale, qui succideret arborẽ adeò
17 teneram, vt herbæ loco sit, † cum non debeat arboris loco haberi, l. certè. ff. eod. tit. sic si succideret arborem non fructiferam, vt cupressum, d. §. conductor.

V. Nec comprehẽditur, qui
18 succideret arboris † ramum extensum super domum, vel fundũ suum propria auctoritate vsque ad quindecim pedes super terrã, l. 1. §. Deinde. ff. de arbor. cæden. Nam licet malè faciat, d. §. deinde, & habetur in l. quemadmodũ §. 1. ff. ad l. Aquil. nam prius denunciare debet Domino, vt
19 hoc faciat, † Quod si renuit, & expectaret periculum imminẽs super domum suam, tunc succidere potest, alias secus, facit à simili, cum quis non potest conse-
20 qui iustitiam † à superiore, licitum est sibi sua auctoritate recuperare, vt eleganter notatur 1. distinct. cap. ius gentium Innoc. in cap. olim 11. extra de restitut. spoliat. notatur de milite vassallo in vsibus feudorum vbi permittitur vassallo in defectum iustitię sibi cõsulere, & Dominum deprædari. Hoc tamen debet fieri cum septẽ conditionibus, quæ habentur in j. par. nostrarum decis. lib. 2. cap. 93. num. 9. cum seq. Verum redeundo ad ramum arboris, quamuis malè faciat, cum arboris ramus non sit arbor, quia non habet radices, d. l. 3. fit, vt nõ comprehendatur sub casu: Potest tamen quis absque metu reseruationis casus cæde-
21 re arbores, † quæ in suo fundo sunt plantatæ, d. l. quemadmodũ §. 1. vbi Bart.

VI. Et quid si succideret ar bores noxias, quæ ruinas ædifi-
22 cijs inferunt, † quia ex his ædificijs labefacterentur parietes, iuxta tex. in l. decernimus §. hoc autem. C. de aquæductu lib. 11. vel si eisdem arboribus plantatis iuxta aquæductus, sordibus illi implerentur, iux. tex. in l. 1. C. eod. tit. lib. 11. nam tunc possunt radicitus amputari, quia nulla
23 læsio remoueretur, † cuius origo non tollitur. Et hoc, quando agitur de arboribus noxijs aquæ ductis publicis, qa si arbores noxiæ sint priuatis hominibus, non potest hoc fieri propria auctoritate, sed iudicis, C. de interd. l. 1. d. l. quemadmodum §. 1.

VII. Nec videtur compre-
24 hendi, † qui arborem non succideret; sed per medium rumperet, cũ aliud sit incidere, & aliud rumpere, d. l. furtim §. 1. Idem, si

non fuerit succisa: sed deglabata, Ideſt vltra modum putati essent rami, cum aliud sit cædere arborem,& aliud putare,l.cædere. ff. eod. tit. Et idem, si arbor esset secata ferro: quia non potest dici incisa, qui serra secuit, d.l.cædere.

VIII. Nec qui accessit ad arborem animo cædendi eam, & per eum non stetit,& incipit suc
25 cidere;sed non cõsumauit,† modò arbor ex tali succisione non pereat:quia casus reseruatio intelligitur de actibus exteriorib. cum effectu, Io. Andr.& Doct. in c.perpetuò de elect. in 6. sic nec vulnerans animo occidẽdi, licet plura inferat vulnera non comprehenditur sub homicidio voluntario, si mors non fuerit secuta.

IX. Quid si vicini arbor ita terram Titij petierit, vt in eius fundum radices egerit;An si ego
26 incido,comprehendar,†& videtur,quòd sic, quia alienam arborem incidere videor, Insti.de rerum diuis.§.si Titius,secus si arbor viueret ex radicibus emissis in solo originis,& per latitudinẽ occuparet solum vicini,l. si plures,§.fi.ff.arbor furt. cæsa. vel si arbor ex vicini fundo vento inclinata in meum fundum venerit; nam si me vicinum interpellante non fuerit succisa, possum ego succidere, facit tex. in l.fin. ff.de arbor.cæden.

X. Quid si esset emphyteuta, qui incidisset arborem in fun
27 do emphyteotico, † an sit locus huic canoni,& videtur quòd sic, secundum Bart. in l. in fraudem §.si conductor.ff.de iure fisci, & de censib. l. forma §. si vices, de vsu,& habit.l.si ita §.fin. Angel. in l.si Colonus ff.arbo furt.cæsa. Namq; videtur idem de emphyteuta, quã de conductore. In cõtrariũ arguebatur,q̃ emphyteuta sit vtilis dñus, l. 1. si ager vectig. pet. Sed in re propria qui-
28 libet est moderator,† & arbiter l. in re mandata. C.mandati.l si mandamus ff.eod.l.si quis prius ff.de hæred. instit.Solutio,Arbores in fundo emphyteotico non possunt succidi per emphyteutam, nisi fuerint ab eo plantatæ Alexand. in d.§.conductor.Baldus in l.2. C. de rescinden. vendit.

XI. Sed quid si emphyteuta incideret arbores, vel extirpa-
29 ret, vt vineam plantaret, † vel vt domum ædificaret, vide Baldum in l.1.C.de iure emphyteu. & videtur quòd nõ sit locus huic Canoni, cum emphyteutæ munus sit meliorare,& qui extirpat arborem, vt meliorem plantet, non videtur deteriorare;sed meliorare: Nisi diceremus, quòd arbor iam plantata,quæ radices emisit, potest dici fructifera;sed plantanda, vel nouiter plantata pendet à futuro euentu, & non potest dici esse, quod potest abesse.

XII. Multò magis sub litera comprehenditur Colonus,
30 † qui arbores inciderat, l. si colonum.ff.arbo,fur.cæsa. An verò

cæ-

cædens ligna in loco alieno, vel vniuersitatis peccet, vel teneatur ad restitutionem, vel pœnam, vide Hieronym. Ilamas in summa 3. par. §. 11.

SVMMARIVM.

1 *Fideles omnes primò dicti fuerunt discipuli.*
2 *Christiani dicuntur à Christo.*
3 *Saluatoris nomen conuenit soli Christo.*
4 *Christianorum duo sunt genera.*
5 *Christianorum quare sic dicitur, & non Iudæorum, vel infidelium.*
6 *Ecclesia in multis casibus habet potestatem contra Iudæos.*
7 *Episcopus debet præuidere quod contingere potest.*
8 *Dari propriè est dominium transferre.*
9 *Pecunia secundum communem vsum loquendi transfertur ad numeratam.*
10 *Iudæi distinguntur à Paganis, & sequuntur testamentum vetus.*
11 *Fœnus quid, & qualiter differat ab vsura.*
12 *Contractus est nomen generale.*
13 *Vsura in multis contractibus committi potest.*
14 *Exercere verbum quid significet. num. seq.*

De Christianis dantibus pecuniam Iudæis ad fœnerandum. Cap. VII.

Christianorum dantium pecuniam Iudæis ad fœnerandum, seu contractus illicitos facientium.

EXPOSITIO.

I. HRISTIANORVM) Primò omnes fideles dicti fuerunt † discipuli, de consecr. dist. 2. cap. 1. vel fratres, 11. q. 3. cap. ad mensuram; sed postquam Apostoli fecerũt Cõcilium Anthiocenum, dicti sunt Christiani, 24. q. 1. cap. rogamus. Parmæ.

1

Et dicuntur Christiani à Chri
2 sto, † cap. vnico §. quia vero extra de sacra vnctione, & non à Ie su Iesuarij, & ratio est, quia rem significatam hoc nomine Christus nobis communicauit, Christus enim idem est, quàm vnctus, d. c. vnico, quam vnctionem com municauit nobis, quia vt dicit Apostolus. De plenitudine eius nos omnes accepimus, & vnctio eius docet nos de omnibus, sed rem significatam hoc nomine eius non communicauit nobis,
3 Iesus enim Idem est quàm Saluator, & hoc scilicet salutare † con uenit ipsi soli: Vnde dicitur in Euangelio. Ipse saluum faciet popu-

populum suum à peccatis eorũ, quasi dicat. Non alius. Præterea Christus est nomen appellatiuũ, & est cõmunicabile, vnde habet plurale iuxta illud. Nolite tangere Christos meos, glosa in ca. sacrosancta, vbi Gemin. dist. 25.

(Christianorum) Duo sunt
4 genera, †Est autem vnum genus, quod mãcipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi ab omni strepitu temporaliũ cessare conuenit, vt sunt clerici, idest sorte electi. Cleros enim Grecè Latinè sors dicitur. Aliud vero est genus Christianorum, vt sunt laici. Laos enim Grecè est populus Latinè, & duo sunt genera 12. quæst. 1.

Et nota, quòd in nomine Christiano est gloriandum, cap. ita quorũdam vbi Zabar. de Iudæis. Cum ergo hic dicat Christianorum, fit, vt comprehendantur tàm clerici, quàm laici, qui mẽbra effecti fuerunt Christi per baptismum, cap. veniens de cler. non baptiz. Item veniunt Episcopi. cum Christianorum appellatione & ipsos contineri habetur, per tex. in l. Christianos. C. de Episc. aud. & l. fin. C. de postlim. reuers.

(Christianorum) & non Iu-
5 dæorum, vel infidelium, † quia quo ad peccata, & censuras nihil ad nos attinet de his, qui foris sunt, glosa singul. in cap. sæpè 28. q. 1. Sunt tamen multi casus,
6 †in quibus Ecclesia habet potestatem contra eos, qui enumerãtur per glosam in cap. Iudæi 2. extra de Iudæis; nam repellit eos à legitimis actibus, vt à testimonio, vt extra de testibus cap. Iudæi, & cap. alieni. Vt vsuram reddãt Christianis, de vsur. cap. post miserabilem, & cap. quamquam, & alia debita soluant, C. de Iudæis l. Iudæi, & vt per habitum à Christianis distinguantur, extra de Iudæis cap. in nonnullis ad hoc clement. Iudæi de testi.

(Dantium) præuidere debet
7 Episcopus, quod contingere †potest, de seruis non ordin. cap. 1. Zabar. in cap. ad hæc num. 1. de Iudæis. ipse enim debet occurrere futuris casibus, ne eueniant cap. 1. Verbo futuris dist. 23. inde præuidens, quod contingere poterat, ne sub hoc colore laici attentarent prohibita, quod nullo pacto licet, Anchar. in d. cap. Iudæi, scilicet exercere contractus vsurarios, reseruauit sibi hunc casum.

(Dantium) Dare est propriè tradere, & dominium transfer-
8 re, †l. vbi autem non apparet, §. fin. & ibi Bart. ff. de verb. oblig. de contr. empt. l clauibus, l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. Vnde dare est accipiẽtis facere. Est etiam dare verbum generale; At hic capitur scilicet per manus Iudæorum alicui pecuniam dare ad fœnerandum, qui habetur, ac si ipse fecisset, iuxta illud. Qui per alium facit, ipse facere videtur.

Quod quidem verbum licet denotet fictionem, glosa in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma.

Tamen

Tamen hoc procedit in foro exteriori & non in interiori; nam cum Deus magis pensęt animũ, quàm manum, cap. si quid inueniſti 14. quæſt. 5. additio ad gloſam in c. cum voluntate de sent. excommunic. habetur, ac si ipſe pecuniam dediſſet ad fœnerandum; Nam & si homines in foro exteriori poſſint hoc pallio decipi, non tamen Deus, qui intuetur cor.

(Pecuniam) Quamuis pecunia ſecundum communem vſum loquendi ad numeratam pecu-
9 niam reſtringatur, † vt tradit Bart. in l. talis ſcriptura. ff. de legatis 1. Tamen pecunia hic accipitur pro omni re, in qua mutuum conſiſtit, ſiue ſit in pondere, numero, & menſura, facit tex. in l. pecuniæ verbum. ff. de verb. ſignificat. facit etiam tex. in l. 2. circa finem. C. Conſtit. pecu. vbi dicitur, q̃ veteres pecuniæ appellatione omnes res ſignificari diſſiniunt, & ita pro pecunia accipitur ſiue detur pecunia numerata, ſiue triticum, ſiue vinum, ſiue diuerſi generis munuſcula, cap. plerique 14. q. 5.

(Iudæis) Iudæi ſunt ij, qui à Paganis diſtinguntur, cap. qui ve-
10 ra † diſt. 50. Iſti vetus teſtamentum ſecuntur, & ad literam legem Moſaicam obſeruant, vnde quia veteri teſtamento inhærẽt, dicuntur Iudaizare, quod Chriſtiani facere non debent, cap. 1. §. vngitur de ſacra vnct. & tales Iudæi ſunt magis odioſi, & peiores alijs infidelibus reputantur, cap. nonne 1. q. 1. & dicuntur Iudæi à nomine dignioris tribus, ſ. tribu Iudæ Patriarchæ, quę inter alias trib. fuit bellicoſior, & primã aciem in bellis, & regis priuilegium obtinebant, ſcilicet vt de ea ſola tribu crearetur Rex. Prius autem dicebãtur Hebræi. Ab Hebrem, qui fuit filius Arfaxat filij Sen, vt habetur Gen. 11.

(Ad fœnerandum) fœnus de-
11 riuatur à fœtura terræ, † quæ veluti gratiſſima debitrix, p̃ ſingulis annis aliquoties centena reddit. Poſtea vero ad vſuram translatum non aliter, ac ſi pecunia ex ſe fructum, quemadmodũ terra producit. Et dicitur ad fœnerandum, quia fœnus propriè non niſi in mutuo intelligitur. At vſura pro qualibet acceſſione ex quacunque cauſa etiam legitima puta venditionis, traditionis, & ſimilium accipitur. l. Iulianus §. ex vendito. ff de act. empt. l. curabit, l. fructus. C. eod. l. 2. C. de vſur. licet plerunq; vſura pro fœnore vſurpetur, ac nomen generis obtinet. Dicitur ergo ad fœnerandum, hoc eſt ad dandam pecuniam ſub vſuris, vt eſt tex. in l. Quintus Mutius Scęuola. ff mand.

(Seu contractus vſurarios)
12 contractus † eſt nomen generale, ff. de iudic. l. omnem, complectens xxx. ſpeces contractuum, vt habetur per Conradum tit. de contractibus quæſtio. 18. Tamen hic ex verbo ſubſequenti intelliguntur contractus mutui expreſſi, ſiue expliciti, ſiue implici-

pliciti, qui alias dicuntur palliati, ex eo, q̃ cooperiuntur pallio; nam secũdum formam apertam, & verba cõtrahentium est alius contractus, quàm mutui; Attamen secundum formam latentẽ, & mentem contrahentium verã, vel præsumptam est mutuum. Nam potest quidem vsura committi nõ solum in contractu mu-
13 tui; † sed etiam emptionis, & vẽditionis, assecurationis, pigno r
ris, depositi. in cambijs, & societate. Etenim in his contractibus potest adesse mutuum palliatũ, (v.g.) Qui emit rem ad minus decem valentem precio infimo tredecim ob anticipatam solutionem, in effectu videtur mutuare pretium, quod dat, & illud minus iusto pretio, quod dare deberet, accipit pro vsura; ita Nauar. in Man. cap. 17. num. 206. Et quia de ijs contractibus latè diximus in nostris decisionibus in 1. par. lib. 2. cap. 109. ideò illuc remitto lettorem, vbi poterit videre casus, quando incurratur, vel non vsura.

(Exercentium) Nota signifi-
14 catum huius vocabuli, † quod est aliquid sæpius, & frequenter agere, & quasi quotidiè, ad quod ff. de testam. mil. l. 1. in fine. ff. de ritu nupt. l. palam §. Lenociniũ, & §. seq. C. de re milit. lib. 12. l. milites 2. l. officium §. officium. ibi ad exercitationem producere. Et hoc verum est propriè. Hinc exercitus ab exercitio nomen traxit, ff. de testam. milit. l. 1. in fine, quia exerceri debet miles in ocio, vt in bello proficere possit; nam impropriè si actum quis illicitum faciat, etiam si semel tantum ad id procedat, dicitur exercere, l mariti §. qui quæstum. ff. de adulter. Item facit text. in cap. Ita quorundam, in cap. ad liberandam extra de Iudæis. Hic vero accipitur propriè, quod duobus modis potest intelligi, vt quando quis publicè, & manifestè vsuras exercet, & tenet publicè altare paratũ, mutuando omnibus sub vsuris, sicut dicimus de meretrice constituta in prostribulo, argumen. text. in cap. vestra, & cap. tua de cohab. cleric. l. palam de ritu nupt. vel qui credita pecunia exigit vltra pretium rigidum, si publicè fiat, Abb. in cap. ad nostram de empt. & vendit. Bart. in l. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem. ff. de ædil. edicto. Et hæc sufficiant circa hunc casum, quia reliqua explicabimus infra in casu, qui incipit. contra facientes publicas vsuras.

SVMMARIVM.

1 *Clerici vnde nomen sortiantur.*
2 *Ordines, quos Canonistæ nouem, Theologi septem affirmant, & hæc sententia est communis.*
3 *Ordinum alij maiores, & alij minores.*
4 *Ordinari per saltum quando dicatur.*
5 *Furtiuè quadrupliciter ordines suscipi possunt.*
6 *Ordines minores non sunt conferendi*

rendi eodem die.

7 Ordines duo sacri nec regularibus conferendi.

8 Ordinatus per saltum, aut furtiuè quàm grauissimè puniebatur per Constitutionem Sixti V.

9 Ordinatus malè absolutus à peccato remanet suspensus.

10 Ordinatus per saltum inhabilis est ad maiores ordines etiam post peractam pœnitentiam.

11 Ordinatus scienter per saltum deberet deponi.

12 Episcopus an possit dispensare cum ordinato per saltum occulto.

13 Electio facta per saltum ordinati ad beneficium non tenet.

14 Excommunicatio solita apponi contra non ritè ordinatos quid operetur.

15 Ordinatus scienter per saltum incidit in casum; Non tamen si ignoranter. num. 18 & 19.

16 Ordinatus per saltum non potest ministrare, donec suppleatur, quod erat omissum.

17 Suppletio fieri debet tempore, quo illa fieri debebat.

20 Ignorantia, quando æquiparetur scientiæ.

21 Ordinatus per saltum non baptizatus non recipit characterem, sed non confirmatus sic.

23 Laicus recipiens sacerdotium, vel Episcopatum, recipit characterem.

24 Pœnæ contra eos, qui cum presbyteri non sint, temerè celebrant, & confessiones audiunt.

25 Eucharistiæ Sacramentum solum sacerdos conficit.

De clericis ad ordines per saltum, aut furtiuè promotis. Cap. VIII.

Clerici ad quoslibet ordines per saltum, aut furtiuè promoti.

EXPOSITIO.

1 CLERICI) clericus dicitur à cleros Græcè, † quod Latinè sors dicitur, 12. qõ. 1. cap. clericus, distin. 21. cleros. in princ. Qui ideò clerici dicti sunt, quia vocati sunt in sortem Domini, 12. q. 1. c. duo sunt, q. ab ostiarijs vsq; ad summũ ordinem cuiuscunq; dignitatis clericorum nomine designantur, 21 dist. c. cleros, 72. distin. cap. clericum, 11. q. 1. cap. de persona.

(Ad quoslibet ordines) Hos Canonistæ nouenario numero 2 † cõtineri asseuerant, vt est glosa in prohem. 6. verbo Eps. videlicet Psalmista. ostiarius, lector Exorcista, Accolitus, Subdiaconus, Diaconus, presbyter, & Episcopus. Verum Theologi septem esse ordines docent, & hæc est cõmunis sententia Doctorum, quorum nomina ponuntur in Conc. Trident. sess. 23. ca. 2. Nam Episcopatus non est ordo; sed est dignitas, & excellentia in ordine;

tum

tum, quia non imprimit caracterem; Tum, quia omnis ordo ordinatur ad Sacramentum Eucharistiæ; Tum, quia Psalmistatus non est ordo; sed officium ordini annexum; Horum verò ordinum alij dicuntur maiores,
3 † & alij minores. Maiores sunt, vt Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, 32. dist. cap. erubescant, extra de ætate, & qualitate. cap. à multis, & habetur in cap. nullus in Concil. Trid. sess. 23. de reform. Cum ergo hic in litera dicatur ad quoslibet ordines, intellige siue maiores, siue minores.

(Per saltum) hoc est ordine
4 prætermisso, (v. g.) † Qui ordinatus ad superiores ordines, scilicet Diaconatus, non susceperit ordinem Subdiaconatus, vel prę termiserit ordinem minorem, de hac ordinatione loquitur tex. in cap. 1. de clerico per saltum promoto, & in cap. sollicitudo dist. 32.

(Vel furtiuè promoti) furti-
5 uè, † quis ordines suscipere potest quadrupliciter. Primò cum quis absque auctoritate, & licentia Episcopi proprij sine examine promouetur, (v. g.) Ingerendo se multitudini ordinandorum, cap. extra conscientiam distin. 64. glosa in cap. 1. verbo furtiuè, de eo, qui furt. ordi. suscep. Huc spectant, qui absque literis dimissorijs proprij Episcopi originis, vel beneficij, aut domicilij iuxta tex. notabilem in c. nullus de tempor. ordin. lib. 6. se faciunt promoueri, qui si suscipiũt ordines sacros, incidunt in pœnas latas per Constit. Pij II. & alias Constitutiones Summorũ Pontificum, vt Pij V. Sixti V. & Clementis VIII. Adde Concil. Trid. sess 23. cap. ordinationes. Secundo cum quis ordinibus minoribus non contentus vno, & eodem die Subdiaconatum recipit, cap. cum H. extra de eo, qui furtim ordin. suscep. Licet hodie ex Concil. Trident. sess 23. ordines minores non sunt conferendi in eodem die, nisi aliud Episcopo videatur: sed per temporum interstitia.

Tertiò cum duos sacros ordines simul recipit, cap. fin. eo. tit.
7 † qui nec regularibus conferendi sunt, priuilegijs, & indultis quibus vis concessis, non obstantibus quibuscunque, vt habetur in Concil. Trid. sess 23 cap. Subdiaconi, vbi etiam habetur, q̃ saltem debent esse versati per annum in ordine Subdiaconatus, vt ascendant ad altiorem gradũ, nisi aliud Episcopo videbitur. Isti duo modi referuntur ad non obseruantes temporum interstitia.

Quartò cum gradu omisso saltum facit, de quo diximus supra num. 4. Hi ergo, qui saltu, hoc est ordine prætermisso se facit ad altiorem gradum promoueri, vel furtiuè absque literis dimissorijs proprij Episcopi ab alieno Episcopo, vel vno die minores ordines cum ordine sacro, vel duos sacros susciperet, non

potest

potest à tali peccato absolui, nisi ab Episcopo, vel habente casus reseruatos; sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

PRimò, quia grauissimis pœnis erat afficiendus † tàm malè promotus, quàm malè promouens per Constitutionem Sixti V. nisi iustissimis ex causis illã moderasset Clemens VIII. Quæ incipit Romanum Pontificem, & illam reduxisset ad proprios terminos iuris communis, quam refert Viualdus in suo candelabro aureo nouiter imprrsso 1606. fol. 696. ibi vsus clementiæ. 8

Secundò, quia quamuis malè promotus fuerit à peccato absolutus, remanet tamen suspensus ab executione ordinis, † quod nõ erat de iure, cap. sollicitudo distinct. 52. vt in quo deliquit, puniatur; nam erat per sententiam suspendendus, Etenim tex. in d. c. sollicitudo dicit, q̃ debet prohiberi ab administratione talis ordinis, sed hodie cum per Constitutionem Pij II. cum ex sacrorum sit per saltum scienter promotus ipso iure suspensus, fit, q̃ celebrando efficiatur irregularis, cap. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. c. 1. de sent. excom. eod. lib. 9

Tertiò, q̃ suscipiens ordinem per saltum videtur esse inhabilis, † vt non possit ad maiores ordines promoueri etiã post supletionem ordinis omissi, nisi secum dispensetur etiam, vt maiores possit suscipere, vt probat optimè finis text. in d. cap. sollicitudo. 10

Quartò, Quod qui se fecisset scienter ordinare per saltum, vel per ambitionem, aut superbiam, deberet omninò deponi, † nec secum deberet dispensari, vel saltem non sic de facili, Archid. in d c. sollicitudo. 11

Quintò, quod cum per saltũ ordinato scienter Episcopus nõ potest dispensare de iure, † quia incidit in pœnam cap. 1. de cler. non ordin. ministr. & sic non poterit cum eo dispensari, nisi per Papam, Host. in summa de cler. per saltum promoto §. fin. in fine; Imò etiam, si ministrauerit in tali ordine per saltum promoto, quia cum dolosè offenderit mentem tit. de cleric. non ordin. ministr. & tit. de eo, qui furt. ord. suscept. cum tali solus Papa dispensabit, cum sit idem non esse ordinatum, vel nõ debito modo, ad hoc de translat. prælat. cap. inter corporalia. Secundũ Host. ibi. Verum cum hodie Constitutio Sixti V. sit reducta ad terminos non solum iuris communis; sed etiam Concil. Trident. fit, vt virtute Concil. Trid. sess. 24. de reform. possit Episcopus dispensare, si suspensio sit occulta, vt etiã tenet Lopex ad Bern. Diaz in sua praxi crim. cap. 25. verbo lata excommunicatio. 12

Sextò, quia electio facta ad beneficium illius, qui per saltum promotus, non tenet; nam talis ordinũ præposteratio habet defe-

fectum ordinum, qui defectus reddit electionem nullam, extra de elect. cap. dudum 1. secundum Archidiac. in d.c. sollicitudo.

Septimò, quia solet excommunicatio apponi contra furtiuè promotos, vt dixit Bern. Diaz in sua praxi cap. 25. & ibi Additio l. B. quo casu si Episcopus tempore, quo confert ordines, his verbis vteretur. Non intendimus ordinare nõ examinatos, & approbatos, tunc qui se ingesfit, non erit ordinatus, † cum deficiat intentio, quæ necessaria est in quolibet Sacramento, Ioã. Andr. in c. cum Marthæ §. quæsiuisti de celebr. miss.

Octauò, Quia qui prætermissis aliquibus ordinibus Episcopus efficitur, illos ordines, quos non habet, alijs dare non potest, 1. quæst. 1. c gratia, de consecrat. dist. 3. cap. quando ab Hierosolymis; sed iam descendamus ad Decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. LIcet Clericus per saltum ordinatus incidat in casum, qñ scienter, vel furtiuè fecerit se promoueri, † tamen tenet collatio præposterè facta, quamuis fieri non debeat, vt notat Abb. in c. vnico 4. notab. de cler. per saltum promoto, interdicitur tamen executio, vt in illo non administret, d. cap. sollicitudo. Et ita nota secundum Anchar. in c. vnico num. 6. hoc esse speciale in huiusmodi spiritualitatibus, vt ordo præposterus non vitiet totum, quod geritur, quia in iudicio secus; nam si sine litis contestatione processum est vsque ad conclusionem litis, contestatio subsequens non firmaret inutiliter retrogesta, extra de accusat. cap. qualiter, & quando.

II. Non solum casus est reseruatus in clerico per saltũ promoto, aut furtiuè; sed etiam is non potest ministrare, † donec suppleatur id, quod erat omissum. vnde notandũ, q̃ vbi requiritur suppletio alicuius actus, qui non poterat fieri nisi certo, atque determinato tempore, † oportet, q̃ suppletio fiat illo tẽpore, quo à principio fieri debebat ad hoc de sacr. nõ itiner. c fin. Gemin. in d.c. sollicitudo.

III. Non incidit meo iudicio, qui per saltum ignoranter fuit promotus, omisso aliquo † ordine minori, vt si susceperit ordines minores in minori ætate; nam cum talis ignorantia videatur esse probabilis, vt dixit Anchar. in cap. 1. num. 3. de cler. per salt. prom. fit in certificato se non recepisse aliquem ordinem, debeat suppleri tantum tẽpore suo, quo conferri debebat.

Idem dicendum, quando ij, inter quos conuersatur, dicerẽt se recepisse ordines minores; nam talis credulitas causata à personis maximè fide dignis, hatur pro veritate, † l. 1. ff. de flumin. Bartol. in l. de pupillo §. si quis ipsi ff. de oper. noui nuncia.

Debe-

Debet tamen promouendus ad aliquem gradum maiorem, fidem facere, se suscepisse inferiores, in d.c.1.

IV. Et si incidat in Casum is, qui scienter prætermisso aliquo inferiore ordinatur ad supe
20 riores, † idem etiam extenderem ad ignorantiam, quando illa esset crassa, & supina, de qua loquitur text. in d.cap. sollicitudo, secundum Gemin. ibi verbo oppono: nam talis ignorantia crassa æquiparatur scientiæ etiã in pœnis delictorum, Abb. in ca. Apostolicæ de clerico excomm. ministr. num. 5. cap. 2. de constit. in 6.

An vero ordinatus per saltum
21 recipiat caracterem, † Dic q̃ sic: nisi non esset baptizatus, dist. 32. c. verum. Nisi. n. positum sit fundamentum, nihil potest superædificari, 1. q. 3. cap. cum Paulus, cum Baptismus sit ianua omniũ Sacramentorum, cap. veniens de presbyt. non baptiz.

Non tñ sic dicimus de eo qui omissa confirmatione reciperet
22 † ordines; Is. n. suscipit caracterẽ, & si scienter hoc facit, peccat mortaliter, sic Nauar. sibi contrarius in cap. 12. nume. 9. tenet oppositum in cap. 25. num. 69. Idem tenet Lopez, qui supra. Versic. ordines suscipere; Non tamen aliquam incurrit censuram, quia iure expressum non reperitur, & Concil. Tridentin. sess. 23. c. 4. de reform. solum dicit, q̃ ante confirmationẽ nullus ad primam tonsurã admittatur.

Sic etiam laicus reciperet ordi-
23 nem sacerdotij, † & etiam Episcopatum, quia caracter imprimitur, si conferatur in forma Ecclesiæ ab eo, qui potestatem habet; Ita glosa d.c. sollicitudo.

V. Qui cum ad Sacrũ presbyteratus ordinem minimè promoti sunt, Sacerdotis tamen au-
24 ctoritatem temerè † sibi assumunt, & missarum celebrationes vsurpare, atque Sacramentum pœnitentiæ conferre præsumerent, multis pœnis afficiuntur: nam primum sunt suspecti de fide, & ideò sanctæ Inquisitionis iudices eos tradere debent curiæ sæculari debita animaduersione puniendos, vt habetur per Paulum IIII. Deinde Clemens VIII contra tales publicauit aliam Cõstitutionem Romæ Pij V. die v. Decemb. 1601. quæ incipit. Et si alias; in qua contra huiusmodi nefarios, & perditos homines, qui exercent actus ido-
25 latriæ; nam Sacramentum hoc Eucharistiæ nemo potest conficere; nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum claues Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus, c. 1. §. & hoc extra de summa Trinit. & fide Cathol.

Et quãtũ in ipsis est, efficiunt, vt Christi fideles idolatriæ crimen ignoranter incurrant. arg. tex. in c. de homine de celebrat. Missar. cum non sint sacerdotes. Quiq; etiam confessiones audiẽdo Christi fideles decipiunt.

Dum inique assumunt auctoritatem absoluendi à peccatis cum periculo, & scandalo plurimorum, cum careant clauibus, quæ conferuntur in dedicatione presbyteratus, cap. adijcimus §. ecce 16. q. 1. & d. §. & hoc decernit vt à sanctæ fidei inquisitoribus, vel locorum Ordinarijs abijciãtur à foro Ecclesiastico tãquam Ecclesiæ misericordia indigni, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradati statim curiæ sæculari tradantur per iudices sæculares pœnis debitis plectendi.

SVMMARIVM.

1 *Coire crimen tria significat,*
2 *Coire apud Grammaticos, & Iuristas quid sit.*
3 *Coniugium dicitur, siue matrimonium sit ratum, siue consummatum.*
4 *Locus sacer multiplices habet significationes.*
5 *Cœmiteria, quæ faciant carnis peccatum, sacrilegium.*
6 *Locus alius non sacer, alius religiosus, & alius sacer.*
7 *Locus de iure canonico, vt sit religiosus, quid necessarium, & num. seq.*
9 *Cœmiterium an propriè dicatur locus sacer.*
10 *Ecclesia ante consecrationem vocatur Basilica.*
11 *Sensus explicationis verborum literæ.*
12 *Concubitus in Ecclesia mutat speciem actus.*
13 *Et si circunstantia addatur actui bono.*
14 *Sacrilegium est mentale desiderium peccandi carnaliter in Ecclesia.*
15 *Locus directè sanctificatur ad exhibendum cultum diuinum.*
16 *Ecclesia ob peccatum carnis ibi cõmissum dicitur pollui.*
17 *Confabulationes debent cessare in Ecclesia.*
18 *Casus de coeuntibus in locis sacris vt reseruetur.*
19 *Statutum. vt puniatur delictum in Ecclesia commissum, non habet locum in commisso in Basilica.*
20 *Cæmiterium quando dicatur Ecclesiæ contiguum.*
21 *Domus Appellatione venit hortus contiguus.*
22 *Excommunicatio ad connexa, & adhærentia extenditur.*
23 *Cæmeterium remotum non dicitur locus sacer.*
24 *Ecclesia an reconcilianda, si quis occidatur supra tectum Ecclesiæ.*
25 *Cloacæ appellatione an veniat eius ostium.*
26 *Cœmiterium an polluatur, si occisio fiat in porta magis adhærente exterius.*
27 *Existens in porta partim extra, & partim intra.*
28 *Mollities grauius peccatum cum alterius adminiculo, quam sine.*
29 *Incidit in casum, qui coniungendo se cum altero polluit.*
30 *Non tamen qui coit cum persona in cæmiterio, vbi erat paries interme dius.*
31 *Horas recitans in sacristia an choro satisfaciat.*
32 *Maritus habens rem cum vxore in Eccle-*

Ecclesia, an sub casu comprehendatur.

33 *Debitum, quod possit reddi tempore opportuno, qualiter intelligatur.*

34 *Posse id dicimus, quod honestè possumus.*

35 *Coeuntes in monasterio, vel dormitorio, aut cameris Ecclesiæ, vel cũ panili non comprehenduntur.*

36 *Casus reseruatio intelligitur de actu consumato.*

37 *Sacristia an sit locus sacer.*

38 *Impudicitia annumeratur inter opera carnis.*

39 *Ecclesia reconcilianda in effusione notoria.*

40 *Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem in casu præsenti.*

De coeuntibus in locis sacris. Cap. IX.

Coeuntes in locis sacris.

EXPOSITIO.

Rosa ni.

1 COEVNTIVM) tria significat verbum coire. † Primum, quò ad affinitatem contrahendam, id est, quod simul ire, quando. s. tàm vir, quàm mulier in vnum conferunt id, quod requiritur ad prolis generationem, vt vir secum conferat in vase debito, & mulier illud, vel aliud loco illius ideſt sanguinem purgatum ad generationem à natura paratum, Non. n. est necesse ad generationẽ, ꝙ mulier semi-net, vt dixit Sylvest. in verbo matrimonium 8. q. 15. vers. Secundũ. Hinc fit, ꝙ quotiescunq; non seminatur in vase mulieris, nõ potest dici coitus, & copula, quò ad affinitatem contrahendam, inde contigit, ꝙ per actum Sodomiticum, vel contra naturam non cõtrahitur affinitas, si fit cum consanguineo. Rursus, secundò coitus significat actus consumationem, siue abutatur aliena specie, & ita appellatur bestialitas, siue quis veniat ad cõcubitum in indebito vase, & sic Sodomia vocatur siue abutatur extra vas, vt delectetur in parte indebita, ita D. Thomas, & Caiet. 2. 2. q. 154. art. 11. in corpore. Tertiò coire, qđ deriuatur à cõ, ideſt simul, & eo, significat simul iungere, vnde dicitur apud Grammaticos, coire

2 amiciliam, † coire societatem, l. 1. & 4. ff. pro socio, hoc est cõtrahere, coire gratiam; ideſt ingredi in gratiam alterius coire negotiationem, l. cũ duobus §. quidam ff. pro socio, & coire cũ furibus, l. 1. in prin. ff. Nautę. Caup. & stabul. Et ita coire est coniungere corpora, & coniungere animos, hoc est in vnam sententiam deuenire, vt ff. de quibus rebus ad eund. iud. eatur. inde venit coniugium, c. debitum extra de bigam. Hinc coniux dicitur nõ solùm, quãdo matrimonium est ratum, & consumatum; sed quando ratum solùm est, hoc est, quãdo coniux est verbis de præsenti, vnde coniuges, vt sponsi dicuntur.

(In locis sacris) Adnotandũ est, q̃ locus sacer multiplices habet significationes; nam quò ad incendium dicitur Ecclesia, aut cœmiterium, vel Zenodochium auctoritate Episcopi consecratum, l. omnia. C. de Episc. & cler. Sylvest. in verbo incendiarius q. 1. Nauar. in Manu c. 17. nu. 100. in antiquis; At quo ad actũ carnalem loca sacra, quæ faciunt carnis peccatum esse sacrilegiũ, sunt Ecclesiæ, & omnes earũ capellæ, siue sint consecratæ, siue benedictæ; Ita Sotus in 4. sentẽt. dist. 32. q. 1. art. 3. Nauar. in Manuali cap. 16. nume. 3. versic. in-
5 terrogatus, qui etiam addit † cæmiteria, quod intellige quò ad ea, quæ sunt Ecclesijs contigua, non autem remota, quia cęmiterium propriè non dicitur sacrũ. Et dicitur cæmiterium à cęmone, quod est dormio, vnde cęmiterium Latinè dicitur dormitorium, locus, vbi mortuorum corpora conduntur; nam propter spẽ resurrectionis dicuntur mortui in Domino dormire; Sic etiã includitur sacristia, & tribuna; non vero camera superna supra Ecclesiam, vel supra sacrarium, siue domus hospitij Ecclesiæ cõiuncta: Non dormitorium religiosorum, quod magis à fortiori neque refectorium, vel infirmatorium.

In locis sacris) glosa in cap. abolendæ verbo sepultura de se-
6 pult. ponit tres † species loci; nam quidam est locus omninò priuatus, vt quia nõ est deputatus ad vsum publicum, seu ad diuina.

Secundus est locus religiosus, & hic aliter accipitur de iure ciuili, & aliter de iure canonico; nam secundum leges locus fit religiosus, & non sacer, quando alicuius corpus fuerit sepultum in aliquo loco de voluntate Domini, l. 2. C. de relig. & sumpt. fune. & talis locus vendi non potest, quia immediatè quatenus corpus tangit locum illum, desinit esse in dominio alicuius, l. quanquam. ff. de aqua plu. arcen. sed de iure canonico, vt locus sit religiosus, oportet vt auctoritate Pontificis deputetur ad il-
7 lum locum, † pro hoc in cap. ad hæc de relig. domibus. Vbi patet, quòd hospitale non efficitur religiosum, si solum sit ædificatum auctoritate priuata, glosa in cap. in Ecclesiastico decimatertia quæstione secunda, quæ etiam addit vnum notabile, quòd
8 locus dicitur religiosus, † vbi corpus ex proposito ponitur, vt ibi perpetuò remaneat, alias remaneret profanus, vt ff. de relig. & sumpt. fu. l. si quis eo animo, & remoueri potest quandocunque placuerit, vt Cod. eodem titulo l. si nec dum.

Tertiò modo locus potest dici religiosus, & sacer, si est locus cęmiteriatus; Idest deputatus pro cæmiterio Ecclesiæ, & iste non potest vendi, quia non est in bonis alicuius, c. ratio de præben. l. Intantum §. sacer instit. de rerum diuis. Et quamuis glosa, &

Do t:

Doctores communiter in c. abolendæ de sepult. appellet cęmiterium sacrum, putat tamen Abbas ibi non † posse strictè dici; quia Ecclesia consecratur & cæmiterium solum benedicitur, ca. nemo de consecr. distinct. 1. sentit Ioan. Andr. in cap. certificari de sepultur. tenet Decius in d. c. quanto. Sed largo modo potest appellari locus sacer propter benedictionem, quę ibi impenditur per Episcopum. Non tamen ibi fit consecratio, seu vnctio cum oleo consecrato, sicut fit in Ecclesia, Abbas in d. ca. Abolendæ num. 22.

(In locis sacris) cum igitur, quò ad actum carnalem veniant Ecclesiæ, vt supra num. 4. sciendum est, ꝙ Ecclesia antequã consecratur vocat Basilica; † sed post cõsecrationẽ assumit nomen Ecclesiæ, sicut electus in Episcopũ, qui post cõsecrationem assumit nomen Episcopi, ad hoc vide bonam glosam cum textu quam tenebis menti in cap. 1. de relig. domin. Et dicitur Ecclesia Grecè, Latinè idem est, ꝙ conuocatio, quia omnes publicè vocat, & quod dicimus de Ecclesia, idẽ extende ad capellas, vt supra diximus, de quibus loquitur. Turrecrem. in cap. concedimus nu. 4. de consecr. dist. 1. Est ergo sensus horum verborum.

Coeuntium in locis sacris, est casus reseruatus, si quis venit
11 † ad actus consumationem carnalis, vel seminando intra vas naturale, seu extra, siue in vase debito, vel indebito in locis sacris consecratis, vel non consecratis, eorumque capellis, vel in cœmiterijs contiguis; sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

HVius criminis grauitas ex multis dignoscitur, & primò, quia concubitus in Ecclesia mu-
12 tat speciem actus; † nam fornicatio, quæ simpliciter repugnat præcepto legis. Non fornicaberis, facta in loco sacro dicitur sacrilegium, D. Thomas 2. 2. q. 94. art. 3. ad tertium, quę circunstãtia necessaria explicanda est in confessione, quia id, quod est vnius speciei, efficitur alterius, Nauar. in Manu. c. 6. num. 5. in 4. illatione, Quod procedit etiam, si dicta circunstantia addatur actui bono, repugnante tamen ra-
13 tione. † Vt si vir vxori in Ecclesia debitum redderet, Doct. in c. vni de consecrat. Eccles. vel alt. lib. 6. Sylvest. in verbo circunstantia q. 4. Nauar. in Man. c. 6. num. 9. versic. Primo. Et hoc intellige non solum, si deueniatur ad actum; sed etiam si mentaliter desideret aliquis in loco sacro aliquod horum perpetrare;
14 † nam eandem per se grauitatẽ habet, & ad eandem sacrilegij speciem pertinet, Sylvest. in verbo Confessor. 1. q. 10. licet huiusmodi sacrilegium cum sit solum mentale, non sit de Episcopo reseruatis. Sotus in 4. sent. distinct.

18.art.4. Ad octauum argum.

Secundò quia fornicatio, seu actus carnalis in Ecclesia consumatus impedit exhiberi cultũ
15 diuinum, † ad quem directè sanctificatur locus, glosa in d.c vnico, vt ibi non possint celebrari diuina, nisi fuerit Ecclesia reconciliata per simplicem sacerdotem, si fuerit tantũ benedicta, vel per Episcopum, si fuerit consecrata, c.aqua de conse.Eccl. vel alt.glosa in c.fin.eod.tit. Nau. in Man. c.27.num.251.

Tertiò, quia si Ecclesia, quæ non peccauit, propter hoc detestandum crimen polluitur, ita vt ibi non possit celebrari,
16 † nisi lauetur cum aqua benedicta, vino, & cinere, vt habetur in c.proposuisti de consecr.Eccles. vel alta.

Quantò magis huiusmodi peccator, qui non est veritus peccare in loco Dei, qui locus est orationis, vbi Sacramenta administrantur, gratiæ diuinæ conferũtur; Assistunt Angeli, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum seruatur, lauandus est fletibus, & oratione, confessione, & excisione causæ, si Ecclesia, quæ nõ peccauit, priuatur missarum celebratione.

Quartò, si in domo Dei cessa-
17 re debent cõfabulationes † quælibet, & negotiationes, atq; reliqua vana, & multò fortius fœda, & profana, & demũ omnia alia, quę diuinum possunt turbare officium.

Quantò magis fœdæ cõmixtiones, ne vbi peccatorũ est venia postulanda, ibi peccãdi detur occasio, aut deprehendãtur peccata cõmitti, cum deceat Domũ Dei sanctitudo, vt dixit tex.in c. decet de immun.Eccl.in 6. Quare iure optimo solet huiusmodi casus reseruari etiam cum censuræ appositione; sed modo deueniamus ad decisiones. Quarũ sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsum istum non explicitè,
18 sed implicitè † reseruatum inuenio in nõnullis Diœcesibus. Nam Nolæ sic habetur. Sacrile- *Nola.*
gium personale, reale, vel locale, quod vltimum fit per seminis effusionem factam in Ecclesia, vt loco suo explicabimus, quod idẽ habetur. Parmæ; Sed magis ex- *Parma.*
plicitè. Sic.n.dicitur. (polluentium Ecclesiã seminis effusione) Sed magis generaliter habetur Mottulę vbi sic habetur. (Eccle- *Mottu-*
siam polluentes.) vbi non solum *le.*
comprehenditur pollutio Ecclesiæ, quæ fit per seminis emissionem; sed etiã ea, quæ fit per sanguinis humani iniurioſam effusionem, vt in c.1.de consec.Eccl. vel alt. glosa in c.vnico eod. tit. *Salern*
lib. 6. Verum Salerni adest excommunicatio cõtra peccantes carnaliter in Ecclesia, vel capellis.

II. Cõprehenduntur sub casu non solum coeuntes in Ecclesia consecrata; sed etiã non consecra-

secrata, quæ dicitur Basilica; nã cum litera simpliciter loquatur de locis pijs,& illorum appellatione veniat Basilica; ergo cum sit de auctoritate Pontificis dedicata,de consec.dist.1.c.nemo. Et hoc est contra Abbatẽ in rubrica de consecr.eccl.num.3.vbi dicit. Et facit ad statutum, q̃ si puniatur delictum cõmissum in
19 Ecc esia,† nõ vendicaret sibi locum in delicto commisso in Basilica, quia in hoc solum est differentia inter Ecclesiam cõsecratam, & non consecratam; ergo in alijs secus, & ita contra Abbatem tenet Calder. titulo de Eccles.interd.quem refert,& sequitur Gemin.in c.is,cui §.sanè num.6.de sent.excom.lib.6. vbi is, cui est interdictus ingressus Ec. lesiæ,non potest celebrare in Ecclesia nondũ cõsecrata,adeò, q̃ si celebrat, efficitur irregul.

III. Pariter cõprehenditur sub casu, qui in capellis coiret, quia capellæ pars Ecclesiæ sunt, idem dicimus de cœmiterio contiguo Ecclesiæ,& tũc dicitur cõ-
20 tiguum,† qñ inter cæmiterium, & Ecclesiã non est paries intermedius,neq; porta, ita Palud.in 4.sent.dist.18.q.8.art.1.princ §. quantũ ad 3 concl. Astens.in summa par.2. lib.7.tit.6. art.1.q.4. Sayrus,qui more suo multos allegat tit. de censuris lib. 5. c.2. num.15.Et ita vicinitas,& contiguitas nocet, Ad idem de pœnit.dist.1.c.sed & continuò,quia tunc cæmiterium censetur pars Ecclesiæ, Francus in c.vnico de consecrat.Eccles.vel altar.lib 6. Hinc fit, quòd si vendo domum, venit hortus contiguus domui; Pariter si vendo vineam, venit domus sibi contigua, de quibus per Bart.in l.prædijs ff.de legat. 3.l.Olimpico ff de seruit. vrban: prædior.& l.quod conclaue ff.de dam. infect. Anchar. in d cap. vnico ibi Quartò noto: Nam cõnexorum idem est iudicium cũ ijs, quibus connectuntur. facit text.in l. quæ religiosis ff.de rei vendic. Abb. in cap. quantò de iudic. vbi Decius num.10.& excommunicatio ad annexa,& co-
22 hærentia † extenditur, vt dixit Abb. in cap.1. de postulat. prælat.cum sit medicinalis;Hinc interdicta Ecclesia omnes eiusdem Ecclesiæ capellæ,& cæmiteria interdicta intelliguntur, quando sunt ei contigua.

IV. Non credimus comprehendi sub casu reseruato coeuntem in cœmiterio, cũ litera nostra loquatur de locis sacris, & cœmiterium propriè remotum
23† nõ sic dicatur, vt probauimus in expositione literæ.

V. Sed quid si tale crimen committatur super tectum Ecclesiæ,videtur non comprehẽdi, quia vulneratus in tecto non videtur vulneratus in domo, Phil. Franc.in cap.vnic.num.7.de cõsecr. Eccl lib.6. vbi per glosam ibi sup.tex. colligit,quòd si quis interficiatur supra tectum Eccle
24 siæ,† non indiget Ecclesia recõciliatione,cum non dicatur polluta, idem Anchar. ibi. Sed v-

trum appellatione Ecclesiæ veniat ostium eius, vide Bart. in l. 1. §. hoc interdictum ff. de cloacis vbi notat ex illo §. quòd ap-
25 pellatione cloacæ † venit eius ostium, quod intelligit, modo illud fiat in ostio intra clausuram domus. Secus vero si fiat extra clausuram loci; nam tunc non dicitur fieri in domo, l. 1. §. de inspiciendo ff. de ventre inspic. sic Gemin. à simili dixit in d. cap. vnico, quòd si homicidium est commissum in porta; sed ex parte magis adhærente exterius,
26 † non dicatur pollutum cœmiterium; facit quod habetur de hermaphrodito, ff. de statu hom. l. quæritur, vbi per Vulpianum Iurecõsultum interrogatur. Cui hermaphroditum comparemus, & respondit. Magis puto eius sexum existimandũ, qui in eo prævalet. Aut sanguinis effusio est facta ex parte magis inhærente interius, & dicitur pollutum; Attamen in dubio debet in foro conscientiæ se præsumere incidisse in cãsum, per glosam in ca. vnico de scrut. in ord. fac. c. veniens extra de presb. non baptiz. adde glosam in cap. cum sanctã, Verbo vir de pœnit. distinct. 2. vbi qui est in porta, partim est
27 † extra domum, & partim intra, & ideò in dubio videtur occidisse.

VI. Non arbitramur illum comprehendi sub litera, qui in locis sacris, vt est in Ecclesia, vel capellis eius, proprijs manibus se polluerct, & nec etiam, si mollitiem procuret cum manibus alterius, quamuis vtrunque peccatum sit mortale, † grauius tamen cum adminiculo alterius, Caietan. ad D. Thomam 2. 2. q. 154. art. 2. & ratio est, quia ibi non interuenit concubitus, quod secus est, si mollicies procura-
29 tur cum concubitu alterius, † vt si duo simul se coniungerent, & alter cum altero vicissim procurarent mollitiem, vel vnus. Et multò magis, si vnus viri officio fungens alium supergreditur, & ita ambo consumarent actum, sicut fit interdum cum mulieribus corpore virginitatem seruantibus, de qua commixtione concubitus habetur per Innoc. in cap. fraternitati de eo, qui cognn. consang. vxor. suæ, & in cap. iuuenis extra de sponsal. per Archid. in cap. 1. eod. tit. in sexto. Cum in vtroque casu sit concubitus, & multò magis si alter alterum Sodomiticè cognosceret.

VII. Non credimus illos includi, qui carnaliter coeunt in cœmiterio, in quo erat paries
30 intermedius inter Ecclesiam, † & illud, quia paries intermedius diuidit rem, intantum, ꝙ dicuntur duæ, & diuersæ res. Franc. & Gemin. in d. cap. vnico, quod nota, quia sacristæ non satisfaciunt quando tempore recreationis superior dat licentiam,
31 † vt possit omitti recitandi officium in choro, modò duo ex sacristis, vel alij choro satisfaciãt, si recitarẽt officium in sacristia,

vel

vel in loco, qui respicit chorum, si esset paries intermedius, quia paries intermedius diuidit rem, ita vt dicantur duæ: vnde domus habens parietem intermedium, censentur tunc duæ domus, & nõ vna, dato, quòd in pariete sit porta, per quam itur de vna ad aliã; vt notatur in l. si quis duas, vers. Quid & in ædibus ff. comm. prædi. Vnde introitus per eandem portam non facit rem, per quam datur ingressus coniunctam illi, ad quam fit accessus dici vnam, sed diuersam. Sic paries diuidit ipsas res, cum ergo sint diuersa, fit, vt casus noster cum dicat in locis sacris, non ex hoc capite comprahendatur cæmiterium, cum propriè non dicatur sacrũ, cum per parietem, vel portam, per quam itur ad Ecclesiam, cæmiterium sit separatum ab Ecclesia, vnde separatorum separata debet esse ratio, l. Papinianus exuli ff. de minor. quare vnum non venit appellatione alterius, & ita coeuntes in tali cæmiterio, non dicuntur coire in Eccleba.

VIII. Comprehenditur sub casu maritus, & vxor, qui rem ve
32 neream habent in Ecclesia, †vel locis sacris, ita faciunt nota per Doctores in d.c. vnico. Nam cũ ille tex. dicat cuiuscunque semine polluta, & sic loquatur indistĩctè, indistinctè est intelligendus, sicut litera sonat, extra de testa. c. relatum 2. Ad hoc 31. q. 1. cap. vnico. Et non obstat, si quis dicat, licet irregulariter non debeat reddi debitum in Ecclesia vxori, si tamen ibi petat, & redditur, non potest dici fornicatio, vel adulterium, facit de cõsecr. dist. 1. c. si motum, sic c. quoniam dist. 31. vbi potest reddi de
33 bitum tempore †oportuno, hoc est, cum vxor opus habet, & petit, quia Doctores hoc concedũt; sed q̃ sit reddendum in omni loco, hoc negant; sed tantum tempore, vel loco honesto. Et non obstat, quòd reddere debitũ vxori sit meritoriũ, quia tunc est meritorium, quando redditur oportuno loco, nam in Ecclesia est demeritorium. Gemin. in d. cap. quoniam, vbi dicit, quòd quando iura dicunt, quòd est reddendum debitum vxori, intelligẽda sunt, dum tamen fiat in loco honesto,
34 quia id dicimur posse, ‡quòd honestè possumus, notat glosa in verbo poterit in clem. sæpè de verb. signif. Alias sequeretur, q̃ si vxor exigeret debitum in platea plena populo, quòd deberet reddere debitum, quod esset absurdum, idem tenet Archid. in d. c. vnico, nu. 2. Gemin. nu. 18. Io. Andr. nu. 3. de consecr. Eccl. vel alt. lib. 6.

IX. Immunes sunt à reseruatione Casus, sed non à peccato coeuntes in monasterio, vel dor-
35 mitorio religiosorum, †vel in cameris Ecclesiæ adherentibus, vel in cãpanili, & multò magis qui in prædis religiosorum, quia cõmittunt sacrilegium in quarta specie rerum sacrarum, D. Thomas 2.2. q. 99. art. 3. Nauar. in

Ma-

Manu.c.16.nu.3. vers. interroga tus. Sotus in 4. sent. dist.32.q.1. art. 3.

X. Et nec qui actum venereum inchoarent in Ecclesia, & non consumarent, quia impediti, & ita per eos non steterint; quia reseruatio casus intelligitur de actu exteriori consuma-
36 to,† secundum Panorm. in cap. cũ in cunctis §. clerici extra de elect. Vnde Bald. in l. si quis seruo. C de furtis dicit, quòd constitutio pœnalis de furtis, intelligitur de furtis perfectis.

XI. Pariter nec is includitur, qui in sacristia incideret in casum, si ab Ecclesia in Sacristiã sit paries intermedius, quamuis sit porta, per rationem supra allatam versic. vij. nam sacristia, (vt vocabuli allusio videtur sonare) non dicitur locus sacer,
37 † sed locus, in quò sacra sunt, & differre videtur inter esse sacrũ, & continere sacrum. Item percutiens in domo, seu templo, nõ extenditur ad porticum domus, c. decimam de decim. vbi Abb. dicit, quòd percutiens in porticu, non extenditur ad statutum puniens percutientem in domo, Ad idem Bart. in l. cætera §. hoc senatus ff. de legat. 1. nisi esset benedicta, & sacrata; sicut Ecclesia.

XII. Quid si aliqui incipiũt peccare tangendo, vel osculãdo, dimittendo complementum operis nefarij timore, vel aliter.

Respondeo, quòd licet isti
38 incidant in impudicitiam,† quę enumeratur inter opera carnis, & consideratur in actu lasciuo, tamen non comprehẽditur, quia alius est tactus, & alius coitus, & dum litera loquitur de concubitu, intelligi debet de actu consumato. Esset tamen Ecclesia reconcilianda, si sequeretur effusio seminis ex tactibus, vel oscu-
39 lis, & illa esset notoria, † glosa in cap. vnico de consecr. Eccles. vel Alta. lib. 6. vt nos diximus in j. par. decis. c. 48. lib. 2. nu. 11. in fine.

XIII. Si pœnitens confitetur se gessisse actum carnalem
40 in loco sacro, interroget † si locus ille erat in Ecclesia, vel si ibi seruabatur Corpus Christi, vel sacristia, & si erat sacristia sacrata, vel benedicta, sicut Ecclesia. Si cæmiterium, vel sacristia erat contiguum non habens ab Ecclesia nec parietem intermedium, & nec portam: quia tunc quod dicitur de Ecclesia, dicetur de cę miterio, vel sacristia. Interroget etiam de persona, cum qua gessit actum carnalẽ, si erat Deo sacrata Virgo, aut coniugata, &c. quia tunc præter peccatum in se mortale fit actus alterius generis, quia vel sacrilegiũ, stuprum, vel adulterium. Interroget insuper de qualitate agẽtis, quia sic præter sacrilegium locale, nam peccatum committitur in loco sacro potest concurrere aliud duplex sacrilegium, tàm ex parte agentis, quia in sacris, quàm ex parte patientis. Inquirat quoque de actu carnali,

li, num ex commixtione personarum sit secuta copula carnalis cum seminis effusione, vel solum peruenerunt ad actum mollitiei absque tali concubitu, si concubitus, seu coniunctio fuerit facta in vase debito, vel indebito, vel extra vtrumque. Si effusio seminis fuerit notoria, vel secreta, & constito de casu obiurget pœnitentem, ostendendo ei grauitatem criminis, & q; in loco, vbi erant deploranda peccata, & petenda venia peccatorum, ibi ausus fuerit talia committere, vbi Deus est omnipotens, & assistũt Angeli contra tex. in c. Decet de immunit. Eccl. lib. 6. Quod si tanto zelo Dominus Iesus eiecit emẽtes, & vendentes à templo, quãtò magis merebitur ipse excludi à Regno Cęlorum. Cumque viderit pœnitentem confessor deuenisse ad detestationem criminis, extirpet occasionem peccati, iniungat ei frequentiam confessionis, onerando secundum qualitatem personæ eum disciplinis, & orationibus; vt sibi viderit expedire.

SVMMARIVM.

1 *Dies vnde dicantur, & quando incipiunt quò ad ieiunium carniũ, nu seq. & nu. 35.*
3 *Dies vetiti ab Ecclesia ab esu carnium qui, nu. seq.*
5 *Carnes guastre recusans quando habeatur de hæresi suspectus.*
6 *Carnibus vesci diebus vetitis causa exigente an possit.*
7 *Carnis appellatione quid veniat, cum tribus seq.*
10 *Causatum trahitur ad naturam suæ causæ.*
11 *Consuetudines circa oua, & lacticinia an liceat seruare.*
12 *Ieiunia quadragesimæ strictius seruanda, quàm alia.*
14 *Quadragesimæ obseruantia in duobus consistit, nu. 41.*
15 *Ieiunium quadragesimale ante Pascha, Beatus Petrus instituit.*
16 *Quadragesima tota seruanda.*
17 *Licentia debet præcedere actum, & quando requiratur in scriptis.*
18 *Medici quàm circumspecti circa fidem soluendi quadragesimam, nu. 48.*
19 *Epilogus circa expositionem literæ.*
20 *Comedere cibos vetitos quàm graue peccatum.*
21 *Præsumptio est hæreticæ prauitatis.*
22 *Pœnitentia qualiter eis iniungenda, nu. 53.*
24 *Ieiunium vnum frangens videtur omnia fregisse.*
24 *Præceptum, abstinendi ab esu carnium est inhibitiuum.*
25 *Casus esium carnium multipliciter reseruari solet.*
26 *Dies sabaibi de iure an sit de præcepto abstinendi à carnibus.*
27 *Consuetudo excusat etiam exẽptos à Comestione carnium.*
28 *Carnes comedere die veneris, in qua venit Natiuitas Domini, quãdo prohibitum & quando concessum. nu seq.*
30 *Delectationem aliquã in cibis diebus festiuis licitum est accipere.*

31 *Præguſtare aliquid die ieiunij an ſit illud frangere.*
32 *Comeſtio inaduertenter facta non frangit ieiunium.*
33 *Nec qui neceſſitate famis.*
34 *Dies mercurij eſt de conſilio abſtinendi ab eſu carnium.*
36 *Manducare olera cum carnibus eſt carnes manducare.*
37 *Non tamen belluas marinas, licet ſint carnes.*
38 *Sed ſic aues, & pullos, qui naſcuntur in aquis.*
39 *Sed an lardum, & ſagimen manducare, ſit manducare carnes.*
40 *Comedens carnes coactus, an incidat in caſum.*
42 *Non ieiunus in quadrageſima, an ligetur, vt comedens carnes.*
43 *Verbum ambiguum qualiter interpretetur.*
44 *Intellectus ad tex. in l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.*
45 *Verba legis obſcura per quem ſunt interpretanda.*
46 *Auctor dicit ſe non eſſe de temeritate arguendum.*
47 *Clerici aſtringuntur ad obſeruantiam quadrageſimæ, vt laici,*
49 *Diſpenſatus, vt in quadrageſima comedat oua, an teneatur ieiunare.*
50 *Diſpenſatus in ouis an poſſit eodem prandio comedere oua, aut piſces.*
51 *Bulla cruciatæ quò ad eſum carnium non comprehendit commorantes in italia.*
52 *Comedens cibos vetitos tempore maximæ neceſſitatis non incidit in caſum*
53 *Confeſſor qualiter ſe gerat erga pœnitentem.*

De Comeſtione Carnium in diebus ab Eccleſia vetitis. Cap. X.

Qui diebus ab Eccleſia vetitis abſque legitima cauſa, aut facultate non impetrata carnes comederit.

EXPOSITIO.

VI IN DIEBVS) *Tarà Tarà.* Dies dicuntur à
1 dijs, † quorum nomime Romani quibuſdam ſyderibus ſacrauerunt, vel quia diſcernunt lumen à tenebris ſecundum Papiam. Et incipiunt dies quò ad ieiuniũ, & abſtinentiam à carnibus à termino cænæ
2 diei præcedentis, † ita quòd fiat cæna ante mediam noctem, & terminetur in media nocte ſequenti. Ita optima gloſa in c. 1. verbo vſque de conſecr. diſt. 3. quæ dicit, quòd ita dicit lex. & ſic habetur de conſuetudine, Ab bas in c. 2. nu. 4. de conſuet. Felinus in c. conſuluit nu. 6. extra de offic. deleg. ibi tertia concluſio, & in d. cap. 1. in gloſa verbo vſque. In qua continetur quando incipiat dies in alijs diſpoſitionibus.

(Ab Eccleſia vetitis) Ideſt ab Eccleſia vniuerſali prohibitis, qui vt habetur per gloſam, in c.
3 de eſu verbo feriæ de † conſecratione

tione dist. 3. sunt dies veneris de præcepto, & dies sabathi, Archidiaconus in d. c. nu. 2. Turrecr. in c. quia dies de cõsecr. dist. 5. feria tamen quarta non est de præcepto, sed de consilio, glosa in d. c. de esu. Item quadragesima, & omnes vigiliæ, & ieiunia quatuor temporũ, quæ sunt tres, idest Mercurij, Veneris, & Sabathi, c statuimus, dist. 76. c. de ieiunio ead. dist. Et denique fac regulam, q̃ oĩbus diebus quib. ieiunia sũt ab Ecclesia indicta, † 4 est vetita comestio carnis, vt in qua dragesima, & quatuor anni temporibus, & vigilijs, c. quadragesima de cõsecr. dist. 5. c. deniq; dist. 4. c. 2. de obseruatione ieiuni, comprehendendo etiam vigiliam Pentecostes de præcepto propter generalem consuetudinem fidelium, Caiet. in verbo ieiunium, vbi etiam Sylvest. Imò adde, quòd quamuis tota quadragesima quis teneatur ieiunare sub mortali, exceptis dominicis diebus, vt habetur in d. c. quadragesima, & cap. non liceat de consecrat. distinct. 3. tamen in illis diebus tenetur abstinere à carnibus.

(Ité vetitis) quia si alijs diebus non vetitis aliquis † recusaret gustare carnes ex eo, quòd 5 existimat damnabilem gustationem carnis, tanquam suspectus de hæresi potest damnari, Geminianus, & Præpos. in cap. fin. dist. 30.

Absque legitima causa, quia illa existente licitè quis potest vesci carnibus cum licentia Epi scopi, † imò etiam si causa vr- 6 gens esset, sine ea. Non enim putarem eum delinquere, qui hoc faceret sine licentia, per tex. in d. c. consilium §. cum autem de obseruat. ieiun. & ibi Abbas nu. 4. Imò si causa vrgens non esset, sed esset causa legitima, si comedit carnes absque licentia, peccat quidem, sed non incidit in casum, quod probatur in litera per illam dictionem Aut. quę est alternatiua, verum, quando trãsgressio legis facta ex rationabili causa excusat à peccato, vide ea, quæ diximus in j. par. decis. lib. 1. c. 14. nu. 3. & infra in decisionibus.

(Carnes) Carnis appellatione in diebus quadragesimę secũdum omnes non solum venit caro, sed etiam ea continentur, 7 † quæ habent à carne originem, vel carnem producunt, vt oua, caseum, & lac ratione inherentiæ, quia ex eadem radice, vt C. de nuptijs l. fina. in fine. Et hoc ideò, quia propter adipẽ, & pinguedinem incenduntur renes, & incitant ad luxuriam, vt dicunt medici.

Item, quia exeunt de carne, ideo caro videtur esse, quia vt dicit Hieronymus contra Iouinianum. Ouum nihil aliud est 8 quam caro liquida, † ideò propter eam calliditatẽ magis prohibetur vnum ouum comedere, quàm bonam refectionẽ piscium, & lac est sanguis colore mutato; sed caseus est lac coagulatũ,

vnde

vnde lac à colore nomiuatur, eo quòd sit albus liquor, ita Prępos. in c. denique nu. 1. dist. 4. & ibi Gemin. notat, q̃ prohibita carne in quadragesima prohibentur, &
9 omnia † trahentia originem ab illa propter cohærentiam, quia causatum trahitur ad naturam suæ causæ l. libertam C. de nupt.
10 † Extra verò quadragesimã nec de iure licitus est in ieiunijs indictis ab Ecclesia esus lacticiniorum, & ouorum; vt probat tex. in d.c. denique, & c. rogationes de consecr dist. 3. & c. 2. §. cum autem de obseruat. ieiun. sed placet mihi distinctio S. Thomæ 2.2.q. 147. ar. vlti. q̃ in alijs ieiunijs pręter quadragesimã circa oua, & lacticinia comedenda diuersæ consuetudines existunt, quas quisq; seruare potest secun
11 dum mores eorum, † cum quibus conuersatur, facit tex. in c. quisquis dist. 41. Archid. & Turrecrem. in c. rogationes de consecr, dist. 3. & quamuis vtrumq; istorum ieiuniorum habeat originem à iure positiuo, cui per consuetudinem derogari potest, c. fi. extra de consuet. Nihilominus strictius est seruandum ieiu-
12 nium quadragesimæ, † & propterea consuetudo in illis videtur irrationabilis, & consequenter non vinceret ius positium, c. pen. & fin. de consuetud.

(Comederit) An vero differat manducare, & gustare, videbimus in decisionibus.

Bononiæ verò sic reseruatio fit.

Solutio quadragesimæ sine licentia in scriptis, nec non dolosa ipsius licentiæ concessio per medicos, & alios Deputatos.

EXPOSITIO.

(Olvtio) De hoc verbo habetur in c. non liceat, & c ieiunia de consecr. dist. 3. & quamuis solu-
13 tionis verbum multipliciter † capiatur, vt pro satisfactione, l. solutionis ff. de solut. l. solutionis verbo de verb. signific. Quãdoq; solutio capitur pro dissolutione eius, quod compactum erat, vt cum mortem animæ, & corporis solutionem dicimus, cum naturales eius facultates, aut amissæ sunt, aut certè imbecilliores redditæ. Hic tamen accipitur pro eo, qui propria auctoritate dissoluit ligamen, quò ab Ecclesia erat astrictus ieiunandi per totam quadragesimã, sic de hoc verbo loquitur tex. in c. nõ oportet de consecr dist. 3. Est ergo solutio, violatio, atque fractio.

(Quadragesimæ) In duobus
14 consistit eius obseruantia, † Primò in ieiunio generali, q̃ omnibus regulariter imponitur, q̃ verfatur in vnica comestione. Secũdò, quòd ieiunij indicti tpe quis

car

carnibus non vtatur, iuxta tex. in cap. denique distinct. 4. Archidia. in c. ieiunia de consecr. dist. 3.

Qui ergo his diebus frangit ieiunium, vel vtitur cibis vetitis, soluit quadragesimam; Non tamen credimus mentem Ordinarij eam fuisse, vt quis non ieiunando casu innodetur; sed solum, quando eo, tempore vtitur cibis vetitis. Sic enim vulgo dici solet. *Quello hà rotta la quaresima*, hoc est non vsus fuit cibis quadragesimalibus, & ita omnes alij Ordinarij sibi hunc Casum reseruant.

Hoc quadragesimæ ieiunium
15 B. Petrus ante pasca † Domini tradidit, vt habetur in Cronica, vbi habqtur, quòd ante natale Dñi tres hebdomadas, & quartam imperfectam ab omni Christiano populo instituit venerari in commemorationem Primi, & Secundi Aduentus Domini Nostri Iesu Christi. De hac quadragesima plura diximus in nostris sermonibus in j. Dominica eiusdem ser. 1. circa finem.

Quadragesimæ. Cum simpliciter litera hoc vtatur nomine quadragesimæ, intelligitur de tota; Nam non oportet in quadragesima quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & tota quadragesima inhonorari; sed per totos hos dies ieiunare, eius abstinentiæ conuenientibus cibis, idest aridioribus vti, ita tex. in d. c. non oportet.

(Sine licentia in scriptis) Hęc debet præcedere actum, & non sufficit verbalis; sed vt sit specia-
17 lis; & in scriptis obtẽpta, † nam vbicunque licentia regulariter requiritur, debet esse obtempta, c. omnis de pœnit. & remiss. cap. placuit eo. tit. lib. 6. Hinc beneficiatus non potest abesse, nisi de licentia obtempta, c. relatum de cler. non resid. igitur requiritur licentia specialis, & in scriptis, sic à simili habetur in c. 1. de statu regul. lib. 6. & in Concil. Tridentin. sess. 5. vbi dicitur, quòd nemini licet ingredi intra septa monasterij monialium sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis redacta, & obtempta sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda. Sicut confessarius, vt possit reuelare de licentia confitentis dicta in confessione, oportet, vt illa sit in scriptis redacta, facit glosa in c. proposuit de cler. excom. ministr. Et Neap. in præsenti Casu requiritur, quòd sit licentia vtriusque medici, vt habe tur in Synodo Neapolitano c. ij. Et insuper quod dicta licentia approbetur ad hoc ab aliquo deputato per Illustrissimum, atque Reuerendiss. Archiepiscopum Neapolitanum.

(Nec non dolosa ipsius licentiæ concessio per medicos) Caueant itaque medici ne in suarum animarum pernitiem, tam faciles se prebeant de faciendo fidem, quod ieiunia frãgi possint vel circa comestionem carnium ijs, quos nulla, vel saltem non ratio-

rationabilis causa ab obligatione ieiunij excipit,& liberat, facit tex.in cap.consilium ibi cum vrgens necessitas de obseruat. ieiun. & debet concedi durante impedimento.

(Dolosa) vt in fide, quæ fit à medico dedita opera, vt illa postea subscribatur à confessario, vel alio deputato, vel exprimatur infirmitas, quam non habet, vel aggrauetur.

(Concessa) Si quis curiosus vellet videre quot modis hoc verbum sumatur, legat Lucam de Penna in l. prædia col. fin. C. de conductoribus, & procuratoribus lib. 12. Igitur ex his omnibus habetur, quòd Trani est reseruatus Casus eorum, qui in

Trani

19 quadragesima † comedunt carnes absque licentia impetrata, vel sine legitima causa,& appellatione carnium veniunt omnia, quæ ab ipsa trahunt originem, vt oua, casei, & lac, At in alijs diebus vetitis ab Ecclesia, vt in vigilijs, & quatuor temporibus sunt diuersæ consuetudines,quibus quis potest se conformare, quibus deficientibus quod diximus tempore quadragesimæ de carnibus, extende ad alios dies vetitos.

Bononiæ.

Verum Bononiæ præter hæc additur in quadragesima Solutio ieiunij absq; licentia in scriptis, atque etiam dolosa per medicos concessa licentia, vel alios deputatos; Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

EX his autem huius criminis magnitudo perpenditur, & I. quia vtentes carnibus ab Ecclesia vetitis absque legitima cau-

20 sa † peccant peccato superbiæ, nolentes se conformare cum vniuersali Ecclesia, facit tex. in c. quisquis dist. 41. Vbi dicitur, q; quisquis metas consuetudinis bonorum, inter quos conuersatur, excedit,aut aliquid significat,vel superstitiosus est.

II. Hinc insurgit præsumptio,

21 quòd † Hæreticus sit,quia nõ facit id,quod omnes faciũt alij fideles,de hæret.c. ad abolendam 1. resp. facit dictum Hosti. in c. grauem de pœnis, & sic posset accusari coram inquisitoribus Sanctæ fidei, & posset ex sola suspitione hæresis tanquam hæreticus puniri; ad hoc facit extra de hæret. c.excommun.2.

III. Tales rei sunt Dominicæ Resurrectionis, ita Archidia. & Gemin.in d.c.deniq; col.3. Qua propter iniungenda est talibus pœnitentia, vt quemadmodum comederunt carnes in quadrage

22 sima,† illis abstineãt in solennitate Paschæ,& vt habetur in Brocardo in pœnitentiali per totum anni circulum non debent comedere carnes.

IV. Quia,qui ab esu carnium diebus vetitis non abstinent, nõ sunt participes Christianæ Religionis,c.quia dies de conse.distinct.3.

Quod

V. Quod sit maximum hoc peccatum soluere quadragesimam. Ambrosius hoc studet persuadere exemplo. Si ignorans Ionathas ait serm. 24. indictum à patre ieiunium, quia resoluit, morti addicitur. Qui scienter à Christo indictum ieiunium soluerit? Quid mæretur? Quid supplicij genus, quasi dicat maximũ, ita habetur in Oeconomica Canica de corrigendis abusibus §. secundus abusus.

VI. Ex text. in c. non liceat de consecr. dist. 3. adeò præcipitur ieiunium in quadragesima,
23 quòd nihil reputatur † ieiunasse, qui vnum diem non ieiunat, C. ad Sylla. l. vlti. in glosa in verbo Exhonerare. Et est argumentum, quòd vtile per inutile vitiatur, dist. 9. c. si ad sacras; sed hoc qualiter intelligatur; habetur in nostris decis. in j. par. lib. 2. c. 37. nu. 47. & seq.

VII. Quia cum præceptum non comedendi carnes sit inhibitiuum in quadragesima, fit, vt
24 toties † quis peccet, quoties in illa die illas comederit, sicut furtum in die commissum si diuersis vicibus multiplicatur, toties illud committitur, Caiet. 2. 2. q. 147. art. 8. circa medium. Nau. c. 21. nu. 15.

VIII. Quod licet ieiunium consistat in vna comestione, si tamen carnibus vtatur in ieiunio, soluit ieiunium, Innoc. in rubr. de obseru. nu. 4.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. INuenio hunc Casum diuersimode ab Ordinarijs locorũ
25 † reseruatum; nam alij, sub verbis generalibus sic reseruando aiunt, vt Nolæ habetur. (Comedentes carnes diebus prohibitis absq; nostra licẽtia) idẽ Poligna ni in Apulea. (Qui in diebus ab Ecclesia vetitis absq; legitima causa, aut facultate nõ impetrata carnem comederit,) & tũc in pñti Casu qualiter accipiatur caro, & quid eius appellatione veniat tempore Quadragesimæ, & quid alijs temporibus, diximus supra à nu. 7. vsque 12. ne eadẽ repetamus. At alij magis distinctè hunc Casũ reseruantes sic aiunt, & habetur Trani. (Qui comedit carnes in quadragesima, & quatuor tẽporibus, & vigilijs absq; necessitate, vel licentia) sic Regij. (In diebus quadragesimæ, & aliorum ieiuniorum cibis vetitis absque licentia vtentes. Sic Ferrariæ. (Qui quadragesimæ, alijsq; ieiuniorum diebus cum ab Ecclesia vetitum sit, sine nostra licentia carne, vel alijs cibis prohibitis vescũtur), In vno tamen hi Diœcesani ab illo Trani discordare videntur, quia hic excludit comedentes carnes ex necessitate; sed ibi nulla fit mentio. Verum cum Casus iste sit omissus, relinquitur dispositioni iuris, & comedentes carnes tẽpore quadragesimæ ex ne-

Nolæ. *Polignani* *Trani* *Regij.* *Ferrariæ.*

cessitate non subiaceant Casui, vt est tex. in cap. consilium, §. cum autem vsque in finem de ob seruatione ieiuni, facit text. in cap. licet extra de pœnitent. & remission. Hic tamen sanè intelligendum est, vt cum possit haberi copia prælati regularis, illa petatur, vt dixit vltima Additio ad Abbatem in d.cap. consilium.

Bononiæ. Verum Bononiæ nulla facta mentione de carnibus, & cibis prohibitis, sic fit reseruatio. (Solutio Quadragesimæ sine licentia in scriptis, nec non dolosa ipsius licentiæ concessio per Medicos, & alios Deputatos.) Ex quibus verbis colligitur, quòd mens huius Diœcesani fuit reseruare comestionem ciborum vetitorum tempore Quadragesimæ, non autem aliorum dierum; An verò qui non ieiunauerint illo tpe, dicantur comprehendi sub Casu, diximus q̃ non supra num. 15. Comprehendit tamen hic Casus non solum Quadragesimam soluentem, & violantem; sed etiam Medicos, & alios Deputatos, qui faciunt licentias in fraudem, vel exprimendo causam falsam, vel causam veram exagerando.

11 Explicando Casum ex professo, qui habetur Nolæ, & Polignani, .s. comedentes carnes vetitis diebus absque nostra licentia, fit & alia decisio. Præsuppositio diem sabathi non esse in præcepto de iure quò ad esum carnium, vt habetur in d. c. consilium, glos. in cap. de esu de consecratione distinct. 3. † nisi consuetudo obtineret à carnibus abstinendum, vt iam est, sicut dixit Archidiac. & Turrecrem. in d. cap. de esu in fine, per text. in c. quia dies de consecr. dist. 5. peccant Cathalani, si comedùt carnes die sabathi, licet in eorum partibus, vt magis Mediterraneis inualuerit consuetudo maiori ex parte, vt comedant in sabatho omnia interiora animalium, & extrema, vt pedes, capita, & omnia larda, sagimina, vt dixit Frater Hieronymus Ilamas in sua summa 3. par. c. 5. §. 28. circa finem. Ita etiam dixit Abbas de epate, in d. c. consilium, in fine. Card. in clem. dignum nu. 5. de celebratione missarum. Vbi Imola num. 3. & Anchar. num. 2. & si sciunt Casum esse reseruatum, ligantur. Sicut non peccarent scholares Tholosani existentes in Cathalonia, si
27 illo die † comederent interiora, vt sic consuetudo loci nulla peregrini libidine violetur, vt dist. 8. c. quæ contra morem, nisi voto essent astricti, aut obseruantia
28 regulari, † de consecr. dist. 5. c. carnem. facit tex. in c. fi. de obseru. ieiun. vbi si dies natalis Domini incidit sexta feria, possunt omnes comedere carnes, nisi voto speciali essent astricti ieiunare omnibus sextis ferijs, vel obseruantia regulari, vt religiosi. Hinc etiam fit, vt si scholaris Mediolanensis degeret in studio, vel alijs locis, & vellet vti priuilegio S. Ambrosij, quò vescuntur car-

carnibus, peccet, & incidit in Casum quia debet se cõformare moribus eorum, cum quibus viuit; De hoc vide Christophorum Portiũ in §. sed quòd principi instit. de iure natur. Sebast. Sapia in Addit. ad Abbatem in d. cap. fi. verbo peccant.

III. Non includuntur ij, qui comedũt carnes die veneris, quò venit Natiuitas Domini, d. c. fi. 29 quia videtur † Episcopus se velle conformare in reseruatione Casus dispositioni iuris, vbi propter excellentiam tantæ solennitatis, & diei detrahitur abstinentiæ, & macerationi carnis, quia in die festo non solum spiritualiter homines gaudere debent; sed etiam cum honestate 30 possunt † in cibis aliquam delectationem sumere.

IV. Et si videatur cõprehendi sub Casu nõ solum qui carnes manducaret; sed etiam qui prægustaret, vnde dicit Gemin. in c. fi. dist 30. quòd facit ille tex. vt qui aliquid prægustat in die ieiunij, non dicatur abstinere; sed ieiunium frangere, quia tex. ille vult, ꝙ ad rumpendã abstinentiã ipse prægustet. Tamen contrarium nobis videtur per illũ tex. quòd non includatur; nam dicit quòd acta prægustatione potest abstinere, & sic nõ videtur, quòd prægustatio fregerit abstinentiã, facit etiam tex. in d. c. carnem, vbi litera facit differentiam inter manducare, & gustare notatur 24. q 1. c. non afferamus, vbi differt attentare, & facere. Hinc dixit Innoc. in c. fi. de obseru. ieiu. Senescalcos, & portantes enzenia, vel quoscunque alios seruientes prægustantes cibos ante Dominos, timentes de veneno, non credimus soluere ieiunium. Et idem credimus de Medicis prægustantibus medicinas.

V. Nec qui diebus vetitis inaduertenter comederẽt carnes, quia non est peccatum mortale, 32 †& cõsequenter nec Casus reseruatus, iuxta notata per Caiet. & Armillam in verbo inconsideratio, modo cũ recordetur non obstãte esu facto abstineat, nã tunc perinde est, ac si non comedisset, cum fuerit actus inuoluntarius, secundum Palud. in 4. sent. dist. 1. q. 4. art. 5. Sylvest. in verbo ieiunium num. 21. Caiet. eodem verbo §. 1. Nauar. in Manu. ca. 21. num. 27.

VI. Nec qui necessitate fa- 33 mis † vtitur carnibus in diebus vetitis, Abbas in d. c. consilium nu. 2. Hinc in d. c. denique dist. 4. habetur, quòd si quis esset in castro reclusus, licet ei carnes comedere, quando aliud non haberet, facit etiam tex. in c licet extra de pœnit. & remiss ꝙ qui ex pœnitentia debet ieiunare in pane, & aqua, potest, si panem non habet, vti alijs cibarijs, cum legi non subiaceat necessitas, d. c. consilium, & necessitas facit licitum, quod est illicitum, d. c. licet. Gemin. in d. c. denique.

VII. Pariter nec sub litera comprehenditur, qui die mer- 34 curij carnes comederit; † nam

tex.in d.c.de esu dicit,quòd abstinendum est ab esu carnium feria Quarta,& Sesta. Illud tamen de feria Quarta est consilium, & nõ præceptum,vt glosa,& Doctores ibi dicunt.

VIII. Quamuis videatur litera innodatus, qui carne vescitur in principio noctis, quæ præcedit diem veneris,quia nox semper diei sequẽti adscribitur, & est de die sequenti, vt dixit Turrecr. in di. c. de esu,verbo à cœne.& Gemin. in d. c. denique in suis notabilibus aliam opinionem tenẽs notat,q̃ in carnis priuio non est licitũ comedere carnes vsq; ad mediam noctem,quia dies quò ad esum carnium incipit post cœnam. Tamen vera est sentẽtia vt dies quò ad esum car
35 nium † incipiat à termino cęnæ diei præcedẽtis,ita tamen, quòd fiat cœna ante mediam noctem, & terminetur in media nocte sequenti, ita Abbas in capit. 2. num.4. de ferijs, qui respondens ad textum in d. cap.de esu dicit, quod id, quod fit ante mediam noctem refertur, seu deputatur principio noctis, quod verò fit post mediam noctem,deputatur alteri extremo scilicet diluculo.

IX. Ligatur Casus reseruatione, qui manducat olera cocta cum carnibus,ita probatur in c. fi. dist. 30. vbi Gemin.dixit.Item nota,quòd paria sunt carnes gustare, vel olera cocta cum car-
36 nibus,† & ita facit quòd quis in die, quò non potest comedere carnes, non possit etiam olera comedere cocta cum carnibus Et vt Monachis est prohibita carnis comestio omnino in refectorio,c.cum ad Monasterium §. in refectorio de stat.monac.ita etiã comestio olerum, quæ sunt cocta cum carnibus, cum ista duo æquiparentur,vt Præpos.ait in d. c.fi.nu.2.

X. Non comprehendũtur qui comedunt Beluas marinas, & sumptuosas, pisces,& sturiones,
37 licet carnes sint † iuxta Apost. Nam alia est caro hominum, alia pecudum, & alia piscium, iuxta Archidia. & Geminian. in d.c. denique. Quod nota secundum Præpositum ibi nu. 1. ad statuta : quòd appellatione carniũ non veniunt pisces,vt probat ibi tex. iuncto dicto Archidiaconi. Sementinam quasi quæ de carne oriuntur, & de carne habent originem, licet aliqualiter peccatum sit, non quia prohibentur tales pisces; sed propter voluptatem, quæ sæpius, & frequentius in talibus magnis piscibus solet esse,ibi Præpos.

XI Comprehenduntur etiam
38 appellatione carnis, aues, †& pulli, qui ex aquis nascuntur, & ibi nutriuntur, quare non licet eas diebus ab Ecclesia vetitis comedere, licet aliqui trufatores contrarium asserant;Dicentes, quòd tales aues frigidæ sunt, quod non est verum secundum Archid.& Gemin.in d.cap. denique col.3.

XII. Et si non videantur comprehendi, qui talibus diebus comede-

mederent lardum, & sagimen,
39 † iuxta glosam notabilem in c. admonere verbo carnem 33. q. 2. Vbi ponens quæstionem; sed nunquid lardo vtetur, nunquid nominæ carnis est prohibitum, videtur quòd non, arg. glosæ 82. dist. 2. c presbyteri. Ibi enim sagimen permittitur, quando oua permittuntur. idem videtur probari in l. 1. C. de erogatione militum lib. 12. vbi Bartolus dicit, item nota quòd lardum sic dictũ, quia in domo repositum conseruatur, non est caro, nec è contra, quia lardum, & carnes ponuntur vt diuersa, & vt species separatæ, quia appellatione macellatorum carnium non continentur macellatores lardi. Tamen contrarium nobis videtur affirmandum: Ita Hugo. in d. c. admonere, vt refert illo in loco Archid. Et tenere contrariã opinionem esset erroneũ; nam si appelatione carnis veniunt olera cocta cum carnibus, multò magis continetur lardum ipsum, qđ est contiguum cum carne.

XIII. Non comprehenderetur, si. quis compelleretur comedere ab aliquo impio Christia-
40 no consueto exequi minas † submetu cadente in constantem virum, nisi manducaret, quia cum talis abstinentia sit de iure positiuo, non obligat cum scandalo, facit tex. in c. 2. de nou. oper. nunciat. modo id non præcipiatur in contemptũ Christianæ fidei. Etenim tunc mortem potius tenemur eligere, facit dictũ Syluestri in verbo Dominica. Sotus de iust. & iu. lib. 1 q. 6. ar. 4. col. fin. faciunt quæ diximus in j. par. decis. lib. 4. c. 13.

XIV. Circa reseruationẽ factam Bononiæ. Cũ solutio quadragesimæ fieri possit duplici- *Bononiæ.*
41 ter, † vel soluendo ieiunium illo tẽpore, qđ nec vno die licet, c non liceat de consecr. di. 5 aut comedẽdo carnes, & omnia, quæ semẽtinam carnis trahunt originem, iuxt. tex. in c. deniq; dist. 4. Et hoc in litera simpliciter reseruatur. (solutio quadragesimæ sine licẽtia in scriptis.) Quæritur an qui soluerit quadragesimam, frangendo ieiunium, comprehendatur sub isto Casu, ac ille, qui
42 † comederit carnes Respondeo, quòd cum verbum sit ambiguũ, interpretandum est secundum communem vsum loquendi, ità dixit Bart. in l. librorum § quod tamen, Cassius nu. 1. de legatis iij. vbi dicit. Nota ad interpretationem statutorum, quia si est aliquod verbum ambiguum, qđ habeat aliud significatum, debet intelligi secundum communem
43 vsum loquendi, † idem in rubr. de oper. noui. nuncia. nu. 6. Sed communis vsus loquendi intelligit solutionem quadragesimę nõ pro violatione ieiunij; sed pro comestione ciborum prohibitorum, ergo. Quod si quis obijciat tex. in l. ita vulneratus §. 1. ff. ad l. Aquil. vbi verba debent intelligi secundum propriam significa-
44 tionem, & non secundum † cõmunem vsum loquendi; vt tex.

ibi ponit exemplum in homicidio; nam tunc dicitur quis occidere, qñ manibus occidit mediatè, vel immediatè, non autem sm̃ communem vsum loquendi. Vulgo .n. dicitur occidisse, qui causam occidendi dedit, & tamen non sic lex, quæ loquitur de homicidio, interpretãda est; sed vt ille teneatur de occiso, qui manibus occidit, vt ibi in d. §. 1. sed verba statuti, vt videtur esse verba reseruationis Casus, intelliguntur secundum communem vsum loquendi, & ita, vt solutio quadragesimę capiatur pro ciborum prohibitorum comestione. Quòd si quis iterum replicet non esse meum interpretari verba reseruantium Casus, quia vbi sunt verba legis obscura, recurrendum est ad legis-
45 latorem, † C. de legib. l. leges §. 1. quia est eius interpretari, cuius est condere.

Respondeo hoc dictum esse verum, quando reseruatio Casus esset adeò obscura, q̃ non possit haberi congrua expositio, tunc fateor, quòd recurrẽdum est ad Ordinarium, qui Casum reseruauit, quia eius est interpretari, &c. Imò positò, quòd verba essent valde obscura, tunc verum est, quòd debet recurri ad Ordinarium, quando ille præsens esset, alias secus. Ita à simili dixit Bartolus in l. omnes populi nume. §. 6. ff. de iust. & iu. Hinc
46 nollem, vt quis me arguat † temeritatis, si hanc magnam prouinciam sim ingressus explicandi Casus reseruatos, ne quod fuit factum pro charitate, & salutæ animarum ad pandendam veritatem, ad fugandos errores, soluendos nodos, obscura dilucidanda, & dubia declaranda, capit. 1. de reliq. & venerat. sanct. ad detegendam grauitatem criminum, ad inducendos pœnitentes ad illorum detestationem, vt sacerdotes ritè vtantur clauibus Ecclesiæ. Ne indiscriminatim absoluantur pœnitentes, si assueti sunt, ad pœnitentiam iniungendam secundum auctoritatem Sanctorum Patrum pro qualitate criminũ, vertatur postea contra charitatem. Tum, etiam, quia hæc interpretatio non est necessaria, & probabilis, vt quilibet eam sequi debeat, & teneatur; sed est tantum probabilis, quæ dicitur magistralis, & ideò quilibet eam interpretari potest.

XV. Quamuis videatur esse discrimen inter clericos, & laicos quò ad obseruantiam quadragesimæ, vt in plus teneantur clerici, quàm laici, vnde Theleſphorus Papa sic Episcopis scribens ait statuimus distinct. 4. vt septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati à carne ieiunent, vt & aliquid ad pẽsum sanctæ institutionis adijciant, & eorum, qui in laicali ordine cõsistunt, obseruantiam sicut loco, ita religione præcellant, cap. denique distinct. 4.

Ta-

47 Tamen †illud est de consilio, quare dixit glosa, ponitur statuimus, pro consulimus, & abrogatum est per text. in cap. sacerdotibus de consecratione distinct. 3. vbi habetur, sacerdotibus omnibus est decretum, vt ante Paschæ solemnitatem non quinquagesima, sed quadragesima teneatur. Et ita litera nostra dum dicit. (Solutio quadragesimæ) includit omnes tàm laicos, quàm clericos ad illius obseruantiam à feria iiij. Cinerum.

XVI. Incurrunt etiam medici, qui dolosè, & scienter faciunt fidem tempore quadrage-
48 simæ alicui infirmo, † vel debili, quod eo tempore possint carnes, vel oua comedere; nam non debent excedere regulam Ecclesiasticam de abstinentia in die ieiunij obseruandam, vltra quam exigit causa, ob quam à ieiunio recedunt.

Alioquin si vltra excedunt, non carent culpa, & quidem mortali, cũ reseruatione Casus facta Bononiæ, si scienter faciũt, (verbi gratia) si infirmitas sit talis, quæ exigit infirmum bis, aut ter in die comedere, põt quidem licentiam concedere, vt pluries comedat, hoc est ter. Nõ tamen vt manducet carnes, cum causa infirmitatis hoc non exigat. Sic si infirmitas est talis, quæ vsum carnium exigat, & non plures refectiones, poterit indulgere, vt semel carnibus vtatur, non tamen vt eas pluries co medat, ita dixit Ioan. à Medi tract. 3. de ieiunio quæst. 9, ibi de infirmis.

XVII. Sed an inuoluatur Casu reseruato, qui dispensatus, vt possit comedere tempore qua-
49 dragesimæ oua, & lacticinia, †nõ ieiunat.

Respondeo, quòd non: Nam licet quis eo tempore teneatur ad duo, ad abstinentia à lacticinijs, & multò magis à carnibus, & ad ieiunandum, & qui Ecclesiæ præceptum adimplere nõ potest eo modo, quò debet, tenetur tamen seruare pro ea parte, qua potest. optimus textus in capit. cum dilecti de empti. vendition. Vbi si mandatum continet duo, si quis non potest ambo implere, tenetur ad alterum.

Tamen hoc procedit quò ad peccatum mortale, non tamen quò ad Casus reseruationem, quia Casus reseruatio, quæ loquitur de solutione quadragesimæ, intelligitur de comestione ciborum prohibitorum illo tempore, & non de ieiunio, vt supra diximus.

XVIII. Immunem tamen credimus à Casus reseruatione, non tamen à peccato, qui dispensatus, vt possit comedere oua, vel carnes, in eodem prandio,
50 vel cæna, comedit † oua cum piscibus. Quòd secus esset, si fuisset quid minimum causa excitandi appetitum, facit text. in capit. dilectus filius extra de homic. Quod secus esset, si

quis volens renunciare fauori suo, vellet vno die piscibus vti; & altero ouis, quia tunc non peccaret, Nauar. de obseru. ieiun. lib. 3. conf. 5. in antiquis.

XIX. Secundum synodum Neap. de ieiunio cap 11. in fine comprehenditur sub litera, qui in bullis, (vt aiunt) Cruciatæ
51 fretit comedunt carnes, aut oua, aut lacticinia, existimantes hoc sibi licere quocumque loco, quia vt dixit dicta synodus In Italia talis facultas locum non habet.

XX. Nec etiam erit casus reseruatus, si aliquis diebus quadragesimalibus, quo tempo-
52 re tanta famis inedia † ingruebat, quod magna pars populi propter annonæ inopiam periret, carnes comedere coactus esset, facit text. in cap. licet de pœniten. & remiss. quia necessitas non est subiecta legi; sed ipsa sibi facit legem, 1. quæstio. 1. cap. remissionem §. sed notandum, cap. discipulos de consecr. distinct. 5.

XXI. Circa confessionem
53 † insinuet confessor pœnitenti grauitatem criminis, vt diximus supra à num. 20. vsque 25. & vt in eo puniatur, in quo deliquit, iniungat in poenitentia, vt abstineat à carnibus die solemni Paschatis, & alio tempore, vt viderit illi expedire.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, vt valeat audire confessiones, qualis esse debeat.*

2 *Prohibitus recipere, nec potest in vno nummo.*

3 *Confessio, & absolutio non debent esse venales, et post absolutionem. num. 4.*

5 *Spontè oblatum potest à confessario recipi.*

6 *Confessor tripliciter potest aliquid pœnitenti imponere.*

7 *Satisfactio ad tria principaliter reducitur.*

8 *Eleemosyna magis satisfactoria, quàm oratio & ieiunium.*

9 *Petitio quid differat ab exactione.*

10 *Debitor non excusatur, si creditor non petit debitum ex timore reuerentiali.*

11 *Auaritia seruitus est idolorum.*

12 *Epilogus expositionis verborum.*

13 *Iudicium humanum si non debet esse venale, multò minus confessio.*

14 *Simoniacum est aliquid accipere in confessione.*

15 *Conatus etiam punitur pro datione spiritualium in pecunia.*

16 *Excommunicandus est, qui dat spiritualia pro aliquo temporali.*

17 *Est etiam expressè prohibitum.*

18 *Casus iste diuersimodè à locorum Ordinarijs reseruatur, vide num. sequen.*

20 *Confessarij exempti an sub casu cõprehendantur.*

21 *Pœna pecuniaria, quando pœnitenti possit imponi.*

22 *Confessor potest aliquid pœnitenti iniungere per modum declaratæ obligationis.*

23 *Res cum effectu est restituenda.*

24 *Dispositio per verbum aliquid verisi-*

rificatur etiam in minimo. num. sequenti.

26 Iudex esculentum, & poculentum quando recipere possit.

27 A nemine recipere valde inhumanum passim vilissimum, omnia auarissimum.

28 Eulogia quare sic vocentur.

29 Confessor recipiens munuscula absque delectu, an incidat in casum.

30 Surripientes modicum, an quandoque peccent mortaliter.

31 Munuscula, vt Moniales possint facere, quanta esse debeant.

32 Esculentum quãtum à moniali per diem consumitur.

33 Zenia, quòd non excedant aureos 100. An vera opinio.

34 Moniales quoties in anno possint munuscula facere.

35 Accipere esculenta, & poculenta, quæ non possunt consumi duobus, vel tribus diebus, an peccatum.

36 Et quid si non essent comestibilia, quòad personam.

37 Confessor an possit à pœnitente aliquid recipere, qui secum amplius non confitetur.

38 Consuetudo, vt confessor possit à pœnitente aliquid recipere in confessione, est irrationabilis.

39 Confessor qualiter se in confessione gerat.

De Confessarijs aliquid exigentibus nomine restitutionis, Cap. XI.

Qui aliquid à poenitentibus nomine restitutionis, aut satisfactionis, aut pro missis celebrandis in poenitentiam iniunctis exegerint, aut petierint.

EXPOSITIO.

QVi) Hoc est, quicunque sacerdos siue sæcularis, siue regularis ab Episcopo per examen, aut alias Castel Laneti in Apulea.

1 †idoneus iudicatus, & approbatus, vel beneficium curatum habens, vt parochus, iuxta Concil. Trident. sess. 23. cap. quamuis.

(Aliquid.) Intellige etiam quid minimum, quamuis vnus nummus, & ratio est, quia pro-

2 hibitus recipere, † non potest recipere nec etiam in vno nummo, licet alias dicatur, quòd de minimis nõ curat prætor, in l. Seio ff. de in integr restit. glosa in ca. cum causa verbo dimidia extra de empt. & vendit. Hinc dicit tex. in cap. statutum §. insuper de rescript. in 6. quòd iudex delegatus, qui debet iudicare aliquid, non potest etiam vnum nũmum accipere, quod multò magis dicẽdum est de beneficio absolutionis, quod cum sit Eccle-

3 siasticum, & spirituale, † nihil pro eo est exigendum, cap. nullus

lus Episcopus 1.q.1.glosa in ca. nemo versic. Celet extra de simon.83. dist. cap.1. Hostiens.in ca.ad aures extra de simon. numero 1.

(A poenitentibus) siue duret iudicium,hoc est. quia confessor non vult absoluere, nisi prius aliquid recipiat, siue finito iudicio aliquid exegerit ex causa confes
4 sionis factæ, † Et non obstat huic dicto textus in d.§.insuper. verbo qualitercunque . Vbi Geminianus illud aduerbium ponderando num. 10. dicit, quòd textus ille videtur includere tempus, quo durat iudicium . Quapropter iudex finito officio pôt licitè accipere aliquid spon
5 tè datum mera liberalitate †partis, pro qua fuit lata sententia ; quia hoc non negamus cessante fraude, vt videtur esse text.in c. quicquid 1. qô. 1. Sed existente fraude, vt in casu proposito, secus , vt dicit Gemin. in d.§. numero 10.

(Nomine restitutionis,aut satisfactionis) Aduertendum breuiter est tripliciter posse aliquid
6 † à confessario pœnitenti imponi secundum Petrum de Palude.

Primò exhortando,vt frequêter oret,faciat largas eleemosynas,& huiusmodi.

Secundò imponendo per modum specialis satisfactionis pro commissis peccatis,quæ quidem satisfactio ad tria principaliter reducitur,scilicet ad orationem,
7 † quæ est contra superbiam , ad ieiunium,per quod comprehenduntur omnia opera carnẽ affligentia,vt peregrinationes,vigiliæ,& disciplinæ,& ad eleemosynam, vt pro Missis celebrandis ,
8 quę est magis satisfactoria,†quã oratio, & ieiunium, D. Thomas in 4. sent.distinct.15.

Tertiò declarando communẽ obligationem,vt est illa, quæ cõcernit restitutionem damnorum datorum , aut malè ablatorum, siue acquisitorum , siue id, quod est omninò proximo satisfaciendum ex causa alicuius damni in rebus,vel in persona ob iniurias irrogatas , vel si aliquid specialiter esset imponendum à confessario pro eleemosyna , si vnum ex his petierit, aut exegerit, incurrit in casum reseruatum.

(Petierint,aut exegerint)hoc
9 est petierint † humiliter, & cum precibus, aut exegerint ab inuito,Cardin.in clem.fin.de censib. vbi Anchar. fallit in casibus notatis per glosam in l. soluẽdo.ff. de neg. gest. Hic vero satis videtur extorsio, si præcedit petitio ,& multò magis,si frequentata, quamuis sequatur spontanea solutio,& non coacta ; Ita Host. in cap. prẽterea 2.num.4.Verbo Extorquentes extra de iurẽpat. Quod eò magis procedit in casu nostro , quia sumus in pœnitente, qui videtur soluere confessori non spontè ; sed ob timorem reuerentialem , faciunt ea , quæ diximus in j. part. decis.lib.2.c. 132.num.17. vbi non excusatur debitor à peccato,si creditor ab eo non petat debitum ob timorem

10 rem reuerentialem, † quia eo casu creditor sciens sponte non remittit, aut dat dilationem. Igitur ex his omnibus concludendum videtur, q confessor nihil procurare debet à pœnitente directè, vel indirectè; & ratio, quare potuerit moueri huiusmodi diœcesanus, fuit, quia ab omni specie mali debent præcipuè personæ Ecclesiasticæ abstinere, cap. cum ab omni de vita, & honest. clericor. ne scandalizentur pœnitentes dicētes vbi est Deus clericorum, cap. magnę extra de voto.

Rursus ad euitandam auari-
11 tiam, † quæ est seruitus idolorū, vt extra de prębend. cap. auaritię, 28. q. 1. cap. idolatria, & mater omnium malorum, vt in auth. vt iudices sine quoque suffra. §. cogitatio colum. 11. quæ solet humanos peruertere status, 11. q. 3. cap. quatuor & cap. qui rectè, 3. quæst. 5. cap. accusatores, quare legitimis ictibus est ferienda, vt C. de inoffic. testam. l. si quis in suo, cum sit radix omnium malorum, 47. distinc cap. bonorum. de pœnitent. distinct. 2. cap. quia radix. extra de constit. cap. nam concupiscentiam.

Quicunq; ergo cuiuscumque
12 qualitatis sit † ritè confessor approbatus subditus Ordinario, qui etiam minimum, de quo de iure non habetur ratio, exegerit, hoc est ab inuito extorquerit, vel ob metum reuerentialē, aut petierit à pœnitentibus siue confessione audita, ante tamen absolutionem habitam, siue propè ante confessionem, siue data absolutione ex causa tamen confessionis factæ nomine restitutionis alteri faciendæ, vel pauperibus, fortè, quia restitutio esset incerta, vel satisfactionis pro peccatis commissis, vt iniungendo tot missas, quas sibi vult applicare, casu innodatur; sed modo deueniamus ad criminis grauitatem.

Grauitas.

EX ijs nosci potest grauitas huius criminis, & primo, si hu-
13 manum iudicium exterius † non debet esse venale, cap. qui rectè, cap. non licet, cap. quatuor 11. quæst. 3. nam citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere existimat nummis, cap. pauper ead. quæst.

Quantò magis non debet esse venalis absolutio in foro animæ facta, iuxta text. in cap. baptizādis, cap. nullus Episcopus 1. q. 1. cum acceptione nummorū peruertatur humanum iudicium, vnde & pro iusto dicitur. Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit, d. cap. qui rectè, & cap. quatuor. Et per Isaiam. Vt quid iustificatis impiū pro muneribus, & Eccles. cap. 20. Dona excecant oculos iudicum, & quasi muto ore auertunt correctiones eorum, & dicit iudicum simpliciter, ad innuendum verba intelligi de quibus-

buscunque iudicibus, siue laicis, siue Ecclesiasticis, siue sit iudiciũ in foro exteriori, siue interiori; Quare qui tale iudiciũ facit venale, maledictionem à Deo incurrit, ideſt peccatum mortale.

II. Sacerdos, qui approbatus eſt ad confeſſiones audiendas, tenetur ex officio illos gratis audire; ergo petendo, aut exigendo aliquid, ſimoniacum eſt,
14 † cap. vendentes, cap. ſeq. 1. q. 3. cap. 11. quæſt. 1. vbi habetur, q̃ non licitum ſpiritualia vendendo pro pretio gratiam Sancti ſpiritus emere: nam Sacramenta dicuntur ſpiritualia per cauſam, vide D. Thomam 3. part. qõ. 62. art. 1. Turrecrem. in ſum. 1. q. 1. num. 5. & in cap. 1. in princ.

III. Adeò iura deteſtantur eos, qui pro munere dant ſpiritualia, vendendo pro precio gratiam ſpiritus ſancti, vt nõ ſolum puniant exactionem; ſed etiam
15 conatum ipſum, † vt dixit gloſa in c. nullus Epiſcopus in verbo exigat 1. quæſtio. 1. quæ dicit vel etiam ipſe conatus eſt in deteſtationem criminis, 1. quæſt. 1. cap. qui ſtudet.

IV. Facit text. in cap. quicquid 1. quæſt. 1. vbi dicitur, quòd quicunque deinceps in Eccleſiaſtico ordine conſtitutus pro baptizandis, aut pro collatione Chriſmatis precia quælibet, aut
16 præmia, niſi voluntariè † oblata ad tempus quatuor mẽſium excommunicatione plectitur; Qui quidem tex. extenditur etiam ad eum, qui exigit pecuniam pro abſolutione, ex clauſula ibi in principio appoſita. Quicquid inuiſibilis gratiæ conſolatione tribuitur, nunquàm quæſtibus, aut quibuſlibet præmijs venundari pẽnitus debet dicente Domino; Quod gratis accepiſtis, gratis datæ.

V. Quia hoc eſt expreſsè prohibitum, vt ea, quæ pœnitentes
17 † reſtituere alteri, vel ſatisfacere habent, vt in expoſitione tex. ſiue debita, ſiue malè ablata, ſiue certa, ſiue incerta, aut quæ pẽnitẽs debet ſatisfacere alicui Eccleſiæ vigore ꝓmiſſionis Deo factę, applicentur per confeſſionem ſibi, vel fratribus ſui ordinis in aliorum præiudicium, procurando, petendo, vel extorquẽdo, iuxta textum, in clem. 1. §. quibus de priuil. ſed iam deſcendamus ad Deciſiones.

Declaratio Caſus per Deciſiones.

I. CAſus iſte à nonnullis locorum Diœceſanis † diuerſimodè reſeruatus inuenitur; Nã Nolæ ſic dicitur. (Confeſſarios aliquid in confeſſione pro miſſis dicendis, & pœnitentijs iniungẽdis exigentes, & petentes.) Vnde cum non reſeruetur exactio, aut petitio nomine reſtitutionis, ſi confeſſarius petierit aliquid à pœnitente, quod erat alteri reſtituẽdum, grauiter quidem peccabit; ſed non erit ibi caſus reſerua-

Andr. seruatus. Verum Andriæ sic fit reseruatio eiusdem casus cũ præsenti, excepto. verbo petierint. Quapropter fit, quòd si aliquis humiliter, & cum precibus aliquid à pœnitente petierit in cõfessione, non incurrit ibi casum.

Nolæ. Sic Nolæ, cum dicatur, (Qui aliquid in cõfessione) inde sequitur, vt si petierit confessor impensa

Ferr. absolutione non incidit. [At Ferrariæ habetur. (Qui aliquid à pœnitentibus nomine restitutionis petierint, vel exegerint) inde fit, vt extẽdatur Casus etiam ad confessarios, qui à pœnitentibus exigunt, aut petunt id, quod erat alteri restituendum; Idem habetur Mottulæ in Apulea. Additur

Mott. *Ferr.* etiam Ferrariæ, Qui aliquid à pœnitentibus exigunt nomine restitutionis, aut satisfactionis, aut promissionis, Hoc vltimum non est appositum ab alijs locorum Ordinarijs. Cuius nomine

19† intellige promissionem factam Deo de pecunia, vel eundi in peregrinationem, aut aliter; nam si confessor vellet commutare, sibi appropriando totum, vel partem, iuxta tex. iu clem. religiosi §. 1. de priuileg. incidit in casum reseruatum; Et hæc intellige de sæcularibus confessarijs, quia si essent religiosi exempti, secus; nam illi non dicuntur subditi

20 Episcopis; † sed immediatè Sedi Apostolicæ, 16. quæst. 1. cap. frater noster, de suppl. neglig. præl. c. sicut nobis §. fin.

II. Licet exigere, aut petere aliquid à pœnitentibus ratione restitutionis, aut satisfactionis, vel Ferrariæ promissionis nomine fit casus reseruatus, tamen si ei, qui est excommuni-

21 catus, † pœna pecuniaria imponitur, non quasi pretium absolutionis; sed quasi peccati pœna; tunc hoc licet, in quo tamen cauendum est, ne talis exactio cupiditati magis, quàm correctioni ascribatur, vt dixit Turrecr. in cap. gratia num. 1. verfic. Ad secũdum 1. quæst. 1. & habetur per Archid. in cap. quoniam dist. 18. vbi dicit, quòd ad tollendam suspitionem mali poena pecuniaria est in vsus pios conuertenda, cap. presbyteri de poenis. Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reformat. Nos latè in 1. volum. consil. lib. 5. de pœnis cons. 2 num. 23.

III. Non incurrit in casum confessor, qui pœnitenti iniungit per modũ declaratæ obligationis, vt talem rem restituat, quæ in specie extat, tali, & pœnitens

22 restituere renuit; † nam periculũ imminet scandali, vel maioris mali, quia tunc vel non idem restituendum in specie; sed æquialens est, Caiet. in verbo restitutio cap. 7. in fine, Sotus de iu. lib. 4. quæst. 6. art. 3. aut fieri debet restitutio secretò per confessorem illius rei, quæ extat; Quare si confessarius petat rem à pœnitente, & exigit, ita vt illam vero Domino restituat, & cum effectu restituit; Ita vt poenitens ipse non manifestetur, nõ incurrit in casum; Imò meretur, peragendo opus Charitatis.

Est

Est tamen res cum effectu re-
23 stituenda, † quia si restitutio nõ fieret, pœnitens ab obligatione non liberaretur, si hoc innotesce ret, ita Archiepisc. Florent. in sua summu. defecerunt libro 2. tract. de restitut. cap. 4. versic. Quartum. ad secundum. Vnde ad euitandam omnem speciem mali iuxta text. in cap. cum ab omni de vita,& honest.clericor. debet confessor à creditore acci pere singraphã, in qua confiteatur se accepisse tantam summam pro solutione eius,quod sibi debebatur sine nominis expressione, & tunc tradere pœnitenti,vt dixit Nauar.in Manuali cap.17.num.75.

IV. Incurrit etiam,qui à pę nitente aliquid minimum exige ret nomine restitutionis, vel satisfactionis; nam quamuis modicum non habeatur in consideratione, cap. & si quæstiones de simon. Tamen, quando dispositio loquitur per verbũ aliquid,
24 tunc verificatur † etiam in minimo propter naturam illius dictionis,optimus tex in cap.nihil 7.q.1. vbi minimum verificatur etiam in gutta aquæ,quia si quis deglutit per modum potus, effi-
25 citur non ieiunus, † ita q̃ celebrando committat peccatũ mortale, glosa in cap. ex parte de celebrat.Miss.D.Thomas 3.par. sum.q.81.art.8. facit etiam tex. in cap.statutum §.insuper verbo quicquid de rescript. in 6.Vbi iudex Ecclesiasticus nihil à partibus, nec vnum nummum recipere debet pro sententia ferenda, cap.non licet 11.quæst.3.ca. cum ab omni de vita, & honest. clericor. Sic testes nihil recipere debent pro testimonio ferendo, cap. si testes §. venturis 9. quæst.3.

V. Non tamen incurrit confessarius, qui aliquid à pœnitente reciperet comestibile,aut potabile spontè oblatum, quod dicitur ab esca, & potu; Ita facit text. in d. §. insuper. Vbi iudex esculentum, & poculentum me-
26 ra liberalitate oblatum, † quod paucis possit cõsumi diebus,hoc est duobus, secundum Archid.ibi numero 12. vel tribus secundum Hostiens. in cap. & si quæstiones extra de simon. recipere potest. Imò dicit text. in l. solent. ff. de offic. procons. quòd vetus prouerbium est.

27 A nemine accipere † valde inhumanum est, sed passim sine delectu vilissimum est, & omnia auarissimum. Quare cõfessarius, qui modum obseruat in istis Xenijs liberè oblatis recipiendis, vt neque morosè in totum abstineat,neque auarè modum Xeniorum excedat, non esset vituperãdus.Hinc etiam Archidiac. in cap. de Eulogijs distinct. 18. dicit, quòd hæc Xenia vocantur Eulogia, quę dicuntur dona, seu
28 munuscula, † ab eo,quod est bonum, quia cũ bono sermone reci piuntur, & inuicem benedicẽdo salutantur,& mittẽti grates vbe res referuntur. Et hæc Eulogia, seu Xenia (vt arbitror) dicit

Leo

Leo III. ad Episcopos Britaniæ non sunt rationabiliter quærenda, nec vltro delata respuenda; & ita dicit glosa, quòd quædam licitè possumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 4.q. 2.cap. placuit, d. cap. & si quæstiones, & liberalitas offerentis tollit suspicionem. d.c. de Eulogijs, Franchus in d. §. insuper. num. 2.

VI. Nec etiam incurrit in casum literæ, si passim à confessario sine delectu hæc munuscu-
29 la † recipiantur; nam & si vilissimum sit passim ab omnibus recipere, si tamen recipiantur non nomine restitutionis, casu non ligatur, quamuis malè faciat; Quinimò nec si Xenium adeò esset frequés, quod transiret in munus, quod tunc dicitur, quando est pretiosum, argum. tex. in ca. Apostolicæ §. placet extrà de donat. d. l. solent in fine. Licet crederé confessarium peccare mortaliter; Si hoc animo reciperet, & id, quod transit in munus, esset restituendum, argum. eorum, quæ diximus in nostris decisionibus in j. par. lib. 2. cap. 93. num. 18. de famulo, qui ab hero suo nõ surripuit nisi vnum quadrãtem, quia si sæpius illud multiplicat animo, vt sic deueniat ad notabilem quantitatem, tunc est peccatum mortale obnoxium restitutioni.

Et ita ex his videtur posse decidi quæstio mihi proposita à tribus doctissimis viris confessarijs monialium, quantum sint munuscula, quæ possint monia-
31 les alteri facere, † modò adsint circunstantiæ requisitę iuxta Cõstitutionem Clem. VIII. de largitiori munerum, quæ incipit. Religiosæ: ad quod diximus ea esse esculenta, & poculenta, quę possunt duobus, aut tribus dieb. consumi, per tex. in d. §. insuper, & §. plebiscito. Et volentes à me scire quantitatem huius esculẽti, & poculenti singulis diebus, dixi hoc esse arbitrarium, cum nihil sit à maioribus determinatum, d.c. de Eulogijs, verum ego non taxarem vltra Iulios duos
32 † cum dimidio, hac motus ratione, quia hac summa poterat monialis sustentari in die, etiam tempore infirmitatis, siue sit nobilis & delicata; Ita vt non possit vesci cibis grossioribus, arg. tex. in cap. nõ cogantur dist. 41. Iterum interrogatus quoties in anno poterat monialis donare, dixi, quòd in hoc non est tenenda opinio glosæ in cap. non licet 11. quæst. 3. quòd huiusmodi Xenia non debent excedere aureos
33 † centum per tex. in l. eadem in fine. ff. ad l. Iul. repet. quia ille text. loquitur de Vrbanis magistratibus, qui non debent accipere plus muneris in anno, quàm sit aureorum 100. & dedignantur iura Pontificia recipere leges ciuiles, quando contrariantur suis legibus, vnde cum textus in cap. cum ad monasterium §. 1. de statu monachor. velit, vt monachus non possit recipere munera; ergo nec dare, fit, vt ille

tex.

tex.in l.eadem non sit extendendus ad casum nostrum. Vnde crederem, quòd potest monialis
34 ex rationabili causa, † vel quæ patet manifesta, cessante fraude, quoties opus fuerit cum debitis circunstantijs donare hæc esculenta, & poculenta.

VII. Sed an sit peccatum accipere esculenta, & poculenta, quę non consumantur duobus,
35 vel tribus diebus, † dicò, quòd non per tex. in d.§.insuper. Vbi dicitur, q̃ possint consumi; non autem requirit consumptionem actualem, Ioan. Andr.& Gemin. ibi num. 4.

Et quid si non essent comestibilia, quò ad personam, vt si à pę nitente mittatur annona pro e-
36 quo, † quia confessor facturus est iter, Dicit Gemin.ibi num.4. in d.§.insuper, quòd licitum est recipere, quia litera ibi loquitur impersonaliter, vnde non debet tantum restringi ad esum, vel potum confessoris.

VIII. Quid si confessor fun-
37 ctus fuerit officio † suo cum pœnitente; nam cum alio confitetur; An tunc licitè ab eo recipere possit.

Respondeo quòd sic, quia causa prohibitionis fuit, vt purè, & sine corruptione iudicium fiat in confessione. Vnde cessante causa corruptionis, ex quo pronunciatum est, & ille cum alio confitetur, debet cessare dispositio legis, cap.cum cessante extra de appellat. facit tex. in d.§.insuper.verbo qualitercunque, ad excludendum quemcunque modum munerum; sed non dixit quandocunque,& sic videtur includere tempus tantummodo, quo durat iudiciũ, quare cessante iudicio, si acciperet aliquid nomine restitutionis, non includeretur sub litera.

IX. Includũtur etiam ij, qui nolunt impartiri beneficium absolutionis pœnitenti sine certa pecunia, si petunt pro beneficio absolutionis, cap.ad aures extra de simon.quia est simoniacum,&
38 si consuetudo sit, † q̃ pro absolutione petatur, quia illa non valet tanquam irrationabilis, extra de simon.ca. non satis,& qui darent pecuniam, vt absoluantur, alias non absoluendi, peccant, quia non debet committi peccatum etiam minus, vt cesset maius, 32.q.5.c.ita ne Zabar. in d.c.ad aures.num.1.

X. Circa confessionem interroget pœnitentem, si exegit, aut petijt pecuniam, & pecuniæ
39 nomine intellige † non solum pecuniam numeratam; sed omnia ea, quæ pondere, numero, & mensura cõtinentur, l.29.& seq. ff.de legat. 1. Quod si dixerit se exegisse, aut petijsse, interrogandus est: an ad hoc fuerit assuetus, vel si indirectè induxerit pę nitentem ad dãdum aliquid verbis ostendendo se velle aliquid ab eo, si nolit dare absolutionem, quousque non habuerit pecuniam sub aliquo colore figurato, q̃ illa vti velit pro necessitate Ecclesiæ, vel celebrare pro ani-

animabus pœnitentis, & cæt. atque postea conuertit pecuniam in suam vtilitatem; nam incidit in casum reseruatum, & inducat ad habendam contritionem, faciendo agnoscere criminis grauitatem, vt sup. diximus à nu. 13 vsque 18. Deinde eum faciat de scandalo pœnitentibus dato dolere, q̃ per ipsum causa fuit, vt blasphemetur nomẽ Domini ob scandalum pœnitentium, & dicẽtium. Vbi est Deus clericorum. Si ratione acceptæ pecuniæ absoluit quem non debebat. Si desinit à debita correctione peccatorum, quæ erat facienda. Detestetur auaritiam matrem omnium malorum, quæ animos peruertit humanos. Item q̃ fecerit venale iudicium confessionis, & ipsam absolutionem, Deinde iuxta mensuram cõtritionis potest eũ absoluere cũ firmissimo animo nõ amplius ad id reuertẽdi.

SVMMARIVM.

1 *Casus sollicitantium ad turpia quatuor continet.*
2 *Suspensionis nomen hic pro censura accipitur.*
3 *Pœnæ non debentur ante sententiã, fallit sub num. 4.*
4 *Sacerdos, qui eo ipso tenetur deserere officium confitendi, an tunc teneatur, si periclitaretur vita, vel fama.*
5 *Administratio Sacramentorum: an differat à Missæ celebratione, nu. seq.*
7 *Suspensionis ordinis ab executione intelligitur ab omni.*
8 *Ordini certo, quæ sint deputata.*
9 *Propè dictio quæ significet.*
10 *Cingendus de proximo habetur pro ciucto.*
11 *Quæ de proximo fiunt, habentur pro ijsdem.*
12 *Sollicitatio filiarum spiritualium an comprehendat adolescentes.*
13 *Sollicitare, attentarr, appellare, interpellare, & affectari, quid. num. 15.*
14 *Sollicitare fit aliquo exteriori signo.*
16 *Frequentatio assidua præbet nonnullam infamiam.*
17 *Peccare carnaliter qualiter intelligatur.*
18 *Exempti sunt immediatè Sedi Apostolicæ subiecti.*
19 *Sollicitatores fœminarum, & adolescentum de iure ciuili qualiter puniantur, & de iure canonico num. 22. sunt de hæresi suspecti. num. 23.*
20 *Voluntas sine effectu quandoque punitur.*
21 *Sacerdotum crimen sollicitantium, quàm grauissimum num. 24.*
25 *Cognatio spiritualis quare contrahatur cum filia spirituali.*
26 *Patrem occidens spiritualem non minus punitur, quàm qui carnalem.*
26 *Sacerdos carnaliter cognoscens pœnitentem, tria peccata committit.*
28 *Casus iste diuersimodè à Diœcesanis reseruatur, & ab Ordinarijs.*
29 *Sollicitans per lenonem quando cõprehendatur sub casu.*
30 *Sollicitans per alium tria peccata committit.*

31 *Sollicitans pœnitentem, quem non absoluit, comprehenditur.*
32 *Casus sollicitantis filiam, an comprehendat filium spiritualem.*
33 *Fœmininum an comprehendat masculinum.*
34 *Pœnalia ex se restringenda, quandoque amplianda.*
35 *Sollicitantes comprehenduntur etiã non deuenientes ad actum.*
36 *Sollicitans pœnitentem non ad præsens an comprehendatur.*
37 *Sollicitans filiam spiritualem comprehenditur, siue bonam fecerit malam, siue malam deteriorem.*
38 *Sollicitatus à pœnitente non continetur fallit. num. 40.*
39 *Sollicitans, quamuis statim pœniteat, non excusatur.*
41 *Sollicitans pœnitentem longè post confessionem: an comprehendatur sub censura.*
42 *Exemptus sollicitans eo ipso ab audiendis confessionibus est reprobatus.*
43 *Taciturnitas alicuius rei quando vitiet. gratiam.*
44 *Sollicitata quando possit detegere sollicitatorem. num. 44.*
46 *Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem.*
47 *Sanctum qualiter malis dicitur obesse.*
48 *Pœnitentiæ etiam à Canonibus impositæ sunt arbitrariæ.*
49 *Veniens contra votum morte subitanea multatur.*
50 *Pœnitens quahter inducendus ad contritionem.*
51 *Pœnitens ita à confessario constituendus, vt eius vultum intueri nequeat.*
52 *Pœnitentia secundum Canones imposita non mitiganda à confessore, nisi ex causa.*

De Confessarijs sollicitantibus pœnitentes ad turpia. Cap. XII.

Suspenduntur ipso facto tàm à Sacramentorum administratione, quàm ab ordinum executione quicunq; confessarij, qui siue in actu confessionis, siue propè cuiusuis sexus pœnitentes sollicitauerint, aut cum suis pœnitẽtibus quãdocunq; peccauerint; Exemptis verò ipso facto censeatur adempta nostra approbatio.

EXPOSITIO.

In diœcesi Co sentina.

1 VATVOR continentur in litera. † Primò pœna cõfessarij, qui est presbyter sæcularis, sollicitantis quemcunque pœnitentem ad turpia, quæ est suspensio ab administratione Sacramentorum, & executione ordinum.

Secundò declarat tempus sollicitationis, & dicit siue in actu confessionis, siue propè.

Tertiò extendit primum dictum ad confessarios, qui cũ suis pœnitentibus quandocunque peccauerint.

Quartò apponit pœnam exẽptis, vt ipso facto censeatur eis adempta approbatio.

(Su-

(Suspendũtur ipso facto) Hic
2 apponitur nomen † suspensionis, pro vt est censura Ecclesiastica. Et ille suspendere valet, qui excommunicare põt. Et per hanc suspensus exercere aliquem actũ prohibetur, qđ si exercet, meretur pœnas, de quibus infra, & incurrit in irregularitatem, vt ex Abbate colligitur in c. cum dilecta de maior. & obed.

(Ipso facto) Quamuis pœnæ secundum communem non debeantur ante sententiã condem-
3 nationis, † per glosam in cap. fraternitatis 12. quæstione prima, vt notant Doctores in cap. primo, & ibi per Decium in j. lectura nu. 72. extra de constit. etiam si pœna imponatur ipso iure, vel facto, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 2. c. 11. nu. 22. in fi. tamẽ fallit in censuris à canonibus inflictis, vt est interdictum, excommunicatio, & suspensio, c. quærenti de verb. sign. nam tales pœnæ cum nullum exigant iudicis actum, vt dixit Sylvest. in verbo pœna, & Franchus in c. Felicis §. nullus de pœnis in 6. fit, qđ statim, vt quis transgreditur factũ, tenetur abstinere. Couar. in regula peccatum 2. par. §. 8. num. 6. quamuis delictum fuerit occultum absq; vlla declaratione iudicis. Sed quid si delictum fuerit occultum, & confessor si abstine-
4 ret à confessione, † afferret maximum scandalum, vel dum abstinet, præcipitur à superiore, vt audiat confessiones, sicut prius; qđ si renueret obedire, periclitaretur eius honor, & fama; An tali casu statim teneatur relinquere officiũ confessionis, quod habet, cum tãto discrimine famæ, & honoris sui, vide quę supra diximus de allocutione cum monialibus. num. 25.

(Ipso facto) idem si diceretur statim, facit glosa in verbo innodetur in c. 2. de hæret. lib. 6. vel Mox. aut eo ipso. Archid. in c. 1. de sepult. lib. 6. vel omninò, glosa in l. j. §. pecuniã. ff. depositi; Aut protinus, vt notatur in c. quibusdam de pœnis, vel ipso iure, glosa in capitulo primo de rescript. in 6.

(Tam à Sacramentorũ administratione) vt solenniter baptizare, infirmos † in articulo mor-
5 tis vngere, Eucharistiæ Sacramentum alijs ministrare, assistere in matrimonio contrahendo, vt parochus, iuxta Cõcilium, facit glosa in c. significauit. verbo officium extra de corpore vit. c. adijcimus 16. q. 1. Non tamen à celebratione Missæ; ita glosa in d. c. significauit. verbo officium, Panorm. in c. si quorũdam nu. 8. de solut. Sylvest. in verbo suspensio q. 5. non longè à fine, Sayrus de censur. lib. 4. c. 7. num. 6.

(Quàm ab ordinum executione) si verba hæc non essent addita, vtiq; suspensus ab administratione Sacramentorum posset celebrare; sed tamẽ per hæc verba interdicitur omnis actus cuiuscũ-
7 que † ordinis; nam idem est dicere. Suspendo te ab ordinis executione, quàm ab executione quo-

rumcunq; ordinũ, Sylueſt. in verbo ſuſpenſio nu. 5. Non tamẽ ab actu primæ tonſuræ, cum illa nõ ſit ordo, vel Pſalmiſtatus, quare cum alijs canere poteſt; vt dixit Sayrus, qui ſupra, lib. 4. c. 4. & 10. Sunt ergo per hæc verba interdicta ea, quæ ſunt deputata certo ordini, quorum faciendorũ ſpecialis poteſtas traditur ordinato, vt in presbytero poteſtas cõſecrandi, ſolenniter baptizandi, gloſa in cap. qui ſub gradu diſt. 50. dicendi collectas in choro, Sylueſt. in verbo irregularitas §. 13. agendo hebdomadarium in horis canonicis, quod eſt ſacerdotis; item benedicere aquam luſtralem. iuxta Innocent. in capitulo primo extra de exceſſ. prælator. Francus in cap. primo §. caueant de ſentent. excommunic. in ſexto. In Diaconatu poteſtas ſolenniter canendi Euãgelium, in Subdiaconatu poteſtas canendi Epiſtolam cum manipulo. In accolito offerendi vrceolos, &c. igitur per hæc, quæ ſupra diximus non intendimus ſacerdotem poſſe ſolenniter canere Euãgelium, vel Epiſtolam; ſed per hæc verba.

(Suſpenduntur ab ordinum executione) confeſſarius tranſgreſſor eſt ſuſpenſus ab actu cuiuſcunque ordinis.

(Quicunque confeſſarij) Qui in ipſo actu confeſſionis, dum illos audiunt, ſiue propè, quod aduerbium ipſemet reſeruans in aduertenda verſic circa tertium declarat. dicens. Propè intelligi-

9 tur ſiue loco, ſiue tempore, † & etiam petita, & non audita confeſſione. Hoc eſt, ſuſpenduntur ipſo facto quicunque cõfeſſarij, qui ſunt in diœceſi ſtatuentis approbati, qui in ipſo actu confeſſionis, quando audiunt confeſſionem, vel propè, ideſt paulo ante, vel poſt, & ita refertur ad modicum tempus, iuxta tex. in l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. Bart. latè in §. ſi vero intra in authent de monach. facit etiam regula il-

10 la, † quòd qui de proximo eſt cingendus, habetur pro cincto. l. penult. ff. de teſtamen. milit. l. legato. ff. de leg. 3. ſic pro coniuncta, & copulata habetur carnaliter à viro illa, quæ de proximo eſt copulanda, Salic. in l. eam te in fine. C. de donat. ante nupt. ſic fructus de proximo recolligendi habentur pro recollectis, gloſa, & Bart. in l. diuortio §. interdum. ff. ſoluto matrimon. & Baſilica de proximo conſecranda habetur pro conſecrata, Abbas in c. Eccleſia in iij. not. extra de immun. Eccleſ. & qui de proximo eſt condemnandus, habetur pro condemnato. l. qui planè §. Diuus Pius. ff. de manumiſ. Sic qui proximè ſollicitauit ante confeſſionem, habetur ac ſi ſollicitaſſet in confeſſione.

Quod idem ſi poſt immedia-

11 tè: quia ea, quæ fiunt † de proximo, quamuis plura ſint, tamen præſumuntur, idem eſſe, vt notatur in l. nonnumquam. ff. de iudic. & ita ac ſi mulier ſollicitata eſſet in confeſſione.

Cu-

(Cuiusuis sexus pœnitentes) tollitur difficultas illa, quã nos in 1. volum. consil. lib. 4. de consang. & affinit. consil. 1. num. 45. circa vi apposuimus. An Casus (sollicitãtes filias spirituales ad
12 turpia,) † cõprehendat adolescẽtes. Cum hic dicatur. Cuiusuis poenitentes. facit text. in c. omnis vtriusque sexus de poenit. & remiss. ergo siue foeminas, siue adolescentes.

(Sollicitauerint) omissa duplici sollicitudine moderata, & immoderata temporali, de qua per Archidiac. in cap. perlectis nume. 10. distinct. 25. & in cap. si custos 27. quæst. 1. & per D. Thomam 2. 2. quæst. 55. art. 6. deuenio ad literam nostram. Sollicitantes. Vbi adnotandum est, q̃ habemus plura verba idem significantia, & Synonima, vt Sol-
13 licitare, † attentare, appellare, interpellare, & affectari. Nam attentare iuxta text. in cap. si quis non dicam rapere, cap. nemo, cap. quicunque de poenitẽ. distinct. 1. §. 1. & l. attentari. ff. de de iniur. fit cum aliquo actu exteriori, quo deprehendi, & probari possit voluntas alicuius; Exemplum ponit Turrecrem. in proposito nostro in d. cap. si quis tàm foeminam, quàm masculũ,
14 vt si attentauerit aliquẽ † aliquo exteriori signo, & actu, scilicet adulãdo, promittendo, sollicitãdo, blando, eloquio cum verbis lasciuis, & impudicis persuadendo ad rem veneream fẽminã, aut masculum; Ita text. in d. cap. si quis tàm fœminam, vt d. c. sollicitatores §. 1. Quod idem est sollicitare, sic licet interpellare de stupro, adulando, & persuadendo. Archid. in d. §. Qui puero, & tandem id agere, vt ex pudico impudica fiat, l. attẽtari, ff. de iniur. sic appellare est blando sermone alterius pudicitiam atten-
15 tare, † l. item quod Labeonem §. appellare. ff. eod. ti. Pariter interpellare, idem est, quàm sollicitare, Turrecrem. in d. cap. sollicitatores num. 1. sed affectari aliud est, quàm appellare, & sollicitare; nam appellat, qui sermone pudicitiam attentat; sed affectatur, qui tacitus frequenter sequitur. Assidua enim fre-
16 quentatio † quasi præbet nonnullam infamiam, optimus text. in l. item apud §. si quis virgines. ff. de furtis Vnde Hieronymus ad Demetriadem dicit, q̃ importuna visitatio infamat; vt habetur per Zabar. in cap. monasteria in fine extra de vita, & honest. clericor. igitur sollicitantes sunt, qui instant interpellant, attentant aliquo exteriori actu cum adulationibus, promissionibus, & precio mulieres, vt secum coeant.

(Aut cum suis pœnitentibus quandocunque peccauerint.) Hæc dictio, Aut significat diuersitatem casus, vt etiam expleta confessione si peccauerint cum suis pœnitentibus, sit suspensus; nam id significat quãdocunque, quocunque tempore.

(Peccauerit) intellige siue

17 fiat emissio seminis intra, † siue extra vas cum muliere quacunque, iuxta glosam in cap. mulier 32. quæst. 2. vel cum adolescente, vt supra.

(Exemptis vero ipso facto cēseatur adempta nostra approbatio) quia statutum Episcopi non comprehendit, nisi subditos statuentis, cap. vt animarum de cōstitut. in 6. facit text. in cap. à nobis 1. de sentent. excommun. sit, vt suspensio non comprehen-
18 dat † exemptos, qui sunt immediatè Sedi Apostolicæ subiecti, extra de suppl. neglig. prælat. cap. sicut nobis §. 1. cap. frater noster 16 quæst. 1. Sed apponitur reuocatio licentię, vt sicut in officio deliquerunt sollicitando, sic in eo puniantur per reuocationem licentiæ, factam ex iusta causa, per clem. Dudum de sepultur. & habetur in 1. volum. consil. per nos extra de poenit. & remiss. consil. 4. num. 22. Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

SI iura ciuilia grauiter puniunt attentatores foeminarum, & adolescentum: nam iniuriarum
19 actione † tenentur, qui tàm foeminam, quàm masculum impudicos facere attentauerint, vt est text. in l. sed est, cum lege sequen. ff. de iniur. Item tenentur de seruo corrupto, qui sollicitant ad agendum malum, vt persuadendo ad patiendum stuprum, l. j. §. qui igitur cum l. sequen. ff. de seruo corrup. In quibus iuribus ad detestationē huius criminis habetur, q̄ voluntas sine effectu punitur; Hinc patet, quòd sumus in atrocioribus delictis; nam in his affectus
20 punitur † non secuto effectu, clement. pastoralis verbo tractauerit, vbi Zabar. de re iudic. ita in specie dixit glosa in l. prima verbo propter. ff. de extraord. crimin. quæ intelligitur, quando volūtas pernitiosę libidinis peruenit ad aliquem actum, vt ad colloquium, vel oscula, vnde tex. in d. ca. sollicitatores §. qui puero dicit, q̄ perfecto flagitio capite punitur, & imperfecto in insulam deportatur, dicta l. prima quanto magis grauissimum erit
21 crimen sacerdotum, † quibus offeruntur peccatores, ante quos statuitur omnis langnor, qui in nullo debent iudicari, sollicitare ad turpia poenitentes.

Perfectò detestabile erit supra modum eorum crimen, qui in hoc sacramento poenitentiæ delinquunt. Vnde si quis cum ea, cuius confessionem audiuit, quicquam inhonestè, turpitervè egerit, aut eius pudicitiam attentauerit, vel ei inhonesta, & lasciua perpetranda suaserit, etiam si non fuerit deuentum ad actum, temporanea poena est acriter puniendus, sic disposuit Io. Matthæus Episcopus Veronensis tit. 11. cap. 3. suarum institutionum, vt refert eruditissimus ille, & animarum zelator

Ber-

Bernardus Diaz in ſua praxi ca. 84. At ſi ad actum turpitudinis deuenerit, multò maiori poena afficiendi ſunt, quia ſunt iſti tales ab omni officio deponendi, & peregrinãdo per annos viginti poenitere debent, vt dicit tex. in cap. ſi quis ſacerdos 30. q. 1. & quamuis tex. ille loqui videatur de filia ſpirituali ſimpliciter, quam tenuit ſacerdos in Sacramento Baptiſmi, aut confirmationis, iuxta tex. in cap. . §. ex datione de cognat. ſpirit. in 6.

Tamen idem eſt, ſi fornicetur cum ea, quæ per Sacramentum poenitentiæ fuit effecta filia ſpiritualis, vt probatur in cap. omnes 30. quæſtione prima, qui dicit. Omnes, quos in poenitentia accipimus; ita filij noſtri ſunt, vt in baptiſmate ſuſcepti. Et ſubdit, quòd qui hoc ſcelus perpetrauit, non ſolum dignitatis honorem amiſit, verum etiam vſque ad exitum vitæ ſuæ iugi poenitentia ſe ſubdit Quod gloſa ibi finalis intelligit de poenitentia interiori.

Quare meritò hic animarum Paſtor ad radicitus euellendum hoc crimen, appoſuit poenas ſupra taxatas: Imò hodie in tanti criminis deteſtationem contra ſacerdotes, qui in ſacris confeſſionibus poenitentes ad libidinem prouocauerint, cum malè de ſanctiſſimo poenitentiæ Sacramento ſentire videantur, eo abutentes, vti de hæreſi ſuſpectos, iure optimo procedunt
23 hæreticæ † prauitatis Inquiſitores, vt tradit Franciſcus Pegna in commentar. ſuper Direct. Inquiſit. parte ſecunda, quæſtione quinquageſimaſexta, ac ita in ſacris Inquiſitioris tribunalibus obſeruari teſtatur Ignatius Lopez in addit. ad Diaz in praxi crim. cap. 84. quod & iuſtiſſimè ordinauit, & decreuit Pius Quartus Pontifex Maximus, cuius renorem refert Stephanus Quaranta parte ſecunda. Verbo Confeſſor in ſumma Bullarij.

Et iuſtiſſimè ſane, cum poenitentes per Sacramentum poenitentiæ, quod eſt reconciliationis, prouocando, & prouocare tentando ad actus inhoneſtos, grauiorum peccatorum molè eos onerant, & in manibus Diaboli tradunt in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum pernitiem, Chriſtifidelium ſcandalum non modicum.

Grauitas etiam ex eo cognoſci poteſt, quia confeſſor venit contra vinculum cognationis ſpiritualis, quod ideò contrahitur inter confeſſorem, & poenitentem, vt tollatur peccandi
25 occaſio, † vt dixit Turrecrem. in ſum. 30. quæſtione prima numero nono.

Si enim eſt graue peccatum cognoſcere filiam carnalẽ, profecto quàm graue erit cognoſcere ſpiritualem, cum cognatio ſpiritualis proueniat ex venerabiliore parte, quam carnalis, vide optimum textum trigeſima quæſtione tertia, capitulo primo, & capit. pictauium, Abbas

in cap. finali de purgat. canonic. glosa in cap. qui dormierit 27. quæstione secunda, quæ tradit affinitatem spiritualem maiorem esse, quàm carnalem. Hinc alibi dixit glosa in cap. aut facta verbo parentem de pœnitent. distinctione prima non minus puniendum esse, qui interimit patrem spiritualem, quàm qui car
26 nalem, † quam sequitur Alexã. ad Bart. in l. Diuus, vbi Hippol. de Marsil. ff. ad l. Pompe. de paricid.

Cognoscens igitur eam; quam
27 audit in confessione, † quæ dicitur filia spiritualis, cap. omnes 30. quæstione prima, cap. finali vbi Gemin. & Franch. de cogn. spiritual. in sexto venit contra vinculum cognationis spiritualis, & ideo fornicatur, quia omnis illicitus coitus dicitur fornicatio, 23. quæstione quarta cap. meretrices. Committit sacrilegium 33. quæstione secunda, cap. si quis el 2. committit adulterium, quod connumeratur inter grauiora delicta, glosa in cap. finali. de purgat. canon. & potest Inquisitor contra ipsum agere.

Quare iustissimè imponitur hic pœna suspensionis ipso facto à Sacramentorum administratione, & ordinum executione, & exemptis adimitur approbatio, vt in quo deliquerunt, puniãtur; Sed modo deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsus iste à locorum Diœcesanis diuersimodè reseruari solet. Nam Trani simpli- *Trani*
pliciter reseruatur Casus. Confessorum sollicitantium ad turpia pœnitentes.

Quod idem habetur Surren- *Surr.*
ti, præterquam quod magis explicatur persona pœnitentis, siue masculus sit, siue foemina.

Additur etiam poena, quæ est licentiæ reuocatio ipso facto. sic enim habetur.

(Confessarij ad turpia sollicitantes filios, vel filias spirituales, quorum licentiæ ipso facto sunt reuocatæ.)

Verum Neapoli explicatur tẽ *Neap.*
pus sollicitationis, & dicit debere intelligi, vel quando audiũtur confessiones, vel post immediatè, & ita quò ad materiam concordat hic casus cũ illo Surrenti, & Trani; nam pœnitens comprehenditur tàm foemina, quàm masculus. Differt tamen à primis casibus, qa Neapoli est excommunicatio ipso facto, & sollicitatio in actu confessionis, siue post immediatè; quod idem habetur in Dioeceſi Consentina. siue in actu confessionis, siue prope. Sic. n. se habent verba excommunicationis Neap. (Sollicitan- *Neap.*
tes, seu inducentes quamcunque personam sibi cõfitentem ad res lasciuas, siue carnales in actu cõfessionis, siue post immediatè.

Ve-

Verum Caetæ circa huiusmodi Casum tria continentur. Primum filiam spiritualem sollicitantes ad turpia ante confessionem, vel post; ergo multò magis in actu confessionis.

Secundum, Est reseruatus Casus filiæ sollicitantis confessorem.

Tertium, Quando confessor sollicitat filiam post confessionē, motus ob aliquod auditum in confessione.

Sed Nolæ solum sic reseruatur. (Cum filiabus spiritualibus, & commatribus cōmiscentes. Ex quibus verbis fit, vt non intelligatur reseruatus Casus sollicitantium, & non commiscentium; Sed modo deueniamus ad explicationem Casus nostri principaliter.

II. Non comprehenduntur meo iudicio, qui sollicitarēt personas sibi confitentes per interpositam personam ad turpia, q̄ demonstratur per verbum illud. Qui siue in actu confessionis, siue propè sollicitauerint; nam licet maius sit peccatum sollicitate per lenas, quàm per se, quæ varijs promissionibus, & adulationibus trahunt infelices puellas ad malum. Hinc de iure puniuntur pœna mortis, vt in auth. de lenoni, §. præconizamus col. 3. licet de consuetudine secus, vt dixit Iulius Clarius lib. 5. §. fin. vers. lenones.

Nam qui per se sollicitat tantum ipse peccat, & mulier si cōsentit; sed qui sollicitat per lenā, trahit etiam ipsam ad peccatū, vnde rectè per glosam in c. noli de pœniten. dist. 1. dicitur, quòd plus est persuadere, quàm facere, argum. tex. in l. 1. §. persuadeff. de seru. corr. Tum etiam, quia qui per tertiam personam sollicitat, ipse sollicitare videtur, c. fi. dist. 8. vbi Geminianus notat, quòd ille loqui dicitur, qui explicat sermonem suum per alium. Tamen quia regulariter tali Casu ista sollicitatio fieri non potest in actu confessionis, nec ante, nec post immediatè, ideò sub litera non comprehenditur, verū si daretur casus, vt fieri posset post confessionem immediatè, tunc secus dicimus. Idem in Diœcesi Caietana, vbi confessor ex auditis in confessione motus sollicitaret filiam suam spiritualem ad turpia, nam tunc ex maioritate rationis fit extensio, vt etiam comprehendatur sacerdos, qui sollicitaret per lenam, vt nos diximus in 1. vol. consil. de cogn. spirit. cons. 1. circa quartū.

III. Comprehenditur sub Casu cōfessor, qui sollicitauerit pœnitentem ad turpia, quā non absoluit, sicut nos pluribus rationibus approbauimus vt supra, nu. 20. circa secundum. Tum per tex. in c. ad limina §. fin. & c. sequ. 30. quæst. 1. vbi in §. fin. habetur. Dicitur enim filia spiritualis, quæ ei peccata sua confitetur, & nō dicitur quę absoluitur; Tum etiam quia nemini debet dolus, & fraus patrocinari, 15. quæst. 6. cap. 1. & 20. quæst. 3.

c. con-

cap. constituit; sed confessarius posset denegare absolutionem suam, ne pœnitens fieret filia spiritualis, ergo.

Tum etiam, qui confessio, quã non sequitur absolutio, dicitur sacramentalis, modò fiat in recognitionem suæ culpæ, & sub spe veniæ, quare non est necessarium, vt confessio sit sacramentalis, vt pœnitens confiteatur, & absoluatur, quia tàm ea, quàm sequitur absolutio, vel non sequitur, est confessio, c. officij extra de pœnit. & remiss. Io. à Medi. C. de confess. tract. 2. q. 7. vers. Nec obstat.

IV. Quamuis hic nullum sit dubium cõprehendi sub hac censura, tàm confessarium sollicitãtem filiam spiritualem, quàm adolescentem, tamen dubitatur.

32 An idem sit, † quando dicitur, confessores filiam spiritualem sollicitantes, vt est Caietę. Nos pluribus rationibus affirmauimus in d. cons. num. 45. quòd sic. Nam licet dicatur filiam, & cõsequenter pessimum est exemplũ fœmineo vocabulo etiam masculos

33 comprehendi, † vt ff. de lega. ij. l. si ita sit scriptum. Vnde Archid. in c. si quis suadente nu. 14. 17. quæst. 4. dicit, quòd relatiuum illud (si quis) comprehendit etiam fœminam, quæ si in clericos suadente Diabolo manus iniecerit violentas, incidat in canonem. Tamen secus esset, si diceret. si qua: nam non traheretur Canon ille ad viros. Tamen in præsenti Casu contrariũ est dicendum, argumentando à mente ipsius Ordinarij, quæ videtur fuisse etiam comprehendere confessorem sollicitantem ad turpia masculum.

Tum, quia à fortiori ratione videtur cõtineri hoc crimen, qđ est eiusdem generis, quia comprehenditur sodomiæ crimen cũ fornicatione, vel contra naturã, vnde fit, vt si vetetur fornicatio, multò magis crimen nefandum, argu. tex. in cap. pœnale 14. q 5. c. meretrices 23. q. 4.

Tum, quia loquitur casus de his, quæ frequentes accidunt, non excludens ex hoc, quæ sunt eiusdem generis, imò grauioris, vnde quod dicitur in odiosis, & pœnalibus esse faciendam

34 strictam † interpretationem, nõ procedit in his, quæ sunt eiusdẽ generis, d. c. pœnale, & c. meretrices.

Tum, etiam, quia ideò forsitan Ordinarius tacuit maioris honestatis causa, ne pias aures molestaret, quod confessor id committeret, quod omnes fideles abhorrere debent.

Tum etiam, quia hic agitur de animarum salute ad euitanda maiora peccata, vnde in tali casu in pœnis facienda est extensio, Franchus in c. 1. de tempor. ordinat. in 6. Iason in auth. quas actiones nu. 25. C. de sacrosanct. Eccles. Pariter eadem ratione à maioritate rationis Casus Caietæ, qui loquitur in numero singulari (filiam spiritualem) extẽditur multò magis ad sollicitantes

tes filias spirituales, glosa in c. si compromissarius de elect. in 6. c. omnis lex. dist. 1. cum maius sit peccatum sollicitare plures, quam vnam.

V. Cum litera simpliciter loquatur de sollicitantibus, fit vt sollicitantes, & si non deue-
35 nerint, ad actum, † tamen ligentur, & comprehendantur sub litera. Ita tex. in c. sollicitatores de pœnit. dist. 1. Cuius hæc sunt verba (sollicitatores alienarũ nuptiarum, itemq; matrimoniorũ interpellatores, & si effectu sceleris potiri non possunt, voluntate tamen pernitiosæ libidinis extra ordinem puniuntur) qualis tamen pœna his assignetur, apponitur in eodem cap §. qui puero. Idem Archid. in c. nemo eod. tit. verbo attentatum vbi sufficit esse attentatum aliquo actu exteriori, scilicet procurando verbis impudicis, quamuis non fuerit secutus effectus. Est autem textus in l. item apud Labeonem §. abduxisse ff. de iniur. vbi abduxisse non tantum dicitur is, qui per vim abduxit, sed is, quoque, qui persuasit Comiti, vt eam desereret.

Tum etiam, quia aut non deuenit ad actum, quia filia spiritualis nullo pacto consensum, præstitit. Tamen quia per eum non stetit, quin ob prauum consilium illa deterior non fuerit effecta, incidit in Casum. Ne ex huiusmodi impunitate, & in aliã, quæ facilè posset corrumpi, hoc facere pertentet; facit optimus tex. in l. si quis seruo alieno C. de furt. Aut verò ad effectum, deuenire non potuit ex alio impedimento, & tunc etiam tenetur, quia per suam persuasionem iam filia spiritualis ad consensum venit, & ita ad actum exteriorem.

VI. Et si affirmauimus in d. cons. vnico nu. 34. quòd filiatio spiritualis in actu confessionis semper duret, & ita sollicitans filiam spiritualem sacerdos, quã semel audiuit, & modò non audit, incidat in casum. Tamen, contrarium credimus in Casu
36 nostro, quòd talis confessor † nõ sit suspensus, vel excommunicatus in loco, vbi contra sollicitantem adest excommunicatio, vt Neapoli, (v.g.) Audiuit cõfessor peccata Meuiæ in confessione anno 1600. & absoluit, quæ amplius non confitetur. Deinde, Anno 1603. sollicitat illam ad turpia, non comprehẽditur meo iuditio sub censura; nam litera loquitur, quando sollicitat pœnitentes; sed hæc modo nõ est pœnitens, ergo. Tum, etiam, quia requiritur vt in actu cõfessionis, vel propè, quod non est in præsenti Casu.

VII. Tenetur, & ligatur casu sollicitans, siue fecerit bonam filiam spiritualem malam suis
37 blandis persuasionibus, † promissionibus alliciendo ad delinquendum, vel si malam fecerit deteriorem. Et hæc semper intelligendo modò in actu confessionis, vel post immediatè, vt si

filia

filia esset omnino ad malum consensura, & illi persuaderet, vt se eum stuprum perpetraret, pateretur vè, l. 1. §. sed verum, cum l. seq. ff. de seruo corrupto: Sufficit enim ad incurrendam hanc censuram, vt sollicitet, & persuadeat: litera enim loquitur simpliciter, ergo simpliciter est intelligenda, argum. tex. in l. de precio ff. de public. in rem act. siue sollicitando fecerit malam, siue malam fecerit deteriorem.

VIII. Ex verbo sollicitantes, fit, non includi confessariũ, qui non sollicitauerit; sed vocatus à muliere sub prætextu infirmitatis, quia volebat confiteri sua peccata, fuit ab illa sol-
38 licitatus,† & metu, ne ab illa infamaretur, sicut minabatur; consentit actui nefando, quamuis peccauerit mortaliter, nam potius debebat mortem pati, quàm tale peccatum committere, cap. sacris de his, quæ vi pœnitens verò Caetæ includitur sub Casu.

IX. Ille etiam dicitur sollicitasse ad incurrendam censurã, qui pœnitentem prouocauerit ad
39 consensum, quamuis postea† statim pœniteat; nam quod est factum, nequit non fieri, l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuers. nam in maleficijs non consideratur perseuerantia, sed sufficit, si affuerit voluntas deliberata, etiam si incontinenti pœniteat. Turrecr. in c. diuortium de pœnit. dist. 1. Vnde non obstat tex. in d. c. diuortium, Vbi diuortium non fit, nisi cum animo perpetuam constituendi discessionem; nam loquitur de diuortio, quod fit calore iracũdiæ, quia illud non habetur ratum, nisi perseuerantia appareat iudicium animi fuisse. Sic crederem eum excusari, qui calore voluptatis nescies quid faceret, prouocaret fœminam; Deinde in se reuersus incontinenti poenitet, secus vero, si intercederet aliqua mora, & aduertentia, eò magis, si pœnitens scandalum iam recepit.

X. Confessarius, qni per viã superstitionum ad egit, vt poenitens nimio capiatur amore
30 carnali in seipsum, † & sic illum sollicitet ad malum, tunc censura suspensionis ligatur. Et hoc considerando mentem legislatoris, quæ potius est attendenda, quàm verba, 1. q. 1. c. Marcion. extra de verb. signific. c. intelligentia; nam licet secundum verba confessor non comprehendatur secundum mentem Ordinarij. Non enim dubium esset hoc voluisse, si de hoc interrogatus fuisset, alias fraus, & dolus confessori patrocinaretur, quod esse non debet, cap. dictum cum alijs concordantibus in glos. 30. q. 1. Esset etiam valde absurdum dicere contrarium, vnde ad hoc euitandum debet fieri extensio in poenis, vt notatur in clemen. fin. de poenis, hoc est sollicitare facto.

XI. Non cõprehenditur sub suspensione confessarius, qui suã

poe-

poenitentem sollicitauerit post
41 mensem ad malum, † motus ex dictis ipsius poenitentis, quia litera dicit, siue in actu confessionis, siue proprè, quod non videtur in præsenti quæstione; At secus esset, si talis Casus contingeret Cajetæ, quia comprehenditur quicunque confessor, qui filiam suam spiritualem sollicitaret post confessionem, motus ex auditis in confessione. Cum ergo non assignetur tempus, fit, vt quandocunque post illam. Verum si post mensem à tempore, quò confessa est mulier, illam sollicitauerit, non tamen motus ob aliquod auditum in confessione, secus esset nempe Cajetæ. Non tamen sic dicendum de confessario, qui quandocunque poenitentem agnosceret; nam tunc eò ipso est suspensus; vt patet in litera.

XII. Exemptus habuit licentiam audiendi confessiones per annum, cognouit, vel sollicitauit suam poenitentem post 11. mensem cum dimidio, & postea elapso anno, atque expirato tempore confitendi impetrat nouã licentiam, non expresso crimine; An talis licentia valeat, crederem, quòd non. Etenim post-
42 quam sollicitauit, † eo ipso est reprobatus, & suspensus ab audientia confessionum, ergo semel suspensus semper remanet suspensus, nisi prius per se, vel alium petat absolutionem, qua obtempta, & sublato impedimẽto poterit se præsentare, & admitti. Rursus talis reuocatio licentiæ videtur fuisse facta in fraudem, quia si iste expressisset crimen commissum, vtique non obtinuisset. Ergo tarciturnitas
43 eius, † cuius expressio mouisset principem ad denegandum, vitiat gratiam; Felinus in capit. postulasti extra de rescrip. Ita nos affirmauimus 1. vol. consil. lib. 5. de poenitent. & remission. cons. 7. num. 15. vers. circa quintum.

XIII. An benefaciat poenitens, qui nullo modo tanto facinori consentiens detegeret id alteri confessario † ad procurandum sibi remedium, si prius confessor non desistat ad turpitudinem sollicitare siue per se, siue per alium.

Respondeo, quòd nõ solum ad explicandam circunstantiã peccati proprij; Verum etiam ad prouidendum sibi remedium potest poenitens reuelare aliam personam. Est enim puella, quæ à confessario ad malum sollicitatur, & non desistit, & nec speratur correctio, tunc potest puella illum detegere non solum in confessione, sed etiam extra illam ei, qui potest prodesse, hoc est confessario, vel sacerdotibus, sic explicat glosa in c. hoc videtur 22. q. 5. ad petendum consiliũ pro vitando malo; nam qui in-
45 iuriam † alteri intentat, & ille perdurat, amittit ius suæ famæ, Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. ar. 5. ac perinde habet ius se defendẽdi, postquam remedia alia adhibue-

hibuerit cum detrimento famæ alterius, ita nos diximus in appendice ad decisiones lib. 1. c. 5. num. 6.

Vltima, Circa confessionem
46 satagat confessarius † ostendere poenitenti enormitatem criminis, vt supra diximus à num. 19. vsque 28. quòd in tantam proruperit iniquitatem, vt sacramento poenitentiæ in actu audiendi confessiones ausus fuerit, & quòd debuerit esse causa reconciliationis cum creatore nostro, redunnet in offensam diuinæ Maiestatis, & animarum iacturam, & Christifidelium maximum scandalum. Et ita quod est sanctum,
47 malis obest; Non quia id malum est; sed quia malus malè vtitur eo, quod bonum est ad sui pernitiem, facit tex. in c. & sancta de conse. dist. 4. Insinuet ei maximum scandalum, quod attulit puellæ sollicitatæ, quæ cõsensum non præbuit, & occasionem scãdali dedit, reuelando patribus, & maritis, qui ex hoc vxores, & filias ab hoc sacramento retrahunt, ne sic frequenter; sed rarius accedant. Insinuet ei poenitentias descriptas à sacris Canonibus, quam acriter puniebantur cum depositione ab omni officio, & peregrinatione per 20. annos, vt nos supra nu. 22. quãuis poenitentiæ sint arbitrariæ secundum glosam in cap. tempo-
48 ra 26. quæst. 7. etiam illæ, † quæ sunt à Canonibus impositæ, bona glosa in c. mensuram de poenitent. dist. 1. Qualitatẽ suæ personæ, quia sacerdos, hoc est sacer dux, & qui alios per optima vitæ exempla ducere debebat, suo malo exẽplo causa fuit trahendi vel traxit ab baratrum. Item qualitatem personæ sollicitatæ; An virgo; An cõiugata, vel voto castitatis astricta, & cætera quia tunc mortale vnius speciei efficeretur mortale alterius, & qualiter ipse venit cõtra votum implicitum castitatis, si est sacerdos sæcularis, non hominibus; 5
sed Deo, non coactè; sed spontè promissum. Vnde subitanea morte multari dignus est, c. Ananias 17. quæst. 1. c. dilectissimi 12. q. 1. Et si cognouerit carnaliter, insinuet, quòd maiora dignus est habere supplicia, cum non vnum; sed plura commiserit peccata, vt nos supra num. 27. Interroget etiam, si sollicitauerit, quando; An in actu confessionis, quando confessiones audiebat, si per se, vel lenam, quia tunc tria perpetrauit peccata. Quibus benè perpensis faciat, & inducat eum ad
50 contritionem, & gemitum † suorum peccatorum ex Dei Iudicijs in Luciferum, & primos Parentes, ex diluuio, & ciuitatum inũdatione, & quod supremum est, ostendatur vulneris grauitas ex remedij grauitate, & remedijs innumeris, quibus medicina confici debuit, & ijs consideratis ex corde gemat, iuxta tex. in cap. 1
consideret de poenitent. dist. 5. 2
In posterum deinde si coniectat confessor poenitentem ex corde 3
gemere, paratumq; esse ponendi

di se in potestate sua, & facere omnia pro recuperanda vitæ anima, quæcunque faceret pro vitanda corporis morte, inducat illum derelinquere cõfessionem, nisi illa vtatur ex obedientia, d. c. consideret §. in his omnibus, vel si derelinquendo afferret scãdalum, vt si esset Parochus, vel præesset confessioni monialium; sed omninò tollat peccati cãm; ita vt in posterum poenitentem
51 audiat, † vt alterius vultum intueri nequeat. Et confessiones non audiat, nisi in Ecclesia, in confessionalibus post solis ortum, & ante occasum, In venereis honestis verbis vtatur, & quàm paucis, ne poenitens discat à confessarijs quòd nescit. Deinde poenitentiam iniungat, moderando se iuxta illam impositam à Canone. (v.g.) Deponitur ab omni officio cognoscens carnaliter poenitentem hac ex causa poterit cõfessor mitigare, Ita glosa in d.capit. mensuram, cap. de his distinct. 50. Abbas in c. Deus qui de poenitẽtijs, & remissionibus; uam absque causa, non potest sacerdos recedere à Canonibus poenitentialibus ad ad libitum suum, vt nos diximus in j.par.decis.lib.1.c.31.nu.18.

SVMMARIVM.

1 *Proprium quid dicatur.*
2 *Vsus appellatione continetur quãdoq; proprietas.*
3 *Vsus differt ab vsufructu, & qualiter hic accipitur vsus, nu.seq.*
5 *Personæ incertæ, vel certæ quæ dicantur, nu.seq.*
7 *Personæ appellatione continetur Ciuitas, & ærarium.*
8 *Restituo dr quasi iterata situatio.*
9 *Peccatum graue confessarium recipere in proprios vsus alijs restituenda.*
10 *Gratis qui tenetur aliquid facere, recipiẽdo aliquid, turpiter accipit*
11 *Confessarius restituens ad tollendã suspensionem, ne sibi restituenda applicet, quid faciet.*
12 *Pœnitens, qui per alium restituit, non liberatur, si restitutio non fit.*
13 *Confessor applicans sibi, vel conuẽtui, quod est alteri restituendum, incidit in Casum.*
14 *Incerta sunt restituenda iuxta Diœcesani prouidentiam.*
15 *Casus huius reseruatio qualiter intelligenda.*

De Confessarijs appropriantibus alijs restituenda. Cap. XIII.

Confessarij recipientes in proprios vsus à pœnitentibus, quæ incertis personis essent restituenda.

EXPOSITIO.

(IN PROPRIOS VSVS) propriũ est priuatum, † quod ad se, & non ad alium pertinet, secun Papiam, 47.dist.c. sicut hi, circa me- *Trani*
1

medium ibi nemo proprium dicat. Quod est omnino prohibitum monacho, c. super quodam, c. cum ad monasterium §. 1. de statu monachorum, c. non dicatis, 12. q. 1.

(Vsus) Est nomen satis generale, vnde sub verbo vsus continetur etiam alienatio rei, in auth. de monach. §. illud quoque decernimus. Et vt dicunt Doctores, si quis prædium † alicui 2 concedit ad vsum, intelligitur etiam proprietatem eius concedere, ff. de donat. l. donationes §. 1. Dicitur etiam vsus, quando ius vtendi alicui datur, quòd vti possit prædio, aut domo ad necessitatem. Et differt ab vsufructu; nam cui vsus relictus est, po 3 test vti, † frui autem non potest, l. 2. ff. de vsu, & habitat. Minusq; est vsum legari, quam vsumfructum: Quare moriens fructuarius fructus collectos, non dum assumptos, aut dissipatos transmittit ad hæredes, vsuarius vero nõ; Desijt enim posse vti, vnde quicquid supereſt, aut percipiendorũ, aut perceptorũ fructum ad dominũ proprietatis reddit. Hic 4 verò dicitur † vsus, qñ quod alteri erat restituendum, confessarius receptum à pœnitẽtibus, eò vtitur ad fruendum, facit tex. in l. 5. in fine. & in l. 10. ff. de vsufru. earum rerum, quia vti est id, q̃ venit in vsũ, referre ad id, quod fruendum est.

(Quæ incertis) Incertæ per 5 sonæ sunt illæ, † de quibus facta diligenti inquisitione, qualis debet fieri ab homine diligenti, nulla haberi potest notitia, aut memoria, quibus esset facienda restitutio, Sylvest. in verbo Restitutio 8. Caiet. 2. 2. quæst. 62. ar. 5. in responsione ad tertium, Non tamen dicenda est in certa persona, si mihi compertum est me debere huic, aut alij; non tamen pro certo scio cui, (v. g.) si cum duobus ludens cum fraude lucratus sum, ignoro tamen cui tenor restituere, vt dixit Sotus de iu. & iu. quæst 7. art. 1. ad iij. argu.

(Certis) Certus autẽ clarus 6 & manifestus dicitur † ne dum re ipsa; sed etiam si de persona dubitatio non sit, ff. de decre. in ord. facien. l. 1. Dicitur etiã certa persona illa, quæ per indubitatas circumstantias, & aliqua appositа signa cognosci potest, l. certum ff. si cert. petat. quamuis ignoretur proprium nomen, de testib. c. licet. (v. g.) si sum debitor filij Petri, qui vnicum filium habet vel comitis talis ciuitatis, in qua solus vnus est, tunc enim dicitur persona certa per indubitabiles circumstancias.

(Personis) Ad hoc extra de fili. presbit. c. constitutus, & persona est per se sonans, & appellatione personæ hoc modo sumptæ continetur Ciuitas, Ecclesia, ærarium, & domus Imperatoris, l. mortuo ff. de fideiussor. in auth. de alie. & emphyt. §. si vero cõtigerit extra de conuers. coniug. c. dudum.

(Restituenda) Restitutio dicitur

8 citur quasi iterata † situatio, & importat quandã reintegrationem, seu renouationem, prioris situs quò ad locum, sicut eliminatus de loco, & in eo iterum collocatus dicitur loco restitutus, vnde restitutio est in pristinum statum repositio. Igitur Casus est reseruatus confessarijs, si recipiunt in proprios vsus à pœnitentibus ea, quæ sunt restituẽda certis personis, aut incertis.

Grauitas.

9 GRaue quidem est hoc peccatũ ob graue † scandalum, quod datur pœnitentibus, quare vitandum summopere est, vnde Apost. si scandalizatur frater, nõ comedam carnes in æternum, & Dominus in Euangelio contra eos, qui scandali præstant materiam, ve (inquit) homini illi, per quem scandalum venit, &c. & habetur in c. 2. de noui oper. nuntiat.

Rursus facit confessor actum turpem, & iniustum; Debet .n. confessionem audire gratis, & ipse accipit pecuniam, & quod est alterius, sibi appropriat. Vnde sequitur, quòd gratis tene-
10 tur † aliquid facere, si aliquid accipit, turpiter, & iniustè accipit, glosa in l 3. §. si tibi ff. de condit. ob turp. caus. Iason in l. 1. ff. eodem tit.

Itẽ quia videtur simoniacus, cõuertendo in vsus proprios id, quod restituendum erat pro beneficio absolutionis impendendo, c. ad aures, vbi glosa extra de simonia.

Præterea cõmittit furti, detinendo rem inuitis pauperibus, quib. erat res illa incerta restituenda, iuxta tex. in c. cum sis extra de iudæ. c. cum tu de vsur. & detinere rem inuito domino furtum est, l. 1. ff. de furt. vel quandoq; inuito pœnitente, qui credit rẽ illam restitui vel incerto Domino, vel pauperibus, vnde quando pœnitens non potest per seipsum restituere, quin se prodat, & ita cum damno famæ suę, nam furtum fuit occultũ, & hoc vult facere per confessorem, cui crimen est detectum in confessione, tunc confessarius, vel alia
11 persona † restituens ad tollendam quamlibet sinistram opinionem recipiat schedulam recognitionis ab eo, cui restituit, quã testetur se talem summam accepisse, tacitò tamen cautissimè nomine eius, qui abstulit, aut secretò detinuit, vt sic subripiens tutus sit, quod non teneatur iterato restituere. Etenim cum restitutio per alium fit iuxta regulã iuris; Qui per alium facit, perinde est, ac si per se facere videatur. si illa non fieret, si hoc postea deueniret in cognitionẽ pœnitentis, quòd confessor non
12 restituit; sed sibi retinuit, † non esset per hoc liberatus, vt dicit D. Antoninius, & subdit; Nec cõfidat de prædicatoribus, & confessoribus, ac quæstoribus, qui quærunt pecuniam, & non animarum salutem. At si pœnitẽs

scrupulis agitaretur, an restitutio per confessarium fuerit facta, modò de hoc non constet, satis credi potest, & debet fidei suæ si dixerit, quòd restituerit.

Rursus, committit etiam mẽdaciũ pernitiosum, quod est mortale peccatum, c. primum, c. animaduertendum, 22. q. 4. asserendo velle restituere, & deinde sibi appropriando.

Item, si religiosus est, proprietarius est, & voti transgressor.

Vltimo, Committit sacrilegium; Nam secundum D. Hieronymum pars sacrilegij est res pauperibus erogandas non dare pauperibus, & sibi appropriare.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. INcurrunt Confessarij, qui
13 malè ablata incerta † sibi applicant vel fratribus, aut conuentibus sui ordinis, cũ hoc vergat in præiudicium Ordinariorum; Ita tex. in clem. 1. §. quibus de priuileg. facit tex. in cap. cum tu extra de vsur. c. cum sit
14 de Iudæis. Vbi incerta † sunt secundum Diœcesani prudentiam eroganda, & distribuenda. Hostiens. in d. cap. cum sit: Nisi per testatorem fuerit deputatus executor, quia tunc hoc ipse faciet, Archidiacon. & Doctores in cap. 2. de testam. in 6. Zabar. in dict. §. quibus num. 7. Ioannes Calderin. de constitut. consil. 5.

II. Non credimus incurrere confessarium illum, qui quod erat restituendum incertis personis, præmissa diligenti inquisitione, vt decebat, ipse sibi non inuentis personis in proprios vsus recepit tanquam pauperi, si verè erat pauper: & ratio est, quia Christo, hoc est pauperibus, est erogandum id, quod erat restituendum incertis personis, d. ca. cum tu. & c. cum sis. Sotus lib. 2. de iust. & iu. quæst. 7. art. 1. Abstinere tamen debet ab hoc ad euitandum scandalum, cap. cum ab omni extra de vita, & honestate clericorum. Et ita non est deterioris conditionis confessor pauper excluso tamen scãdalo.

III. Non fit hic reseruatio,
15 vt confessor † non possit restituere incerta pauperibus, de quibus controuertitur apud omnes; An hoc fieri possit; sed solum, quòd non sibi appropriet, & imbursetˌ quod est valde exagerandum, & inhibendum, ne id in postremum fiat sub pœna aliqua, addita graui pœnitentia.

SVMMARIVM.

1 *Corrumpere verbum idem est quod inficere.*

2 *Corrumpere dicitur, qui ita literas deleuit, vt legi non possint.*

3 *Commixtio sexus qualiter fiebat in statu innocentiæ.*

4 *Corrumpere mulierem multiplicˆter dicitur.*

5 *Corruptio transfertur ẽt ad mortẽ.*

6 Mo-

6 *Moniales dicuntur professæ siue virgines, siue viduæ, vel conuersæ.*
7 *Corruptionis crimen est grauissimum, abhorrendum, & nefarium.*
8 *Corrumpens Monialem tria peccata committit.*
9 *Clerici ob hoc merentur perpetuã depositionem.*
10 *Laicus pœna vltimi supplicij plectendus est.*
11 *Eucharistia pro tam horrendo crimine deneganda.*
12 *Carcerati pro tali crimine non communem vitam; sed duriorem agere debent.*
13 *Corrumpens monialem per fractionem virginitatis, siue aliter remanens virgo incidit in casum.*
14 *Corruptio in moniali potest esse, etiã si non fuerit corrupta in parte, in qua mulier efficitur.*
15 *Persuadentem ad coitum non credimus incurrere in hunc casum. Sed sic in excommunicationem Synodalem Neapolitanam, nu. 4.*
16 *Corrupta dicitur monialis, siue virgo sit, vidua, vel conuersa, modò sint conuersæ.*
17 *Non tamen, si esset nouitia, licet à nemine corrumpens absolui possit nisi à summo Pontifice.*
18 *Comprehenduntur sub litera etiam corrumpentes extra claustra.*
19 *Confessor qualiter pœnitenti innotescat grauitatem criminis.*

De Corruptoribus Monialium. Cap. XIIII.

Corruptores Monialium.

EXPOSITIO.

CORRVMPERE *Salerni, & Nola.* verbũ idem est, ac inficere, & cõtaminare, † l. si seruus §. inquit lex ff. ad l. Aquil. vbi qui lolium, aut auenam in segetem alienam seminando iniecit, vel vinum acetum fecit, vitiando, vel vestimenta inquinauit, vel frumento arenam, vel quid aliud miscuit, vt difficilis separatio sit, corrupisse talia dicendus erit, d. §. inquit lex, & §. item si quis eo. tit. 1

Item si quis literas ita deleuerit, vt legi non possint, † corrupisse is rectè dicitur, l. qui tabulas, ff. ad l. Aquil. l. Neratius §. si seruo ff. de seruo corrup. Quandoque verbum hoc ponitur pro generare, vnde corruptio vitij est virtutis generatio, quia corruptio vnius contrariorum per se est generatio alterius, vt rectè explicat Archidiac. in cap. cum renuntiatur num. 2. 32. q. 1. Nõnunquàm accipitur pro clausurorum apertione, & ita corruptio dicit violationem integritatis, vnde vt refert Gabriel in 4. sentent. quæst. vnic. distin 20. art. 3. versic. Secundo du- 2

bitatur ; secundum opinionem Sanctorum, & Doctorum in statu innocentiæ commixtio sexus facta fuisset sine probrosa, & fœda delectatione, & partus sine dolore, non tamen cum carnis integritate. Hinc mulier dicitur corrupta, quæ non est virgo, l. alioquin §. 1. ff. de contrah. empto. l. si collactaneus ibi virgo, aut mulier ff. de manumiss. vindi. Vnde corrumpere est violare, & polluere, quæ quidem potest multipliciter contingere, aut per vim absolutam, de qua per Beatam Luciam. Si inuitam me feceris violare, castitas mihi duplicabitur ad coronam, 32. quæst. 6. item potest fieri corruptio absque seminum commixtione, vt si fuerit impubes, adeò quòd non possit sentire pruritū, nec semen emittere, potest etiã fieri sine membro naturali, vt quæ ex furore libidinis prouocat in se seminis effusionẽ vel digito, vel alio modo contra naturam, rumpens sigillum virginitatis suæ, vel etiam supponendo se pecori, vel ferro, aut palo se corrumpit; Ita Aluarus de planctu Eccles. lib. 2. cap. 82. col. 2.

3 Transfertur etiam hoc verbum ad mores, † vnde corrumpitur animus serui, si ei persuadeatur, vt dominum contemneret, l. corrumpitur ff. de seruo corrup. & sæpè malorum consortium corrumpit bonos, 28. q. 1. ca. sæpè malorum iuxta illud. vna ouis morbida totum inficit gregem, ff. de acti. empti. l. Iulianus 40. distinct. cap. sed aliud extra de statu regul. l. ea, quæ. sic tex. in c. quatuor 11. q. 3. dicit animum iudicis precio corrũpi, idest inuitari; At hic qualiter sumatur, manifestum erit in decisionibus.

(Monialium) De hoc verbo supra latè diximus tit. de allocutione monialium, in expositione literæ, sufficit, vt nunc ad-
6 damus, siue moniales † sint virgines, siue viduæ, c. viduas 27. q. 1. c. si quis sacro, & c. de viduis, siue sint conuersæ professæ, expressæ, vel tacitè, cap. vt lex 27. quæst. 1.

Corruptores igitur dicuntur, qui violant, aut fœdant integritatem siue tacitè, vel expressè professę, siue frangendo claustra pudoris, siue non, aut cum commixtione vtriusque seminis, aut sine; Sed modo deueniamus ad grauitatẽ criminis.

Grauitas.

GRauissimum est hoc crimẽ, 7 † vt dicit Phil. Decius cõsil. 338. num. 1. & consil. 611. num. 3. & Archidiac. in cap. impudicas 27. quæst. 1. vocat horrendum crimen; At Caccialupus in l. si qua illustris, C. ad senatus consult. orficianum vocat nefarium coitum cum illa, quæ ante immortali se Deo coniunxerat, capit. quæ Christo, 27. quæstion. 1. in fine. Vnde talis coitus

coitus secundum glosam in c. virginibus 27. q. 1. vocatur incestus, sacrilegium, & adulterium. In-
8 cestus, quia committitur cum illa, quæ ante immortali se Deo coniunxerat, c. quæ Christo, 27. q. 1. in fine. & incestus, vt cum affine, sic cum consanguinea fit, 32. quæst. 7. cap de incestu. Item adulterium est, quia spōsam Dei corrumpit, vnde quæ hoc crimē admisit, non mariti; sed Christi adultera est, c. quod si pœnitentiam 27. quæst. 1. Item sacrilegium, quia quælibet monialis ex quò est Deo specialiter dedicata per votum, est res diuina, & rei diuinæ iniuriosus vsus est sacrilegium. Hinc vocatur sanctimonialis, dist. 23 c. sanctimonialis; Ad hoc optimus tex. in c. sciendum 27. q. 1. & c. de virginibus. De hoc habetur per Abb. in c. monast. de vita, & honest. cleric. per Afflict. in const. si quis rapere. Affert ēt hoc crimen grauissimum opprobrium religioni, Franch. in c. vnico nu. 2. de statu regul. lib. 6. Hinc grauitas huius criminis cognoscitur ex graui pę
9 na, quę imponitur; nā clerici † merētur perpetuam depositionem, datò, quòd talis fornicatio nō sit notoria, nec diù continuata, Do. Anto. de Butr. in c. at si clerici de iudic. Est etiam detrudendus in perpetuo carcere monasterij priuatus officio, per tex. in cap. si qua monachorum 27. quæst. 1. & c. si qois Episcopus, & c. si qua eadem. quæst. & causa. At in foro exteriori laicali laicus, qui hoc crimen perpetrauit, pœna vltimi supplicij plectendus est,
10 † cum bonorum adiudicatione, monasterio, vbi morabatur talis monialis.

Et hoc procedit de iure ciuili, & canonico, vt est tex. in § pę nulti. in auth. de sanctiss. Episc. & in c. si quis rapuerit 27. q. 1. & habetur in l. si quis non dicam rapere C. de Episc. & cleric. & punitur pœna mortis, licet delictū sit solum atttentatum, vt tenet. Salic. & Paul. de Castro in d. l. si quis non dicam. Bossius de coitu damna nu. 79. At Monialis debet extrahi de illo monasterio, vbi erat, & debet reponi in alio monasterio in carcere, vbi cautius debet custoriri, ne rursus in eodem crimine reperiatur, c. impudicas 27. q. 1. Essetq; ei pro tā
11 horrendo crimine † deneganda Eucharistia, & nec ei aliquid deperit; nam sufficit quod credat, de consecr. dist. 1. c. vt quid paras ventrem, & negari debet ad conseruandam Ecclesiæ disciplinam, & terrorem, vt videntes timeant committere talia. Præterea hoc fit ad verecundiam, & pęnam, vt prohibeatur ab eo, qđ de iure ei competit; Ita Archidiac. in d. c. impudicas; Misericorditer tamen viaticum in fine cōcedi potest, d. c. de virginibus, & c. si quis sacro ead. quæst. Et in carceribus non debent isti ducere communem vitam circa vi-
12 ctum, † sed duriorem; Host. & Abb. in c. quoniam de simo. sed is, vel ter in hebdomada est eis-

nistrandus panis, & aqua, ne si semper hoc fiat, vita taliter attenuetur, vt verisimiliter morerentur, quia tunc non euaderent prælati hoc permittentes pœnã irregularitatis, facit tex. in cap. nouimus de verb. signif. ibi sustendandus, ergo non perimendus, Abbas in c. à nobis de simo. & si quando dispẽsatiuè excarcerantur, debent esse in nouissimo loco, facit tex. in d. c. quoniam §. quod si fortè, & si clerici sunt, suspensi sunt ab ordinum executione, vt ibi per Doct. Ad hæc quàm grauissimè peccet violans monialem, videat quæ diximus in 1. vol. consil. lib. 5. de adulte. cons. 2. nu. 8. Est etiã corruptor inter bigamos computandus, quia repelletur à promotione, & testificatione clericorum, sicut bigami, Turrecr. in c. quot quot 27. q. 1.

Perpendendũ igitur erit quantopere crimen istud horrendum adeò, atque grauissimum sit, cũ incestus, sacrilegij, atque adulterij iniquitatem contineat, cũ pœna omnium grauissima puniatur; Nempè in clericis depositione, carcereq; perpetuò, velut etiam in moniali, atque Eucharistiæ priuatione. In laicis autẽ vltimo supplicio, & priuatione bonorum. Ita vt præter ista, bigamiam etiam videatur incurrere; sed iam descendamus ad decisiones. Quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

1. CVm litera loquatur simpliciter, & nullam distinctionem faciat de corruptione, nec nos distinguere debemus, l. de pretio ff. de in rem verso, maximè in casu isto tam atroci, & nefario, vnde saluo semper meliori iudicio intelligerẽ casum non solum in eo, qui fregit claustra
13 virginalia, † vel inueniendo fracta cum moniali coiuerit; sed ẽt, si eam fœdauit, & remansit virgo, quod fieri potest per concubitum, complexum, confabulationem, & osculationem. Sic. n. licet incorrupta fuerit inuenta virgo ea parte, hoc est eo membro, quò mulier potest esse, tamen dicitur corrupta ex alia
14 corporis parte, † ita est optimus tex. in c. nec aliqua 27. q. 1. vbi Cyprianus ad Pomponium, de virginibus sic inquit. Et si incorrupta inuenta fuerit virgo ea parte, qua mulier potest esse, potuerit tamen ex alia parte corporis peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici nõ potest. Cæterum ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & coniacentium duorũ turpis, & fœda dormitio quãtum dedecoris, & criminis confiteatur.

Et ita Casum istum reseruatũ inuenio Regij, Casu xj. {Qui Moniales attrectauerint.} Bononiæ Casu v. obscenitates, aut alia cri- Regij. Bononiæ.

crimina grauia cum Monialibus quomodolibet tentantes. Vbi per hoc verbum. Obscenitates, & aduerbium quomodolibet comprehenduntur tentantes illas ad impudicitiam turpibus verbis, leg. item apud §. qui turpibus, ff. de iniur. aut blando sermone; vt §. si quis virgines, & §. appellare eodem tit. vel mittentes literas, aut imbasciatas continentes turpia, vel loquentes de turpibus per interpositam personam, aut per signa, vel nutus. Gemin. in c. fi dist. 8.

II. Credimus immunem esse à litera tex. qui monialē hortatur ad coitum, vel pertractando cū ea de rebus obscenis, verbis, aut tactibus impudicis, siue
15 nuntium transmittendo; † nam incurrunt Neapoli excommunicationem Quartam, non tamen hanc, & si dolo malo persuaserit moniali, vel quæ erat bonæ frugi ad delinquendum, vel illi, quæ erat etiam factura. Non. n. oportet laudando augere malitiam, siue ergo bonā fecerit persuasionibus per se, vel alium, directè, vel indirectè malam, siue malam deteriorem, non dicitur corrupisse, sed videtur; Ita tex. in l. 1. §. qui igitur, ff. de seruo corrup. quod quidem verbum denotat fictionem l. 1. §. cæterum, & §. deiecisse ff. de vi, & vi arma. Tum etiam, quia tex. noster loquitur de corruptione, & non de attentatione.

III. Corruptores monialiū dicuntur, siue moniales sint, siue sorores, siue virgines, siue viduę,
16 † siue choro sint addictæ, siue cōuersæ, modo emiserint professionē expressam, siue tacitā, vt de viduis est tex. in c. viduas 27. q. 1. quæ accipiunt velū professionis; sed non consecrationis, quod solum datur virginibus, Turrecrem. in d. c. viduas. & de conuersis est tex. in c. vt lex 27. q. 1. Hinc etiam Casus reperitur reseruatus Caetæ, dum dicitur, (Peccatum cōsumatum cum muliere, quæ emisit votum solenne Castitatis, qui quidem Casus infra declarabitur. Caet.

IV. Immunem esse à litera credimus, qui corruperit monialem non professam. Tum per
17 † tex. in cap. religioso §. 1. de sent. excom. in 6. vbi religiosus tunc dicitur cum effectu, quando est expressè, vel tacitè professus. Tum etiam, quia iura, quæ in hac materia locuntur, videntur intelligi de monialibus professis, ita tex. in c. peruenit, ibi Deo sacratam, c. virginibus verbo post dictum Deo propositū, c. si quis sacro eo. verbo §. si qua virgo, cap. virgines 27. q. 1. ergo cū Casus iste nō sit expressus, sed simpliciter loquatur de monialibus, videtur intelligi in propria significatione, scilicet de professis, vt intelligatur iuxta dispositionem iurium, sic Bossius de coitu damnato loquitur de coitu cum moniali professa, & multò magis si corrumperet mulierem laicam, quamuis in foro interiori, cum ingressus fuerit

monasterium malo fine à nemine poterit absolui, nisi à Summo Pontifice, vt diximus supra 1.lib.c.5.

V. Comprehenduntur sub litera corruptores monialiũ, quas
18 extra claustra corrumpunt; † nã licet litera videatur intelligi de illis sanctimonialibus, quæ existunt sub clausura, iuxta text. in ca. vnico de statu regul lib.6. & in Concil. Trident. sess. 25. c. Bonifacij; Tamen si fortè exeunt ex causa rationabili, & manifesta, & de speciali licentia, vel sine ea, & essent corruptæ, vel absque corruptione per commixtionem corporum fœdatæ, vtiq; comprehenduntur; nam cũ simpliciter litera dicat: Monialium corruptores, & non exprimatur de loco, ergo generaliter Casus est intelligendus, siue corruptio sequatur intra claustra, siue extra.

Vltima, Huius criminis grauitatem præter ea, quæ supra diximus in verbo Grauitas. Inno-
19 tescat cõfessarius pœnitẽti † sub his verbis quæ protulit Cyprianus ad Pomponium, & habẽtur in cap. nec aliqua 27.quæst.1. si superueniens maritus sponsam suam iacentem cum altero videat, nonne indignatur, & fremit, & per zeli dolorẽ fortassis, & gladium in manu sumit. Quid Christus Dñs, & Iudex noster cũ virginẽ suam sibi dicatã, & sanctitati suæ destinatam iacere cũ altero cernit, quàm acriter indignatur, & irascitur, & quas pœnas incestis huiusmodi cõiunctionibus comminatur, cuius, vt gladium spiritalem, & venturum iudicij diem vnusquisque fratrũ possit euadere, omni cõsilio prouidere, & laborare tenetur.

Colligimus itaque corruptorem, siue fœdatorem monialium tàm per claustrorum virginaliũ violationem, quàm sine, censuram præsentem incurrere; Non tamen hortatorem tantum ipsarum ad coitum, licet alibi Synodalem incurrat; Quarum nomine quascunque intelligimus, modò sint tacitè, vel expressè professæ, ob id corrumpentem non expressè, vel tacitè professam ab hac censura censemus immunem, licet ob clausuræ violationem à nemine nisi à Summo Põtifice possit absolui. Quæ clausura ad incurrendam censuram non est necessaria, siue enim monialẽ professam violet intra, vel extra clausuram, procul dubio huiusmodi censura ligatur, vt latè explicauimus.

SVMMARIVM.

1 *Patris appellatione non continetur auus.*
2 *Sed bene pater naturalis.*
3 *Vir vnde dicatur, & quatuor modis nominatur.*
4 *filia excludit nepotem, & naturalem, nu. 6.*
5 *Filiorum quadripartitus ordo est.*
7 *Vxor vnde dicta.*
8 *Consentire quis dicitur multipliciter, nu. 12.*

9 Lenocinij duæ sunt species, numerus seq.

11 Prostituere verbum quid denotet.

13 Lenocinij peccatum vno est grauius.

14 Lenones dicuntur homicidæ, & quare.

15 Lenocinium maius delictum, quàm adulterium.

16 Lenones vocantur scelesti fures.

17 Dicuntur infames, & qua pœna plectentur, nu. seq.

19 Consentiens quando minus peccet, quàm faciens.

20 Leno dicitur propriè vẽdens filiam ad peccandum.

21 Filiorum appellatione propriè veniunt filij primi gradus.

22 Filiarum appellatione non continentur filij; Tamen quandoque maschuli comprehenduntur, vt hic.

23 Pater naturalis an comprehendatur sub casu.

24 Et quid si pater consentis; sed filia erat factura.

25 Incidit maritus dans vxori causã remotam adulterandi, nu. 28.

26 Nec excusatur, si prætextu paupertatis hoc facit, licet alleuietur pœna in foro exteriori. num. sequent.

29 Consentiens indirectè adulterio vxoris etiam incidit.

30 Adulterans an licitè recipiat præmium. num. seq.

32 Vir vt agens plus laborat in actu carnis, quàm mulier.

33 Maritus, qui patitur vxorem delinquere non ob quæstum; sed ob negligentiam, vel aliam causam, an incidat.

34 Pater prostituens filiam, multò magis peccat, quam consentiens.

35 Vxorẽ permittens mechari ob scandalum vitandum, an peccet.

36 Innocens an possit propria auctoritate ab adultera discedere.

37 Non impediens, vel prohibens vxorem adulterari, an incidat, nu. 49.

38 Filiam relinquens ad meretricandum incidit, & de caupona. num. sequent.

39 Vendens vxorem ad meretricandũ dicitur propriè Leno.

41 Verba sunt accipienda in proprio significatu.

42 Extensio quando fiat ex maioritate rationis.

43 Prohibito vno omnia prohibentur, per quæ peruenitur ad illud.

44 Pater an incidat, si consensus non peruenerit ad effectum.

45 Statutum puniens tractatum facientem, non requirit consumationem.

46 Parentum nomine veniunt tutores.

47 Maritus adulteranti an possit tribuere necessaria vitæ pietatis causa.

48 Pater, quid si incipiat tractare de prostituenda filia, discrepat tamẽ de precio, an incidat,

49 Confessor qualiter se gerat cum huiusmodi pœnitente.

De Consentientibus ad prostituendum. Cap. XV.

Pater, aut Mater, aut vir qui consentit, vt filia, vel vxor se prostituat.

EXPOSITIO.

Medio luni.

PATER, AVT MATER) Hinc exclude auum, vel auiam † cũ appellatione patris non cõtineatur auus, l. lege Iulia. §. hoc capite ff. de ritu nupt. l. patri ff. de adulter. Quod secus esset, si dixisset parens; Nam eius nomen comprehendit superiores vtriusque sexus in infinitum, l. appellatione parentis, ff de verborum significatione, l. quique ff. de inius vocan.

(Pater, aut Mater) Simpliciter loquitur, ergo simpliciter litera est intelligenda, siue sit pater legitimus & † naturalis, siue naturalis tantum, siue filium habeat in potestate, siue non, d. §. hoc capite.

(Aut vir) Vir à latinis dicitur, q̃ maior in eo vis est, quàm in fœmina, vt testis est lactantius in libro de officio Dei, & quatuor † modis dicitur, puta sexu, quo nascitur, vt masculus. lege, qua maritus sit, l. 1. §. est quæstio ff. pro dote. Aetate, qua transit à iuuentute, vt apud Plinium. Cum ait. (Quod non modo in puero, vel adolescẽte; sed etiam in viro admiratione dignum videretur) Animo, vt fortissimum aliquem dicimus virum secundum Papiã; Hic verò accipitur vir pro marito, sicut verba sequentia demonstrant, sic etiam accipitur in l. 2. ff. de iniur.

(Vt filia) Ergo nepos ex proprietate vocabuli excluditur, † sed solum ipsius appellatione venit primus gradus, l. quod si neptes in fine ff. de testam. tut. licet ex interpretatione quadam & neptis continetur, & dicitur filius, seu filia ab amore, quòd nullus æquè censeatur amor, ac inter patrem, & filium; Quadripartitus est tamen ordo filiorũ, primogenitus antequam nullus, vnigenitus, postquam nullus, medius inter omnes, & nouissimus post omnes, .i. minimus: filiam aũt simpliciter nominando † solum naturalis, & legitima comprehenditur, l. filium ff. de his, q̃ sunt sui, vel alic. iur. c. dicat aliquis 32. q. 4. c. 1. 35. q. 7. sicut pater est, quem nuptiæ demonstrãt, l. pater ff. de ritu nupt. Item, quando dicitur filia, idem intelligendum est de filijs; nam licet singulari sermone Dioœcesanus sit vsus, tamen idem intellige de pluribus, ff. de assign. liber. l. 1. §. quamuis sic de nupta filia intelligi debet de nuptis filijs, Andreas de Isernia; Quibus modis feudum amitt. versic. aut nupta num. 15.

Vel

Vel vxor dicta est quasi vn-
7 ctio, † Mos enim erat antiquitus, vt nubentes puellæ simul venirent ad limẽ mariti, & priusquã ingrederentur, ornarent lineis viros, & oleo vngerent, Lucas de Pen in l. 3. C. de fide instrument. lib. 10.

(Consenserint) consentire
8 autem quis dicitur † multipliciter, scilicet crimen non impediens, 83. distin. cap. error. Nam error, cui non resistitur, approbatur, & negligere cum possis, & perturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere, & 2. q. 7. cap. negligere. Crimen non prohibens, 23. quæst. 1. cap. vlt. cap. quantæ de senten. excommunic. Fauorem peccandi præstans, 23. quæst 3 cap. qui potest. Licentiã ad peccatum dans, 11. quæst. 4. cap. qui consentit in fine. Peccanti amabilem se præstans, 86. distinct. cap. facientis.

De hoc notatur 2. quæstio. 1. cap. notum in fine, 3. quæstio. 4. consanguineorum, & per glosam in cap. 1. de offic. deleg. Et qui ad peccatũ inducit, vt sunt Leno
9 nes, & Lenę. Lenocinij vero duas species ponit tex. in l. 1. §. Lenocinium. ff. de adulter.

Prima, quando maritus dat operam, vt sua vxor adulteretur, ipsam seducendo varijs blãdimentis; Hinc dicuntur Lenones ij, qui mentes miserarum blandiuntur, & blandiendo alliciunt, & seducunt.

Secũda species Lenocinij est, cum maritus vxorem in adulte-
10 rio deprehẽsam retinuerit, † quęstumvè ex adulterio vxoris suæ fecerit, l. 2. C. de adulter. & is quæstum de adulterio vxoris facere existimandus est, qui aliquid accepit, vt vxorem pateretur adulterari meretricio quodã genere, l. mariti §. quæstum. ff. eod. De hoc etiam consensu credimus intelligi debere literam; Nam quamuis aliud sit tradere filiam, vel vxorem ad peccandũ, & aliud consentire, Afflictus in Consti. Matres: tamen ex maioritate rationis, cum simus in his, quæ sunt eiusdem generis, fit extensio, argum. tex in cap. pœnale 14. quæst. 5. Tum etiam inspecta mẽte Ordinarij, qui sic reseruauit Casum, quando vir, aut pater consentit, vt filia, aut vxor se prostituat, ergo multò magis, quando illam tradit ad peccandum.

(Se prostituat) ideſt consen-
11 tit, vt filia, † vel vxor faciat potestatem alijs suorum corporum ad meretricandum, De hoc verbo loquitur tex. in l. palam. ff. de ritu nupt. glosa in l. sed si hac §. prostituta ff. de in ius vocan. habetur in Leuit. cap. 19. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. & in authen. de Lenoni. §. 1. ibi prostituere ad luxuriam, Reseruatur ergo Casus, quando pater, aut mater aut vir consenserit, vt filia, vel vxor, se prostituat; Sed iam descendamus ad grauitatem criminis.

Gra-

Grauitas.

12 CVm consensus quadrupliciter dicatur, negligẽtiæ, † cõsilij, cooperationis, & auctoritatis, seu defensionis, vt habetur per glosam in cap 1. de offic. deleg. fit, vt pater, & mater, aut vir, qui operam dant persuadendo, aut instigando, vt filia, vel vxor se prostituant, dicantur cõsentire consensu cooperationis, quorum peccatum est adeò graue, vt æqualis pœna sit ei cũ perpetrante malum, & de tali consensu intelliguntur auctoritates, ꝙ agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, & tales consentientes dicuntur Lenones, inducentes mulieres blandis verbis ad peccandum, quorum quidem
13 peccatum † tantò grauius est, quãtò, quia cõmittitur ab ijs, qui conseruare tenentur honorem suorum.

Sunt enim isti homicidę inducendo filias ad fornicandum,
14 † cap. noli de pœnitent. distin. 1. Et nisi huiusmodi essent scelesti homines, vel fœminæ, non sic sæpè adulterium committeretur, l. 1. §. 2. ff. de adulter.

Quare per authen. de Lenon. §. 1. vocantur castitatis vastatores, vnde dixit Bart. in l. athletas. ff. de his, qui not. infam. ꝙ maius est delictum Lenocinium,
15 quàm adulterium, † & ideò magis peccant; Nam adulteri peccant in se, & in fœminam; sed Lenones pter se ipsos, duos alios trahunt ad peccatum; Hinc etiã antiquis legibus, vt habetur, ff. de his, qui not. infam. l. 2. §. qui Lenocinij, & d. l. athletas eod. ti. & ff. de adult. l. 1. §. Lenocinij, & §. qui hęc, satis odibile fuit hoc Lenocinij crimen, quare per dictam auth. vocantur pestiferi castitatis vastatores.

Vocantur quoque scelesti fu-
16 res, † & ideo lex eos morte punit; Etenim si pecuniarum fures, & latrones furca suspeuduntur, quantò magis nouissima supplicia sustinere debent castitatis fures, & latrones. Hi etiam appellatores nominantur, quia blanda oratione pudicitiam attentant, l. Item apud §. appellare. ff. de iniur.

Dicuntur præterea infames,
17 † vt habetur per Afflictum in Constit. Regni Quamuis, & cum in matribus, & patribus sit satis crudele hoc peccatum prostituere, eas vendendo, debent per cõ-
18 stitutionem Regni matres † puniri pœna truncationis nasi; sed si consentit, ꝙ filia sua carnem suam prostituet, atque exponat ad libidinem, tunc mater extraordinariè debet puniri, vt in d. constit. matres. Quod intellige de consensu negligentiæ, vel consilij; nam tunc mitius peccat,
19 quã faciens, † quod secus esset, si consentiret cõsensu cooperationis, glosa in d. c. 1. Verum in patre loco truncationis nasi est pœna mortis ciuilis, scilicet damnationis in metallum, l. fin. C de spectac. lib. 11.

Rur-

Rursus vir prostituens non potest de iure ciuili accusare vxorem de adulterio, cum fuerint causa adulterij, vt notat glosa in cap. significasti de adulter. sunt etiam prostituentes de ciuitatibus expellendi, facit text. & ibi Paul. de Castro in l. nullus C. de sum. Trinit. ac fide Cath. Sed modo deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. ET si casus reseruatio sit stricte intelligenda, quia penalis, & odiosa, facit tex ff. de liber. & posth. l. cū quidā, l. sancimus C. de pœnis, & ideo videtur q; litera text. nostri non sit intelligenda de Lenone, cum Leno propriè is dicatur, qui vendidit filiam ad luxuriandum, Tamen tum ex tacita mente legislatoris, † qui reseruando casum de parentibus consentientibus, vt filiæ se prostituant, videtur multò magis reseruasse venditionem filiæ factā per Patrem, argum. text. in cap. pœnale 14. q. 5. & cap. meretrices 32. q. 4. Tum etiam ex inclusione huius, quod est grauius crimen, iuxta glosam notabilem in cap. 1. verbo Italiæ, de tempor. ordin. in 6. dicimus patrem vendentem filiam ad peccatum carnis, esse inclusum sub litera ⌣.

II. Cum filiorum appella-
21 tione propriè veniant † primi gradus, tex. est in l. quod si nepotes. ff. de testam. tut. fit, vt si quis consenserit, vt sua neptis se prostituat, nō incidat in casum, quia appellatione filiorū nepotes nō continentur, Aliter. n. filij, aliter nepotes nuncupantur.

III. Licet filiorum nomine etiam filiæ contineantur; sed non
22 † è contrario, l. si ita sit scriptū. ff de legat. 2. Tamen credimus eadem ratione, qua supra in secunda decis. etiam masculos cōprehendi, cum sit longè grauius peccatum: Tum, quia casus loquitur de his, quæ communiter eueniunt, non excludens propter hoc alia, quę raro contingunt, & sunt eiusdem; sed grauioris generis, argum. tex. in d. c. pœnale, & cap. meretrices. Tum etiam, quia sufficit Ordinario ponere casum magis frequētem, in quo etiā includitur casus minus frequens forsan non appositus maioris honestatis causa, quare hisce, & alijs rationibus adducti affirmauimus in 1. vol. consi. lib. 4. de cognat. spirit. consi. 1. Ad vltimum dubium. idem ⌣.

IV. An comprehēdatur pa-
23 ter naturalis, † & videtur q; nō; nam pater est iuxta Iureconsultum in l. qui certa. ff. si cert pet. quem iustæ nuptiæ designant. Tamen hic crederem etiam de patre naturali intelligi debere, text. enim simpliciter loquitur de patre, ergo simpliciter est intelligendus, etenim quando casus est omissus, relinquitur dispositioni iuris cōmunis etiā in statutis, cum illa sint intelligenda

secun-

secundum ius commune, & interpretationem Doctorum.

V. Sed an pater litera text. innodetur, si alias filia factura erat quæstum sui corporis, vel
24 vxor, † & videtur, ℣ non; nã & in alijs delictis non videtur teneri eum, qui opem dedisset, Instit. de oblig. ex malefic. §. At qui opem in glosa. 1. Tamen contrarium arbitramur, quia puniri debet in eo, propter quod debebat filiam arcere, & contrarium fecit persuadẽdo, augendo malitiã, l. 1. §. 1. ff. de seruo corrupt. Igitur siue persuasit filiæ pudicæ, vt fieret impudica, siue impudicæ, vt fiat impudicitior, ligatur hac litera, facit optimus tex. in d. l. 1. §. 1.

VI. Quicunque consensus à matre, vel patre præstitus, aut à viro scienter, vt filia, vel vxor se prostituat ad luxuriandum, operatur effectum, vt isti comprehendantur sub casu. Quare fit, vt si maritus dederit causam remotam vxori adulterandi,
25 † vt quia eã reliquit sine necessarijs ad vitam, vel de necessarijs non prouidit, iuxta text. & Abbatem in cap. significasti num. 6. de diuort. si dolo malo, & calliditate fecit, vt filia, vel vxor prostituatur, incidit in casum, facit text. in l. dolo malo. ff de seruo corrupt. nam ipse fuit causa, vt mulier adulteretur, & ideò est in culpa, quia qui occasionem damni dat, ipse damnum dedisse videtur. distinct. 50. c. studeat. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit §. in hac.

Non tamen ex hoc est ignoscen-
26 dum † ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitam ducit, l. palã. ff. de ritu nupt. in quo tex. pluries fit mẽtio de prostitutione, quia ad hoc nulla conditione debet adduci, quia potius debet mortem pati, quàm malum committere, vel illi consentire, 32. q. 5. cap. ita ne, cap. sacris de his, quæ vi. Excusatur tamen ma
27 ter à pœna truncationis † nasi duobus concurrentibus primũ, quando illam prostituit voluntate filiæ, secundum existente matris inopia, Afflictus in d. consti. matrem; Non tamen excusatur, quò ad peccatum, & reseruationem casus.

VII. Eodem casu innodatur vir ægrotus, qui ad eius preces fuit causa, vt vxor sua cum Me-
28 dico concuberet, † facit glosa in cap. concubuisti 32. qõ. 7. verbo cõscia. vbi dicit, ℣ qui prouocat vt adulteretur, est tanquã Leno, cum iste dicatur consentire consensu auxilij animando mulierẽ ad peccandum.

VIII. Pariter mariti videntes vxores suas lucrari, abunda-
29 re † vestibus, domus suas abundare victu, cum ipsi nihil horũ faciant, & sint pauperes, si sciunt illas adulterari, vel affectatè ignorant, incidunt in casum, quia dicuntur consentire, non impediendo crimen, cap. error distin. 83. & in foro exteriori tales mariti possunt puniri, vt Lenones, & sunt infames, tex. est in l. mariti §. qui quæstum ex adulterio

ff. de

ff. de adulter. An verò adulterantes ob quæstum licitè aliquid ac
30 cipiant, † & videtur ꝙ non: non enim remuneranda videtur nequitia præterita, & futura, facit text. in cap. qui venatoribus cũ seq. dist. 86. etiam, si esset promissum, quia in malis promissis est rescindenda fides, 22. q. 4. cap. in malis. Tamen hoc videtur procedere de iure fori, & ratio est, quia infamia est viro coire cum meretrice, & infamia compensatur cum mercede, quam deberet consequi meretrix, vnde si non fuit soluta, nõ potest petere promissum: sed si sit soluta, non potest repetere, ff. de cond. ob caus. l. 3. in glosa. Tamen de iure poli
31 debet quis remunerare † meretricem de labore licet inhonesto, vt probatur Genes. 39. vbi Iudas promisit Tamar nurui suæ hedũ pro meretricio, & post factum impleuit promissum. Dicens. Mendacij non arguar. Vnde non obstat text. in d. c. qui venatoribus, quia tex. ille est intelligendus, quando propter nequitiæ perpetratæ memoriam donat remunerando delectationem carnalem cũ muliere diuite, & pulchra, non indigente donis, vel vt eam alliceret ad intentum concubitum; At vbi post factum nõ haberet animum iterum concubendi, & compatitur paupertati illius, vel etiam diuiti dat, vt promissionem impleat, vel vt laborem licet inhonestum remuneret, non videtur peccare, quia Iudas Patriarcha dixit, vt supra. Mendacij nõ arguar, & quamuis vir sit vt agens, & mulier pa-
32 tiens, † & sic videatur plus laborare, quàm mulier, tamen vir regulariter appellat, & sollicitat mulierem. C. de raptu virgin. l. j. §. pen. Ideo illa dicitur laborare, & seruire sollicitata per virum, Andr. de Isern. quibus modis feud. amitt. num. 11. Quarę concludendo dicamus, ꝙ licet mulier meretrix peccet meretricando, veniendo contra præceptum vj. & ix. non tamen peccat turpiter recipiendo, & vir tenetur dare quod promisit, vel solitum est, Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3. ad secundum, quod Nauar. intelligit in foro fori; Non autem in foro conscientiæ: nume. 38. in Man. cap 17. & nos in j. par. decis. lib. 2. c. 124. num. 3.

IX. Qui patiuntur vxores delinquere non ob quæstum; sed propter negligentiam, vel cul-
33 pam, † vel quandam patientiã, vel nimiam credulitatem, quam habẽt ad vxores, iuxta tex. in l. mariti. §. qui quęstum. ff. de adulter. incidunt in casum, quia error, cui non resistitur, approbatur; crederem tamen in foro conscientiæ contrarium in hoc vltimo casu, quando maritus opinionem haberet suam coniugem turpem vitam non agere.

X. Eodem genere peccati; sed multò magis innodatus est de quo in litera, pater, vel vir, si
34 filiam prostituit, † vel vxorẽ inuitam ad luxuriam propter paupertatẽ, l. fi. C. de spectac. lib. 11.

Non

Non tamē ex hoc tales mulieres excusantur, si vis fuerit conditionata, vel si patres laborant inopia, q̄ eorum filias, nè dum maritare; sed nec nutrire valeant, & propterea illas exponunt, vt sic valeant sustentari, cū hoc satis videatur iniquum; nam potius debent omnia mala pati, quàm malo consentire, 32.q.5.c. ita ne. & cap. seq. secus tamen, si uis fuerit absoluta, cap. maiores de baptis. cap. presbyteros dist. 50. Quid tamen in hoc casu sit faciendum in foro fori à mulieribus, videatur tex. in d.l.fin. Imò ex tex. 28.q.1.cap. Idolatria possunt petere separationem à toro.

XI. Non tamen videtur cōprehendi sub litera, qui permit-
35 tit vxorem mechari, †tolerando adulteria ad euitandum scandalū fortè ob mortem sibi ab adultero comminatam; nam sunt toleranda crimina ratione scādali, cap. denique, vbi glosa dist. 4. Sed aduerte, q̄ illa glosa loquitur in foro exteriori, quo ad pœnam, & non quò ad culpam, vt dicit ibi glosa, & in cap. qui sincera dist. 45. quia debet vxorem à se dimittere, quò ad torum, c. significasti, c. ex literis, c. gaudemus de diuort. cap. licitè 32.q 7. Quinimò dicit Sotus in 4. sent. dist. 36.q.vnica art. 5. etiam in foro exteriori posset innocens ab adultera propria auctoritate discedere, dummodo fiat separatio absque scandalo, vt quia ad tribunal iudicis non recurrit; sed in separatione adultera spontè cōsentit.

XII. Innodatur etiam litera, qui vidit vxorem suam turpiter lucrari, & non impedit, aut
37 prohibet, † quia non impediendo, aut prohibendo dicitur consentire, vt supra diximus in expositione literæ, Vnde est infamis, & potest puniri vt Leno. d.l. mariti, §. qui quæstum, Afflict. in 2. par. Constit. Regni. Quamuis.

XIII. Ligatur etiam (meo iudicio) pater, vel mater, qui, vel quę non solū cōsentit verbis, vt filia se prostituat; sed illā etiā reliquit in taberna, vel caupona
38 ministranda, † vt ea se prostituat pecunia accepta sine delectu omnibus, aut cum vno, aut altero, iuxt. text. in l. palam. ff. de ritu nupt. vbi glosa dicit, q̄ taberna est locus, vbi comestibilia vendū
39 tur, † & comedentes recipiuntur non ad cubandum, vel ad equos stabulandos; sed ad comedendum solum; At Caupona, vbi aduenæ recipiuntur ad comedēdum, & cubandum, & ratio, quare incidat in casum, est, quia nihil interest verbis, aut factis quis consentiat, argum. 63. distin. per totum. Archid. in c. æstimant 11. q. 3. De hoc vide tex. in l. fin. C. si mancip.

XIV. Multò magis compre henditur vir, aut pater, qui, vel quæ vendit vxorem, aut filiam
40 ad fornicandum, † qui propriè dicuntur Lenones facientes furari castitatem alterius, sicut de patre loquitur tex. in l. fin. C. de spe-

spectac. lib. 11. & de matre adest Constitutio Regni, quæ incipit. Matres, quæ: Et non obstat, si dicatur, quòd litera loquitur de consentientibus, & nõ de vendẽtibus, aut prostituentibus, vnde cum aliud sit consentire, & aliud facere; ideo in odiosis non est facienda extensio, quia verba sunt accipienda in proprio significa-
41 tu, † l. 4. §. hęc verba. ff. de nego. gest. notatur in cap. nostra de iureiur. Nam respondeo, q̃ quando sumus in aliquo, qđ est omissum, vbi adest maioritas rationis, debet fieri extensio ad omissum, Bal. in l. affinitatis, in verbo pone statutum. C. commun. de success. Decius in cap. at si clerici num. 86. & seq. de iudic. sed iã clarè patet, q̃ maior adest ratio, & maius est peccatum in exponente filiam ad prostibulũ, quàm in consentiente, cum consentiens minus peccet, quàm faciens, glosa in cap. 1. de offic. deleg. ergo debet fieri extensio, cũ
42 simus in eadem specie † ex maioritate rationis; Hinc dixit Hippol. de Marsil. in l. vni. num. 37. C. de rapt. virgin. q̃ si est statutum, vt bannitus possit impunè offendi, poterit etiam occidi, quod est plus, ita Bart. in l. 3. §. fi. ff. de adim. legat. Tum, etiam, quia prohibito vno omnia vidẽ-
43 tur prohibita, † per quæ deuenitur ad illud, l. oratio. ff de sponsa. Hinc idem Hippol. in l. hi quoq; ff. de sicar. dixit, q̃ si statutum prohibet sub pœna, vt aliquis nõ possit ludere ad axardum, quòd ille, qui fecit taxillos, punietur eadem pœna, qua ludens; Tum ex tacita mẽte legislatoris; nam si prohibet id, quod est minus sci licet consentire, ergo multò magis prostituere, & Euangelium non in folijs; sed in radice rationis consistit, 1. quæst. 1. cap. Marcion. tum etiam, quia à proprietate verbi receditur, vt absurdũ euitetur. Et vt absurdum tollatur, statutum, quod debet strictè intelligi, largissimè interpretatur, Abb. in cap. cum dilectus lo 2. de consuet. Decius in c. cum inter num. 14. de except.

XV. Sed quid si consensus non fuerit perductus ad effectũ,
44 † vt quia filia noluit consentire, vel quia pœnituit. & videtur, q̃ sub litera non includatur; nam Leno, qui ex suo Lenocinio solũ deuenit ad colloquium, non punitur eadem pœna, qua puniretur, si peruenisset ad effectum. Non enim concubitum committere volens punitur, ac si concubuisset; Tamen contrarium affirmamus; nam cum litera simpliciter loquatur de consensu; ergo sufficit, quamuis non sit cõsumatus; nam si actus non fuerit consumatus, fuit tamen consumatus effectus. facit à simili, q̃ si statutum punit facientem tra-
45 ctatum, † non requiritur consumatio delicti, ad hoc vt faciens tractatum puniatur pœna statuti. Abbas in ca. tua nuper de his, quæ fiunt à prælat. sine consen. capit. per illum tex & glosa ibi, quod est summe notandum, cum

regulariter non puniatur attentans delictum, nisi perficiatur, vt in authen. Sed nouo iure. C. de seruis fugit. quamuis hic nõ fuerit delictum attentatum, sed cõsumatum, quia reseruatio Casus fuit super consensu, qui fuit iam præstitus.

XVI. Non tamen arbitramur comprehendi tutorem, vel curatorem, qui consentit, vt virgo se prostituat; nam hic dicitur pater, aut mater, & nõ parẽs. Vnde licet appellatione parentũ
46 † intelligantur etiam orphanorum tutores, quibus iure cura eorum incumbit, Sotus in 4. sentent. dist. 5. q. vnica. art. 10. non tamen appellatione patris, aut matris, vt diximus in expositione literæ.

XVII. An vero maritus possit vxori manenti in fornicatione necessaria tribuere pietatis
47 causa, † dicunt DD. vt refert Abb. in cap. si cui num. 2. de adulter. q. si non adhæreat secum maritali affectione, potest. At Abbas ibi tenet oppositũ, quia fortè subministratio necessariorum dat sibi causam remanendi in peccato; nam vtilius esurienti panis tollitur, quàm si de cibo securus iustitiã negligat, 5. q. 5. cap. non omnis, & malè meriti egestate debent laborare, l. bona fides. ff. depositi.

XVIII. Sed quid si incipia-
48 tur sermo de persuasione † ad fornicandum; nam eam pater blandè instigat, discrepant tamen eodem tempore in conuentione precij & videtur, quòd nõ sit locus canoni, cum non sit effectuata contrectatio, quia si non dicitur factum aliquid, quando statim eo ipso, quo factum est, destruitur eodem impetu, quo fit, multò minus, quando non perficitur, l. si ager, & l. sequen. ff. quemadm. vsufr. amitt. vbi probatur, quòd non dicitur factum, si eo impetu, quo fit, statim destruitur, tamen contrarium credimus verum; nam hic adest cõsensus, qui in præsenti casu sine effectu prohibetur, vt supra diximus num. 44.

XIX. Qui residet, & moratur in Ecclesia, vel in aliquo loco ad hoc, vt interim sua vxor
49 adulterium † committat, & cũ posset impedire, patitur illud, dicitur consentire, consensu inquã non impediendo, & cõsequenter credimus illum ligari, ita quòd non possit absolui, nisi ab habente Casus reseruatos.

XX. Insinuet confessor pœni
50 tenti grauitatem criminis † tàm in foro interiori, quàm exteriori, quod tantò est grauius, quantò sit à patre, & marito, qui tueri tenentur famam filiæ, vel vxoris; Qualiter vno impetu cõsentiẽte filia tres occidit, qui maxima onerandus est pœnitentia, cum sit causa tot fornicationũ, & ponit filiam, vel vxorem in statu meretricandi, & quamuis dicat se consentire ob maximam inopiam, vel metum adulteri, respõdeat, quòd debet potius omnia mala perpeti etiam mortis, quàm

quàm malo cõsentire, cap. sacris de his, quæ vi. & tandem exageret insinuando ea, quæ diximus supra in verbo Grauitas, tollat occasiones peccandi iuxta text. in c. satisfactio de pœnit. dist. 3. mutando locum, cap. valet dist. 81. quia mutando locum mutatur mentis affectus, inducat ad frequentiam confessionis, & si pater, vel maritus est ad hoc assuetus, suspendat actum absolutionis, vt sibi videbitur. Interim tamen sæpè confiteatur, vt sic salutaribus monitis inducat pœnitentem ad contritionem, facit tex. in cap. quod quidam de pœnitent. & remiss. cum firmo proposito amplius non peccandi; nam hæc est vera, & fructifera pœnitentia peccatum ita detestari, vt amplius animum habeat non peccandi, cap. pœnitentia de pœnit. dist. 1. cap. pœnitentiam de pœniten. dist. 3.

SVMMARIVM.

1 *Moneta ex eo dicta, ne quid fraudis in ære fiat.*
2 *In moneta tria requiruntur. numero 4.*
3 *Numisma quare sic dicitur, & à quo nomen sumpsit.*
5 *Cudens priuatim dicitur falsare, & adulterare monetam.*
6 *Moneta quando vitietur in pondere.*
7 *Cudere monetam qui propriè dicantur.*
8 *Tondere monetam quibus modis fiat.*
9 *Adulterina moneta quare sic dicatur.*
10 *Accusantes monetam exercentes adulterinam, non tenentur de calumnia, licet non probent.*
11 *Appellandi facultas condemnato de falsa moneta denegatur.*
12 *Domus, in qua cuditur falsa moneta, publicatur.*
13 *Cudentes dicuntur rei læsæ Maiestatis,*
14 *Præmium accusanti constituẽdum est.*
15 *Cudentes dicuntur committere furtum. Item excõmunicãtur. nu. 16.*
17 *Monetæ falsarius vt dicatur, quid requiritur.*
18 *Fabricans bonã monetam sine scitu Principis, cõmittit inobedientiã.*
19 *Cudentes monetas siue regis, siue alterius priuati incidunt.*
20 *Sic cudentes monetam æream etiã minimam in magna quantitate, num. seq.*
22 *De minimis non curandum, qualiter intelligatur.*
23 *Nec qui incœpit cudere; sed non perfecit, vt num. seq.*
25 *Nec qui vtitur tali moneta, illam expendendo.*
26 *Tenetur tamen ad restitutionem, & quibus.*
27 *Incidit in Casum, qui cudendo promitteret vnum metallũ pro alio.*
28 *Tondens bonam monetam, quæ excedit iustum pondus, reducendo ad æqualem, non incidit.*
29 *Sed an tingentes pecuniã incidant.*
30 *Consentientes, & scientes; sed non cudentes non incidunt.*
31 *Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem.*

De cudentibus falsas monetas. Cap. XVI.

Monetas tondentium, priuati mq; cudentium.

EXPOSITIO.

ONETAS) Moneta, vt ait Isidorus xvj. de Ethimolog. † vbi agit de metallis, & Gul. Orem in suo tract. de moneta, dicta est à moneo mones, ex eo, quia monet, ne quid fraudis in ere, signo, ponderevè fiat. Tria autem requiruntur in moneta, vt illa vera, & non adulterina sit: † metallum, hoc est materia metallata, quantitas pōderis, & publica forma, vt dicit Panorm. in c. quanto de iureiur. vbi etiam est de hoc glosa notab. Quorum si quid defuerit, nō moneta, seu numisma, qđ est solidus aureus, vel argenteus, aut ere' ideò sic dictū, † qa nominibus Principū, effigieq; signatur, siue sit signū veteris Principis, siue moderni, vt C. de vet. numism. potestate l. j. & l. fi. lib. 11. & ff. de aur. & arg. leg. l. quintus, §. si aurum, qui determinationē habuit à Numa Rege, qui primus apud Latinos imaginib. notauit, & titulum nominis scripsit. Igitur tria sunt de substātia monetæ, materia metallata, publica forma, & ponderis quantitas † l. 1. ff de contrah. empt. Debet ergo considerari materia, de qua fit, quantum valeat in massa. Itē debent considerari expensæ artificū in cudendo, & deductis expensis, & labore secundū Inn. in d. c. quanto, licet non secundū Bart. secundū quem expensæ solui debēt de publico. Sed motiuū Innocentij est, quia nemo suis expensis tenetur eā facere. Et hæc opinio Innoc. communiter tenetur, vt vult Angelica in verbo falsarius; Igitur deductis expēsis tm debet valere, qñ est formata, quātum valet in materia, & sic expēsæ debent deduci vtiles, & necessarię. Solet ergo materia huiusmodi falsificari, & † adulterari huiusmodi modis. s. qñ qs priuatim cudit, hoc est falsificat monetā auream, vel argenteam, quæ tm non est ita, & tūc moneta vitiatur rōne materiæ, apponēdo aliā monetam, quæ non est. Item in pondere, † vt qñ ordinatū fuit à principio vt certū pōdus auri, vel argenti apponeretur in qualibet moneta: sed postea minus auri, vel argēti apponitur, & talis moneta postea expēditur, ac si eiusdē ponderis esset. Innoc. in d. ca. quātò in prin quod fieri pōt per rasuram, & tonsuram; In forma etiā committitur falsitas, vt qñ mutatur nomē signū, aut imago eius, qui monetauit. Vnde habēs auctoritatē monetandi præfigit certam formam monetæ, vt imaginem aliquam, circumscriptionem, aut aliud signum. Et si aliquid huius formæ prefinitæ omittitur, & aliquid additur, moneta in forma falsificatur.

Est

Est autem forma monetæ quædã testificatio veritatis, & iustitiæ ipsius monetæ, scilicet quòd sit veræ substantiæ, & iusti ponderis: Casus autem noster non loquitur de Principe, ad quem spectat de iure ius cudendi monetam, vt C. de falsa moneta l. 2. & nec de is, ad quos spectat de iure speciali, vt potè priuilegio, vel consuetudine, vt habetur per Guid. Papæ decis. 498. Si fortè mãdarent falsificari monetam in materia metallata, vel in quantitate ponderis, aut in forma publica: sed de his, qui priuatim falsant monetam, hoc est imprimunt illi signum Principis, vel Reipublicæ; nam isti pro-
7 priè dicuntur cudere † monetã, vnde Terẽtius argentũ cudo, qđ tibidem, & de hoc verbo loquitur tex. in l. si quis nummos, & in l. fin. C. de falsa mone. sic etiam reseruatur casus contra tondentes, vt per Bart. in l. qui falsam, vbi per Hippol. nu. 99. ff. de falsis, qui allegat tex. in l. 2. & 3. C. de falsa moneta siue forficibus,
8 siue alijs instrumentis † circuncidendo, aut acribus aquis attenuando, iuxta glosam in d. cap. quanto, verbo defraudata.

(Priuatim) ideo dicitur, quia vt superius diximus solum ad regem in Regno suo spectat monetam facere, vt per Constit. Regni adulterinam, & in cap. 1. Quæ sint regala in verbo monetæ, & d. cap. quanto. Quare nullus alius, quàm rex, vel qui habet priuilegiũ ab eo, põt monetã cudere, & cudẽdo esset adulterina.
9 Sic dicta, † quia sicut qui vadit ad vxorem alienam, committit adulterium; Ita priuata persona, quæ non habet regiam auctoritatem, si facit monetam, illa dicitur adulterina, & falsa, vt multum eggregiè declarat glosa in Constit. Adulterinam de tondentibus falsam monetam Rubr. 40. Andr. de Isern. tit. Quæ sint regalia num. 19. Sed modo deueniamus ad criminis grauitatem.

Grauitas.

PRimò, quia falsificans monetam in substantia, forma, vel pondere, peccat mortaliter, si illud facit in damnum proximi, vel Reipublicæ; Hæc conclusio est Host. & Doct. communiter, & satis patet ex d. c. quantò vbi dicitur, quòd iuramentum de obseruatione falsæ monetæ factum non ligat, cum iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, ergo seruare falsam monetã est iniquum, & multò magis falsificare erit iniquum, patet etiã per extrauag. Ioan. XXII. qui excommunicat omnes tales in Regno Franciæ.

Secundò grauitas huius crimi nis ex eo ostenditur, quia multa specialia in eo inueniuntur, & primò, quòd licet aliquis teneatur de calumnia, si accusẽt aliquem de delicto, & postea non probat, tamen accusantibus exercentes adulterinam monetam impunitatem promittit Impe-

rator Constantinus in l. 1. C. de falsa moneta, etiam si non probent. Rursus, quia denegatur facultas appellandi de falsa moneta condemnato, quod quidem est
11 speciale, † cum regulariter liceat appellare, leg. & in maioribus, C. de appell. ad l. Iul. de vi. l. quoniam. glosa in d. l. 1. verbo priuato.

Præterea Domus, in qua falsificatur falsa moneta Principis, publicãda est, siue dominus sciue
12 rit, siue ignorauerit, † nisi dominus ante ignorans, vt primum reperierit, scelus prodiderit perpetratum, tunc enim domus ipsius proscriptione iuriæ minimè sub iacebit nisi domus sit viduarum, aut pupillorum, d. l. 1.

Item, quia dicuntur commit-
13 tere crimen lęsæ maiestatis, † vt habetur in l. 2. C. de falsa mone. quia contra honorem Principis attentant, dum signum, & imaginem eius vsurpant, argum, C. de bonis vacan. l. 3. vnde vniuersæ facultates falsantium nummos fisco addicuntur. Rursus, quia accusanti præmium proponendum
15 est † pro arbitrio iudicis, d. l. 2. Et in hoc crimine potest socius criminis socium accusare, & contra eum testificari, vt voluit Salic. in d. l. 1. habetur per Hippol. in l. si falsam num. 63. ff. de falsis. & si deprehensus fuerit fabricasse falsam monetam Principis, flammarum exustionibus mancipandus est; Quod si est alia moneta inferioris, mulctandus est pœna capitis nõ materialis; sed deportationis, vt voluit Salic. in d. l. 2. num. 4. quæ est pœna capitis ciuilis.

Dicitur etiam venire contra præceptum. Non furtum facies:
15 † vnde suo genere est peccatum mortale cum obligatione restituendi: aufert. n. rem alienam inuito domino; nam vendens mercedem exigit pro precio iustam monetam in substantia, pondere, & forma. Mercedem alioquin non expositurus, si quis igitur falsam dat monetam mercedẽ eius subripit, furtum ergo cõmittit, vnde non est absoluẽdus, nisi prę missa satisfactione, quæ fieri debet iuxta arbitrium boni viri ipsi Principi, vel eius nummulario, maximè, si notabilem quantitatem monerarum falsificauerint, vel si incerta esset restitutio, pauperibus, iuxta tex. in cap. cum tu de vsur. Gabr. in 4. sent. dist. 15. q. 9. art. 1. concl. 1.

Vltimo præter pœnas à iure inflictas idest Constit. Pij V. quę incipit. Cum nihil magis, ędita viij. Kalen. Nouembris anno I. Quæ statuit, quòd tondentes monetam auream non solum puniuntur vltimo supplicio, l. quicunque. ff. de falsis; sed etiam argenteam, cum decreto irrit. clausulis derogatorijs, & in Regno
16 Franciæ † contra huiusmodi tales est excommunicatio, quæ est pœna pęnarum, vt dixit Syluest. in verbo falsitas. num. 7. Sed iam descendamus ad decisiones, quarum sit.

Decla-

Declaratio Casus per Decisiones.

I. LIcet non dicatur propriè cõmittere falsitatem, qui fabricat bonam, & iustam monetam absque licentia Principis, etenim vt monetæ falsarius quis dicatur, inter cætera requiritur,
17 vt immutet † veritatem circa ipsius monetæ substantiam, siue pondus, siue formam, vt colligitur ex d. cap. quantò, Sylvest. in verbo falsarius num. 1. 7. 8. 9. & 10. licet Bart. in l. qui falsam. ff. de falsis dicat, quòd moneta falsa est illa, quæ non fit ab eo, qui habet auctoritatem à Principe illam faciendi, & allegat l. 2. & 3. C. de falsa mone. Tamen veritas est, quòd non commisit falsitatem; sed potius inobedientiam
18 † sui superioris, vt dixit Hippol. de Marsil. in d. l. qui falsam num. 54. 55. & 56. Tamen incurrit in hunc casum reseruatum, cum loquatur de his, qui priuatim cudunt monetas, cum hac via priuatim cudendo pecuniã, & vsurpando id, quod est solius Principis, impediat illi lucrum, quia si solus cudere faceret, maiorẽ pecuniam exponeret, quam non exponit, dum alia exponitur absque scientia Principis ab alio, vnde fit, quòd ad restitutionem teneatur arbitrio boni viri.

II. Cum Casus non dicat Monetas Regis cudentes; sed simpliciter monetas priuatim cudentes, fit, quòd comprehendatur sub casu quicunque priua-
19 tim cudat monetam † sine scitu sui Principis, aut extranei, quod intellige, modò pecunia illa expendatur in Regno; ita ad hoc vide Alexan. de Imola in 1. vol. consil. 104. incip. statutum. Quamuis multum conueniat, vt dixit Afflictus in d. const. Adulterinam num. 3. vt de condentibus falsam monetam in Regno solum expendatur moneta cum impressione imaginis Regis regnantis.

III. Nec immunes iudicabuntur à Casus reseruatione, qui priuatim cudunt monetam æ-
20 neam; † nam cum moneta fabricetur vel de auro, aut argento, vel ærę, fit ꝙ cum simpliciter loquatur, intelligi debeat de quacunque moneta, facit tit. C. de falsa mone. vbi leges loquuntur de moneta aurea, argentea, & ærea.

IV. Est etiam Casus reseruatus, quando quis priuatim cuderet monetam æream minimã
21 † in magna quantitate; nam licet Alexand. in præfato cons. dicat, ꝙ statutum non comprehendit vilissima, & minima, vt notant Doctores in l. Senatus §. Marcellus. ff. de legatis 1. Tamẽ illud intelligi posset, quãdo quis cuderit monetam vilissimam in parua quantitate, quia tunc faciunt omnia iura, quæ dicunt de
22 modicis non esse curandum, † vt per Baldum in l. fin. C. de ædil. edicto. Hinc Salic. in l. 2. C. de

falsa mone. non facit differentiam inter monetam auream, vel argenteam, aut æream quò ad pœnã, in l.2.vt refert Affl.in d.const. Adulterinam num.2.

V. Et nec comprehenduntur ij, qui emerunt instrumenta apta ad cudendam monetam_,
23† & cum præparata essent omnia instrumenta,postea pœnituerunt,& noluerunt perficere;nam isti nec tenentur lege Cornelia de falsis,quia parcitur pœnitenti, per d.l. qui falsam in princip. Imo nec incidunt, si iam facere cæperunt; sed non perfecerunt, quia non potuerunt, ob glosam singul. in cap. vni §. fin. in verbo extorsit de eo,quod met:causa in 6. vbi Gemin.num.3. Nam vbi lex imponit pœnam actui perfecto, non incurritur illa, licet quis fecerit præãbula actus,
24† & fecerit quantum potuit, quamuis quo ad Deum peccet mortaliter, vt ẽt dixit Io. Andr. & Gem.in c. ppetuò de elec.in 6. Et nos sup. in j. reg.huius tract.

VI. Nec comprehenditur, qui scienter vtitur tali moneta,
25 illam expendẽdo,† facit doctrina Bart in l.saccularij de extraord. crimin. qui dicit generaliter, ꝙ expendens falsam monetam, non punitur lege Cornelia de falsis;sed extraordinariè,quia aliud est priuatim cudere, & aliud expendere, vnde ex diuersis non est facienda illatio,& extensio; Adde Cœpollam consil.78. in princip.licet isti peccent mortaliter cum obligatione restituẽ di damnum, quod contingit,quę quidem restitutio debet fieri
26 † damnum passo, si scitur, sin autem pauperibus, argum.text. in cap. cum tu de vsur.

Et neque excusatur, quòd talem ab eo accepit; nam suus error alteri nocere non debet, Nauar. in Manual.cap. 17.num. 167. vbi etiam, excusatur, si ignorabat monetam falsam esse; sed cessante ignorantia tenetur satisfacere non ei, cui dedit, si ille pro vera impenderit; sed damnificato. Si damnum esset notabile, alias non_.

VII. Peccat tamen,& est Casus reseruatus cum obligatione restituendi damnum,quicun-
27 que cudẽdo promitteret†vnum metallum pro alio, l. Paulus.ff. de solut. aut circa pondus minus pro maiori cudendo, l. pri. ff.de contr.empt.

VIII. Sic Casus reseruatione ligantur, qui auctoritate priuata tonderent forficibus, aut alijs instrumentis bonam monetam cum obligatione restituendi iuxta glosam in d. cap. quantò, quibus grauissima pœna constituitur in iure ciuili, vt in l. vniuersos.C.de vet.numism. potest libro vndecimo, & habetur per Constitu. Regni. Qui nummos. secus verò,si quis tonderet bonam monetam,quę excederet
28 iustum pondus,†& eam tondendo reduceret ad verum, & iustũ pondus, quia talis in aliquo non delinqueret, & ideò non esset puniendus, Hippol. in d. l. qui fal-

falsam numero 107.

IX. An vero ligentur ij, qui
29 non tondunt, † & minuunt pecuniam; sed tingunt, puta Denarius erat argenteus, & imponunt aureum colorem, cum isti puniantur pœna falsi, vt not. in l. lege Cornelia, ff. de falsis, & est glosa in dicto cap. quanto. cogita.

X. Licet non solum cuden-
30 tes monetam falsam: † sed etiam consentientes, & scientes: & non reuelantes regio fisco tanquam participes teneantur pœna legis Corneliæ de falsis secundum Bart. in d. l. lege Cornelia, Afflictus in d. constit. Adulterinam. numero tertio. Tamen non credimus incidere in Casum reseruatum, cum in tali materia non dicantur vere facere, sed fictè, & Casus fictus non includitur, sub casu vero, argum. text. in l. præcipimus. C. de appellat.

XI. Confessarius in audiendo confessionem pœnitentis,
31 † qui est innodatus tali Casu, aduertat exagerare peccatum iuxta ea, quæ diximus in verbo Grauitas, & eum non absoluere, nisi prius auferat, & omninò abdicat à se omnia instrumenta cudendi, & obliget ad restitutionem, & illa præmissa absoluat, iuxta ea, quæ diximus num. 15. & 18. & num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio quid, & qualiter facienda. num. seq. & à quo num. 3.*
4 *Dispensatio strictè interpretanda, fallit. num. 6. & 7.*
5 *In dispensatione non licèt arguere à minori.*
7 *Dispensandi facultas latè interpretanda.*
8 *Dispensatio alia debita, item prohibita, concessa, & permissa, prohibita quando num. 11. Multitudo dispensationem inducit, sub num. 8. fallit in religiosis, num. seq.*
10 *Dispensatio debita quando dicatur.*
12 *Irregularitatum plures species, sed principaliter duæ.*
13 *Irregularitates contractæ absq; culpa ad quinque capita reduci possunt.*
14 *Irregularitates ex defectu ad quatuor capita reducuntur.*
15 *Regula circa irregularitatem ex aliquo morbo.*
16 *Sub irregularitate ex defectu animæ, qui comprehendantur, & qui ex defectu libertatis, vel lenitatis. num. seq.*
18 *Episcopus à quibus irregularitatibus dispensare potest*
19 *Papa solus dispensat in irregularitatibus prouenientibus ex defectu corporis.*
20 *Episcopus potest arbitrari quis defectus inducat irregularitatem, sic circa excommunicationem. num. seq.*
22 *Episcopis quare facultas detur dispensandi in irregularitatibus ex crimine, & non ex defectu.*

Irre-

23 *Irregularitates omnes sunt de iure positiuo.*
24 *Irregularis est etiam post peractam pœnitentiam a peccatis.*
25 *Irregularitas est de maioribus negotijs.*
26 *Casus XCIX. Summmo Pontifici reseruati remissiuè.*
27 *Irregularitas non comprehenditur sub censuris.*
28 *Irregularitas non iteratur per multitudinem actuum.*
29 *Irregularis priuatur beneficijs; sed qualiter.*
30 *Dispensatio an fiat cum irregulari post adeptum beneficium.*
31 *Episcopi an dispensent cum irregulari in beneficijs.*
32 *Potestas ampliſſima confessori data vt intelligatur.*
33 *Dispensatio concessa super vno facto ad aliud an extendatur. nu. seq.*
35 *facultas absoluendi à censuris non extenditur ad irregularitatem.*
36 *Absoluens in dubio probabili ab irregularitate incidit in casum.*
37 *Irregularis an iudicãdus in dubio. Et quid si æqua sit dubitatio, nu. sequent.*
39 *Irregularitatem inducit opus consumatum.*
40 *Irregularitas veritatem requirit.*
41 *Suspensio qualis inducat irregularitatem.*
42 *Excommunicatus celebrans an semper sit irregularis.*
43 *Irregularitatem non inducit pueritia, & furor.*
44 *Sacerdos dispensans super irregularitate contracta sine peccato incurrit.*
45 *Irregularitatem non incurrunt ratum habentes homicidium. num. sequent.*
47 *Forma dispensandi ab irregularitate qualis.*

De dispensatione super irregularitatibus.

Cap. XVII.

Dispensatio super irregularitatibus.

EXPOSITIO.

Per. ſii.

DISPENSATIO, vt ꝓpriè sumitur, quia impropriè † dicit iuris declarationem, vt extra de iureiurando, ca. quintauallis, est iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione, † 1. q. 7. cap. requiritis §. nisi rigor. vbi per glosam, Ideò per dispensationem dicitur ius vulnerari, vnde tex. in cap. ipsa pietas 23. qõ. 4. vocat vulnus; Quare prouida deliberatione est facienda ab eo, † qui ius habet dispensandi, alioquin potius dissipatio, quàm dispensatio diceretur; Ad quod facit textus in c. non satis circa mediũ, dist. 86. Dominus non vult simul effundi opes; sed dispẽsari. Hinc fit secundum Archidiaconum in §. nisi rigor quod cum dispensatio sit quædam relaxatio iuris communis, est strictè intelligenda

1 2 3

4 da, † argu. eorum, quæ dicuntur in c. quod dilectio extra de consang. & affinit. c fin. de fili. presbyt. in 6. si quidem recessus à iure est odiosus; sed odia restringenda sunt, & non amplianda, reg. odia in 6. vnde adeò dispensatio est tenēda in suis terminis, q̄ non licet in ea arguere à mi-
5 nori; † Non enim videtur dispēsatum in minori, etiam si sit dispēsatum in maiori, iuxta notata per speculat. tit. de leg. §. videndum, versic. sed nunquid. Et hoc intellige, dum tñ aliquido peretur, † Host. in cap. literas de fili.
6 presbyt. Itē nisi dispensatio esset motu proprio cōcessa; nam tunc latè est interpretanda, c. si pluribus de præben. in 6. §. 1. Dominus Anto. in c. At si clerici §. de adulterijs de iudic. Io. Andr. in c. cum in cunctis de elect. Itē intellige, quòd dispensatio est stricti iuris, quando est contra ius, vel tollit ius alterius, secus si non est contra ius, vel iuri alterius non præiudicat. Ita Archid. intelligit tex. in cap. cum dilectus de donat. sic Gemin. in c. nos cōsuetudinē in fin. dist. 12.

Item intellige quò ad dispen-
7 sationem, non autem, † quò ad facultatem dispensandi; nam cū facultas dispensandi sit gratia, quæ venit per dispensationem, eroganda in tertium, latè talis facultas interpretatur, cap. dudum de præben. in 6. Io. Andr. in c. fi. de verborum significatione in 6. Panormitan. & Ioan. de Anania num. 5. post Ioan. Andr. per illum tex. in c. fi. de simonia, & ita intelligitur glosa in clem. vnica in verbo sacerdotium de offic. vicar. Lapus, & Gemin. in c. 2. de fil. presbyt. lib. 6. Io. Andr. in ca. per venerabilem, qui filij sint legit. & tādem latè Præpos. in c. nos consuetudinem num. 3. distinct. 12. exorditur hanc materiam dispensationis.

Hæc verò dispensatio alia est
8 debita, alia prohibita, † alia cōcessa, & alia permissa. Debita est, vbi multorum strages iacet, & de scandalo timetur, dist. 50. c. vt constitueretur, de cler. excom. ministr. c. latores. Multitudo enim dispēsationem inducit, de transact. c. fin. 11. quæst. 1. ca. 3. in fine, fallit tamen hæc regula
9 in religiosis, † qui cesserunt sæculo, & qui veniunt contra votum, & ratio potest esse, quia ex quo illi monachi veniunt contra obseruantiam monachalem, superior suus non potest contra illā dispensare quò ad essentialia, vt patet in c. cū ad monasterium in fine de statu monach. si ergo nō sunt dispensabilia superiori, non potest superior detrahere seueritati iuris, secundum Archidac. & Gemin. in d. c. vt constitueretur. Verum an, & quando sit parcendum multitudini, ac seueritati iuris detrahendum, videndus est; Diuus Thomas Secunda, Secundæ, q. 108. art. 1. & Do. Cardin. in d. c. vt cōstitueretur.

Item dispensatio est debita
10 ratione temporis, † vel personę, vel pietatis, aut necessitatis, vel

euen-

euentus rei; Hæc enim dispensationem inducunt, vt Probatur sigillatim per ordinem 1.qō. 7. §. nisi rigor. & c. sequentibus vsque ad §. ecce quibus, extra de præb. c. expositi, de ætate, & qualit. c. tua, & c. indecorum, & c. quæris, 7. q. 1. c. scias. 14. dist. sicut de concess. præben. c. cum nostris in fine. Prohibita est autem in enormibus, & manifestis
11 criminibus, † vt in homicidio. Sponte commisso, in simonia, 1. q. 1. cap. erga. Præpos. in d. c. vt constitueretur num. 5. & vbi non potest fieri sine decoloratione status Eccleſiæ, & vbicunque nō subest iusta causa dispensandi, vt 1. q. 7. c. & si illa, & c. tali. At cōcessa dici potest dispēsatio, vbicunque à iure conceditur; sed permissa, vt in c. si quis presbyter dist. 50. De his dispensationū generibus loquitur specul. tit. de dispensationibus §. genera per totum.

(Super irregularitatibus) Vt aliqualis cognitio irregularitatum habeatur, quæ confessarijs necessaria videatur contra opinionem Caietani asserētis illam parum attinere ad confessariorū notitiam, adnotandum est, quòd plures sunt irregularitatum spe-
12 cies, † Hinc merito in litera dicitur, (irregularitatibus) in plurali, & non in irregularitate, qđ probatur inter cætera in Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de reform. ibi in irregularitatibus oībus, Omnes tñ principaliter reducuntur ad duas species, quia aliæ proueniūt ex delicto, & dicuntur contrahi ex facto proprio, & aliæ absque vlla culpa, & dicuntur contrahi ex aliquo defectu.

Rursus irregularitates omnes quę sine culpa contrahuntur, ad quinque capita reduci possunt;
13 † nam Primò quædam contrahuntur ex defectu Sacramenti; Huc spectat bigamia dicta à bis, & gamos, quòd significat binas nuptias cum duabus vxoribus, & hæc bigamia quinque modis consideratur, glosa in c. 1. extra de bigam. Secundò contrahitur irregularitas ex aliquo defectu corporis: & hæc in quatuor mē-
14 membra diuiditur; † Nam Prima est irregularitas proueniens ex aliquo corporis defectu; Huc spectāt corpore vitiati, toto tit. de corp. vitia. qui impediti ob tale vitium ordinis executionē non possunt exercere, quia ille defectus inducit notabilem deformitatem.

Exemplum primi generis, si sit oculis priuatus, vel vsu linguę, si digitis careat, quibus Hostiam frangere nequeat, vel adeò tremulus, vt sine periculo effusionis sanguinis calicem eleuare nequeat.

Exemplum secundi. Amputatio nasi, aut insignis macula in oculo, aut alterius defectus, qui magnam facit deformitatem in quacunque corporis parte, vel membro.

Secunda est irregularitas ex aliquo morbo, vel infirmitate corporis, vt patiens morbum ca-

ducum

ducum, vnde de hac irregulari-
15 tate traditur talis regula † iuxta D. Thomam in 4. sent. dist. 9. art. 4. q. 3. ad Tertium, & 3. par. q. 82. art. vlt. ad tertium. Morbus, aut infirmitas, quæ horrorē, aut infirmitatem, aut scandalum generat, promotionem, & susceptī ordinis impedit executionē. Tertia irregularitas ex defectu
16 † corporis consistit circa defectum natalium, c. 1. c. fi. de fili. presb. c. innotuit extra de elect. Quarta contigit circa defectum ætatis, de hac habetur in Constitut. Pij II. Cum ex sacrorum.

Tertia irregularitas contrahitur ex aliquo defectu animæ, in hac specie, Nauar. in Manu. c. 27. nu. 207. enumerat amentes & non baptizatos, Hæreticos, fautores Hæreticorum, receptatores, aut credentes Hæreticis, & Apostatas à fide.

17 Quarta irregularitas † procedit ex defectu libertatis; Huc spectant seruituti subditi, obligati ad ratiocinia, & obligati Curiæ sæculari.

Quinta est ex defectu lenitatis, seu mansuetudinis, de hac irregularitate habetur per Sayrum de censu. lib. 6. cap. 15. De his amplissimè per Speculat. lib. 1. de dispensationibus, per Marian. Socc. in c. ad audientiam extra de homic. & per Simo. Maiol. tit. de irregular. & per nos j. par. decis. lib 5. c. vlt.

(Super irregularitatibus) Hic intelligit litera tex. omnes irregularitates prouenientes ex quo
18 cunque delicto occulto † in foro conscientię ēt mutilationē membri; excepto homicidio voluntario, quāuis occultissimo, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, in sua Diœcesi tantū, vt habetur per Conc. Trident de reformat. sess. 24 c. 6. posse Episcopos absoluere. Extra tamen suam Diœcesim Episcopi super irregularitatibus dispensare nō possunt, quando quidem nec possunt Pontificalia exercere, aut excommunicare, iuxta Concil. Trid. sess. 6. de reformat. cap. 5. etiam suos subditos. Irregu-
19 laritates autem † ex defectu corporis prouenientes solus Papa dispensat secundum probabilem sententiam Innoc. in c. significauit de corp. vitiatis, & ibi Panormit. num. 2. Couar. in clem. si furiosus par. j. initio relect. nu. 7. de homic. Nauar. in Manuali c. 27. num. 200. versic. viij. dico. Viualdus de irregul. num. 174. licet possit Episcopus, quando res
20 est dubia, iudicare, † quis defectus, vel deformitas sit talis, vt irregularitatem inducat, sicut à simili diximus excommunicatū pro lęsione enormi facta in clericum solum à Papa esse absoluēdum, c. cū illorū de sent. excom.
21 Verum in arbritanda † qualitate, & quantitate iniuriæ læsionis non est necesse recurrere ad Papam; sed Episcopus arbitrari potest, ita Abb. in d. c. cum illorum num. 11.

Ratio autem, quare detur facultas

cultas Episcopis dispensandi super irregularitatibus ex crimi-
22 ne, & non ex defectu † est, quia facilius deletur irregularitas, prouenies ex crimine, purgatur enim per pœnitentiam, non sic in defectu, 29. distinct. cap. Deinde, vel maior est irregularitas prouenies ex origine, quàm ex crimine. quia prima ex natura, secunda ex accidenti; sed naturalia immutari nō possunt, glosa in c. 1. verbo Sedis Apostolicæ de filijs presbyt. lib. 6.

Verum hæ irregularitates se-
23 cundum communem † opinionem omnes sunt de iure positiuo, Innocent. in cap. nisi cum pridem, & post eum Ioann. de Anania num. 11. de renunt. Hinc fit, quòd Papa in omnibus irregularitatibus dispensat, vt dixit idem Innocentius referente eum Ioann. de Anania in rubrica de cleric. excommunicat. ministr. num. 7. cum super iuspositiuum habeat plenariam potestatem, extra de concess. præb. cap. proposuit, Specul. lib. 1. de dispens. §. iusta num. 3. Hieronymus Ilamas de irregul. §. 1. Sayrus de censur. lib. 6. de irregular. cap. 1. num. 18. quæ nunquam incurritur, nisi in Casibus à iure expressis, cap is, qui, vbi Doctores de sentent. excommunicat. Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

PRimò, Quia irregularis
24 etiam post peractam † pœnitentiam, & obtemptam absolutionem à censuris, & omnibus peccatis adhuc inhabilis est ad ordines suscipiendos, & ad administrandum in susceptis; Donec per dispensationem inhabilitas illa ab habente potestatem tollatur; & ratio est, quia irregularitas non tollitur per pœnitentiam, 25. dist. c. primum, c. illud dist. 50. quare post pœnitētiam peractam debet fieri dispensatio, cap. ex tenore de tempor. ordination. notat. Alex. de Neuo in cap. 1. num 6. Qui cler. vel vouentes.

Secundò, Quia est irregula-
25 ritas de maioribus † negotijs, vn de tanquam maiora maioribus reseruantur, vel Summo Pontifici, aut Episcopis, glosa in cap. quod translationem extra de of fic. lega. quæ enumerat Casus
26 Romano Pontifici † reseruatos, & adde Speculat. hoc eod. tit. in §. nunc ostendendum est, vbi enumerat Casus XCIX. Hinc ap-
27 pellatione † Censurarum irregularitas nulla venit, siue sit contracta citra culpam, vt propter bigamiam, vel quando iudex facit suspendere reum, siue sit contracta ratione peccati, vt in excommunicato suscipiente ordines, contra Sotum dicentem in 4. sentent. dist. 22. q. 3. art. 1. de interd. quòd poterat confessor absol-

absoluere ab irregularitate ratione peccati contracta.

Tertiò, quia & si non iteretur irregularitas, & neque multiplicetur per iterationem † actuum: 28 Tamē quoties quis celebrat post incursam irregularitatem, vel exercet aliquod officium, quod est ordini annexum, iuxta Panormit. in c. 2. de cleric. excommu. ministr. & in c. fi. de excess. prælat. semper peccat mortaliter. Nauar. in Manu. cap. 1. nu. 194. & ratio est, quia irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica, vnde celebrās illa irretitus nullam violat censuram, neque aliquid, cuius violatio nouam infligat irregularitatem. Nauar. de tempor. ordin. lib. 1. cons. 46. nu. 2. & de conuer. coniug. cons. 6. nu. 4.

Quartò, Quia irregularitas 29 priuat beneficijs obtemptis, † & obtinendis, obtentis inquam, non ipso iure irregularis priuatur; sed est priuandus. quamuis sit irregularis duplici irregularitate, quia homicida, & quia excommunicatus celebrauit. Io. de Anan. in c. veritatis de dolo, & contum. num. 4. de quò per Innoc. in c. cum nostris de concess. præben. Vnde donec priuetur, licitè beneficia retinet; Adde Rotam de concess. præben. in antiquis, quæ incipit vbi regularis in fine. Alex. de Neuo in c. ad præsentiam nu. 16. de appellat. An verò cum irregulari post ade 30 ptum beneficiū dispēsetur, † dic quòd sic. si culpa caret, & suum beneficiū laudabiliter ministrauit. quam dispensationem potest etiam subditus petere, Ioan. de Imola in ca. nisi cum pridem de renunt. Quæ potest fieri per superiorem non vocatis ijs, ad quos spectat electio, vel confirmatio, Ioan. Andr. post Innoc. in d. c. nisi cum pridem. An verò Episcopi possint cum irregula 31 ri dispensare † in beneficijs; Respondet Alex. de Neuo vbi supra q̄ licet non possint dispēsare quò ad executionem ordinum, vel vt possit ascēdere ad maiores ordines, potest tñ dispensare in beneficijs, bonus tex. in c. 2. de cler. pugn. in duel. in fi. dist. 28. cap. presbyterum vide supra in verbo super irregularitatibus n. 18. & nos in Prima Par. decis. lib. 1. cap. 13. num. 36.

Quintò, quia irregulares sunt extra regulam aliorum, Ioan. de Anan. in rubr. nu. 7. de cler. excommun. ministr. Hinc regularis dicitur ab in quod est sine, & regula, hoc est sine regula, & dicitur irregularis infamis, c. infamibus 6. q. 1.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. INcidit in Casum Confessor, qui dispensat in irregularitate, sub prætextu, quòd Episcopus concesserit ei generalem facultatem, & totam suam potestatem in audiendis confessionibus, etiam adiecta clausula generali,

nerali, vt omnia facere possit, quæ specialem commissionem requirerent, arg. tex. in c. qui ad agendum de procurat. lib. 6. quã uis Episcopus concesserit vnum etiam Casum reseruatum; nam
32 licet† talis potestas extendatur etiam ad similes Casus reseruatos non expressos, arg. tex. in d. c. qui ad agendum §. 1. glosa fin. in c. 2. de offic. vica. lib. 6. tamen non extenditur vt possit dispensare super irregularitate; & ratio est, quia appellatione Casus non venit irregularitas, sicut neque votorum, aut iuramentorum commutatio, cum sint diuersa à Casibus, & ex diuersis nõ fit illatio l. Papinianus exuli ff. de minor. Poterit ergo absoluere à transgressionis peccato; si forte irregularis celebrauerit; nam tunc celebrãdo incurrit peccatum mortale, non tamen poterit dispensare.

II. Cum dispensationes tanquam à iure exhorbitantes sint restringendæ, c. 1. & 2. de fili. presbyt. lib. 6. & c. fi. de transl. prælat. in c. fi. de offic. ordin. fit, quòd
33 concessa facultate † confessario dispensandi super aliquo facto particulari, si confessor extenderet illam potestatem ad aliã speciem separatam, incideret in Casum, & ita procedit tex. & glos. in c. fi. de trasl. prælat. Nam dispensatio Episcopi, quòd possit quis transire ad subdiaconatum, non extenditur ad diaconatum, Item, si conceditur vni, q̃ possit dispẽsare cum nato ex adulterio & etiam nato ex incestu, talis nõ poterit dispensare cum nato simul ex adulterio, & incestu, cum ibi sit diuersa species ab alijs duabus, ita notant Doctores, & præcipuè Decius in c. at si clerici de iudic. Nisi concederetur
34 facultas † dispensandi in maiori, quia tunc videtur etiam potestas extendi ad minus; vnde si dispensatur in diaconatu, videtur dispensatum in subdiaconatu, cum superior ordo præsuppõnat inferiorẽ, vt notat Io. Andr. in c. postulasti de rescript. & in regula Accessoriũ de regul. iur. lib. 6. Petr. de Anchar. in clem. 1. de cõcess. preb in col. 15. Do. Anton. in d. §. de adulterijs.

III. Comprehenditur sub litera confessor ille, qui habẽs amplissimam facultatem absoluendi à peccatis, & censuris quibus-
35 cunque, † & pœnis, & dispensandi à votis, dispensaret in irregularitate. Vnde quando in bullis, & Iubilæis datur potestas absoluendi à censuris omnibus, non datur facultas dispensandi in irregularitate, sic Nauar. in Manuali c. 27. nu. 104. versic. Quartò & num. 254. versic. Decimò dico. Viualdus de irregular. num. 331. & habetur per nos lib. 4. cap. 15. num. 27. Non enim irregularitas est censura, cum non comprehendatur, iuxta tex. in c. quę rẽti de verborum significatione; Sed est quædam pœna inhabilitatis, quæ quò ad confessionem, & statum gratiæ neq; ponit, neq; tollit, cum sæpius sit sine peccato,

to, & possit semper sine illo remanere, ita Ilamas in 3. par. Meth. in sua summa §. 35.

IV. Incidit etiam meo iudicio, qui in dubio probabili,
36 † An quis sit irregularis, dispensat; nam potius debet consulere Episcopum, an ille esset irregularis, & si declaretur per illū, quòd sit irregularis, si poterat per Episcopum dispensare, accipiat facultatē dispensandi, alias si hunc ordinem non seruabit, comprehenditur sub litera. Etenim vbicunque incidit dubium, sit ne illa deformitas talis, quæ faciat irregularem, standum est iudicio Episcopi, capit. 2. & ibi Do. Anto. Cardin. & Panor. nu. 1. Idem in c. 1. num. 3. Innocen. in c. significauit de corp. vitia. sic an læsio sit leuis, vel enormis, stat tur etiam Episcopi arbitrio, Ab bas in c cum illorum de sentent. excommunic.

An vero in dubio quis sit iu-
37 dicandus irregularis, † Nauar. in Manuali cap. 27. num. 173. dicit, quòd non in foro exteriori; sed sic in foro interiori. Tu vero altius prosequendo hanc materiam, dic quòd si dubium est, an in aliqua specie sit inducta irregularitas in iure canonico, tunc recurrendum est ad dictum ius, & peruoluere an sit aliquis canon, qui faciat eum irregularem, & ita iudicabis; si vero non est talis irregularitas in iure, tunc dices eum non irregularem: cum irregularitas nunquam incurratur nisi in casibus à iure pontificio statutis, & expressis, cap. is, qui de sent. excommunication. in 6. At vero vbi certi sumus irregularitatem induci in certa specie peccati; sed dubij sumus de facto; An Petrus ex suo ictu aliquem interfecerit, vel mutilauerit, vel alius, tunc si dubium est probabile, magis inclinans affirmatiuè, quàm negatiuè, in vtroque foro iudicandus est irregularis, & ita procedit tex. in cap. ad audientiam, & cap. significasti extra de homicid. quia hæc est tutior pars, licet videatur durior, glosa in cap. vnico, verbo æstimare de scrut. in ordi. faci. nam bonarum mentium est timere culpam, vbi culpa minimè est, distinct. 5. cap. fin. ca. 2. de obseru. ieiunij, c. veniens de presby. non baptiz. sed vt superius dixi, hoc est intelligendum, quando dubium esset aliqua probabili ratione, & coniectura fundatum; Non autem, si esset aliquis purus conscientiæ, scrupulus, quòd
38 quamuis æqua sit dubitatio, † tamen asserendum est illum non esse irregularem: Etenim iudicando irregularem, afferret maximum præiudicium dubitanti; Esset enim inhabilis tum ad ordines suscipiendos, tum ad eorum executionem præsertim à celebratione missæ. priuat etiam beneficijs tàm collatis, quàm obtinendis, vnde collatio facta irregulari nulla est, nec titulum acquirit, & nec fructus facit suos, vt est communis Docto-

rum sententia, Dynus in regula j. de reg. iur. in 6. Innocent. in cap. cum nostris de conc. præben. Felinus in c. 2. de rescript. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 251. facit dictum Panormit. in cap. vnico de scrut. in ord. faci. & quod diximus in j. par. decis. lib. 4. cap. 2. num. 6. non esse standum dicto Episcopi se habuisse intentionem excommunicandi, si hoc declarato ageretur de magno præiudicio alterius, cum ante declarationem Episcopi erat collatum beneficium.

V. Cum talis reseruatio casus non incurratur pro actibus internis; sed propter peccati opera externa, & consumata, vt per Ioan. Andr. & Geminian. in ca. perpetuò de elect in 6. Abbas in cap. cum in cunctis §. clerici extra de elect. fit, quòd si confessor absoluerit eum, vel dispen
39 sauerit cũ illa clausula, † Si teneris aliqua irregularitate, ego tecum dispenso, & c. non includitur, si absoluerit illum, qui voluit, aut desiderauit, aut proposuit, vel etiam intendit occidere, vel mutilare, non tamen aliquem interfecit, vel mutilauit, cum nulla irregularitas cõtrahatur propter opus interius, sed propter opera peccati, vel indecentię externa, & executioni mandata; ita Ilamas de irregularit. par. j. §. 1. in fine, & irre-
40 gularitas requirit veritatẽ, † Alexand. de Neuo in cap. ad præsentiam nu. 4. de appellat.

VI. Et si suspensi efficiantur
41 irregulares, † Sylu. in verbo Casus quæst. 1. vers. 23. non tamen intelligendi sunt de quacunque suspensione, non quidem de illa, quæ fit quò ad seipsũ à solo Deo propter peccatum mortale, cap. finali extra de cohab. cleric. & muli. Quapropter sacerdos, qui talem absolueret, non incideret in Casum, quia talis suspensus celebrans non efficitur irregularis, cap. si celebrat de cleric. excom. ministr. Nec si absolueret suspensum à sacerdote in actu confessionis, vt nisi post decem dies non celebret: Etenim si ille ante prefixum tempus celebraret, veniendo contra suspensionem factam iuxta text. in cap. omnis de pœnit. & remiss. non esset irregularis, & consequenter absoluens immunis esset à Casu reseruato, Innoc. in c. si celebret de cler. excom. ministr. Phil. Franc. in c. 1. § scituris de sent. & re iudic. lib. 6.

VII. Quamuis excommunicatus exercendo aliquem actum suo ordini annexum, vt sacerdos celebrando, Dyaconus Euãgelium legendo solenniter, efficiatur irregularis, capit. si quis Episcopus iiij. 11. quæst. 3. Tamen hoc intelligitur, quando es-
42 set excommunicatus † excommunicatione maiori, sic enim excommunicatio in dubio intelligitur, capit. si quem extra de sentent. excommunicat. Quapropter si quis sacerdos ab Episcopo approbatus aliquem absolue-

solueret, qui excommunicatus minori excommunicatione celebrauit, non incideret in Casum, & ratio est, quia excommunicatus minori celebrans non efficitur irregularis, Couar. in c. alma mater §. 1. de sent. excommun. in 6. Nos in j. par. lib. 4. decis. c. 50. nu. 3.

VIII. Nec puer, & adolescēs grandior effectus, qui tempore
43 †infantiæ, in ætate illa ignorat quid agit, l. 1. C. de falsa mone. c. 1. de delict. puer. vel furiosus tempore furoris durante interfecerit aliquem, vel ille, qui tempore imminētis necessitatis ob necessariam suæ salutis corporalis tuitionem aliquem interfecerit, si postea grandiores facti, vel mentis compotes, confiteantur homicidium, si sunt absoluti, non incidunt confessarij in Casum, quia nullo modo huiusmodi personæ fuerunt effecti irregulares, clem vnica de homic. Mari. Socc. in d c. ad audientiam num. 28. & 29. & 42. de homic. Etenim tale homicidium nullaterus est peccatum; nec pœnitus irregularitatem inducit, d. clem. 1.

IX. Incidit tamen in Casum, qui super irregularitate dispen-
44 saret cōtracta sine peccato, †qualis est illa, quam commisit iudex iustè iudicando, vel miles iustè bellando dist. 50. c. 1. c. sententiā extra ne cler. vel mo.

X. Non tamen erit casui obnoxius sacerdos ille, qui absoluit aliquem ratum habentem homi-
45 cidium † nomine suo commissum à Titio; Etenim si Titiū postea receperit, maioriq; vinculo amicitiæ deuinxerit, & propterea sit excommunicatus, vt Doctores notant in ca. cum quis de sent. excommu. in 6. Non tamen erit excommunicatus irregularis; quia nullo Casu propter ratihabitionem irregularitas contrahitur, quia ad illam incurrendam requiritur in ipso actu homicidij culpa, c. si aliquis de homic. At qui ratum habuit homicidium commissum, verè nullā habuit homicidij culpā quò ad ipsum actum, cū iam actus præcesserat, ergo. Ita Couar. tit. de homic. lib. 6. ca. vnico §. 1. nu. 4. Quare fit, quòd si absoluit, erit à casu immunis.

XI. Confessarius, qui facul-
47 tatem habet dispensandi, † hac vti potest forma. Auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & S. D. N. vel Reuerendissimi Episcopi N. dispenso tecum in irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas ob talē, vel tales causas incurristi in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Et si dubia est, vtendum est ista: Dispenso tecum in irregularitate, vel irregularitatibus, si quā, vel quas incurristi, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. At si auctoritate propria dispensant, potest dici. Dominus Noster Iesus Christus dignetur tecum dispensare, & ego eius auctoritate tecum dispenso, &c. Hac forma.

communiter solent vti docti, quamuis à iure nulla reperiatur determinata.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatio grauis materia, peccatum mortale.
2 Excõmunicationes Synodales dicũ tur iuris, & ad quos extẽdunsur.
3 Subditi qui dicantur, nu. 10.
4 Excommunicatio ipso facto quid importet.
5 Sacrũ quid, & vnde dicantur Christiani.
6 Olea sacra sunt plura, & olei proprietates, nu. seq.
8 Chrisma qñ dicatur Sacramentum, vel materia sacramenti, nu. seq.
11 Sortilegia tribus modis exercẽtur.
12 Sacrilegium hic comprehendit omnes species sortilegiorum.
13 Abusus quando propriè dicatur.
14 Abusiones clausstri xij. item aliæ laici xij.
15 Sacramenta quare sic dicantur, & Eucharistia.
16 Eucharistiæ Sacramento qui abuntur.
17 Extrema vnctione non vti an mortale.
18 Eucharistiam non suscipere semel in anno mortale.
19 Casus ad præsens diuersimode reseruatur.
20 Abusus Eucharistiæ Neapoli reseruatur etiã non secuto effectu, quãdoq; sapit hæresim, nu. seq.
22 Et quid si admiscet res sacras, vel sacramentalia, an comprehendatur sub Casu, nu. seq.
24 Episcopus vtendo vno oleo pro alio, qualiter peccet.
25 Ligare seipsum nemo potest.
26 Sacramentum an iterandum, quando ab Episcopo admiscetur vnũ, oleum pro alio.
27 Inaduertentia excusat à peccato mortali.
28 Episcopo an liceat infirmum vngere pro chrismate.
29 Infirmus, qui facit se tangere oleo sacro, an peccet.
30 Chrismatis liquorem an liceat aliquando vendere.
31 Sacerdos abutens extrema vnctione peccat mortaliter.
32 Eucharistiæ abusus bono fine mortalis.
33 Abutentes materia Sacramenti cõfirmationis excommunicati.
34 Archiepiscopus est iudex suffraganeorum per appellationem.
35 Statuens suo statuto non ligatur, nec successor, nu. seq.
37 Excommunicatione non ligantur ratione carentes.
38 Nec qui non perficit opus illicitũ, num. 45.
39 Nec excommunicationi subiciuntur infideles.
40 Casus, in quibus Ecclesia habet iurisdictionẽ in infideles, remissuè.
41 Verbum Abutentes includit dantes, vel eos, qui per alium abutuntur, nu. seq.
43 Excomunicatio contra dantes Eucharistiam, an comprehendat dantes metu mortis.
44 Excommunicatio contra accipientes an includat dantes inaduertenter.
45 Excõmunicationis verba nõ debent excedere proprium significatum.

45 Ver-

47 *Verbum abutentes an comprehendat mandantes, & nu. 49.*
50 *Sed quid si mandator antequã fuisset delictum consumatum, moritur*
51 *Ratum habens an comprehendatur sub mandante.*
52 *Abuti an dicatur portans ad sui defensionem.*
53 *Abutentes an quandoq; possint inquiri ab Inquisitoribus, nu. 18.*
54 *Eucharistiæ Sacramentum quare fuerit institutum.*
55 *Reliquias sacras deferens quando non peccet, sic de deferẽte sacras Reliquias ad collum, nu seq.*
57 *Confessor qualiter in hac materia interroget pœnitentem.*
Pœnitens qualiter induci possit ad veram contritionem quò ad hoc peccatum.

De excõmunicationib contra abutentes Sacramentis, & Sacramentalibus. Cap. XVIII.

Excommunicãtur ipso facto sacris oleis ad finem sortilegij abutẽtes. Item excommunicantur ij, qui sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento abutuntur.

EXPOSITIO.

In dicœsi Cosentina.

(XCOMMVNICANTVR) Grauis ergo est materia, cum apponatur excommunicatio, quæ in 1 dubio intelligitur de maiori, † c. si quem de senten. excommunic. Sic enim etiam se habet communis vsus loquendi, cap. ex literis extra de sponsal. qui attendendus est, vt etiam habetur in l. librorum §. quod tamen cassius de legat. iij. Materia ergo excõicationis est peccatũ mortale, 11. q. 3. c. nemo, c. nullus, ergo grauis.

(Excommunicantur) Hæc excommunicatio cũ lata sit à constitutione Synodali huius diœce 2 sis, dicitur lata à iure, † & extenditur tantum ad illos, qui sunt sub iurisdictione statuentis, secus si facta esset à Summo Pontifice, cui omnes subijciuntur, c. cuncta per mundum, c. per principalem. 9. quæst. 3. vel in concilio generali; nã omnes, qui sunt in Ecclesia, ligantur, Sylvest. in verbo excommunicatio 1. num. 3. versic. igitur. Dixi in Ecclesia, nam qui in Ecclesia non sunt, vt infideles excommunicari non possunt, 11. q. 3. cap. omnis Christianus, glosa in c. sæpè 28. q. 1. Hinc collige verba generalia statuentis (Excommunicantur) restringi ad limites potestatis suę, Ita vt quamuis ex propria significatione apta sint. etiam non subditos comprehendere, tamen propter potestatis defectum verba quantuncunque generalia restringuntur, vt non comprehendantur nisi subditi, vt notatur in cap. à nobis 1. de sentent. excommunicat. Verum cum huiusmodi excõmunicationes sint iuris, per subditos intellige om- 3 nes, † qui futuris temporibus aduersus prohibitionem egerint

infra legislatoris territorium, quamuis tempore; quò facta fuerit excommunicatio, minimè fuerint subditi ipsius statuentis, quia ratione delicti quis forum fortitur, cap. vltim. de foro compet. nam lex frequenter respicit futura, l. Arriani, C. de Hæreticis, & Manicheis nisi expressè ab ipso, vel successore reuocetur.

(Ipso facto) Ergo non commi
4 natoria, † iuxta glosam in c. vnico extra de sagittar. sed eò ipso, quòd quis facit actum prohibitum, est excommunicatus, cum excommunicatio secum trahat executionem, capit. pastoralis §. verum, vbi glosa de appellation.

(Sacris oleis) Sacrum dicitur
5 † quicquid à prophanis separatur, & cultui Dei dedicatur, & hoc conuenit creaturæ rationali, & irrationali, animatis, & non animatis; sic Nazareni sancti dicuntur, quorum consecrationis ritus describitur, Leuit. c. 8. Hoc modò Christiani sancti dicuntur, quia Deo dedicati sunt in baptismate, sic res inanimatæ sacræ appellantur, vt vasa, vestes Ecclesiæ, altaria, & olea, &c. De quibus Exodo 40. Assūpto vnctionis oleo vngens tabernaculum, &c. Et differt sacrum à sancto, & religioso; nam sanctus dicitur firmus, vel separatus à mundialibus curis, quasi sine terra, vt dixit D. Thomas in festiuis sermonibus in festo SS. Sebastiani, & Fabi. circa secundum. Religiosus vero dicitur locus, vbi sepultus est.

(Oleis) Ideò dicit oleis, quia
6 plura sunt olea † sacra; Est enim sanctum Chrisma, quod de oleo conficitur, & balsamo; Hoc vnguntur Episcopi in capite, & in manibus, quando consecrantur, c. 1. §. hoc vnguento, vbi Zabar. de sacra vnctione, sic Christiani post baptismum bis vnguntur eo, Zabar. in d. §. quia vero, & significat oleum bonā conscientiam, cuius proprietates sunt hæ.

7 Oleum pingue † calidum, penetransq; mitigat, reficit, lubricat, supereminet, & vngit. Sed balsamum, quod est liquor, qui emanat de quibusdam arboribus, seu frutetis, dum putantur, secundum Hostiens. in c. 1. §. ad exhibendum de sacra vnct. significat odorem bonæ famæ. Et hoc
8 Chrisma est sacramentum, † ca. multi 1. qō. 1. quatenus materia Chrismatis applicatur per Episcopum confirmando, eo dicente. Signo te, &c. vt diximus in 2. par. decis. lib. 1. cap. 3. nu. 18. Archidiacon. in d. c. multi. nu. 3. qui dicit Chrisma est Sacramentum, quando vnitur corpori, de consecrat. distinct. 2. cap. in baptismate, & tunc est propriè cōfirmatio, quæ datur ad robur, quia facit nos luctatores contra Diabolum, de consecratione distinct. 5. cap. 1. 2. 3. & 4. Sic non ipsa aqua est Sacramentum baptismi; sed applicatio aquæ ad hominem, hoc est vsus, qui est ablu-

ablutio, dicitur Sacramentum baptismi, liquor vero Chrisma tis, qui est confectus ex oleo, &
9 balsamo † dicitur esse propter benedictionem quid spirituale, dum sanctificatur ab Episcopo in cena Domini, ità Abb. in ca. ea, quæ, & in c. ad nostram, vbi Mar. Socc. de simon.

Rursus sacra olea dicuntur o-
10 leum cathecuminorum, † quò bis illi vnguntur ante baptismũ, primò in pectore, secundò in scapulis, Zabar. in d. cap. 1. §. quia vero, sic eodemque oleo vnguntur manus Sacerdotis in ordine Sacerdotali; Item est oleum extremæ vnctionis, quo in articulo mortis vnguntur infirmi, glosa in cap. presbyteros §. oleo dist. 95. c. 1. §. scire oportet de extrema vnctione. De isto triplici genere oleorum loquitur Sylu. in verbo oleum, & habetur per nos in 2. par. decis. lib. 1. ca. 6. num. 56. & 1. vol. consiliorum lib. 5. de sentent. excom. cons. 16. num. 3.

(Ad finem sortilegij) Sortilegia secũdum Ioan. de Anan. in c. 1. eod. tit. tribus modis exercen-
11 tur, † Primò in tabula, & hoc faciunt Geometri per puncta, vt plurimum in chartis, quæ puncta reducunt in certis signis, & ex illis iudicant secundum traditionem illius artis. Alij, & Secundò in codicibus exercent, puta quia legentes Psalterium faciũt illud volùi, vel legunt in illo aliquem versum; Alij, & Tertiò per diuinationes, quæ regulariter sonant in malum, 1. quæst. 1. cap. nunquam.

Hinc autem cõprehende om-
12 nes species superstitionum, † vt ex parte totum includatur, cap. pænale 14. quæstion. 6. cum sint eiusdem generis, vnde licet extensio fiat in pænalibus in his, quæ sunt eiusdem generis, quando agitur de salute animæ, dict. cap. pænale; Tamen hic magis dicitur inclusio aliarum superstitionum, vt patet C. de malef. & mathem. & cæteris similibus, licet propriè sortilegium dicatur diuinatio facta per sortes, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 2, cap. 4.

(Abutuntur) De hoc verbo lo-
13 quitur † tex. in ca. priuilegium, 11. quæst. 3. & c. vbi, distinct. 34. & de abusu dist. 41. per totum, & dicitur propriè abusus, quando quis abutitur, hoc est malè vtitur re contra naturam suam, Abb. in cap. ex literis de conuers. Infidel. & ita accipitur in l. vnum, C. de aquæductu lib. 12. vbi aqua constituta ad vsum ciuium ad bibendum, ciues abutuntur ad purgationes agrorum ad hortorum delitias, sic quoq; capitur in dict. capit. priuilegium, vbi priuilegium meretur amittere, qui permissã sibi abutitur potestate. Nam ille, qui potestate ligandi, atque soluendi pro suis voluntatibus, & non pro subiectorum moribus exercet, se illa priuat quò ad Deum, vel facit propter quod debeat priuari quò ad Ecclesiam mili-

tantem ; Et ita est abusus clauium sacerdotalium, cap. ipse 11. quæstion. 3. sic glosa in clemen. ne in agro §. quia vero de stat. monach. ex Hugone de clau stro animæ libro 11. refert 12. Abusiones claustri, quibus tota religionis summa corrumpitur.

Prælatus negligens. Discipu-
14 lus inobediens. Iuuenis † otiosus, senex obstinatus, Monachus curialis, clericus causidicus, Habitus preciosus, Cibus exquisitus, Rumor in claustro, Lis in capitulo. Dissolutio in choro, Irreuerentia iuxta altare. Sic Abusiones seculi sñ Aug. li. 12. de gradib. sunt xij. Sapiens sine bonis operib. senex sine religione. Adolescens sine obedientia. Diues sine clementia. Fœmina sine pudicitia. Dominus sine virtute, Christianus cõtentiosus. Pauper superbus, Rex iniquus, Episcopus negligens, Plebs sine disciplina, Populus sine lege. Item excipitur abusus pro consumptione, seu diminutione per vsum facta, l. hoc Senatusconsulto §. 1. ff. de vsu eorum re. Item accipitur abusus pro excessu dist. 41. p totum. Rursus abusus dicit impropriam locutionem, l. nec seruus ff. de pecul. Hic vero accipitur pro malo vsu. Est ergo sensus horum verborum, q̃ eo ipso excommunicantur malè vtẽtes ad alium finem oleis sacris, ad quæ fuerunt instituta .

Excommnnicantur etiam ij, qui Sanctissimo Sacramento abutuntur : Aț quarę apponatur Sãctissimo, diximus in 1. volum. consil. lib. 5. de sentent. excomm. consil. 16. num. 4. & quare dicatur Sacramentum Eucharistiæ explicat Gregor. in cap. multi sæculariũ 1. q. 1. vbi dicitur, quòd
15 Sacramẽtum ideò dicitur, † quia sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretius operatur salutem eorundem Sacramentorum. Vnde & à secretis virtutibus, vel sacris Sacramenta dicuntur. Quæ ideò fructuosè pœnes Ecclesiam fiunt, quia Sanctus in ea manens spiritus eorũdem Sacramentorum latenter operatur effectum, cuius panis, & calicis Sacramentum Græcè Eucharistia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur.

Et abutuntur hoc Sanctissimo
16 Sacramento, † qui eo sine non vtũtur, ad quod fuit institutum. Fuit. n. institutum specialiter in memoriam Passionis Christi, iuxta illud Matt. cap. 26. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. & ita vocatur sacrificium. Item in memoriam rei prẹsentis, quia nõ modo sanctificat, & confert gratiam, sicut cætera Sacramenta; sed continet ipsum, qui est largitor, & fons omnis gratię Dominum nostrum Iesum Christum. Hinc ob excellentiam vocatur Eucharistia, Item in memoriam rei futuræ, ideſt fruitionis Dei. Hinc vocatur viaticum. Fuit etiam institutum ad cibandum hominem propriè. Hinc etiam dicitur viaticum, 26. q. 1. cap. qui recedunt,

quia

quia in via nos reficiens ad æternã Patriam nos perducit: Hinc datur sub speciebus panis, & vini. De hoc latè diximus in sermonibus spirit. lib. 2. de fructibus Eucharistię serm. 6. fit, vt qui vtitur non ad hunc finem, dicatur abuti. Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis, quæ ostenditur ex infrascriptis.

Grauitas.

1. Q Via non vti oleo Extremæ
17 Vnctionis † ex contemptu mortale peccatum est, vt dicit Sylvest. ex D. Thoma in Verbo Vnctio, sic prætermittere ex cõtẽptu Sacramentũ confirmationis; ergo multò magis peccatũ graue erit illis abuti. vnde D. Th. dicit, q̃ grauitas peccati magis fit ex abusu rei, quã ex non debito vsu. Vnde qui saltem semel in anno non suscipit Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, peccat mortaliter, cap. omnis. de pẽnitent. & remiss. sed qui abuti-
18 tur † Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Imò si esset error in intellectu, existimans Sacramenta non esse vera, neque sanctificare, potest puniri per Inquisitorẽ hæreticæ prauitatis, vt Adrianus Papa VI. scripsit Inquisitori Cremensi die 20. Iulij 1523. anno Pontificatus sui Primo. incip. Dilecte fili. Rursus si erit error in intellectu, excommunicatio erit reseruata. Sedi Apostolicæ, vt dixit Io. Baptista Constantius Archiepiscopus Consentinus vir vitæ integritate, ac doctrina cõspicuus parte 4. tit. 6. de casibus sibi reseruatis super animaduertẽda in libro, qui sic inscribitur. *Auertimenti per l'officio del Rettore Curato*. Opus equidem fidelibus valde salubre, & charitate ignitum erga salutem animarũ. Quod tamen intelligo, quando talis error in intellectu prodierit extra verbo, aut scripto, seu aliquo signo, quia si hæreticus esset purè mentalis, non incideret in aliquam censuram, quamuis sit verè, & realiter hæreticus, Sylvest. in verbo Hæresis 1. num. 5. nos in j. par. decis. lib. 2. cap. 9. num. 3. Idem, si abutitur alijs oleis sacris, vt illa admittendo, vel Hostiam consecratam cum aliqua re, quæ datur ad comedendum, vel bibendum à maleficio alicui personæ, quia ista omnia reddunt maleficum valde suspectum de hæresi, quia nisi crederet sacramenta, vel sacramentalia, vt aquã benedictã habere virtutem ad maleficiorum operationem. illa non adhibuisset, vt de his latius diximus 1. volum. consil. de sentent. excommunic. consil. 19. num. 20.

Rursus si contrectando laicus absque necessitate Corpus Christi peccat mortaliter, nos, qui supra. consil. 16. nu. 27. quantò magis peccatum erit mortale, & sacrilegium abuti eis. Sed iam descendamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsus iste varijs modis ab Ordinarijs locorum reseruatur. Alij etiam addentes excommunicationem synodalem,
Neap. 19 † vt hic Neap. Trani, & Salerni.
Trani Hic enim excommunicantur a-
Saler. butentes Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, & sacris oleis. Et hæc concordat cum illa Salerni quò ad id, quo quis abutitur. Sic enim habetur.

(Accipientes, dantes, vel conseruantes Sanctissimum Euchari stiæ Sacramentum, Oleum Chrismatis, & Cathecuminorum, vel infirmorum pro sortilegijs, vnde quò ad hanc secundam partem concordat cum hac, de qua ad præsens. Nam dum dicitur. (Et oleis sacris) comprehenduntur tria præfata oleorum genera, de quibus supra. Verum hæc Salerni extenditur ad dantes, accipiẽtes, & conseruantes ad effectum superstitionum, quos tamen non credimus comprehendi sub casu nostro; Nam cum dicat Abutentes debet intelligi cum effectu, c. relatum de cler. non resid. maximè, cum simus in materia excõmunicationis, quæ cum sit maxima pœnarum, cap. corripiantur 24. q. 3. strictè est intelligen-
Neap. da, verum Neapoli Abusus intel-
20 ligitur etiam † non secuto effectu, ita q̃ si quis per se, vel alium acciperet de Sanctissimo Sacramento, vel oleis, aut quacunque re consecrata in operibus diuinationum est excommunicatus etiam non secuto effectu abusus, sic enim habetur.

Excommunicatus ipso facto omnes cuiuscunque sexus personas, quæ per se, vel alium de Sanctissimo Altaris Sacramento Chrismate, Oleo Sancto & cæt. In operibus diuinationum & c. vel alijs illicitis vsibus quouis modo abutuntur, & c. etiam si nõ sequatur abusus cum effectu. Reperitur etiam hic casus multis in locis absque censura, vt Pa Panor
norm. Castellani, Cauæ, Conuer- mient.
sani, Rossani, Bononiæ, & Placẽtiæ, cuius quidem Casus explicationes habebimus in subsequentibus decisionibus.

II. Ex verbo (Abutentes) Comprehenduntur omnes personæ cuiuscunque status, & conditionis sint vtriusque sexus ob finem sortilegij, hoc est quarumcunque diuinationũ, vt explicauimus in expositione verborum Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ, seu alijs Sacramentis, aut oleis sacris, (v.g.) si quis alicui personæ daret ad comedendum, vel bibendum aliquod, admiscendo Hostiam cõsecratam, vel sanguinem Christi, vel aliquod Sacrum Oleum; Imo tale poculũ
21 amatoriũ sapit hæresim, † quia nisi is crederet talia Sacramenta habere virtutẽ ad maleficiorum operationem, non adhibuisset illa. Quare hæc omnia reddunt abutentem de hæresi suspectum; vnde possunt Inquisitores con-

contra abutentem procedere, vt diximus 1. volum. conſ. lib. 5. de pœnit. & remiſſ. conſ. 19. nu. 20.

III. Sed an comprehendantur admiſcentes in poculis amatorijs res ſacras, vt reliquas mar-
22 tyrum, vel Agnus Dei, † aut veſtes ſacras, vel corporalia; Credimus, q̃ non, cum incluſio aliquorum ſit excluſio aliorum, ca. nonne de præſumpt. nã iſti quãuis grauiſſimè peccent, & ſint de hæreſi ſuſpecti, & quandoq; hæretici, vt diximus in 2. deciſ. tamen hic non comprehenduntur: niſi adderetur in caſu, vt Caſtellaneti. (Abutentes Sacramẽtis, vel alijs rebus ſacris.)

IV. Nec credimus eum cõ-
23 prehendi, † qui in his poculis admiſceret Sacramentale, vt aquã benedictam, vt per Sotum in 4. ſent. diſt. 15. q. 2. art. 3. & per Ioſeph. Anglex de ſacram. pœnit. art. 5. verbo Aqua cum difficultate ſeq. quia de hoc nulla fit mẽtio, licet grauiſſimè peccet, vt ſupra diximus deciſ. 2. vel ſacris verbis vteretur in talibus ſortilegijs, niſi i caſu reſeruato fiat de
Placẽ. tia. his mentio, vt Placentiæ. Eſt enim Caſus reſeruatus Sacramentalibus orationibus, alijſque ſacris rebus, vel verbis abuti in ſortilegijs. Sic Roſſani, quo ad oleum
Roſſa. ni. Sanctum, vel res ſacras.

V. Cum abuſus ſit malus rei vſus contra naturam ſuam. Fit, q̃ licet peccet mortaliter Epiſcopus, qui cõfirmando puerum
24 † loco Chriſmatis impoſuit oleũ, & ita errauit in materia, vel ordinando presbyterum loco olei, quo debent vngi manus, vnxit Chriſmate, vt dixit Ioan. Andr. & Zabar. in cap. paſtoralis de ſacram. non iteran. non tamen cõprehenditur hoc canone, quia non eſt abuſus ad finem ſortilegij; Imo quamuis abuteretur tali fine, nec incideret; quia nemo poteſt ligare ſeipſum, l. qui iuriſdictioni, ff. dẽ iuriſdict. omnium iudic. Hinc dixit Panormit. in cap. extra de rapt. num. 12. q̃ ſtatuens non incidit in pœnam ſui
25 ſtatuti, † ſi contrafecerit, quia non poteſt quis ligari per legem ſuam, cap. nouerit nu. 8 de ſent. excommunic. An vero in huiuſmodi Caſibus ſit aliquid iteran-
26 dum, † præfati Doctores in d c. paſtoralis dicunt, quòd nõ: quia in Chriſmate eſt oleum, de ſacr. vnct. cap. vni. verbo ad exhibendum. Et quia propè eſt eadem vſia, ideſt eſſentia, vel eſſentialis qualitas, l. in venditionibus §. idem quæritur, ff. de contrah. empt.

VI. Nec incidit, ſed peccat mortaliter ſacerdos loco olei dando Extremam Vnctionem, cum Chriſmate; ita hanc quæſtionem ponit gloſa in cap. preſbyterij §. oleo. verbo ſanctificato diſt. 95. & ratio eſt, quia cum Chriſma fuerit introductũ ad cõfirmandum victuros ad pugnam cũ inuiſibilibus hoſtibus, c. 2. de cõſec. diſt. 5. modò iſte abutitur, ergo peccat mortaliter. ſi tñ ſic datur extrema vnctio, nõ eſt aliq̃d iterandũ, p̃poſ. in c illud d. 95

At

At qui inaduertenter hoc fa-
27 ceret, † non peccat mortaliter, Caietan. in verbo incõsideratio, vbi ait: Aduerte tamen, quòd si contingat aliquem ex sola inconsideratione actuali facere opus aliquod, quod scit esse prohibitum, & si tunc actualiter aduerteret ad id, quod scit, non faceret, excusatur à mortali, vt si quis non considerans hodie esse festum, emit, aut vendit, aut non aduertens contractum esse vsurarium, facit illum, &c. & ratio horum est, quia non videntur esse in potestate nostra occursus omnium, quæ scimus in his, quæ sine discussione nostra operamur: An verò liceat
28 † abuti liquore Chrismatis, vngendo eo liquore infirmum. tex. in cap. illud dist. 95. videtur dicere quòd sic. ibi Chrismate, & hoc propter suam excellentiam, tamen secus credimus; nam Chrisma interpretatur vnctio, & ideò in d. cap. ponitur Chrisma pro vnctione; Hinc Christus dicitur vnctus.

Pariter dubitatur; An incidat in Casum infirmus ille, qui permittit se rebus sacris tangi,
29 vel vngi † pro liberatione suæ infirmitatis, (v. g.) si patiens morbum in aliquo membro faciat, vel permittat se vngi oleo sancto in illo loco, vt sanetur, vel gutta Chrismatis, Gemin. in c. ad eius dist. 5. dicit, quòd hoc licitum est, sicut fecit mulier, quę patiebatur fluxum sanguinis; Idem etiam notauit in cap. his igitur dist. 23. vbi dixit. Item nota, quòd Sacramẽta Ecclesiastica dicuntur esse medicinæ Dei ad sanandum vulnus peccati, & sic facit, quòd non sit prohibitũ ponere guttam Chrismatis, vt quis sanetur à morbo, & tangere oculos ceci sacro Chrismate, vt videat, quia & si nõ expediat vti alijs Sacramentis alio fine, quàm sint instituta, materia tamen Sacramẽtali licitum est vti aliter, quàm in Sacramentis, sicut aqua baptismali, de cuius substantia non est, quòd sit benedicta, vtimur non solum in baptizando; sed in bibendo, & sancto Chrismate non solum confirmando; sed etiam in consecrando Episcopos, de Sacra vnct. ca. vnico Sylueſt. in verbo oleum, circa finem. Contrarium tamen tenet præpos. in d. c. ad eius, & hoc mihi magis placet, scilicet quòd licet infirmus non incidat in casum, quia abusus non est circa sortilegia illis, tamen non est licitum patienti morbum in aliquo membro vngi Oleo Sancto, vel liquore Chrismatis, vt sanetur. Idem etiam dixit in d. c. his igitur. num. 4. sic glosa in c. placuit, vt nullus 1. q. 1. dicit, q̃ non est licitum vendere Chris-
30 matis liquorem † in necessitate, puta pro medicina infirmi, & hoc corroboratur per regulam semel Deo de regul. iur. in 6. vbi q̃ semel Deo dicata sunt, ad alios vsus transferri non debẽt; Quare crederem, q̃ si scienter quis biberet oleum Sanctum, vel vnge-

Rosa. ni. Caue.

vngeretur liquore Chrismatis ad sanitatem tuendam, peccaret mortaliter, quia aut emit, & hoc est inhibitum etiam in necessitate, d. c. placuit. Aut alia via habuit, & grauissimè peccauit, inducendo ad peccandum eũ, per quem habuit: At si bona fide hoc faceret, & ex maxima deuotione non considerans peccatum; sed solum sanitatem, vel fortè inuitatus ab alijs, vel de licentia Episcopi, vel Papæ, secus esset, quia aliter esset irreuerentia magna, si alias fierent, Sylu. in verbo oleum in fine.

VII. Non incidit in casum, licet peccet mortaliter sacerdos, qui vngit sciẽter sanum, vel paruulum ratione carẽtem, quia
31 abutitur Sacramento † Extremæ Vnctionis, quod fuit institutum in vltimum remedium; Hinc nominatur Sacramentum exeuntium, quia debet dari infirmis in periculo mortis constitutis adultis habentibus vsum rationis, vt dixit Turrecrem. in c. presbyteros ibi ad tertium dist. 95. Verum, quia non est abusus ad finem superstitionis, immunis est à Casu reseruato, & excommunicatione, si tamen simpliciter diceretur; Abutentes chrismate, vel oleis sacris, vt Rossani, & Cauæ, tunc secus esset, quia illud verbum Abutentes, simpliciter esset intelligendum, siue abutatur oleis sacris ad superstitiones, siue ad alium finem, ad quem instituta reperiuntur.

Rossani. Caue.

Sed an qui fuerit abusus Sa-
32 cramento Eucharistiæ † aliquo fine optimo, vt ad recuperandã sanitatem, vel ad sui defensionẽ, vel ex deuotione illud collo deferret appẽsum incidat in Casũ; Respondeo hunc dubio procul peccare mortaliter, & committere sacrilegium, cum abutatur Sacramento ad alium finem, ad quem fuit institutum; Non tamẽ incidit in hanc excõmunicationem, cum nõ abutatur ad finem sortilegij, vt nos probauimus in j. par. consil. lib. 5. de sent. excõ. consil. 16. à num. 26. vsque 39. Nisi diceretur simpliciter. Qui abusi fuerint Eucharistia, aut re sacra.

Sed an dicendo. Excommunicantur ipso facto abutentes sacris oleis ad finem sortilegij, includantur abutentes materia Sa-
33 cramenti confirmationis; † Dicẽdum sic: quia materia confirmationis est confecta de oleo, & balsamo.

VIII. Comprehendũtur sub excommunicatione omnes personæ, quæ sunt sub iurisdictione statuentis, cap. à nobis j. de sent. excomm. modò sit subditus ratione domicilij, scilicet propriæ Diœcesis ipsius excommunicantis, glosa singul. in clem. j. verbo subditos de foro compet. glosa in cap. Romana verbo sententiæ de sentent. excomm. lib. 6. vnde fit, quòd prouinciales quamuis sint Archiepiscopo subditi mediatè; Nempè cũ Archiepiscopus sit iudex suffraganeorũ per

appel-

appellationem, not.in ca.venerabilis,§. neutra de sent.excõm. lib.6.si fortè aliquod horũ,quod comprehenditur sub excommunicatione committerent in diœcesi sui Episcopi proprij, quod nõ esset reseruatum sub excommunicatione,non essent hac excommunicatione innodati.

IX. Nec includitur ipse sta-
35 tuês suo statuto,† vt dicit cõmunem Maria. Soc in cap. nouerit de sent.excommun. Bal. in cap. cũ inferior in fi.extra de maior. & obed quia nemo potest legem sibi imponere, ff.de fideicom. liber.l.Lutius,quamuis incidat in factum damnatum.

36 X. Nec successor,†quamuis dictæ excommunicationes sint perpetuæ,nisi reuocentur, glosa fin.in d.cap.à nobis 1.vbi Zabar. col.2.& Abb. col. fin. vbi etiam Felinus,glosa in c.2.verbo statuto de constit.in 6.Sotus in 4.sen. dist.22. art.1. & ratio est, quia par in parem non habet Imperium,c. Adrianus dist.63 ca.innotuit de elect.Abb.in cap.cum ad monasterium de statu monachor.1o.de Anan.in cap.cum inferior.de maior.& obed.

XI. Pariter neque incapaces ratione carentes, vt si quis per puerum minorem septennio
37 capere faceret Pixidem, † vbi est Sanctissimum Sacramẽtum, vel Sacra Olea, faciendo illum ingredi per cancellum ferreum, quia cũ talis ætas ignoret quid agat,l.1.C.de falsa moneta,c.1. & fin.de sent.excommunic.fit,q non peccet,cap.1.de delict.puer. & ideò in illis cadere non potest excommunicatio,cum non feratur nisi pro peccato mortali, c. nemo,c.nullus 11.q.3.

XII. Nec credimus illũ incidere, qui accessit causa percipiendi Sanctissimum Sacramentũ, & percipit animo malo abutendi ad finem sortilegij, tamen repertus à custode Ecclesiæ,non potuit potiri suo fine pessimo,& ratio est, quia litera dicit. Abu-
38 tentes, † ergo cum effectu,cap. relatum de cler. nõ resid. quamuis iste possit puniri pro delicto extraordinariè,non tamen pœna à iure imposita, nisi delictum sit consumatum,Ioan.Andr.in cap. perpetuò de elect. in 6.facit dictum Bart.in l.1.§. Diuus,ff.ad l. Corn de sicar.num.1.vbi si statutum dixerit. Si quis occiderit & c.illud nõ verificatur nisi mortẽ secuta; nam euentus consideratur in delictis, l. aut facta §. euentus ff.de pœnis;ita nos etiã diximus in 1.vol cons.de senten. excommun.lib.5. cons.16. circa medium.

XIII. Nec litera ligat Pa-
39 ganos,& infidèles, † facit text. in c. gaudemus extra de diuort. vbi Infideles Canonicis Constitutionibus non ligantur;item facit text.in cap. de infidelibus de consang.& affin.Socc.cons.159. lib.4. Felin. in cap.1.num.37.de constit. vbi Decius;Nam de his, qui foris sunt, nihil ad nos,2.q. 1.cap.multi.Anchar.in reg. Ea, quæ num.12. de regul. iur. in 6.

quia

quia non potest Ecclesia eos excommunicare; nam qui in Ecclesia non est, excommunicari non potest, glosa in cap. sæpè 28. q. 1. Bene tamen Ecclesia iudicat de his, qui foris sunt, quò ad corporales pœnas; cũ enim peccant, possunt verberari, vel alio modo corporaliter pœna mulctari de præcepto Episcopi, & alia etiam pœna possunt puniri, extra de vsur. cap. post miserabilem, ita glosa in d. cap. sæpè. Quòd intelligit Alexan. de Neuo in cap. 1. num. 36. de Constit. in infidelibus existentibus in terris Ecclesiæ, facit quod habetur in cap. si duobus extra de appel. Sic in temporalibus infideles subijciũtur Principi sæculari, l. Iudæi. C. de Iudæis, facit cap. Iudei extra de testib. Sed quid si non sunt habitantes in terris Ecclesiæ, tunc Ecclesiæ non sunt subiecti, de quibus in c. licet ex suscepto de for. cõp. facit bona gl. in c. Iudæi de Iudeis, quæ ponit
40 casus, † in quibus Ecclesia habet iurisdictionem super Iudæos, ita Alexan. de Neuo, qui supra vide Gemin. in cap. nulla dist. 54. Imò nec excommunicatio extẽditur super Cathecumenos, cum non sint de Ecclesia, nisi per Baptismum incorporentur, c. veniens extra de presb. nõ baptiz. Sentit Gem. in c. audite not. 2. dist. 34.

XIV. Cũ litera dicat. Abutentes, comprehendit etiam ad finem sortilegij dantes alicui Sanctissimam Eucharistiam, qui
41 ea abusus est † ad finem prædictum, quia sic dare est abuti. Eò magis, quando excommunicatio esset apposita contra illos, qui alicui darent, vel acciperent de Sanctissimo Sacramento, vel sacramentalibus, seu rebus sacris, vt reliquijs martyrum, vel si essent Agnus Dei ob fines sortilegiorum, vt est Neapoli, & Salerni. *Neap. Saler.*

XV. Nec litera Abutentes
42 eos includit, qui per alium † abutuntur Sanctissimo Sacramento, vel Chrismate, aut oleis sacris; sed qui per se hoc faciunt; sumus enim in materia excommunicationis, quæ cum sit maxima pœnarum, non debet excedere proprium significatum verborum, nisi in aliqua diœcesi hoc expressè haberetur, vt Neapoli. sic. n. *Neap.* habetur.

(Excommunicamus ipso facto omnes, qui per se, vel per alium Sanctissimo Sacramento abutuntur in operibus diuinationum, & c.)

Sed an excusentur ab excommunicatione Neapolitana, vel Salernitana, qui daret Altaris Sacramentum, aut Chrisma, vel oleum Sanctum alicui minati
43 mortem, † nisi sibi daret; Respondeo saluo semper meliori iudicio, q̃ sic, quia non est verisimile velle Diœcesanum quemquam obligare cum discrimine vitæ, nisi hoc fieret in contemptum censuræ Ecclesiasticæ, vel in odium fidei, & ita intelligitur tex. in cap. sacris de his, quæ vi, quòd metus non excusat ab excom-

communicatione, licet absolui possit absque difficultate, si constabit, quòd dedit per metum cõditionatum cadentem in constãtem virum, De quo in foro conscientiæ stabitur dicto pœnitentis, glosa in cap. sacerdos de pœnit. dist. 6. vide quæ nos diximus in j. par. decis. lib. 4. cap. 13. num. 14. cum duob. seq.

Sed an eo casu, quo excommunicatio loquitur sic. Accipiẽtes. Comprehendantur ij, qui in-
44 aduertenter † sine dolo, & malitia hæc acciperent; Respondeo quòd non. Tum, quia excommunicatio non incurritur sine dolo, facit text. in cap. 1. de vita, & honest. cleric. Nos in j. par. consil. de sent. excommun. consi. 16. num. 24. Tum, quia inaduertentia maximum signum est, quòd non acceperit malo fine.

Et nec qui accessit ad Eccle-
45 siam animo subtrahendi, †& postea impeditus non potuit subtrahere; Nam & si iste peccauerit mortaliter, quia Deus respicit cor magis, quàm manum, glosa vbi Additio in cap. cum voluntate de sentent. excomm. cum ibi not. Tamen non est huiusmodi excommunicatione innodatus, etenim illa incurritur ob acceptionem; sed iste non accepit, ergo. Imò nec si accepisset, & postea repertus ab Ecclesiæ custode iterum illam in loco reposuisset; Nisi in excommunicatione apposita essent verba hęc. vt Neapoli, etiam si nõ sequatur abusus cum effectu.

XVI. Cum in excommunicatione Neapolitana dicatur. Excommunicamus & c. qui per se, vel alium, fit, vt comprehẽdatur tàm ille, qui per se accipit, quàm qui per alium; Alias si talia verba non essent apposita, secus esset, vt est Salerni. Vbi dicitur. Accipientes, Dantes, & c. nam verba excommunicationis
46 † sunt accipienda secundũ propriam verborum significationẽ, & veram, non autem fictam; sed qui per alium facit, non dicitur verè facere, cap. vt famæ extra de sent. excomm. facit regula. Qui per alium facit, ipse facere videtur; sed verbum videtur denotat fictionem, l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi arm ergo.

XVII. Cum litera nostra loquatur de abutentibus; an extendatur ad mandantes, †
47 Abb. in c. mulieres de sent. excom. ponit duos casus; nam aliquando verba loquuntur in rem, & nonnunquã in personam. In rem, vt si dicatur, pro homicidio imponatur tanta pœna, & tunc punitur, ità mandans, sicut faciens, l. aut qui aliter §. fin. ff. quod vi, aut clam. At si dirigantur in personam, tunc non comprehenditur mandans, Bart. in l. non eo minus. C. de accusat. Felinus in d. ca. mulieres num. 5. Et nec obstat huic decisioni tex. in c. si quis suadente 17. q. 4. Vbi verba diriguntur in personam, si quis, & tamen extenduntur ad mandantem; quia illud ideò est; nam ex tenore alterius legis fit extensio,

d. c.

d.ca. mulieres,& cap. quantæ de sentent. excommunic. Quare ex his concluditur, ꝙ hic non comprehenduntur mandantes, cum verba dirigantur in personam. Abutentes, fallit, quando dicitur in excommunicatione; Qui per se, vel alium. Quod tamen secus est Bononiæ, vbi habetur Bono. Inuocatio, vel adoratio dæmonum cum abusu Sacramentorum, & Sacramentalium, & ita loquitur in rem, & non in personam.

Sed an in excommunicatio-
48 nem incidat ille, † qui alterius mandato hoc facit; Quando dicitur Neapoli: Qui per se, vel alium, & videtur ꝙ non, maximè, si habeat illum in potestatem, vel ei subiectus est, argum. ff. de regul. iur. l. non videtur, & ff. ad l. Aquil. liber homo. Regula iuris; Quod quis mandato facit iudicis, non peccat, cum habeat parere necesse; sed contrarium verum est; quia præceptum manifestè iniustum fuit, cui non debuit obedire; sed Deo potius, quàm homini, cap. relatum de sentent. excommunicat. 11. quæstione 3. capit. Iulianus in fine. cap. vniuersitatis de sentent. excommunicat. glosa in d cap. mulieres; nisi metu mortis.

Sed pone ꝙ mandauit; sed antequam delictum fuisset consumatum pœnituit; An mandans
49 incidat, † si verba fuerint in rem prolata.

Respondeo, ꝙ si reuocauerit mandatum; verum prius quàm reuocatio ad ipsum peruenerit, perfecerit delictum, incidit in excommunicationem, alias secus, si peruenisset, & non obstante reuocatione consumasset delictum, argum ff. manda. l. si mandassem, ff. quod iussu l. 1. responso 1. de procur. cap. quanto, & cap. ex insinuatione de rescrip. cap. ex parte iij.

Sed quid si mandator antequam delictum fuisset consuma-
50 tum, † moritur?

Respondeo, quòd non est excommunicatus, quia mandatum morte extinguitur ca. relatum, cap. licet de officio. delegat. ff. mand. l. inter causas §. 1. & non potest excommunicari post mortem, cum careat anima, ad hoc de sentent. excommunic. cap. à nobis 2. nam Ecclesia non ligat sub terra, decessit tamen in mortali, nisi pœnituerit.

Sed an comprehẽdatur is, qui non mandauit; sed ratum ha-
51 buit, † delictum.

Respondeo, quòd non; nam licet ratihabitio locum habeat in delictis, & mandato comparetur, cap. cum quis de sentent. excommunicat. lib. sexto, l. 1. §. quoties, ff. de vi, & vi arm. tamen non est verè mandatum, Imo vt mandato comparetur, quatuor concurrere debent.

Primum, vt aliquid sit gestũ nomine illius.

Secundum, vt ille cuius nomine est gestum, ratum habeat.

Tertium, quòd ille, & non alia persona ratum habeat, Hinc succeſſor in prælatura, vel Abbatia non poteſt ea rata habere, quæ geſta ſunt nomine Abbatis, vel priuati, tanquam priuatæ perſonæ, quia ipſe, & non alius ratum hoc habere debet, ſecus ſi geſta eſſent nomine Eccleſiæ, Dynus, & Bartol. in l. bonorum. ff. rem ratam habere.

Quartum requiritur, vt ratũ quis habeat, quod eius nomine eſt geſtum eo tempore, quo ipſe actum facere potuiſſet, (v.g.) ſi quis hominem interfeciſſet nomine infantis, ſi infans factus maior ratum habuiſſet homicidium, talis ratihabitio non valet, quia impoſſibile erat tunc infantem poſſe mandare homicidium, Abb. in c. 1. de conuerſ. infidel. Cum ergo hæc defuerint, fit, vt, ratihabitio in caſu noſtro non procedat; Tum etiam (vt diximus) quia ratihabitio eſt mandatum fictum.

XVII. Non includitur in hac litera, qui Sanctiſſimum Sacramentum Altaris acciperet,
52 & ita eo abutitur, vt illud † ob ſui defenſionem, vel deuotionẽ portaret collo appenſum, quia non ad magicas artes, ſic tamen, ſi ad ſuos magicos effectus producendos, vt ad tentandam pudicitiam mulieris, & amorem prouocandum daret Hoſtiam conſecratam, vel illam in puluerem redigeret, vel ſacra olea, & recitatis quibuſdã verbis nefandis partim ſumat, & partim det illi, à quo amari velit ſu-
53 mendam in cibo, & potu, † quia huiuſmodi talis poſſit inquiri ab Inquiſitore, qualiter ſaperet de fide, licet non dicatur hæreticus, iuxta gloſam in cap. accuſatus §. ſanè de hæret. in ſexto: Cum hoc magis videatur ſuperſtitioſum, quàm hæreticum, inuocatur enim tunc dæmon ad id, quod eſt eius proprium, ſcilicet ad tentandum, licet hoc facere ſit valdè fœtidum, & peccatum mortale, cum Sanctiſſimum Sacramentum fuerit inſti-
54 tutum † ad remiſſionem peccatorum, cap. cum omne crimen de conſecrat. diſtinct. ſecunda, ad corroborandum hominem in gratia, & per illam hominem cum Deo in hac, & futura vita coniungendum, vt nos latè diximus in ſerm. ſpirit. parte ſecunda; In feſto Corporis Chriſti ſermon. 5. & 6. & iſte vult abuti Sanctiſſimo Sacramento ad praua effectus; Imo ſi crederet poſſe per dictum poculum cogi mulierem ad amandum, eſſet hæreticus, gloſa in §. ſanè, & ibi Doctores.

XVIII. Non comprehenditur, qui ſacras reliquias † cum
55 decenti veneratione ſecum ad collum deferunt abſq; aliarum vanitatum ſuperſtitione, puta, quas eſſet quadrangulatum; Imo nec tunc incideret, quia non deferunt ad finem ſortilegij; Si tamen portentur ex deuotione, religioſum eſt. D. Thom. 1. 2. q. 96. ad 3. Sylu. in verbo Reliquiæ q. 4.

Pari-

XIX. Pariter nec qui defer-
56 rent verba sacræ scripturæ † ad collum; nam si hoc fiat cum debitis circunstantijs, non iudicatur illicitum, vt à malis tum corporis, tum animæ liberetur. Puta verba Psalmi, Dirupisti Domine vincula mea, quæ Cassiodorus in illum locum Psalmi plurimum valere dicit recitantibus illa ter in extremis. & verba Euangelij secundum Ioannem. In principio erat verbum. Si modò absit superstitio, quæ quomodo deprehendi possit, diximus in j. par. decis. lib. 2. cap. 5. num. 6. Verum etiam existente superstitione nec in literam incidit, si non fit ad finem sortilegiorum.

XX. Circa Confessionem
57 subtiliter interroget † penitentem, qui confitetur abusum Sacramentorum, vel Sacrorum Oleorum, aut rerum Sacrarum, vel Sacramentalium, quo fine fuerit abusus, vt sic sciat an ratione illius sit casus reseruatus; Item an admiscendo in materia sortilegiorum Hostiam consecratam, vel materiam Sacramentorum, vt Chrisma, vel Oleum infirmorum, vel Sacramentalia, vt aquam benedictam, vel res sacras, vt martyrum reliquias, crederet talia Sacramenta, vel Sacramentalia, vel res Sacras ortũ habere ad maleficiorum operationem, quia si hæc credebat, cũ sit error in intellectu, est hæreticus, atq; incidit in caput bullæ cœnæ Domini primum, vt nos diximus in j. par. conf. lib. 5. de pœnit. & remiss. conf. 7. num. 3. & 4. & quamuis non hæc crediderit, monendus est ipse pœnitens esse casum spectantem ad Sacræ fidei Inquisitorem, glosa in c. accusatus §. sanè de hæret. lib. 6.
58 qui potest acerbissimè ab eo puniri, licet explorata † voluntate non inuenerit eum de hæresi suspectum, vt dixit Eymeri in comentario direct. Inquisit. 2. par. q. 43. versic. qui dedit. Interrogandus præterea est, si alios induxerit ad accipiendum, vel abutendum, cum commiserit graue homicidium spirituale, cap. si cui de pœnit. dist. 1. Quapropter multum gemere debet ob suas admonitiones aliorum vitam corruptam, & inducere debet ad efficaciter illis dissuadendum, ne hoc amplius faciat, & confiteatur; Item vt tollat omninò occasionem peccandi, si fortè haberet aliquam Sacramenti materiam, vel res sacras, quia satisfactio non est sine excisione causarum, c. satisfactio de pœnit. dist. 3. Accipiat ab eo iuramentum, ne amplius illa committat, quia in istis enormibus delictis hoc facere licet, vt diximus in j. par. decis. lib. 1. cap. 32. Potest tamen ab hoc abstinere, si verisimile esset, q̃ periuraret, glosa in cap. clericos de vita, & honest. clericor. Inducatur quoque ad maximum gemitum suorum peccatorum his, vel alijs verbis, q̃ si non licet verba diuina ad collum suspendere, nisi multa caueantur,

59 † nam si breue esset superstitiosum ex verbis, vel ex charta, qua fiunt, vel in modo portandi, aut tempore scribendi, vel in modo ponendi, non sunt absoluendi, nisi desistant, & comburent illa, summula defecerunt in 2. præcep. de incantat. & breuibus, & si non licet bono zelo tenere ad collum, puta Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, facit tex in cap 2. extra de sortileg. Et si non licèt Dyacono Corpus Christi tangere, quia non habet manus sacratas, cum ob reueren tiam illius Sacramenti à nulla re tangatur, nisi Sacrata, vnde corporale, & calix consecrantur, similiter & manus sacerdotis consecrantur, quantò magis grauissimum peccatum erit abuti Sanctissimo Sacramento ad finem pessimum? Interrogetur etiam pœnitens an dæmonem inuocauerit abutendo his rebus sacris, vel oleis pro dæmonum inuocatione, vel si fecerit pactum cum dæmone se negaturum fidem, & sacramenta, vt de his latius diximus in primo vol. consil. libro quinto. de sentent. excommunic. consil. 19. num. 20. Vnde ex responsis pœnitentis poterit confessor pensare ad quem spectet absolutio; Et si Casus est Papæ, vel Episcopo reseruatus.

SVMMARIVM.

1 *Falsificare est immutare veritatem.*

2 *Falsificari scriptura quot modis possit, remissiuè.*

3 *Litera, quæ generaliter loquitur, generaliter est intelligenda.*

4 *Scriptura publica est authentica: sed non è conuerso.*

5 *Instrumentum vnde, & quando dicatur.*

6 *Instrumentum vt dicatur publicũ, quæ requirantur.*

7 *Instrumentum publicum dicitur sex modis.*

8 *Scriptura priuata quando dici potest authentica.*

9 *Scripturæ priuatæ triplex est genus.*

10 *Instrumentorum appellatione an contineantur testes.*

11 *Falsitatis crimen ab Ordinarijs variè reseruatur.*

12 *Apochæ multis modis appellari solent.*

13 *Scripturam publicam mutans, cum sit falsarius, incidit in Casum.*

14 *Literarum comparatio regulariter non plenè probat.*

15 *Rasura paucarum literarum an inducat probationem falsitatis.*

16 *Falsificans literas publicas, quibus non vtitur, an incidat.*

17 *Falsificatio, & vsus sunt necessaria ad incurrendum Casum.*

18 *Pœna maior quare apponatur in fabricante falsum, quàm in vtente.*

19 *Statuti verba in proprio significatu sunt accipienda.*

Fal-

20 *Falsificantium nomine an veniant mandantes.*
21 *Differentia an sit inter mandare, & præcipere.*
22 *Instrumentum an sit falsum, si nomina absentium scribantur in instrumento.*
23 *In scripturis ratione partis falsæ totum vitiatur.*
24 *Falsi pœna non habet locum, quando scriptura non probat.*
25 *Falsificans literas non sigillatas, an incidat.*
26 *Robur literarum Regis est in sigillo.*
27 *Statutum si occiderit, non verificatur, nisi eo secuto.*
28 *Sigilli fractura quando non noceat ad incurrendum casum.*
29 *Falsitas, vt propriè committatur, tria necessaria.*
30 *Statutum mentionem faciens de scriptura, intelligitur de valida.*
31 *Falsarius, quandoque incidit in bullam cœnæ.*
32 *Legatus à latere quare injicientes manus in clericum absoluit, & non falsarios literarum Papæ.*
33 *Falsificantes nouas literas sub nomine alterius, inciduni in Casum.*
34 *Falsitas multipliciter committi potest.*
35 *Scriptura pertinens ad officium nõ dicitur publica.*
36 *Falsans literas ludo, & non animo nocendi, non incidit in Casum.*
37 *Et nec, qui falsificaret in minimo: modo non mutet sensum.*
38 *Et neque falsans; sed pœnitentia ductus illam non perficit.*
39 *Abradens in literis privatis nomen alienum, & ponens suum, est falsarius, non tamen incidit, nisi in tribus casibus.*
40 *Falsans literas Episcopi dimissorias incurrit.*
41 *Literæ, quæ dimissoriæ, & quæ commendatitiæ.*
42 *Literis Episcopi credendum est maximè sigillatis.*
43 *Confessor qualiter in hoc crimine inquirat.*
44 *Absolutio non impendenda, nisi facta restitutione damnorum, & interesse.*
45 *Consulens falsitatem quando teneatur, vel non ad interesse.*

De falsificantibus scripturas publicas. Cap XIX.

Falsificantes scripturas publicas.

EXPOSITIO.

FALSIFICANTES) De falsantibus publicas scripturas est tex. in l. falsas. ff ꝺ falsis. Et falsificare secũdum Azonem eod. ti. est immutare veritatem,
1 † vt in auth. de instrumentorum cautela, & fide in princ. vbi vocat falsificare, adulterare, vel est immutare veritatem, quia falsatores studeni imitari ea, quę vera sunt, vt vera videantur, vel verisimilia, vel secundum Hostiensem est immutatio veritatis ex certa scientia, hoc est dolosè,

losè, quia non committitur falsitas sine dolo, d. auth. in princ. 23.q.5.cap. homines, & c. is autem. vnde licet apud dialecticos dicatur falsum omne, quod non est verum, tamen hic accipitur pro eo, quando dolosè, ex certa scientia verum immutatur. & de materia quot modis possit
2 falsificari scriptura, † vide glosam magistralem in cap. in memoriam dist. 19. vbi Turrecrem. not. 3. & in capit. licet extra de crim. falsi. & nota, quòd idem est falsare, quòd conficere, Quare
Med. dum Mediolani dicitur. Qui falsa instrumenta confecerit, idē est, ac si dixisset. Qui instrumenta falsificauerit, quæ sunt publicæ scripturę, vt infra patebit.

(Publicas scripturas) loquitur generaliter, & indistinctè, ergo generaliter, & indistinctè est
3 litera † intelligenda, l. 1. §. generaliter, ff. de lega. præstan. l. de precio. ff. de public. in rem act. Igitur generaliter loquitur litera de quibuscunque scripturis publicis falsificatis. Et dicitur (Publicas scripturas) ad differentiam scripturarum, quæ non sunt publicę, sed vel authenticę, aut priuatæ, de quibus habetur in cap. scripta de fide instrum. per Io. Ananiam nu. 4. Quod vt melius colligatur, Doctores in cap. scripta dicunt scripturam
4 publicam † dici authēticam: sed non omnis scriptura authentica dicitur publica, vt rectè Ioan. de Imo. num. 3. & Decius in repet. num. 1. asseuerant. Igitur scriptura publica propriè dicitur, quæ confecta est à persona publica, hoc est à tabellione cum solennitatibus requisitis, vt notat Bart. in l. si quis §. si initium col. 4. in 1. quæst. ff. de edendo vbi inquit, quòd instrumentum publicum est illud, cui soli creditur sine aliquo adminiculo siue de iure, siue de consuetudine, & dicitur instrumentum, quia instruit,
5 † extra de dolo, & contum. cap. veritatis, alias dicitur documentū, C. de apoc. publicis l. 1. Alias dicitur monimentum, quia munit producentem contra aduersarium, extra de testibus, cap. præsentiam §. vlt. ff. de relig. fune. l. 2. §. 1. Vñ instrumentū propriè est scriptura publica ad memoriam ali cuius rei facta. Et vt instrumētum dicitur publicum, vel scriptura publica, oportet, vt habeat solennitates requisi-
6 tas, † nempè, vt confectum sit à notario, cum nisi constet, quòd ille, qui scripsit, erat notarius, non dicitur instrumentum, de quo per Bart. in l. 1. ff quod vi, aut clam, Alexan. de Neuo in c. cum contingat num. 158. extra de iureiur. vel quando interuenit iudex ad contractus, secundū Constitutionem Regni, quæ incipit. Instrumenti robur, & habet alias solennitates, vide Afflict. in decis. 21. num. 14. & quamuis Speculator de fide instrument. §. nunc videndum ponit, quòd instrumentum publicum dicatur
7 sex modis, † tamen propriè illa sola dicenda est scriptura publica,

blica, quãdo est confecta per manum publicam in forma publica: Item omnes scripturæ factę in iudicio, & scriptæ de manu officialis, scilicet tabellionis ad hoc deputati, dicuntur publicæ, de quibus per Abbatem, & Baldum in cap. quoniam contra extra de probat. Robert. Maran. par. 6. de ordine iudic. de actorũ editione num. 1. Sed scriptura priuata potest dici authentica,
8 † quando habet sigillum authenticum, & facit ista fidem, sicut publica, non tamen dicitur ista scriptura publica, vt probat tex. in d. cap. scripta, Dum ponit aduersatiuam; Aut, inter scripturã publicam, & scripturam habentem sigillum authenticum. Dicitur etiam scriptura authentica illa, quæ est scripta manu priuata absque tamen sigillo authẽtico, habet tamen testes inscriptos, vt satis probatur in d. cap. scripta. vbi etiã probatur, quòd omnis scriptura publica dicitur authentica, nõ tamen omnis authentica dicitur publica, vt rectè Imola, & Decius adnotarũt, vbi etiam habetur per Imolam, quòd triplex est genus scripturę
9 priuatæ, † ex quibus omnibus habetur, quòd immutãtes, seu adulterantes veritatem, quod est falsificare, cuiuscunque scripturæ publicæ, quæ dicitur, quando confecta est à notario publico in forma publica, comprehendatur sub casu. Huc spectant falsificantes instrumentum, modò sit cõfectum à Tabellione cum iudice ad contractus, & sit redactum in forma publica. Item scripturas publicas factas in iudicio, & scriptas manu tabellionis ad hoc deputati.

Grauitas.

CVm de lata significatione instrumentorum contineantur
10 † testes, qui causam instruunt, imò comprehendatur omne genus probationis, ex quo iudex instruitur, & ita facit ad quæstionẽ secundum Ioan. Andr. in cap. peruenit 1. de testi. cogen ℘ si datur terminus ad producendũ instrumenta, possunt produci testes, & è contra. Item facit ad quæstionem, ℘ si per statutum imponatur pœna fabricanti, vel producenti falsum instrumentum, comprehendat corrumpentem, vel producentem falsum testem, de quo in l. 1. ff. de fide instrum. & per Bart. in l. in fraudem §. non, ff. de iure fisci in penul. quæst. & per Baldum in l. pen. C. de transact. fit, ℘ omnia ea, quę diximus aggrauando delictum testis, qui falsò testificatur, & habetur per glosam in cap. in memoriam ⌐. Verbo falsum dist. 19. & per Aflict. in Constit. Regni de falsarijs. rub. 39. in j. par. & per Bern. Diaz in sua praxi crimin. c. 118. cum adnotatione Lopex. omnia etiam habent locum in falsantibus scripturas falsas; Quare deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. SOlet Casus iste à locorum Ordinarijs varijs, ac varijs modis reseruari; Nam in præsenti Salerni, ac Regij in Lombardia reseruatur Casus. (Falsificantium scripturas publicas) idem Regij; At Mutinæ restringitur scriptura publica solum ad illam, quæ fit in iudicio. sic enim habetur. (Falsitas in iudicio cũ notabili præiudicio tertij. Verum Tarenti. Cauæ, Mediolani, & Ferrariæ extenditur casus etiam ad falsificantes scripturas priuatas. Imò Mediolani, & Ferrariæ comprehenduntur etiam mandantes, atque consulentes; Nam ita dicitur.) Qui falsa instrumenta, aut singraphas, apochasvè confecerit, & qui conficienda mandauerit, consiliumvè dederit. Verum Regij ponitur verbum magis generale omnes scripturas comprehendens, sic inquiens.

(Falsificantes quascunq; scripturas in præiudicium tertij) Vltimo vnico verbo comprehendens hæc Ordinarius Ciuitatis Surrentinæ cum Ordinarijs Morialis, & Mazaræ, in Sicilia, & Parmæ in Lombardia sic ait. falsarij. Quamuis Surrentinus ad abundantem cautelam addat, ex dolo, & præiudicio. Quæ vt hęc omnia breuiter explicando restringamus, habetis quòd primo modo solum reseruantur falsarij scripturarum publicarum. de quibus supra diximus nume. 3. & 4. quæcumque illæ essent etiã factæ in iudicio num. 7.

At Mutinæ, cum reseruentur scripturæ, quæ fiunt in iudicio falsæ, fit, vt comprehendantur illæ, siue fuerint de nouo fabricatæ, facit text. in cap. ad falsariorum de crim. falsi, siue fuerint imminutæ, glo. in ca. in memoriam dist. 19.

(Exempli causa) vt inuenimus Nolæ reseruatum. (Scribas, & actuarios informationes dolosè diminutas capientes, & depositiones testium integrè non scribentes.) Ergo excluduntur aliæ scripturæ publicæ, vt instrumenta, & testamenta, atque scripturæ priuatę, nisi producantur in iudicio.

At tertio modo reseruantur etiã falsificantes scripturas priuatas, vt singraphas, vel apochas, quibus fatentur creditores de pecunia esse satisfactum, & vulgo nuncupantur quitanze.

12 † Alibi vocantur Chirographi, Alibi Schedulæ, vt dixit Lexicon Schardij in Verbo Apocha.

De his loquitur text. in l. plures Apochis. C. de fide instrum. Imò comprehenduntur etiam mandantes, & consulentes: Hæc sub compendio dicta sufficiant; Sed modo continuando stylum nostrum, explicemus Casum propositum, videlicet. Falsificantes falsas scripturas, & sit decisio.

II. Cum

Saler. Regij.

Muti.

Tarẽti Cauæ. Med. Ferr.

Regij.

Surr.

Nolæ.

II. Cum falsificatio sit immutatio veritatis, incidit in hunc Casum, qui scripturam publicã
13 † mutaret faciendo de aliquo in aliud, l. quidem §. si pluribus. ff. de arbitr. clement. si Romani de elect. Vt quia radit, & aliud scribit in illa, ita tex. in l. Paulus ff. de falsis. Ibi, in scripturis publicis deleuerit. Et in foro exteriori talis dicitur falsarius, glosa in d. cap. in memoriam; Hoc tamen intellige, quando talis rasura, vel immutatio esset in loco suspecto, vt in c. ex literis, & c. inter dilectos de fide istrument. si tamen constaret quòd ab eadẽ manu esset apposita, non noceret, vt dicit glosa in cap. cum venerabilis de relig. domi. Non tamen intelligas, quòd per solam comparationem, & similitudinẽ scripturæ constaret de hoc; cum regulariter comparatio literarũ
14 non plenè probet, † vt in l. comparationes, C. de fide instrumentorum; vt tamen rasura non inducat falsitatis suspitionem, quæ cautela sit adhibenda, vide per Præpositum in d. c. in memoriã num. 8. sed in foro exteriori sufficit, si confiteatur se consultò immutasse veritatem. Dicit tamen Ioan. de Anania in cap. ex conscientia nu. 2. de crimine falsi
15 quòd rasura † paucarum literarum non inducit in foro exteriori probationem falsitatis, quod intellige verum, nisi ex illa rasura sequeretur equiuocatio nominis, de quò dubitatur, quia tunc diceretur esse in loco suspecto, tex. est secundum Do. Abbatem in cap. inter dilectos de fide instrument. De hac rasura vide in cap. ex literis de fide instrumen. & in l. fi. C. de edicto Diui Adri. Baldus in l. contractus C. de fide instrumentor. & l. si vnus C. de testam.

III. Sed quid si non falsificat literas publicas; sed illis vtitur,
16 † tex. in l. si falsos C. de falsis videtur velle, quòd sit falsarius, vbi dicitur, quòd illis prodest instrumenti vsu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicũtur. Ergo si fuerint machinatores, illis non prodest vsu abstinere. Tamen contrarium credimus, quia aliud est falsare, & aliud v-
17 ti. Duo † ergo requiruntur, vt quis incidat in Casum reseruatum; Primum, quòd ipse falsauerit; secundum, quòd vtatur, ita Abb. in cap inter dilectos de excess. prælat.

Tum etiam probatur tãm per ius ciuile in l. falsi §. ordine iuncta glosa fin. ff. de falsis, vbi mitius agitur cum vtente instrumẽto falso, quam cum frabricante, probatur etiam per ius pontificium; vt in cap. ad falsariorum de crimine falsi vbi fabricanti Bullam Papalem est pœna degradationis; sed vtentes puniuntur pœna priuationis beneficiorum, & officiorum, sic vtens falso rescripto potest pœnitere infra viginti dies, non sic in fabricante, c. dura de falsis, vide Abbatẽ in d. cap. ad falsariorum nu. 9. & ratio, quare magis puniatur ille,

18 le, qui fabricat falsum † instrumentum, quam ille, qui vtitur, est, quia ille, qui conficit falsum instrumẽtum, delictum suum perfecit; sed ille, qui vtitur, ei parcitur, si abstinet ab vsu, quia delictum nõ est consumatum, l. qui falsam ff de falsis. Aduertendũ tamen est, quòd in foro exteriori ille, qui vtitur falso instrumẽto, præsumitur quòd ipse fecerit, vel fieri fecerit, nisi nominet illum, qui fecit fieri, nam tunc nominando excusatur, Anan. in d. cap. ad falsariorum nu. 12. Quare concludamus tàm ex imposisitione pœne, quàm ex pœnitentia minus esse peccatum vti literis falsis, quàm fabricare; Vnde maius non debet includere minus, hoc est vt sub falsitate comprehendatur is, qui non fabricauit; sed vsus est, peccat tamen mortaliter cum nexu restitutionis damnorum Inde sequentium.

IV. Nec etiam includũtur sub hoc verbo (falsificantes) qui nõ
19 falsant; sed mandant falsari, † tũ quia verba statuti sunt accipienda in propria, & vera significatione; sed aliud est facere, & aliud mandare, vt fiat; nam facere est aliquid facere verè, & cum effectu, 11. quæst. 3. cap. placuit vniuerso, & cap. ipse ligandi, & 1. quæst. 1. cap. si quis inquit; sed mandans non dicitur verè, sed interpretatiuè facere; l. 1. §. deiecisse, vbi glosa in verbo video, & ibi Bart. ff. de vi, & vi armata; facit tex. in cap. vt famæ de sent. excommunication. Bonus text. in cap. 2. vbi Abb. de cler. pugn. in duello, cap. si quis viduam distinct. 50. Tum etiam, quia quando statutum loquitur in perso-
20 nam, † vt hic, falsificantes, tunc secundum communem Theoricam Bart. in l. si quis id, quod ff. de iurisd. om. iudi. & plenius in l. sed si vnus §. seruus, & in l. hæc verba ff. de adult. appellatione facientis non comprehenditur mandans, quia non dicitur propriè facere, sed ex interpretatione, l. 3. §. deiecisse ff. de vi, & vi armata. Quod secus est, si statutum loquatur in rem, puta pro homicidio, pro falsitate puniatur tali pœna, & ratio est, quia talia verba respiciunt factum, & puniunt factum, vnde tenentur mandantes ex propria significatione verborum; De hoc late Iason in d. l. si quid id, quod nu. 36. cum duobus seq. vide Ananiam in cap. sicut dignum §. insuper 11. num. 5. de homic. fallit tamen hoc, quod diximus, quando fit expressa mentio de mandante, & consulente, vt supra diximus. An verò sit differentia inter manda-
21 re, † & præcipere.

Vide glosam in l. sæpè audiui Cæsarem, ff. de officio. præsidis & Ioan. Andr. in c. ex ore num. 11. vt Eccleſiast. beneficia, vbi dicit, quòd aliud est, cum mandat Papa, aliud cum præcipit; nã mandare est rogare, ff. de legat. 2. l. cum pater §. mando, C. commu. de leg. l. omnem, 23. q. 4. cap. Guilisiarius in princ. sed præcipere est idem, quòd iubere.

Nec

V. Nec Notarius scribendo nomina absentium in instrumẽto, vt quia scribit in Monasterio, omnes, vel maiorem partem fratrum, vel monachorum fuisse præsentẽ, quæ non fuit verè præsens, vt extra de his, quæ fiunt à prælatis sine cons. capit. quanto, nam licet tale instrumentum sit
22 falsum, † & consequenter irritum, & faciens scribi posset puniri de falso, glosa fin. in d. cap. quantò, vbi Abb. nu. 7. glosa in d.c. in memoriam verbo falsum. Quod Ananias in d. cap. quantò num. 2. extendit etiam, si reperiatur vnus testis in instrumento scriptus, qui nõ interfuerit; nam vitiatur totum instrumentum, quia in scripturis ratione partis
23 falsæ totum † vitiatur. De hoc habetur per Innoc. Hosti. & Io. Andr. in c. fraternitatis de Hæret. tamen notarius non potest dici incurrisse in hunc Casum, quia non falsauit scripturam.

VI. Nec sub litera comprehenditur is, qui falsauit de nouo fabricando scripturam, quæ non facit fidem, tum quia talis scriptura cum non probet, sequitur, ꝙ non sit præiudicialis, & scriptura, quæ non affert præiudiciũ tertio, non dicitur propriè falsa, per glosam notabilem in l. damus, C. de falsis. Tum quia Casus reseruatio intelligitur de actibus exterioribus cum effectu. Archiepiscop. Florent. in Summula Defecerunt par. j. c. 11. in fin. & est communis traditio. Hinc fit, quòd pœna falsi nõ habet locum,
24 † quando scriptura, quæ fit, non probat, & non facit fidem, vt ei stetur. Exemplum ponit Barto. in l. 1. §. ex illa quoq; num. 2. ff de falsis, quòd si hæres scripsit totũ testamentum manu sua, & ipsum tradidit notario, qui de hoc fuerat interrogatus, hæres in pœnã falsi non incidit, quia testamentum non probatur per suam scripturam, ita vt fidem faciat, & ei stetur; sed per scripturam notarij; Quare vt hæres non tenetur pœna falsi, sic nec ligatur tali pœna, cum talis falsitas non habuerit effectum, licet peccauerit mortaliter ob prauam intentionem.

VII. Sic nec qui literas Regis, aut alias scripturas publi-
25 cas † fabricauit scribendo, & falsificando manus publicè personæ, sed non fuerunt sigillatæ, quãuis per eum non steterit, cum tale delictũ nõ fuerit cõsumatũ, & in materia reseruationis Casuum oportet, vt delictũ sit consumatum, vt per Specul. Archid. Ioan. Andr. & Gemin. & Franc. in capit. perpetuò de elect. in 6.
26 Vnde cum robur literarũ † Regis cõsistat in sigillo, vt dixit Andr. de Isernia de vassallo, qui contra constit. lotha. feud. alien fit, quòd non dicatur delictum consumatum, nisi literæ sint sigillatæ, facit dictum Bart. in l. 1. §. diuus num. 1. ff. ad l. Cornel. de falsi. qui dicit, quòd statutum non verificatur, nisi delictum fuerit consumatum; Quare si statutum di-
27 cat, si quis occiderit, † illud non veri-

verificatur nisi morte secuta, vn de animus occidēdi nullo pacto attenditur, sic nec tenetur, qui mortis causam præbuit, quia verba statuti hoc non sonant; Tum etiam, quia attētare vt ponat sigillum, est fictè facere, & vt statutum non extenditur ad Casū fictum l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. sic neque Casus reseruatio. Vnde non comprehenditur sub homicida voluntario, qui attentauit occidere, & non occidit, quia delictum non fuit consumatum, facit text. in §. item lex Cornelia ff. de falsis ibi scripsit, & signauit. Quare ex his concludamus, quòd si quis scripsit literas falsas; sed non sigillauit, cum non dicatur consumata falsitas, non habet locum reseruatio Casus, sicut nec pœna, quæ debetur pro delicto consumato, vt dixit Afflict. decis. 21. nu. 10. De virtute autem sigilli, & quare in scripturis apponatur, & qd iuris, quando apponitur in charta vacua, vide Innocent. & Io. de Anan. in c. scripta de fide instru. & melius in c. prælatorum nu. 6. de accus.

VIII. Nec qui frangeret si-
28 gillū à scriptura publica, † modò per notarium publicū cū cæteris ad fidem instrumenti publici necessarijs foret subscriptum; nam tunc fractura sigilli non tolleret fidem priuilegij, quia substētaretur ex fide notarij; Quod procederet etiā, si ex toto illud deperditum esset, ita tenet Innocent. in c. inter dilectos de fide instrum. nisi ex sigillo penderet fides instrumenti, vt quia partes conueniunt, quòd sine sigillo instrumentum non valeret, nec probaret, Præpos. dist. 19. in d.c. in memoriam.

IX. Nec notarius ille comprehenditur, qui facit instrumentum nullum, quod tamen est nullum ex alio capite, quàm falsitatis; nam vt falsitas propriè com-
29 mittatur, † iuxta Sylu. in verbo falsitas, tria requiruntur; Mutatio vocis, Ananias in rubr. de sortileg. num. 1. dolus, & præiudicium tertij, glosa in l. damus C. de falsis.

Quare cum hic desit hoc tertium, profectò non includitur; cum instrumentum sit nullum, & nemini nociuum. Alexan. cons. 74. volum. 1. incip. Non puto, Baldus in l. iubemus, C. de testa. Tum etiam, quia statutum faciens mentionem de scriptura, intelligitur de valida, & non de
30 † inualida; Baldus in l. Diuus Adrianus ff. de testam. milit. Quare fit, quòd non comprehenditur, qui facit huiusmodi instrumentum, vel qui conficit instrumentum, non tamen est à tabellione subscriptū, quia non dicitur completum; nam complementum fit per subscriptionem in auth. de tabell. in princ. l. hac consultissima §. fin.

X. Incidit in excommunicationem Papalem, quæ legitur in
31 die Iouis sancti, † qui in magno, vel paruo auderet nouum apponere in literis Papæ etiam literam

ram vnam, vel puntum vnum, augendo, vel corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc est concessum, quæ non potest ab inferiori à Papa relaxari; etiam à legato a latere, quia Papa sibi illã reseruauit; ita Hostiens. in summa tit. de crim. falsi §. porro versicul. sed hodie, cuius verba ad literam refert, & sequitur Florentinus Archiepiscop. in 3. par. tit. 24. cap. 10. Sequitur etiam Felinus in cap. 2. §. stilus num. 18. extra de rescript. dicens se audisse, quòd pœnitentiarij Papæ non intelligunt hæc loqui de appositione manus, per quam nihil substantiale alteratur. Verum dictum Hostiens. sequitur etiam Archid. & Gemin. in d. c. in memoriam col. 3. vbi notat ex dicto Hostiensis, q̃ quamuis legatus à latere ex quadam gene-
32 nerali consuetudine † possit absoluere excommunicatos à Canone propter violẽtam manuũ iniectionem, vt in cap. ad audiẽtiam de sentent. excommunicat. non tamen absoluit in alijs Casibus, in quibus fit reseruatio.

XI. Comprehenduntur sub hac litera, qui inscio capitulo literas nomine capituli scribunt,
33 quia fabricãt falsas literas † sub nomine alterius, quòd intellige, modò sit falsitas completa, & dolosa, ita glosa singul. in cap. tam literis extra de testib. quæ notat quòd ille committere dicitur falsum, qui destinat literas nomine capituli, si totum capitulum nõ consentit, vel scribunt omnes, vel asserunt maiorem partẽ fratrum fuisse præsentem, quæ non fuit verè præsens, vel q̃ cõficit instrumentum nomine Petri, & est alterius, glosa fin. in c. quanto de his, quæ fiunt a præla. sine cõsen. Capituli: qa isti sunt suspendendi ab officio, & beneficio, & demũ denũciãdi sunt esse suspẽsi, Imola in d. cap. ex literis; Qualiter aũt poterit constare talem falsitatẽ, vide glosam in d. c. quantò.

XII. Multipliciter aliquis po-
34 test comprehendi sub Casu, † sicut multipliciter potest falsitas committi, vt habetur per glosã in verbo falsam in d. cap. in memoriam, & cap. licet de falsis, vt radendo, & mutando, extra de fide instrumentorum cap. 3. & cap. fina. de fals. extra de priuil. c. cum olim, nouas fabricando, d. ca. ad falsariorum, addendo, & demendo, & sigillum violando.

XIII. Non incurrit, qui fal-
35 sat scripturam † authenticam, vt illam, quæ facta est per officialem, quæ facit fidem in pertinentibus ad officiũ eius: nã talis scriptura, non publica, sed authentica est, quę dicitur quasi publica, facit tex. in l. scripturas C. qui potit. in pign. habe. Imola in d. c. scripta nu. 3.

XIV. Immunis est a litera,
36 qui ludo, & non intentione † vtẽdi scriptura publica, vel literis Papæ, quarum efficacia iam expirauit, vt quia scriptura fuit facta ad tempus, quod elapsum fuit, literam aliquam in ea, vel in eis reformaret, vel pũctum faceret,

aut

aut aliquid in ea immutaret, vel quolibet alio modo immutãdo; nam Casus reseruatio debet intelligi de scripturis, quæ possunt esse vtiles alicui, Sylu. post alios in verbo excommunicatio: nisi per rasuram sic immutaretur, vt vtilis appareret. Ita videtur sentire Astens. sum. lib. 7. tit. 2. versicul. 24. Casus ibi quæritur: cũ tunc concurrant mutatio veritatis, dolus, & iactura tertij,

XV. Nec qui ex scriptura publica raderet aliquam syllabam, vel dictionem, cũ in instrumento, vel in bullis error in litera,
37 † vel in syllabis non vitiat, leg. Plautinus ff. de auro, & arg. leg. Quod intellige, modo diminutio illius syllabę, aut dictionis nõ faceret mutare intellectum literæ, & alteraret sensum dispositiuum; nam cum hoc fiat scienter, & afferre posset præiuditiũ, tunc diceretur propriè falsificare, & vitiaret quamcunque dispositionem, quod secus esset, si diminutio non faceret mutare intellectum literæ, arg. tex. in c. fin. de crim. falsi. Geminianus in dict. cap. in memoriam, probatur optimè in l. si fundus. ff. de pignor.

XVI. Nec qui incæpit; sed non perfecit; nam rasit aliquam dictionem, aut sententiam animo apponendi diuersam; sed pœ
38 nitentia ductus † eandem restituit, quamuis peccauerit mortaliter, quia reseruatio Casus intelligitur de actibus exterioribus consumatis.

XVII. Et si committat crimen falsi, qui in literis priuatis
39 † abradit nomen alienum, & ponit nomen suum, l. 1. §. qui in rationibus ff. de falsis, & si est præiudicium tertij, tenetur ei, cui mittebatur tàm in foro fori, glosa in ca. qui nomine de falsis ad suum interesse, quàm in foro poli, non tamen tale crimen est Casus reseruatus, quia hic reseruantur solum falsantes literas publicas, fallit tamen in tribus Casibus.

Primus, si fieret reseruatio Casus, etiam quò ad scripturas priuatas, vt singraphas, & apochas, & illis vsus fuerit. Et ita reseruatum videmus Mediolani, & Ferrarię, vt supra diximus n. 11.

Secundus, si simpliciter reseruatur Casus falsitatis; nam cum hoc nomen sit generale, comprehendit omne genus falsitatis, modò sit vera falsitas dolosa, & præiudicialis.

Tertius, quando reseruaretur crimen falsificãtium quascunque scripturas.

XVIII. Incurrunt in Casum nostrum falsantes literas Episcopi commendatitias, aut dimis-
40 sorias, † aut prouisionales beneficij, aut similes, si cum dolo, & iactura tertij hoc faciant.

Et dicuntur literæ dimissoriæ illæ, quæ sunt commendatitiæ ad ordines, quæ dantur ab Episcopis, vt clericus possit ab alieno Episcopo o dinari, de quibus habetur in cap. nullus de tempor. ordinat. lib. 6. & in Concilio Tridentino

dentino sessione 23. cap. 10.

Commendatitię vero, quæ cõ-
41 ceduntur clericis † peregrinis, aut diœcesim mutantibus, facit cap. innotuit de elect. c. relatum de cleric. non resid. De hoc per scribentes in cap. fraternitati de cler. non resid. & per nos in 1. vol. cons. de tempo. ordin. consil. 1. nu. 6.

Quibus literis maxime credẽdum est, præcipuè si sint sigillatæ sigillo destinato ad certum illum actum, quia vtendũ est qualibet re ad eius vsum destinatum
42 † vt in cap. ad nostram, & c. suggestum de appellat. clem. quia contingit de relig. domi. & ita vtendum est sigillis appropriatis, & non alienis, quod intellige, modo, quando quis sigillat alieno sigillo, vel sigillo non consueto, faciat de hoc specialem mentionem, ita dixit Specul. in tit. de probat. §. videndum, versic. sed non, Bart. in l. ad testium §. si ab ipso ff. de testam. Alex. de Neuo in c. significauit nu. 5. & 8. de appellat.

XX. Circa confessionem ad-
43 uertat confessarius, † vt pẽnitẽs confiteatur quas literas vitiauerit, vnde non sufficeret dicere in genere se falsasse literas prælati, sed exprimat, si fuerint Papæ, qa est annexa excommunicatio Papalis, cap. ad falsariorum de crimin. falsi, & hodie est Casus in Bulla cenæ Domini; At si alterius prælati, secus, item si fuerit consumata falsitas: Hoc est, si vsus fuerit, vel non, quia primo Casu iniuncta pẽnitentia ostensa grauitate peccati, & præstito iuramento se amplius hoc delictum non commissurum, potest absoluere, si ad hoc sua se extendit facultas, facta debita restitutione damnorum, & interesse,
44 † Bart. in l. qui tabulas §. fi. ff. de furt. iuxta notata per Sylvest. in verbo falsitas quæst. 3. Quod idẽ extenderem ad consulentem ei,
45 † qui aliter scripturam non erat falsificaturus, vt notat Didacus par. 2. §. is, num. 1. de reg. iur. in 6. nam tunc tenetur in defectum principalis, quod secus esset, quãdo consilium fuisset inefficax, vt quia principalis non falsauit, vel erat sine consilio scripturam illam absque dubio falsificaturus, facit tex. in l. non solum §. si mãdato, verbo Nolenti, vbi glosa ff. de iniur. glosa in cap. sicut dignũ §. qui vero de homic. In secundo vero casu, qñ literis falsificatis vsus non est, nec potest confessor eum absoluere, nec debet, nisi dolo depositо, & literis laceratis, aut restitutis in integrum, aut nouis, & veris procuratis studeat impedire, ne cuiquam iniuria inferatur.

SVMMARIVM.

1 *Confiteri qui tenentur, & confessio vnde, nu. 2.*
3 *Semel aduerbium qualiter accipiatur.*
4 *Semel denotat peccatum mortale.*
5 *Decretalis omnis duo præcepta cõtinet. nu. 27.*

6 *Monachi nigri confiteri tenentur singulis mensibus, sed quò ad alios monachos hoc est honestum, num. seq. sed quid de monialibus S. Benedicti. num* 8.
9 *Religiosi quoties celebrare teneantur.*
10 *Ecclesia in cap. omnis de pœnit. & remiss. præfixit solum tempus, quò quis confiteri teneatur.*
11 *Non confessus in anno qualiter ab ingressu Ecclesiæ arceatur.*
12 *Præsumitur infidelis; videtur continere Ecclesiastica Sacramenta.*
13 *Est alijs in exemplum scandali, & peccandi.*
14 *Possunt à prælatis in genere excommunicari.*
15 *Cogi possunt ad confitendum.*
16 *Mortui carent Ecclesiastica sepultura.*
17 *Regula, cui communicamus viuo, communicamus, & mortuo, fallit in præsenti casu.*
18 *Confessus, & non absolutus in anno incidit in Casum, idem si scienter absque contritione confitetur, & absoluitur, nu.* 21.
19 *Intellectus ad tex. in c. quod quidã de pœnit. & remiss.*
20 *Excommunicatus ob confessionem non factam in anno, non debet absolui ab illa, nisi confiteatur.*
22 *Pœna non debetur ante sententiã.*
23 *Mens prius attendenda, quàm verba.*
24 *Absolutus si in anno non communicat, est immunis à Casu.*
25 *Idem, si confitetur in anno, sed non in quadragesima.*
26 *Sed an incurrat, qui ideò non confitetur, quia non habet materiam necessariam.*
28 *Episcopus statuens non ligatur suo statuto.*
29 *Episcopus qualem sacerdotem non subditum eligere debet, vt suam audiat confessionem.*
30 *Confessio propriè dicitur, quæ fit sub spe veniæ.*
31 *Qui non confitetur, in quàm maximo versatur periculo.*
32 *Peccans mortaliter venit contra multa præcepta.*

De ijs, qui non sunt confessi semel in anno. Cap. XX.

Qui non sunt confessi semel in anno.

EXPOSITIO.

Tit. 1 QVI) Hoc est omnis fidelis discretus, † iuxta textũ in cap. omnis extra de pœnit. & remiss. vt sciat discernere inter bonum, & malum, cuiuscunque sit sexus, si sit peccator siue masculus, siuæ fœmina, siue sit pauper, vel diues, laicus, vel clericus, nobilis, vel ignobilis, in dignitate constitutus, vel priuatus, subditus Ordinario, reseruationi Casus subijcitur.

2 (Non sunt confessi) Confessio dicitur à con, † ideſt simul, vel ex toto, & vndiq, fassio, hoc est, non fuerint integre confessi.

(Semel) Non sic hoc aduerbium

3 bium † denotat, sicut denotare consueuit pro omnino, pœnitus, immutabiliter, siue irreuocabiliter, vt quod semel factum sit, amplius fieri non possit, vt est textus cum glosa in verbo Expleta in l. si ita fuerit ff. de manum. testam. Sed hic significat idem, quod vnica vice, scilicet qui semel saltem, ideſt vnica vice non sit confessus in anno, comprehẽditur sub litera ; Et ita hoc aduerbium videtur esse subsidiariũ, Nam ex quo homo sępius cadit, sæpius deberet confiteri, de pœnitent. distinct 3. cap. septies, & cap. sequenti, & cum peccatum fuerit perpetratum, cum terminus vitæ homini sit ignotus, & ne morte præueniatur, & pœnitentiæ spatium nõ habeat. Tum, quia peccator, quantò maiorem moram fecerit in peccato, tantò magis à Deo elongabitur, & ita difficilius veniam consequetur, verum si sæpius non confitetur, saltem hoc facere debet semel in anno.

Et nota, quòd hoc aduerbium
4 semel denotat peccatum † mortale in eo, qui transgreditur, vt in confessione est text. in d. cap. omnis, ex quò desumptus est Casus noster ; nam in illo text. in verbo confiteri teneatur, Sotus in 4. sentent. distinct. 18. quæst. 1. art. 1. dicit, quòd in illo Ecclesiastico statuto duo sunt consideran-
5 da, † præceptum confitendi, & hoc est de iure diuino, & determinatio temporis, & hoc est de iure positiuo, vtrumque tamen est præceptum obligans sub peccato mortali; sic in communione est text. in capit. & si non frequentius de consecratione distinct. 2. vt nos diximus in 1. volum. consiliorum de celebratione missæ consil. 4. nu. 13. Hinc fit, vt cum sit peccatum mortale non confiteri semel in anno, rectè super hanc materiam apposita sit reseruatio Casus, cum fiat de peccatis mortalibus.

(In anno) Intellige quò ad laicos, quia monachi nigri singu-
6 lis mensibus confiteri debẽt, † & in prima Dominica mensis communicare, ita est clement. Ne in agro §. sanè 1. de statu monachorum, Ioan. Andr. in dict. cap. omnis num. 6. in fin. Anton. de Butrio num. 17. Ancharanus num. 6. Henricus Boich. num. 11. Zabar. in dict. clement. ne in agro §. sanè versic. opponi nu. 2. Imola nu. 5. Anchar. in princ. At quò ad alios monachos alterius coloris, quàm nigri omnes concludere videntur quòd sit ho-
7 nestum, † & expediens, vt §. sanè extendatur ; nam propter religionis perfectionem aliquid addere debent ad pensum sanctæ religionis, distinctione 4. c. denique, ita glosa in dicta clementina ne in agro verbo Nigrorũ, & in §. sanè verbo singuli, Paulus, & Stephan. & Zabar. ibi numer. 4. In vno tamen discordat Stephanus cum præfatis Doctoribus, dicens, quòd licet hoc sit honestum, vt extenderetur, ta-

men si alij monachi non seruant prefatam constitutionem dict. §. sanè, non peccãt, modo seruent dict. cap. omnis. Et hæc opinio magis placet, vt de honestate se debeãt conformare monachis nigris, attamen si se non conformant, non peccant, cum hoc nõ sit de præcepto; sed de honestate. Igitur § sanè solum habet locum quò ad monachos nigros, non autem quò ad alios de necessitate, & nec quò ad Canonicos regulares; Etenim Oldr. qui in consil. suo 222 extendit §. sanè ad Canonicos regulares, loquitur circa materiam §. sanè secundi, & non primi, quod loquitur de confessione, & multò minus quò ad religiosos. Quamuis Marianus Soccinus in dict. cap. omnis numer. 6. extendat etiam quò ad alios religiosos; sed credo quòd voluerit dicere monachos, cum alleget text. in dict. §. sanè, & dictum Doctoris debet intelligi secundum legem, quam allegat. Extendi-
8 tur etiam ad † Moniales Sanctissimi Patris nostri BENEDICTI Ordinis nigri, vt dixit Azorius libro Septimo, cap. 40. in princ. in Prima Par. vt etiam nos affirmauimus in Primo volum. consiliorum lib. 3. consil. 4. de celebratione missarum numer. 17. Religiosi autem licet non teneantur confiteri singulis mensibus, cuius tamen contrarium affirmauimus in nostris decisionibus diuersis in locis, tenentur tamen cõfiteri sub peccato mor-
9 tali, † quoties celebrare tenentur ex obedientia, vel si curam habeant animarum, modò lapsi fuerint in peccato mortali, dict. capit. omnis, ibi omnia peccata, dicit glosa, scilicet mortalia; At si nec ex obedientia, & nec eis cura imminet animarum, obligantur tamen ad celebrandum ter, aut quater in anno in diebus, quibus laici cõmunionem percipere consueuerunt, vt per Diuum Thomam in Tertia Par. quæstione 82. articul. 10. qui profectò dies secundum Sotum in 4. sententiarum distinct. 13. quæstione 1. articul. 10. intelliguntur de Festo Natiuitatis Domini, Paschatis, & Pentecostes, capit. & si non frequentius de consecratione distinct. secunda, vel saltem alijs diebus ter, vel quater in anno, vt ibi per eum vnde supposito peccato mortali cum teneantur religiosi ad digne percipiendam sanctissimam Eucharistiam, si sunt sacerdotes, de iure confiteri obligãtur saltem ter, vel quater in anno, igitur ex his habetur, quòd hic reseruatur Casus Ordinario eorum, qui semel in anno sua peccata non confitentur.

Grauitas.

EX his dignosci potest grauitas huius peccati.

I. qa peccat mortaliter oĩs, qui nõ cõfitetur saltẽ semel in anno; nam

nam facit contra præceptum Ec
10 clesiæ, † quæ determinat tẽpus, quò quis confiteri tenetur, scilicet semel in anno, vt patet per text. in d. cap. omnis, quæ quidem decretalis non instituit confessionem, nec præcepit tanquã non p̃ceptã iure diuino; sed tps apponit, infra qđ quis teneatur confiteri, sic Sacramentum Eucharistiæ est de iure diuino; sed tempus communicandi est de iure positiuo, dict. cap. omnis, Sotus in 4. sentent. distinct. 17. q. 1. art. 1. 4. colum.

II. Quia si constat quem nõ esse confessum semel in anno de iure, vt habetur in dict. cap. omnis, viuens est arcendus ab Ecclesiæ ingressu; Hæc tamen cum sit pœna, non debetur ante sen-
11 tentiam, † ita glosa in cap. fraternitatis 12. quæst. 2. quæ glosa est in hoc notabilis pœnam non deberi ante sententiam condemnationis, quàm omnes Doctores commendant in cap. 1. de constit. vt ibi per Decium in j. lectura. nu. 72.

III. Præsumitur infidelis, qui saltem semel in anno non confi-
12 tetur, † cum id omittat facere, quod omnis fidelis facit sacro illo, & acceptabili tempore Quadragesimæ, vt habetur per Ioan. à Medina, C. de confessione quæst. 14. versic. præsuppono, & habetur in Concil. Trident. session. 14. cap. 5. in fine. Quare omittens facere id, quod alij faciunt, argumen. text. in dict. cap. omnis, videtur cotemnere
13 Ecclesiastica † Sacramenta, & claues Ecclesiæ, & aliter sentire de illis, quàm Romana Ecclesia sentiat, vnde præsumptio iuris est, quòd sit hæreticus, argumen. in eo, quod legitur, & notatur extra de Hæret. cap. ad abolendam Respons. 1. Nam iste non ex infirmitate, aut ignorantia; sed ex certa scientia, & malitiosa superbia, sicut Diabolus, peccare videtur.

IV. Quia iste est in exemplum scandali, & peccandi ali-
14 jis, † quare Episcopus solet, & debet curatis imponere necessitatem tradẽdi in matriculis suis eos, qui in Quadragesimis vniuscuiusque anni fuerint, aut non fuerint confessi, quos prælati scientes in suis Diœcesibus non
15 esse confessos † anno illo, excommunicatione fuerunt, vt dixit Ioan. à Medi. C. de confess. quæst. 14. resecando illos a suo grege, 24. quæst. 3. capit. resecandæ, faciunt quæ notantur per Hostiensem in cap. grauem extra de pœnis.

V. Si est suspectus, quòd nõ sit confessus semel in anno, & interrogatus negat, potest per
16 Ecclesiam † cogi ad faciendum se dignum, scilicet vt pœniteat, deponendo odium, abijciendo concubinam, vel restituendo vsuras, & hoc per pœnas iuris, vt supra diximus, arcendo eum ab ingressu Ecclesiæ per sententiam, & si perseuerauerit in contumacia, excommunicando, ne vna ouis morbida alios

inficiat, vt patet in eo, quod legitur,& notatur in capit.ad audientiam, & in cap. ad id, quod de de sponsali. & in capitulo 1. in fine, de clericis coniug. in quibus iuribus patet aliquem posse cogi ad pœnitentiam agendam.

VI. Si post mortem constat eum non fuisse confessum in anno, debet carere Ecclesiastica sepultura post mortem, dict.capit. omnis, & ita punitur cor-
16 pus mortuum † pro delicto in vita cõmisso, licet impropria sit pœna ad corpus, & ita ob enormitatem criminis deuiamus a regula, quæ se habet; Cui communicamus viuo, communi--
17 camus mortuo, † fallit in hoc Casu, quia & si viuens arceatur, hoc est interdicatur per Ecclesiasticam censuram ab Ecclesia, tamen non tollitur ei hominum communio, & tamen post mortem priuatur Ecclesiastica sepultura, & ita perdit in morte communionem hominum, glosa in verbo sepultura in dict. cap. omnis, & ibi Dom. Anton. nu. 16. Sed modò descendamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. INcurrit salua censura melius sentientis in Casus reseruationem, qui semel in anno ad confessarium accessit,& confessus est peccata sua,non tamen
18 est paratus odiũ deponere,†concubinam abijcere, vel à contractibus vsurarijs abstinere; nam cum per supradictam confessionem non satisfaciat præcepto annalis confessionis, cui satisfit per absolutionem, fit, vt iste non sit confessus; Hinc Casui subijcitur. Ita docet Sotus in 4. sentent. distinct. 18. quæst. 3. articul. 3. in 8. colum. versicul. Decretum. per text. in capit. quod quidam de pœnitent.& remission. vbi verba hæc sunt. Eorum confessionem scilicet non valentium abstinere, recipere debes, & eis de criminibus consilium adhibere, quia licet non sit vera huiusmodi pœnitentia, admittenda tamen est eorum confessio, & crebris, atque salubribus monitis poenitentia indicenda. Intelligit ergo illam non esse poenitentiam, quæ fieri debet secundum præscriptum
19 Ecclesiæ, † nam quoties absolutio ex iusta causa differtur, non est confessio prẽcepti adimpletiua, quare nullus arbitretur se Ecclesiæ præcepto satisfeciſſe, quousque ex consilio sacerdotis peccandi occasiones auferat, & tandem absoluatur, si

ergo

ergò non satisfacit præcepto, cum non sit pœnitentia vera, quia absoluendus non est, Doctores in d. cap. quod quidam, fit, vt non sit immunis à Casu reseruato.

II. Qui in Casum incurrit, vel excommunicationem, ex eo, quia semel in anno non est confessus, iuxta Medi. qui supra, & Sotum in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 4. col. pen. tenetur elapso anno omissam supplere confessio-
20 nem, † quàm primum commodè potest; quia non potest ab excõmunicatione absolui, donec confiteatur, qua confessione facta non est a peccatis absoluendus, nisi prius ab excommunicatione absoluatur, & si confessio omissa non suppletur, semper manet præcepto omissionis reus, quousque legem impleat, veluti, qui debitor est pecuniæ præfixo tempore paschatis, si illo transacto non soluit creditori, semper manet debitor, quousq; persoluat, facit tex. in l. celsus ff. de arbitr. sic Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 4. circa finem, Franc. a victor. q. 147. Nauar. in Manu. c. 21. nu. 45.

III. Qui dedita opera, & sciẽter cõfessus est sua peccata absq; tamen contritione cordis, vel nõ
21 omnia, † & confessor absoluit, credens se omnia peccata cũ cõtritione confessum fuisse, incidit meo iudicio in Casum reseruatum, cum iste præcepto non satisfaciat, ita omnes Doctores cõcludunt, vt refert Azorius in j. par. lib. 7. cap. 40. versic. Tertiò quæritur. Nam non debet dolus, & fraus ei in quoquam patrocinari, cap. quantò extra de priuil. Tum etiam, quia idem est falsare scripturam, vel nullam, virum habere inutilem, vel esse viduam orbatam filio, vel filium habere inutilem, Ecclesiam esse viduatam pastore, vel illum habere, sed inutilem, &c. Et ita confiteri falso, vel non confiteri; sed qui non cõfitetur incidit in Casum, ergo qui inutiliter confitetur. Tum etiam, quia quamuis iste euitet pœnam Ecclesiasticã, quando fuit absolutus, cum pœna nõ
22 debeatur ante sententiam, † & sententia proferri non potest, cum iam ille absolutus sit, tamen hoc procedit in foro exteriori; nam secus est in foro conscientiæ, etenim statim vt poenitens verè, & scienter in fraudem confessus fuit, ne forte præsumatur hæreticus, vel ne contra eum fulminetur excommunicatio, iste in tali foro incidit in Casum reseruatum; Non enim verba; sed mens attendenda est, quę verbis præfertur, gsosa iij in ca. intelligentia de verborum significatio, Zabar. in cap. præterea eod. tit. vbi dicit, q̃ prius inspici debet voluntas loquentis, deinde id, quòd verisimilius est, regula inspicimus. Quod si id haberi non potest, recurritur ad propriam significationem verborum, l. non aliter ff. de legat. iij. sed modo potest aliqualiter apparere de voluntate Ordina-

rij, nam cum eius intentio, vel propositum videatur esse reducere oues ad ouile, quod fit per recõciliationem animæ ad Deũ, ideò saltem secundũ ius præscripsit hoc tempus semel in anno; Non q̃ magnopere nõ desideret, vt statim confiteatur peccatum, quàm primum perpetratũ, iuxta illud, quia cõfessio debet esse festina; sed solum hoc faciat semel in anno, cum ergo voluntas Ordinarij ea esse debeat, ergo potius stãdum est menti, quàm verborum proprietati, & ideò quãuis aliquis confessus fuerit, & absolutionẽ perceperit, qua ostensa Parocho, vel Ordinario euitet pœnam c. omnis, non tamen euitabit in foro animæ pœnam reseruationis Casus, vt ipse absolui ab alio possit, nisi ab habente Casus reseruatos.

IV. Immunis tamen est, qui confitetur semel in anno, & absolutus est; sed postea non percepit
24 Sanctiss. Eucharistiam; † nam cũ hæc sunt duo præcepta, & Casus noster loquitur de confessione, quare vnum non includitur sub altero, facit tex. in l. Papinianus exuli ff. de minor.

V. Nec qui confitetur semel
25 in anno, † sed non in quadragesima, nam etsi vniuersalis Ecclesia cum ingenti animarum fructu obseruet morem illum salutarem confitendi quadragesimali tempore, vt habetur per Ioan. à Medi. C. de confess. q. 14. versic. præsuppono ergo, & illam approbat sacrosancta Synodus Trid. sess. 14. ca. 5. Tamen confessionis præceptum adimplet ille quocunque die totius anni confitetur, tex. in d. c. omnis, Couar. in c. alma mater §. 1. nu. 7. de sent. excom. lib. 6.

VI. An ille incurrat, qui ideò semel in anno nõ confitetur quia
26 non habet materiam † necessariam confessionis, scilicet peccata mortalia, Azorius lib. 7. cap. 39. q. 2. dicit, quòd ille, qui nullo peccato tenetur obnoxius, confiteri ex præcepto non cogitur. At D. Thom. in 4. sent. dist. 17. q. 3. art. 1. ad tertiam quæst. dicit quòd tenetur ad præceptum Ecclesiæ. obseruandum, vt se sacerdoti representet, seque ostendat absque peccati macula mortalis, & illud pro confessione ei æstimabitur. Nos autem credimus hunc, si non confitetur, non incidere; nam ideò non est confessus, quia materiam necessariã non habebat; Etenim in decretali omnis sunt duo præcepta,
27 † vnum diuinum, vt confiteatur, præsuppositio peccato mortali, vnde dicit omnia scilicet mortalia, quemadmodum dicit glosa. Alterum est de iure positiuo, scilicet determinatio temporis, vbi Innocentius determinat, vt confiteatur semel in anno præsuppositio scilicet peccato mortali, quò non existente cessabit etiã confessio.

VIII. Huiusmodi Casu non
28 ligabit Episcopus statuẽs, † vt videtur cõis opinio in c. cum inferior de maio. & obedi. Bart. in l.

Lu-

Lutius Titius, ff. de fideicom. libert. Abb. in c. fi. de sent. excom. col. fi. in fi. quãuis veniendo cõtra tex. in c. omnis, benè ligatur illo canone, cum Canon sit Papalis, & ideò omnes ligat: An tamen satisfaciat præcepto Canonis, si Episcopus innixus priuilegio Canonis in c. fin. de pœnitent. & remission. eligat sibi sacerdotem
29 † non subditum, qui non est approbatus ad audiendas confessiones. Respondet sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium declarando decretum Concilij Trid. sess. 25. c. quamuis, sic dicens Episcopos vigore priuilegij, de quò in d. c. fin. non posse sibi eligere sacerdotem non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit admissus, & approbatus ad audiendas confessiones; Quod idem etiam extende ad Abbatem regularem, qui nõ potest sibi in alieno monasterio eligere sacerdotem non approbatum ad audiendas confessiones, ita de Episcopo refert Prosper de Augustino in addit. ad Steph. Quaran. in summa Bullar. verbo Archiepiscopi in prima editione.

IX. Cum confessio sit illa,
30 quæ fit † sub spe veniæ, & vt pœnitens se accuset, fit, vt non sit immunis à vinculo Casus, qui ideò ad confessarium accedit, vt illum ad malum inducat, vel auxilium petat in perpetrandis flagitijs; nam talis non est sacramentalis confessio, Sotus de ratione tegen. membro iij. 4. conclusio 2. versicul. vtrum tamen. Quod etiam extẽderem ad eum, qui per se, & ex intentione diuidit eam, non confitendo omnia peccata confessario, & absq; vlla legitima causa, quia talis non dicitur confiteri, cum confessio dicatur à con, idest simul fassio, scilicet integra peccatorum manifestatio, vt habetur in nostris decis. in j. par. lib. 1. c. 16. num. 12.

X. Circa confessionem satagat confessor curare, vt pœnitens agnoscat grauitatem criminis, quàm grauè sit non confiteri semel in anno, à nu. 10. vsque 18. & in quàm maximo fuerit versatus periculo non cõfiteri, cum
31 fuerit in peccato mortali, † & ideò cum terminus vitæ sit ignotus, poterat morte præueniri, & non habere spacium pœnitentiæ. quia dies Domini, sicut fur in nocte sic veniet. Accedat etiam illud Gregor. quòd peccatũ, quod per pœnitẽtiam non diluitur, suo pondere ad aliud trahit, & quanto maiorem fecerit moram in peccato, tantò magis à Deo elõgatur, & ita difficilius veniam consequitur; Quare vt contraria contrarijs curẽtur, iniungat, vt satisfaciat cõfessionib. præteritis infra annum illum, quando confitetur, tollat occasiones peccati, procuret vt deueniat ad peccatorum detestationem, quia solum omittendo confessionem peccando mortaliter, venit con-
32 tra multa præcepta, † & primũ contra illud. Non occides;

quia per peccatum mortale occidit animã suam. Item contra aliud. Non furtum facies. quia se Deo subtraxit. Item contra illud. Non fornicaberis; nam cõmisit adulteriũ, recedẽdo à Deo, & fornicando cum Diabolo. Itẽ periurium, quia promissum in baptismo non seruauit, glosa in ca. cum humilitatis 12. q. 2. vltimo absoluat.

SVMMARIVM.

1 *Impedire, vel peruertere vltimas voluntates testantium quid propriè sit, num. 2.*
3 *Vltimæ voluntates dicuntur multiplices.*
4 *Voluntas vltima testatoris quæ dicatur, nu. 28.*
5 *Est deambulatoria vsque ad mortem.*
6 *Liber stilus dicitur dispositio sine contradictione.*
7 *Testantes qui dicantur, num. seq.*
9 *Mensis an currat ignoranti.*
10 *Dispositiones ad pias causas quæ dicantur.*
11 *Episcopus de iure cogit per excõmunicationem ad soluenda legata pia.*
12 *Actionem habens ad legatum, illã etiam habet vt exhibeatur.*
13 *Impedientium vltimas voluntates, vel reuelantium crimen, quàm graue.*
14 *Ignis purgatorij miro modo est grauis,*
15 *Legata pia impedientes, vel non exequentes sunt animarum necatores.*
16 *Excommunicatur Sacerdos faciens sibi relinquere quod Ecclesiæ erat relinquendum, nu. 23.*
17 *In foro exteriori ad quid teneatur.*
18 *Casus iste diuersis in locis reseruatur.*
19 *Notariorum comprehensorum sub casu decisio.*
20 *Statim aduerbium qualiter accipiendum.*
21 *Defunctorum voluntates vt non impediantur, multum interest.*
22 *Verbum impedientes qualiter accipiatur.*
24 *Impedientes directè, vel indirectè comprehenduntur.*
25 *Impedientes ex causa, quia debent à testatore habere, nõ includũtur, & nec qui animo cõpẽsãdi. n. seq.*
27 *Sciens aliquem retinere animo compensandi non tenetur ad reuelandum.*
28 *Voluntatem defuncti inter viuos impediens non arctatur hac Casus reseruatione.*
30 *Volũtates defunctorum exequi differentes in multum tempus qualiter peccent.*
31 *Impediens volũtatem defuncti per vim, aut fraudem condendi testamentum, incidit in casum.*
32 *Persuadens testatori vt me, & non alium instituat, quando non teneatur ad interesse.*
33 *Notarius non reuelans ex obliuione, aut inconsideratione non peccat mortaliter, vide nu 40.*
34 *Obliuio an sit iusta causa ignorãtiæ.*
35 *Inconsideratio quandoque est peccatum mortale.*
36 *Mensis datus ad reuelandum quando incipiat.*

37 Ab-

37 *Absentia iusta quando excuset ad denunciandum, num. seq.*

39 *Non reuelans motus metu iusto an excusetur.*

41 *Notarius absens, qui non potest infra mensem venire, an ante finitum mensem incidat, num. seq.*

43 *Notarius post testamentum stipulatum effectus alterius diœcesis an reuelare teneatur, Item vide alium casum. num. seq.*

45 *Notario sufficit manifestare particulam attinentem casum.*

46 *Confessarij qualiter se gerant erga pœnitentes in occurrenti casu.*

De Impedientibus vltimas voluntates testantium. Cap. XXI.

Impedientes vltimas voluntates, & peruertentes.

EXPOSITIO.

Caue. IMPEDIENTES) Impedire propriè est in materia nostra mutare animũ testatoris, † vt id, quod mihi relicturus erat, nõ relinquat, vel obstare ne quid fiat, & impedimento esse, facit text. in l. fin. ff. de procurat. (v. g.) vt in testamenti factione non sint testes, non sit notarius, vel ita operari, vt testator non disponat. At peruertere est propriè id efficere, † vt testatoris ordo non seruetur glosa in cap. cum dilecta in verbo iuris ordinẽ extra de rescrip. Vt si quis mutaret voluntatem testatoris, vt faceret codicillũ, & non testamentum, vel vt disponeret aliter, quàm decreuerat.

(Vltimas voluntates) ideò sic dicitur in litera, vt includant non solum testamentum, siue sit in scriptis, † de quo in l. hac cõsultissima. C. eod. tit. siue nuncupatiuũ, in quo testator sine scriptis, & sine solennitatibus requisitis in testamento declarat suã voluntatem, & hæredis institutionem, & alia, quæ in testamentis ordinantur, nuncupat, & declarat, & ita exponitur de consecra. distinct. 4. cap. quæris propè finem; sed etiam codicillum, vbi hęres non instituitur: sed aliquid de rebus suis quis disponit, & donationem causa mortis, quasi vltimam voluntatem, In quibus tamẽ codicilli, & vltimæ voluntates differant à testamentis, vide Imolam in rubr. de testam num. 4. & 5.

Vltimas voluntates, vltima voluntas non solum dicitur illa, quæ fit à laborante in extremis; sed etiam ea, quę quandoque facta † ante mortem reuocata nõ fuit. Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur, dicit textus in l. sancimus. C. de testam. Dicitur enim vltima voluntas, non quia semper in mortis articulo ordinatur: sed quia morte confirmatur, cap. cum Marthæ de celebrat. Missar. nam ante mor-

5 mortem deambulatoria est† voluntas testatoris vsque ad vltimum vitæ terminum, adeò, ꝙ pacto, vel alio modo non potest sibi quis legem imponere, vt nō liceat sibi variare, vel mutare, l. si quis in principio testamēti. ff. de legatis 3. Et alibi dicitur, ꝙ nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntates postquàm iam aliud habere non possunt, liber sit stylus, l. 1. C. de sacrosanct. eccles. liber inquam ideſt sine alicuius con-
6 tradictione, † glosa, & DD. in c. Romana §. 1. verbo liberè de cēsi. in 6. & in cap. cum plures de offic. deleg. eod. lib. Abb. in cap. de multa verbo liberè de præbē. stylus vero capitur pro dispositione in scriptis redacta, vel redigenda, d. l. 1. Igitur dicuntur hic vltimæ voluntates, vel dispositiones in mortis articulo ordinatæ, vel ante; sed morte confirmatæ; Non tamen cogitur illas confirmare: sed potest liberè dispensationes factas reuocare.

(Testantium) Hoc est solenniter disponentium de eo,
7 † quòd quis post mortem suam velit facere de bonis, quæ quidē dispositio si fit solenniter, dicitur testamentum in scriptis; At si absque solennitate, si non adest hæredis institutio; sed disponit de aliquo coram quinq; testibus etiam non rogatis, quamuis sint fœminę, erit codicillus, vel donatio causa mortis, l. fin. C. de codicil. l. fi. ff. de donat. causa mor. Imola qui supra. num. 4.

Item dicitur Testantium; Hoc
8 est quorumcunq; † nam quilibet potest testari, qui non expressè reperitur prohibitus, vt patet. C. qui testam. fac. poss. & instit. eod. per totum. facit tex. in l. pro ea parte. ff. de proba. & personas prohibitas enumerat glosa in l. si quæramus. ff. de testam.

Alibi reseruatur.

NOtarij infra mensem à die mortis testatoris dispositiones ad pias causas non reuelantes.

Vbi adnotandum, ꝙ hoc tempus infra mensem non currit ignoranti, & consequenter vti-
9 le est tempus, † quia istud ignoranti non currit, iuxta glosam in princip. ff. de diuers. & temp. præscript. Baldus in l. id, quod pauperibus. versic. 3. quæro. C. de Episc. & cleric. Alexan. in l. optimum. C. de dolo colum. 2. Imola in clem. j. de restit. in integr. colum. 3. num. 18. Nec etiā currit diebus feriatis, vel absentiæ, & diebus, quibus non est agē di copia, glosa in clem. j. verbo continuum de restit. in integr.

(Dispositiones ad pias cau-
10 sas) Hic comprehenduntur † legata facta pro anima, Abb. in c. 2. num. 10. de præscript. in c. relatum num. 7. de testam. idem in cap. 1 de sponsal. impub in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. num. 16. extra de Constit. & in repetit. eiusdem num. 21. Item legatum, quod datur pro supplemento con-

congruæ dotis, vt nos diximus in j. par. nostrarum decis. lib 1. cap. 26. num. 20. vsque 24. Item si relinquuntur pauperibus hospitalibus, Monasterijs, Ecclesijs pro Missis celebrandis, vel puellis non coniunctis maritandis, & multò magis coniunctis pauperibus, Bart. in l. 1. ff. soluto matrim. cap. de Zenodochijs de relig. dom. l. si quis ad declinandum. C. de Episc. & cleric. c. fin. extra de testam. & pro redimendis captiuis, l. nulli. C. de Episc. & cleric. Horum autem legatorum omnium exemplum authenticum tenetur notarius, qui prædicta conscripsit, denunciare infra mensem ordinario loci, alias casus dicitur reseruatus, vbi talis fit reseruatio. Quæ quidem reseruatio est valde rationabilis, quamuis fieret cum appositione censurę contra non reuelantes, vt fieri solet. Etenim
11 † cum possit Episcopus per sententiam excommunicationis ad soluendum pia legata cogere, c. nos quidem, cap. tua nos extra de testamen. sic etiam per eandem potest cogere, vt reuelẽtur, argum. iurium in l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur. Quibus iuribus probatur, q̃ qui habet actionem ad rem mo-
12 bilem, seu legatum, † habet etiã illam, vt exhibeatur, & etiam testamentum, in quo factum est legatum, quia cum quid conceditur, seu prohibetur, conceditur etiam, seu prohibetur id, per q̃d peruenitur ad illud, l. oratio. ff. de sponsal. Regula cum quid in 6. Igitur ex his constat qui sint impedientes, & peruertentes vltimas voluntates, hoc est vel testamentum, aut codicillum, seu donationem causa mortis, & q̃d notarij infra mensem teneantur denunciare Episcopo dispositiones ad pias causas, quę quales sint, satis abundè diximus num. 10. Modo supereſt, vt deueniamus ad magnitudinem criminis patefaciendam.

Grauitas.

QVàm graue sit hoc crimen, ex eo dignosci potest, quia peccant mortaliter; nam faciunt
13 † contra charitatem, & ita est peccatum mortale, dum impediunt id, quod vellent sibi fieri, c. 1. distinct. 1. Et dum impediunt testantium voluntates ad pias causas, possunt dici animarum interfectores: nam impediendo subtraxerunt illis suffragium, & consequenter sunt causæ, vt animæ patiantur pœnas in Purgatorio ex suffraggiorum subtractione, argum. tex. in cap. fin. extra de iniur. purgandæ igne purgationis, qui secundum August. in libro de pœnit. cap. 17. & habetur in cap. fin. de pœnit. dist. 7. Et si æternus non fit, miro tamẽ
14 modo est grauis, † Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita; Nam nunquàm in carne tanta inuenta est pœna licet mirabilia passi sint martires tormenta,

&

& multi nequiter inimici tanta sustinuerunt supplicia. Hæc Augustinus. Et isti impediendo legata ad pias causas, efficiunt indirectè, vt defuncti tàm graues sustineant pœnas; Et hæc eadem ratio militat in notario non reuelante, atque etiam in hæredibus impedientibus, ne voluntates defunctorum executioni demandentur, qui possunt
15 excommunicari, † cap. qui oblationes 13.q.2. & constat nullum debere excommunicari nisi pro peccato mortali, cap. nemo, cap. nullus 11.q.3. Adde etiam text. singularē in clem. j. de priuileg. punientem pœna excommunicationis prælatum, vel sacerdo-
16 tem † volentem relinquere alteri Ecclesiæ, puta Cathedrali, & ille prelatus tantum fecit verbis suis, q̃ fecit relinquere Ecclesiæ suæ. Accedat etiam text. in l. dedi §. quamquàm, ff de condit. causa data. Vbi Iason nu. 5. Quartò notat ex fine ibi esse text. singul. vt referunt Paul. de Castro. Ludou. & Alexan. ibi, q̃ si tu impedis me, ne aliquam commoditatem consequar, etiã si ad illam mihi non competebat ius agendi, teneris mihi ad omne interesse, & sic facit ad quæstionem, quando testator volebat relinquere pupillo, & tutor tantum fecit, quod sibi reliquit, quam quæstionem ponit glosa in l. Titio verbo incidisset. ff. ad municip. & similem quæstionem habes in prælato Ecclesię, qui potius fecit sibi relinqui, quàm Ecclesiæ, de quo habetur per glosam in l. quicquid. C. arbi. tute. nam Dynus dicit, q̃ tenetur ad
17 duplum eius, † quod pupillo testator relicturus erat, vt refert Bart. in d. §. Titio num. 6. Alij dicunt, q̃ tenetur ad omne interesse, Iason in d. §. quamquam nu. 5. & 7. vnde Angel. in l. non enim ff. de inoffic. testamen. per illum text. cum glosa, dicit se semel obtinuisse quãdam magnam hæreditatem in fauorem quorundam fratrum pauperum, quibus testator in testamento hæreditatem reliquerat, & agnati, qui istud intellexerunt, tantum molestarunt testatorẽ, persuadendo ei, q̃ malè faciebat relinquere bona sua talibus fratribus, qui nihil boni vnquam facerent pro anima sua, & tantum fecerunt, q̃ testator mutauit testamentũ, & illos agnatos hæredes instituit; nam auocata fuit hæreditas ab illis agnatis, qui sic dolosè persuaserunt, & ita in l. 1. C. si quis aliq. test. prohib. dicit fuisse iudicatum Perusij. Quod qualiter intelligatur, videbimus in decis. Constat ergo impedientes peccare mortaliter, esse excommunicatos in iure per dicta clem. j. de priuil. atque de iure ciuili teneri ad totum interesse: Sed iam deueniamus ad decisiones. Quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. HIc casus in diuersis†diœce-
18 sibus à diœcesanis est re-
Nola. seruatus; Nam Nolæ sic habe-
tur. Testamenta, & legata ad
pias causas impedientes, & oc-
Saler. cultantes; At Salerni. Peruertẽ-
tes supremas, hoc est vltimas vo
luntates testantium. Verum circa notarios legata ad pias causas non denunciantes. Ne pia fidelium dispositio aliena auaritia pereat, voluntasque fraudetur, cum ad Episcopos vltimarũ voluntatum in casibus à iure conceſſis executores esse spectet ex Conc. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 8. fit, vt multi locorum Ordinarij hunc casum sibi reser-
Rossa- uarunt; Hinc Rossani talis re-
ni. seruatur Casus. sic enim habetur. Notariorum infra tempus assignatum legata ad pias causas non denunciantium. Sic Mo-
Mono poli. nopoli ita dicitur. Notarij non reuelantes infra mensem testa-
Andr. menta ad pias causas. Et Andrię ponitur tempus trium mẽsium.
Panor- Verum Panormi extenditur iste
mi. casus. Nam dicitur. Notarij, qui ad pias causas legata in eorum actis, vel alterius notarij scriptas conseruatis non denunciauerint in causa Archiepiscopali.
Regij. Verum Regij simpliciter dicitur; Aut notarij ea non denun-
Ferra- ciantes. Ferrariæ vero habetur:
riæ. Notarij, qui legata ad pias causas nobis, cum patuerint post testamẽti, vel alterius donationis instrumenti publicationem non denunciauerint, ex quibus omnibus potest fieri talis decisio.

Notarios post publicationem testamenti non denunciantes
19 † Episcopis legata ad pias causas, vel statim, vt Regij, vel Ferrariæ, incidere in casum, verum hoc aduerbium statim moraliter, atq; ciuiliter intelligendum est, hoc est, vt cessante impedimento aliquo, ob quod denunciatio fieri non potest, illa fiat,
20 †quod quidem arbitrio boni viri censendum est scilicet confessarij: An notarius fuerit morosus, vel non, facit glosa in clement. j. §. nec super de pœnis. & dictum Dom. Antonij de Butrio in cap. De cętero num. 6. extra de sent. excommmunic. At in locis, in quibus assignatum est tempus, illud obseruare debent, si volunt euadere casus reseruationem, quod etiam moraliter intelligẽdum est. Quid enim, si notarius reperitur absens, quando tempus terminatur, vel est oblitus, quia tunc cessante fraude videtur cessare culpa, & consequenter casus reseruatus, facit dictũ Caiet. 2. 2. q. 62. art. fin.

II. Multum interest vt voluntates defunctorum non impe
21 diantur, † aut differantur. Quare iura ad hoc prouident, quantum possunt, facit text. in c. nos quidẽ, & c. si hæredes extra de test. vnde per Ironiã tex. in c. nos quidem vocat religiosam fœminam; ideſt irreligiosam, quæ volun-

luntatem defuncti adimplere de trectat, sic. ff. de leg. 3 l. cumquis §. Titia. Hinc in pœnam fit, vt si extraneus esset hæres non adimplens voluntatem defuncti, priuetur tota hæreditate, vt in authen. hoc amplius C. de fideicō. Sed si filius, vel descēdens etiam tota priuetur, si hæreditas consistat in re indiuisibili, vt in dignitatibus, vel in Regnis, quod Regnum commodè non potest capere diuisionem, cap. licet extra de voto. Alias ei remaneret legitima, quæ ei debetur sine aliquo onere, l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. Doct. in cap. si hæredes eod. tit. & in cap. Sylvester 11. q. 3. Quare licebit vnicuique hanc quęstionem mouere, & studere, vt voluntas testatoris maximè in causis pijs omnibus modis compleatur. Zabar. in d. c. si hæredes.

III. Ex verbo. Impedientes, Quæritur qualiter accipiatur hoc verbū? Rñdeo, ꝙ includūtur ij, qui aduertēter, & ex proposi-
22 to, atque dolosè † directè impediunt, & obstaculo sunt, ne testator condat testamentum, vel disponat ad pias causas, vel aliter, vt diximus exponendo literam, siue sint laici, siue religiosi, de quibus habetur in clem. religiosi §. 1. de priuil. Vbi Clemens V. præcipit; Ne cum confectionibus testamentorum religiosi in-
23 tersint, † à legatis matricibus Ecclesijs faciendis testatores retrahant; nam isti peccant mortaliter, dum hoc præcipitur in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ, vt abstineāt; Quamuis cum religiosi sint exempti à iurisdictione Ordinarij, non includantur sub reseruatione Casuum. facit tex. in l. 2. de Const. in 6. Hinc sub hoc verbo inclu-
24 duntur quicunque † directè, vel indirectè, scienter, & data opera impediunt voluntatem defuncti, ne disponant, non vocando testatorem, vel quòd non sint testes, aut mandando, aut iubendo, & suadendo siue post testamentum conditum falsando scripturā, vel vt notarius aliter scribat, quàm ille disposuit, vel occultando; vnde Nolę additur hoc verbum. (Occultantes) etiam non reuelantes, non exequentes testamēta, & legata ad pias causas, & notarij non reuelantes.

IV. Nō incidit in casum is; qui deberet consequi certā quātitatem à loco pio, vel ab hæredibus testatoris, seu ab ipso testatore, & ex hoc impedit solutionē legati, instās pro sua satisfactione, quia legata non debentur;
25 † nisi deducto ære alieno, l. irritū C. ad l. Falcid. l. qui fundum. ff. eod. tit. & instit. eod. tit. §. cum autem, quia iste non ex fraude, aut dolo; sed ad consequendum suum impediuit, & voluntas, & propositum distingunt maleficium, l si quis nec causam. ff. si cert. pet. cap. cum voluntate de sentent. excommun. & Dominus in Euangelio. Si oculus tuus fuerit simplex, hoc est intentio,

to-

totum Corpus, ideſt congeries operum lucidum erit.

V. Et nec ſi quis occultaret bona, quæ fuerunt relicta, ſi ipſe illa retineret animo ſibi compẽ-
26 ſandi, † quia nec ad præceptum ſuperioris reuelare tenetur, vel ſub pœna excommunicationis, quia ex quo licitè tale, quid poteſt in recompenſationem retinere, iam effectum eſt ſuum, & nec alterius eſt amplius; Imò nec tenetur reuelare, qui ſcit ta-
27 lem retinere animo † compenſandi, certus de debito, quòd talis debet habere, Sylueſt. in verbo furtum q. 15. Quod ſecus eſſet, ſi dubius fuiſſet, quia in dubijs ſubditus tenetur obedire, c. Dominus, cap. Iulianus 11. q. 3.

VI. Comprehẽditur ſub caſu, qui impedit voluntatem defuncti, ne executioni mandetur, quæ quidem voluntas nõ fuit facta in mortis articulo; ſed ante,
28 † non tamen fuit reuocata, nam dicitur vltima voluntas non ſolum ea, quæ in mortis articulo ordinatur, ſed etiam ea, quæ ante non fuit reuocata, vnde vt lex eſt ſeruanda, cap. vltima voluntas 11. q. 3.

VII. Qui tamen non implet promiſſa per patrem defunctum inter viuos, nõ comprehenditur
29 ſub litera, † & ratio eſt; nam illæ promiſſiones factæ inter viuos non dicuntur propriè vltimæ voluntates, præpoſ. in d. ca. Sylueſter num. 1. in fine.

VIII. Differentes exequi voluntates defunctorum in pijs cauſis, vt hæredes, & executores
30 in multum tempus, † peccant mortaliter, & incidũt in caſum; Quare text. in cap. qui oblationes 11. q. 3. dicit, quòd ſunt excommunicandi; Inferunt enim notabile nocumentum animabus defunctorum: vnde dicuntur necatores animarũ in dicto tex. Qui oblationes, nempè ſubtrahẽdo ſuffragium illud eis, & non excuſantur hæredes, quia ſine magna incommoditate hoc facere non poſſunt. Et nec executores, ne hæredibus diſpliceant, vel ipſis damnum inferant: Quare ſi exequi non poſſunt, debent denunciare Epiſcopo, qui eos cogere poſſunt, cap. Ioannes de teſtam. Anan. in cap. ſi hæredes eodem tit.

IX. Comprehenditur ſub caſu, qui per vim, aut fraudem impediuit voluntatem infirmi
31 deliberatam † condendi teſtamentum & relinquendo rem alicui, vt fundum, qui parum aberat, quin ipſe haberet; nam erat iam animus firmatus, nempè nõ vocãdo notarium, vel teſtes, aut illos cum minis impediendo, ne introirent, iuxta dicta per Bart. in l. 1. & 2. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. vel dicendo notario, aut teſtibus, quòd infirmus non erat tũc benè diſpoſitus, quia requieſcebat, vel erat agentibus tunc viſitatus, vel differendo tempus de die in diem, ita quòd accedẽte poſtea notario, & teſtibus infirmus amiſit loquelam, vel inhabilis erat ad teſtificandum, quia

non

non erat rationis compos, tunc iste talis tenetur præter casum reseruatum in foro conscientiæ restituere damnum nõ ex æquo: sed iudicio boni viri; quia minus est habere rem in virtute, quàm actu, & poterat animus infirmi mutari, iuxta text. in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqu. plu. arcen. D. Thomas 2. 2. q. 62. art. 4. Couar. in regula peccatum par. 2. §. 7. num. 8. versic. Secunda conclusio. & quinta. Quod idem extenderem, quando quis mutaret animum infirmi firmiter firmatum ad aliquid testandum; sed absque dolo, mendacio. & minis, (v.g.) Quando testator firmiter decreuisset legare Titio centum, & ego blandis verbis induco, vt mihi, vel meo amico relinquat; argumen. text. in l. fin. C. si quis aliq. testa. prohib. Hinc Cynus in l. quicquid. C. arbi. tut. firmat hanc quæstionem. Quidã volebat relinquere Ecclesiæ certum quid, prælatus inducit testatorẽ, vt sibi potius relinquat, quàm Ecclesiæ, q̃ sic distinguit, quòd aut quis hoc fecit malitiosè, & tenetur actione de dolo, vel in factum ad interesse, vel cõditione ex lege ad duplum eius, quod testator Ecclesiæ relicturus erat, vt in auth. vt nulli iudic. §. & hoc peruenit; Aut blando sermone induxit testatorem ad sibi relinquendum, & tunc non tenetur, argum. text. in l. fin. C. si quis aliq. nam ibi patet, quòd non commisit delictum is, qui induxit blandis verbis testatorem ad id relinquendum. Et hæc distinctio approbatur à Bart. in l. Lutius §. Sempronio ff. de legat. 3. & videtur satis æqua, vt cessante dolo non teneatur, cum personam suam debeat cunctis præferre, argum. text. in cap. petitio de iureiur. cap. charitas de pœnit. dist. 2. sic Baldus in l. 2. C. si quis aliq. test prohib. dixit, q̃ si frater meus volebat
32 instituere † turpem personam, si illi persuadeo, q̃ persona illa sit mortua, vt me instituat, non teneor ad interesse, cum dolus non sit malus, nisi sit in prẽiudicium venientium ab intestato, vt ibi per eum.

X. Non videtur includi notarius, qui legata pia non reuelaret ex obliuione, seu inconsideratione,
33 † seu alia iusta causa, iuxta notata per Caiet. in verbo Missæ in fine, & in verbo incõsideratio, vbi etiã Armilla, per quorum doctrinam probatur, q̃ non peccaret mortaliter, & consequenter non esset sub casu reseruato: Verum aduerte, q̃ non videtur simpliciter verũ obliuionem esse iustam causam ignorantiæ, nisi longum tempus sit decursum. l. furtum. §. fundi ff. de vsucap. cum notatis per Dynum in regula præsumitur de reg. iur. in 6. vide glosam, & Bar. in l. qui fundum §. seruus. ff. pro empt. Sed hoc procedit in foro exteriori: quia in foro poli data veraciter obliuione, etiã si tempus fuerit de proximo, cum peccatũ non fuerit voluntarium, 13. q. 1. cap.

cap. merito. & in summa fit, vt non fit mortale, & consequenter non obnoxium Casus reseruationi, cum illa intelligatur de peccatis mortalibus. Verum
35 quò ad inconsiderationem † inconsideratio illa, quæ venit ex negligentia, quia non adhibuit, diligentiam ad considerandum ea, quę considerandа erant ex necessitate, est peccatum mortale, Caiet. in verbo inconsideratio, vnde videtur esse quædam dissoluta negligentia, de qua habetur in l. si fideiussor in princ. ff. manda. l. 1. §. is quoque. ff. de act. & oblig.

XI. Cum Panormi addatur tempus, infra quod notarius tenetur reuelare; Quæritur à quo
36 tempore † tempus illud hoc est mensis currit; An à die confecti testamenti, vel à die mortis.

Respondeo, ℣ à die mortis currit, sine qua dispositio non recipit vires, & legata non debentur per testatorem: sed per hæredem, instit. de legat. §. 1 & reuocationi sunt subiecta vsque ad mortem, l. 3. ff. de amit. legat. in fine. & l. 4. probatur in dicto §. 1.

Et quid si notarius esset absens iusta de causa, & transeat mensis; An comprehendatur?
37 Respondeo, † ℣ si non potest commodè denunciare illi, cuius interest, non comprehenditur; Quæ autem sint causæ absentiæ probabilis, text. in cap. consultationibus extra de offic. deleg. ponit duas, de quibus habetur per glosam magistralem in l. fin. ff. de integr. restit. Et habetur in c. quærelam de iureiur. Sed quid si Notarius non erat absens
38 tempore mortis testatoris, † sed post notitiam mortis se absentauit; An dicatur se absentasse dolosè, & ex malitia, vide Anan. in d. c. consultationibus. num. 3. vbi videtur ℣ sic, cum adscribatur ignauiæ, & culpæ suæ.

XI. Nec crederem eum comprehendi sub casu, qui ad minas alicuius perterritus, qui solitus
39 est illas executioni † demandare, non reuelauerit, iuxta illud, ℣ præceptum positiuum non obligat cum scandalo, & tanto scilicet mortis, vel maioris partis bonorum periculo, cap. 2. de noui oper. nunc. cap. nihil de præscript. Sylues. in verbo Ieiuniũ. §. 9. num. 25.

XII. Sed quid si notarius inaduertenter, & incõsideratè post mortem testatoris discederet nõ
40 cogitans † de obligatione manifestandi, quia oblitus fortè, est excusatus iuxta notata per Caiet. in verbo Missæ. & inconsideratio. Vbi etiam Armilla cum notatis per Sylues. in verbo naufragium in fine.

XIII. Notarius voluntariè, & dolosè abest; Ita ℣ infra terminum absentiæ, etiam si vel-
41 let, † nõ potest aliquo modo manifestare; Quæritur à qno tempore dicatur absens innodatus reseruatione casus. An post mẽsem à die mortis testatoris iuxta formam literæ, vel à die, à

qua patebit non posse manifesta re etiam ante tempus statutum; Et dubitandi rationem videtur facere text. in l. si ita stipulatus esset. ff. de verborum obligatio. vbi promittens facere insulam infra certum terminum sub certa pœna, tenetur ad illam pœnam ab illa die, ex quo cœperit fieri impotens ad exequendum promissionem; Ita illum text. allegat Bart. in l. cum stipulatus sum mihi à Proculo. ff. de verborum obligat. Tum etiam, quia quando pœna trahit secum executionem, vt puta excommunicationis, & infamiæ, cap. pastoralis §. verum de appellat. eo ipso pœna talis contrahitur, cum incipit esse certum de impossibilitate, quia lex facit talem executionem etiam ante diem statutum; Tamen his non obstantibus contrarium dicimus in casu nostro, vt etiam voluit Angelus, quem refert, & sequitur Raphael Cumanus in d. l. cum stipulatus sum, quos sequitur Sylvest. in verbo pœna §. 15.

42 Dicentes, † quòd quando sumus in pœna legali, vt in casu nostro, oportet, vt quis incurrat in pœnam, quod totum tempus finiatur, quod secus est in pœna conuentionali, vt in contrarijs, & ratio diuersitatis est, quia mitius agitur cum lege, quàm cum homine, l. Celsus. ff. de arbitr. ad hæc vide quæ diximus in 2. vol. consil. de elect. consil. 1. num. 41. cum sequen. vel secundum glossam in cap. commissa de elect. q ante diem potest agi quantum interest opus non esse consumatum, vt in iuribus allegatis; sed non ad pœnam, vt in dicto cap. Commissa, & hæc est melior resolutio secundum Sylvest. vbi supra, & in verbo Ecclesia vndecima quæst. 7.

XIIII. Sed esto, quòd sit lata excommunicatio contra notarios non reuelantes infra mensem; Quid si notarius post stipulatum testamentum mutet dicœ-
43 cesim, † & fiat sub alio Episcopo infra illum terminum mensis; an ligetur censura; Ratio dubitandi est per text. in cap. vt animarum de constit. in 6. scilicet, quòd non ligetur. Tamen contrarium affirmamus, cum factum sit inchoatum infra territorium statuentis, iuxta tradita per Ioan. Andr. in cap. 1. de priuileg. in 6. de saggitante in vno territorio in aliud, cum notatis per Sylvestrum in Verbo Excommunicatio 2. numero 8. Versicul. primus, & quartus. Bene facit illud, quod absens potest excommunicari, licet non sit subditus, si discessit post citationem, seu monitionem, Sylvester eodem loco, numero decimo.

XV. Notarius non subditus, qui ignorans hoc statutum
44 † post stipulatum testamentum discessit, quamuis hoc canone non ligetur, benè tamen potest excommunicari iuris ordine seruato, si ad requisitionem Ordinarij loci statuti Iudex proprius

nota-

notarij, sub quo degit, ipsum citaret, seu moneret, pro vt tenetur requisitus iuxta notata in cap. finali. de foro competenti, vt rediret ad manifestandum, quia tunc si negligeret, posset excommunicari, etiã si haberet domicilium in loco non statuentis, Sylvest. in verbo excommunicatio 2. numero 10. circa medium.

XVI. Sufficit notario ma-
45 nifestare particulam † continentem legatum piæ dispositionis, iuxta notata per Abbatem in cap. primo de probat. Ad hoc etiam vide ibi Barbat. circa finem.

XVII. Circa confessionem interroget subtiliter confessa-
46 rius pœnitentem, † qui voluntatem defuncti impediuit; An illius voluntas erat omninò firmata, vel non. An pœnitenti de iure debeatur hæreditas, & ille turpem personam instituere volebat. An minis, vel dolosè, aut blandis verbis sine dolo forsan motus ne defraudaret illum, cui debebatur hæreditas; An intuitu pietatis, quia ille, ad quem spectabãt bona, erat pauper, nobilis, virgo, quæ sine dote remanebat. An notarius non denunciauerit ex fraude, vel ex iusta causa forsan absentiæ, vel per incogitantiam, & obliuionem, aut ex dolo, vel precio corruptus, & ijs omnibus consideratis sciat iniungere pœnitentiam, & obligare ad interesse, vel non.

Semper tamen pœnitentem inducat ad veram contritionem, atque firmum propositum non redeundi ad vomitum.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale quid, & quæ eius nomina, num. 3.*
2 *Hospitale gaudet priuilegio Ecclesiæ.*
4 *Casus præsens, quàm optima ratione reseruatur.*
5 *Episcopi habent ius visitandi hospitalia.*
6 *De Expositis loquuntur multa iura.*
7 *Infantes quando dicantur exponi.*
8 *Hospitalis vsu quando, quis abutitur.*
9 *Hospitalium rectores an teneantur recipere infantes filios diuitum.*
10 *Pauper dici non potest habens patrem diuitem.*
11 *Relegatur pietatis officium, exponendo filium ad hospitale.*
12 *Exponentes peccant contra ius naturæ, & scripturæ.*
13 *Exponens iudicatur, vt homicida, & quare.*
14 *Exponendi crimen sanguinis pœna luendum in foro fori.*
15 *Exponentes patres, vel Domini priuantur Patria, & Dominica Potestate.*
16 *Exponentes vocantur fraudulenti, & sacrilegi.*
17 *Epilogus eorum, quæ dicta fuerunt.*

18 *Exponens ex necessitate, an à peccato excusetur.*
19 *Mater an excusetur, si filium exponat ad euitandam infamiam.*
20 *Exponens an incidat in casum, si hospitale non esset erectum auctoritate Episcopi.*
21 *Exponens etiam filium infantem naturalem, includitur.*
22 *Necare quando quis dicatur infantem.*
23 *Infantes exponere grauissimum peccatum.*
24 *Exponentes filios ad hospitalia, quia commodè viuere non possunt, excusantur.*
25 *Mandantes exponi, an includantur.*
26 *Famuli, qui iussu Domini exponunt, excusantur.*
27 *Inferior in dubijs debet obedire, non tamen, quando certum esset præceptum esse peccatum.*
28 *Delictum graue quando dicatur.*
29 *Famuli an excusentur, si cogantur exponere, vide distinctionem,*
30 *Infans ab alio expositus sciente patre, aut ratum habente, an exponens incidat, vel pater.*
31 *Confessor qualiter se gerat circa exponentem.*

De Infantibus expositis ad Hospitalia Cap. XXII.

Qui hospitali nostro S. Iacobi in Compostella alijsque pijs locis infantes exponunt; si habeant vnde illos alere possint.

EXPOSITIO.

VI Hospitali.) Mon. Hospitale locus pell. 1 est,† in quo pauperes recipiuntur, & sustentantur, sortitur multa nomina Græca, vt patet 23.q. 8.c.sancimus, Latinè quoq; dicitur domus Dei, vel Misericordiæ, aut pietatis, aut fraternitatis, & dicitur locus pius, 1.q.j.c.si quis omnem, de elect. in 6. cap. sciant, & cap. generali, modò hospitale sit publicum, & fundatum auctoritate Epi, & principaliter ibi celebrentur diuina, vt præsuppo nitur esse hospitale, de quo loquimur ad psens; De hoc c. ad hæc de relig. domi. Tale.n. hospitale gaudet priuilegio Ecclesiarum, 2 † vt per Doctores in clem. quia contingit de relig. dom. per Baldum in l. Orphanotropos. C. de Episc. & cleric. per glosam, & Archid. in c. quidam 18.q.2.l. omnia priuilegia. C. de Episc. & cleric. Petr. de Anchar. & Abb. in cap. Ex literis de consuet. Quare hospitalia læsa restituuntur in integrum, sicut & Ecclesiæ læ-

sæ,

sæ, & in præscriptione gaudent illo priuilegio, quo gaudent Ecclesiæ, Ioan. Andr. in cap. 2. de in integr. restit. Item sicut commisit sacrilegium occupans bona Ecclesiarum, eodem modo occupans bona hospitalium, Host. in cap. conquæstus de foro compet. & sicut ille, qui tenet bona Ecclesiæ, potest conueniri coram iudice Ecclesiastico, sic occupãs bona hospitalium, Abb. in cap. cum sit generaliter eo. tit. Et sicut Ecclesiæ dicuntur dotari, eodem modo sunt dotanda hospitalia, Innoc. in cap. cum ad sedem de restit. spoliat. Pariter Angelus in Auth. de alien. & emphyt. §. si vero dixit, q̃ quidam voluit, q̃ sicut hæreditas damnosa si adita est per prælatum, non nocet Ecclesiæ, eodem modo nec illa nocet hospitalibus, sicut bona Ecclesiarum præscribuntur spatio quadraginta annorum, eodẽ modo bona hospitalium, Baldus in cap. de quarta de præscript. Et vt Ecclesię gaudent immunitate, quia rei ab illa nõ sunt extrahendi, eodem modo & hospitalia, Archid. in cap. Diffiniuit 17. qõ. 4. & sicut bona Ecclesiæ quando alienantur, requirunt solennitatem, de qua per Baldum in auth. hoc ius porrectum. C. de Sacrosanct. Eccles. eodem modo bona hospitalium; ita Bald. ibi. & quemadmodũ restituitur Ecclesia aduersus lęsionem, eodem modo hospitale, Anchar. in clemen. j. de in integr. restit. Et hæc procedunt, quando hospitale est auctoritate Episcopi fundatum, vt præsupponitur istud ad præsens, quod probatur, dũ sequitur.

(Alijsque pijs locis) Dicuntur pia loca Monasteria, † Specul. in cap. sciant cuncti de elec. in 6. Zenodochia, quæ sunt loca, in quibus recipiuntur peregrini, & aduenæ, c. de Zenodochijs de præben. clem. per literas. C. de Episc. aud. l. illud, 23. q. vlt. c. sancimus, vbi de hoc in glosa. Item leprosariæ, & sunt illæ in quibus colligũtur lepra infecti, & de his de Eccles. ædific. cap. 2. Dicuntur etiam eleemosynarię. Sunt etiam loca pia alia, de quibus habetur per Conc. Trid. sess. 22. cap. 9. vt Confraternitates, Montes Pietatis, & quicũq; alij, vt ibi. Et † recta quidem ratione; atque optimè sibi hunc casum Ordinarius reseruauit, quia ad ipsum spectat sollicitum esse, vt redditus hospitaliũ expendantur seruata forma Concilij Vienensis, † quæ incipit. Quia contingit in clem. de relig. domib. Quare cum hospitalis præfati munus sit incertos infantes expositos habere, & cum in illis tenues sint census, abusus obrepsit ibi infantes indifferenter exponere, vnde non modo pius locus oneri succumbit; sed etiã miserrimos infantes, cũ malè nutriantur, perire coguntur; Quare ad euitandum hoc absurdum, Ordinarius sibi hunc casum reseruauit, & hoc, vt pauperes recipiantur, & redditus expendantur in vsus pauperum. cap. de Zenodo-

chijs de relig. domin.

(Infantes exponunt) De ex-
6 positis locuntur multa iura, † extra de infant. expos. per totum. & C. eod. tit. C. de Episc. aud. l. nemini. & in auth. omnes peregrini per totum. C. commun. de succes. cap. fin. dist. 87. Et propriè exponi dicuntur infantes,
7 † quando relegato pietatis officio parentes ante valuas hospitalis ponunt, vel in rota, vel ante Ecclesias, vel domũ alterius, vt eos alij pietate moti colligant. Infans verò dicitur minor septennio, qui quicquid videt ignorat, l. 1. C. de falsa moneta glosa in c. 1. verbo plenum de regular. in 6. nam infantia durat vsque ad annos septem, c. literas de desponsat. impuber.

(Si habent vnde eos alere
8 possunt) quia abutuntur † vsu hospitalis, cum velint, vt deseruiant alteri vsui, ad quod fuit institutum; Item ex hoc verbo (si habent) restringitur relatiuum illud in principio appositum (Qui) nam quamuis videatur omnes comprehendere, tamen ex istis vltimis verbis restringitur tantum ad patres, qui soboles suas nutrire possunt, & debẽt, l. vnusquisque C. de infant. expos. toto tit. C. eo. ex quibus omnibus habetur, q̃ exponentes filios infantes hospitali, vel alijs pijs locis, si habent vnde eos alere possunt, comprehendũtur sub casu reseruato.

An vero rectores hospitaliũ,
9 quæ instituta, † & deputata sunt ad infantes expositos recipiendos, teneantur recipere infantes filios diuitum expositos.

Respondeo, q̃ quamuis hæc quæstio difficulter contingere possit, cum semper infantes, qui exponuntur, sint incogniti. Tamen si rectores cognoscerent expositos esse filios diuitum, & eorum, qui possunt alimenta prę stare, & nolunt illa præstare, q̃ teneantur, ita Baldus in l. 1. §. Sed scimus. C. de lati. liber. toll. vbi colligit, q̃ pauperes in hospitali sunt recipiendi; nam isti ratione ætatis, quia se ipsos iuuare nequeunt, dicuntur pauperes: Ad idem videtur text. apertus in d. clem. quia contingit. Ibi dũ litera dicit. Et ad miserabilium personarum receptionem, & sustentationem iuxta facultatem locorum compellere non omittant, & c. Sed certum est, q̃ isti infantes expositi dicuntur miserabiles personæ iuxta not. in ca. significantibus de offic. deleg. in l. 1. C. quãdo imper. inter pupil. & vid. ergo rectores hospitalũ indistinctè tenentur eos recipere, etiam si patres habeant diuites, ex quo contra ipsos se iuuare non possunt; Nam si possent se iuuare, & agere contra parẽtes, tunc non possent dici pauperes; & sic potest intelligi illud, quod notatur in c. 1. de magistr. q̃ ille
10 non potest dici pauper, † qui habet patrem diuitem: ita Ioã. de Anan. in c. 1. tit. nostro, in fine. Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Gra-

Grauitas.

QVam sit grauè hoc crimen, patet primo ex tex. in cap 1. de infan. expos. Vbi dicitur. Re-
11 legato Pietatis officio, † & re vera relegato, quia debuerunt viscera eius commoueri super filio suo, extra de præsumpt. ca. afferte, & paternus affectus omnem vincit affectum; Ita glosa in d.c. quæ allegat text. in l. fin. C. de curat. fun. Quapropter tales exponentes si sunt pauperes, peccant mortaliter; vnde dicit text. in cap. si quis dereliquerit dist. 30. parentes denegãtes alere proprios filios, excommunicantur; peccant enim contra legem naturæ, & scripturæ, Natu-
12 ræ inquam, † quia educatio filiorum est de iure naturali, cap. ius autem distinct. 1. Non tamen sic educatio parentum; nam licet filius debeat alere patrem pauperem, tamen hoc non est de iure naturali; sed ratione naturali; vnde talis educatio parẽtum fit ordine turbato, sicut dicitur in simili in successione, in l nã & si parentibus. ff. de inoffic. testament. & not. in cap. cum Apostolus de censib. peccat etiam contra legem scripturæ; Nam vt ait Apostol. 2. Corinth. 12. Patres thesaurizant filijs, scilicet ad eorum educationem, & sustentationem, quare plus peccant, quàm patres infideles hoc facientes 1. ad Timoth. 5. Si quis suorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, cum plus peccet: Agit enim, contra legem naturæ, & scripturæ. Sed infidelis solum contra legem naturalem, Turrecrem. in d. cap. si quis dereliquerit.

Rursus infans derelictus ante Ecclesiæ ianuas, vel valuas hospitalis, vel alicuius priuati subijcitur probabili periculo mor-
13 tis, † tum, quia deficit ei lac; vnde nutrimentum habere possit; Tum, quia hoc frequenter fit noctu, vel clam; vnde non possunt exponentes moraliter euitare pericula, si venit canis, vel lupus, aut sus, & comederet infantem, si suffocetur, si frigore moriatur, vel æstu, quare nec ad celandum adulterium honoratissimis fœminis licet honorem tueri periculo Innocentis infantis; Hinc cum exponatur infans varijs periculis, vt homicida iudicatur, quia morti eum tradidit, & famæ perire permisit, l. vnusquisque, ibi quodammodo ad mortem. C. de infant. expos. Hostiens. in d. capit. 1. Quod si pater hoc fecit, videtur vt capitalem sententiam pati debeat, argument. d. cap. finali distinct. 87. ff. de liber. agnosc. l. necare, cap pasce distinct. 86. Hinc dicitur pater sanguinis, l. 2. vbi glosa. C. de patri, qui fili. distrax. quia hoc crimen pœna
14 sanguinis est luendum, † & ad hoc designandum titulus iste de infantibus, & languidis expositis collocatur inter duos tit.

Primus de his, qui filios occid.

Secundus de homicid. volunt. Ad hoc Turrecrem. in c. fin. in fi. distinct. 87.

Rursus ob hoc delictum pater, & Dominus priuantur Pa-
15 tria Potestate, † & Dominio c. 1. de infant. expos. vbi Anchar. nume. 2. & 3. & Anan. nume. 3. dicit Nota casum, in quo pater propter delictum, ex quo impiè se gessit contra filium, priuatur Patria Potestate, vnde liberè cõtrahere, sibi acquirere, testari, & omnia, sicut paterfamilias liberè agere potest. C. eodem tit. l. vlt.

Dicuntur etiam fraudulenti,
16 dolosi, † & sacrilegi indirectè subtrahentes victum ijs, quibus debetur, scilicet pauperibus; Ad hoc enim sunt instituta Hospitalia, quia nutriuntur ij, qui alias nutriri non possunt.

Puniuntur etiam in foro exteriori partum exponentes extraordinariè, ideſt officio iudicis, quia videtur eum morti tradidisse, vt est text. cum glosa in verbo Animaduersioni. C. tit. no stro. l. 2. l. nec filium. C. de Patria Potest. & in l. 1. §. pœnam, & in l. necare. ff. de liber. agnosc. Sunt
17 ergo exponentes † in peccato mortali, quia quasi interfectores: Hinc vocantur patres sanguinum; Transgressores legis naturalis, & scriptæ, vt pietatis officium in filios relegantes, infidelibus peiores, & fraudulenti, dolosi, atque sacrilegi, quare sunt pœna excommunicationis innodati, & puniendi pœna extraordinaria, priuatique sunt iure Patriæ Potestatis, & Dominij; Sed modo deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. EXponens ex necessitate, puta, quia eum alere non poterat, secundum glosam in cap. fina. distinct. 87. videtur excusatus à peccato, quia inuitus videtur exposuisse, C. de infan. expos. l. 1. At in contrarium determinat ibi glosa, quia si ipse alere eum non potest, debet eum in Zenodochium mittere, C. de lati. libe. toll. l. 1. §. sed scimus ibi, si ipse ad eius curam non sufficeret, in Zenonem eum mittere; At si nullum talem locum inueniat, scilicet Hospitale, tunc videtur glosa dicere, quòd excusan tur de filijs; sed non sic de seruis, per d. l. vnicam; sed debuerat eos dominus vendere, vel donare; Attamen quo ad filios, & si verum dicat glosa quò ad pœnã temporalem, quia inuiti videntur parentes cum exposuisse d l. 1. C. de infan. expos. Turrecrem. in d. cap. finali.

Non tamẽ excusantur quò ad
18 peccatum fugiendũ, † quia quantum in eis est, occiderunt eum d. c. fin. & ideo videntur comprehendi sub Casu, & si inuiti infantes exposuerint; possunt tamen

excu-

excuſari à peccato, & à Caſu, ſi fortè expoſitio fieret tali modo, quòd nullum periculum expoſito immineret, Sylueſt. in verbo Expoſitus nu. 2. in fi. & Io. Tab. num. 3.

II. Infertur, quòd ſi mater
19 exponeret filium † ad euitandã infamiam, vel exponi iuberet, non excuſatur, quando locus poterat inueniri hoſpitalis, in quò poterat reponi, vel ſi non exiſtẽte loco expoſitus fuerit cum periculo, licet hoc fecerit ad euitãdam infamiam; nam talis vt homicida iudicabitur, quamuis in foro exteriori quædam Pannonia puella nobilis, quæ vt infamiam euitaret, puerum, quem pepererat, exponi iuſſerat, fuerit abſoluta, vt teſtatur Iulius Clarus in ſua praxi §. fi. q. 83. verſ. partum exponens.

III. Non credimus incidere
20 in Caſum † illum, qui infantem exponit quamuis eſſet hoſpitale illud, tamen non erat erectum auctoritate Epiſcopi, cum non dicatur locus pius, cap. ad hæc de relig. domi. Abbas in cap. de zenodochijs de relig. domi. Nam priuata perſona non poteſt facere locum priuatum eſſe pium, & religioſum, verum ſi exponeret in aliquo hoſpitali ſine auctoritate Epiſcopi ædificato, ſeu deputato; ſed mortuo fundatore idẽ remanſit, tunc ſi poſt eius mortem eſſet expoſitus infans à patre, qui eum alere poterat, incidit, & ratio eſt, quia locus ille poſt mortem eſt effectus religioſus, vnde non poteſt amplius ad humanos vſus redire, Abb. in d. c. ad hæc nu. 4.

IV. Includitur ſub Caſu etiã, ſi pater exponeret filium ſuum
21 naturalem † infantem, & multò magis legitimum, & naturalem, gloſa in l. 2. C. de infant. expo. Cum de iure Canonico etiam ſpurios tàm pater, quàm mater alere teneantur, vt notat Innoc. in cap. 2. de regul. Abbas in cap. cum haberet de eo, qui dux. in matrim. Vnde exponendo ſuum filium etiam naturalem ad hoſpitale ex auaritia, peccatum eſt graue mortale, optimus text. in l. necare ff. de libe. agnoſc. vbi necare videtur non ſolum is, qui
22 partum præfocat, † ſed & is, qui publicis locis puta ad hoſpitale, vel ante fores Eccleſię Miſericordiæ cauſa habendæ ab alijs exponit, quàm tamen miſericordiam ipſe non habet.

Ecce textum apertum meo iudicio patrem peccare mortaliter, exponendo filium ad hoſpitale, ſi tamen ipſe poterat educare; Nam vt tex. dicit, Miſericordiæ cauſa ſcilicet habendæ ab alijs, ecce quia exponit, vt alatur, dum ſequitur quam ipſe nõ habet, fit, quòd poterat alere; ſed relegato pietatis officio eum expoſuit, imò ſi vis cognoſcere quàm grande ſit peccatum expo
23 nere infantes, † conſidera quia cũ multoties ignoretur eius cõſanguinitas, poterit contrahere cum ſorore, vel conſanguinea, & ipſam, in vxorem ducere,

vt

vt dixit Hostiens. in d.cap.1.tit. nostro.

V. Sed quid si patres habent modum alendi filios; sed non ita commodè, quia non secundum
24 suum statum, † & conditionem, An excusentur exponendo illos ad hospitale, credimus saluo sẽper meliori iudicio quòd non, quia debet restrictius viuere, & ponere se in manu Dei viuentis, quamuis videatur obstare id, qđ dixit Baldus in l.si quis ad declinandum col.3. versic. circa tertium, C.de Episc.& cler. vbi voluit, quòd si aliquis est nobilis, qui habet alimenta, sed suam dignitatem conseruare non potest, poterit Episcopus, vel executor testamenti, qui debet bona testatoris distribuere in pauperes, aliquid ipsi nobili erogare in subsidium vitæ, vel dotium, quia licet non sit omnino mẽdicus, tamen secundum statum suorum natalium aliqua sustentatione eget, & ideò inter pauperes numeratur.

VI. Non solum pauperes; sed & Domini, atque patroni libertorum iuxta text. in l.1. C. de infan. expos. & in cap.1. eodem tit. exponentes, sed & mandan-
25 tes † exponi, incidunt in Casum, si habẽt, vnde illos alere possint, alias si dispositio non extenderetur ad mandantes, de facili redderetur elusoria, & nullum sortiretur ferè effectum; nam tali Casu cõstitutio pœnalis extenditur, l.2.ff.de iurisd.om.iud c. præterea de offic. deleg. Bart. in l. non dubium, C.de legi. vt plurimum enim expositio infantum fieri solet ab hominibus infimæ conditionis, & pauperibus; Quando ergo nobilis, vel diues exponit infantem, non ipse, sed alius iussu eius facit, ergo ipse tunc verè facere videtur, c.mulieres §. 1. de sent.excommu sic à simili Greg. XIII. qui excommunicat extrahentes ab Ecclesia, comprehendit mandantes; ne dicta bulla redderetur elusoria, cum vt plurimum extractio fieri soleat ab hominibus simplicibus, & infimæ classis, & non à iudicibus, sicut diximus in 2.vol.cons.lib.3.de immu.Eccles. Rursus, si non cõprehenderentur, sequeretur absurdum, quòd casus non esset generalis; sed comprehenderet solũ pauperes infirmos, & non nobiles, cum nobiles non exponant; sed iubent exponi, ideò ad euitãdum hoc absurdum, fit extensio in constitutione pœnali, l. scire oportet ff. de excus.tut. clem.fi. de rescript. Baldus in l.quicunq; C.de seru.fugit.

VII. An vero comprehen-
26 dantur famuli, qui iussu † dominorum suorum exponunt, & videntur excusari; nam qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo facere; quia necesse habet parere, ff.de reg. iur. l.non videtur §. qui iussu. Sed Bart. in l. non solum §. si mandato nu.4. ff. de iniur. dicit hoc procedere, quando is, cui mandatur, nõ putabat delictum; Quod potest cõtingere in famulis, & rusticis, q

sunt

sunt idiotæ personæ : Etenim si iussu Domini exponũt infantem ad hospitale credentes hoc licere, non peccãt; Quod etiam procedit, quando dubium est an præceptũ sit iustum, vel iniustũ, quia non debet inferior discutere fa-
27 ctũ superioris, † & in dubijs obediendum est, cap. Iulianus 11. q. 3. At si scirent præceptum Domini esse iniustum, tunc cum potius Deo, quam superiori sit obediendum, d. cap. Iulianus, c. non semper, cap. quid culpatur, 11. q. 3. nullo modò excusantur. Tum etiam, quia vt idem Bart. qui supra nu. 6. versic. circa secundum dicit, quòd is, cui mandatur, non excusatur ex eo, quòd habebat necesse parere, quando exequitur delictum graue, & nume. 7. explicat quid sit delictum graue, & ait; quòd est delictum pri-
28 uatum, † quod requirit dolum, & magnum præiuditium parit, & meretur magnam poenam, ex quò sequitur, quòd exponentes infantes ad hospitale, scientes iniquè facere, quia patres eorũ possunt commodè alere, cum causa sint auferendi bona, quæ sunt ad vsum pauperum destinata, peccent mortaliter, & includantur sub litera, quia tex. dicit. Qui ad hospitale exponunt.

VIII. An vero excusentur,
29 si cogantur à dominis eorum † illos exponere, nam nisi exponãt, ponunt se in graui discrimine vitæ, aut rerum. Nos in Prima par. decis. lib. 2. cap. 24. num. 21. & Prima par. consiliorũ de sent. excommunicat. lib. 5. consil. 22. num. 35. diximus excusari à mortali rusticos, vxores, filios familias, & famulos, si coacti exercẽt opera seruilia, quando contrauenientes possent pati magnum damnum in persona, vel in rebus, sed stipendiati expleto conductionis tempore debent recedere.

Verum in Casu nostro forte aliud videtur dicendum, (& loquor quando scitur præceptum iniustum) nã hic agimus de eo, quod est prohibitum de iure naturali, & diuino, cum exponentes veniant peccando contra legem naturæ, & scripturæ, vt supra probauimus in verbo Grauitas; sed non obseruare festos, licet in genere sit præceptum diuinum, iuxta illud. Sabatha sanctifices. Tamen obseruare hoc, vel illud festum tali die, vel die, est de iure positiuo, sicut confiteri peccata suppositio peccato mortali est de iure diuino, sed determinatio temporis est de iure positiuo, cap. omnis de pœnitent. & remissiion. fallit tamen quò ad diem Dominicum, cũ successerit loco sabathi Quare ex his concludendum videtur potius famulum mortem teneri eligere, quàm violare id, quod est prohibitum de iure diuino, & naturali, vt est exponere, quod tamen secus est, si id esset prohibitum de iure positiuo, nisi fieret in contemptum legis, vel iniuriam fidei, capit. sacris de his, quæ vi.

Cre-

IX. Crederem saluo semper meliori iudicio, quòd si infans
30† ab alio expositus fuisset sciente patre, vel ipso ratum habente, licet incurrat poenas tex. in l. 1. C. tit. nostro, & peccatum mortale, cum obligatione restituendi, non tamen comprehenditur sub hac lirera, quæ loquitur de exponente, & non de consentiente, aut ratum habente. Tum etiam, quia verba literæ sunt scripta in personam, & non in rem, ex doctrina Bart. in l. si is, qui pro emptore ff. de vsucapion.

X. Satagat Confessor circa
31 confessionem†ostendere poenitenti grauitatem criminis, vt supra probauimus, verbo Grauitas, & inducere illũ ad restituendas expensas factas non solum in alimentando, sed etiam in instruendo, vt est text, in l. 1. C. tit. nostro, ipsi hospitali. Inducat ad contritionem, quia fuit causa subtrahendi victum pauperibus, cum hospitalia ad hoc fuerint instituta, & non vt diuites alantur; Quod fuit causa interficiendi exponentem, si sciebat iussum fuisse illicitum: si illum coegit. Multò magis peccauit, & ita inducat ad propositum firmum desistendi, & attenta qualitate personæ, & contritione eum absoluat, iniungendo poenitentiam, quæ tantò grauior erit, quantò si partus non esset legitimus, quia tunc extirpanda erit occasio cõcubinatus, quò Casu etiam erit interrogandus status parentum, si laici, vel Ecclesiastici, si soluti, vel coniugati, aut consanguinei, vel in sacris; Erit tamen minuenda pœnitentia, si exposuerit mater, vel alius eius iussu ad euitandam infamiam, vt supra diximus ex Iulio Claro.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarij qui propriè dicantur.*
2 *Dolosè quando aliquid dicatur factum? & an dolus præsumatur.*
3 *Incendia contingunt varijs ex causis.*
4 *Incendio probato fundata est inuectio contra inhabitantes.*
5 *Mandantes an comprehendantur sub incendiarijs.*
6 *Canon si quis suadente 17. q. 4. includit mandantem.*
7 *Incendij crimen vocatur malitia pessima.*
8 *Incendiarij an ipso facto sint excommunicati.*
9 *Incendiarius, & clerici percussor ad quid parificentur.*
10 *Episcopus potest implorare brachiũ sæculare contra incendiarium.*
11 *Incendiarius qualiter secundum leges puniatur, nu. seq.*
13 *Hæredes incendiarij an compellantur ad satisfaciendum.*
14 *Incendium diuersimodè ab Ordinarijs reseruatur.*
15 *Homicidium simpliciter reseruatũ intelligitur de voluntario.*
16 *Statutum debet intelligi secundum ius commune.*
17 *Mandantes, & consulentes superfluè apponuntur.*

In-

18 *Incendium multipliciter contingere potest.*
19 *Culpa præsumitur in incendio contra habitantes.*
20 *Conductor non tenetur de incendio domus.*
21 *In contractibus, qui celebrantur causa virtusq; venit culpa levis, non tamen levissima secus in contractibus gratia vnius celebrati.*
22 *Culpa lata an sit dolus in materia incendij.*
23 *Casus qui simpliciter loquitur, simpliciter est intelligendus,*
24 *Ignem immittens tempore belli authoritate prætoris, est immunis à Casu.*
25 *Ignem apponens in proprio, si ad alienum extenditur, an comprehendatur sub Casu.*
26 *Aedificium dissipans ædium alienarum, ne ignis altenus ad suas accedat, an sit sub Casu.*
27 *Incendiarius non omnis, dolosus comprehenditur.*
28 *Modicum arbitratur iudicio confessarij.*
29 *Confessor qualiter se gerat circa incendiarium.*
30 *Absolutio non danda, nisi satisfactis damnis.*
31 *Eventus in delictis, & non propositum inspicitur.*
32 *Incendiarius sine pœnitentia debet carere sepultura.*
33 *Confessor adhibeat testes, si infirmus dicat se intulisse damnum ex incendio, alias hæredes compelli non possunt.*
34 *Incendiario iuramentum est præstandum se ignem vlterius non appositurum.*

De Incendiarijs.

Cap.XXIII.

Incendiarij dolosè, & ex proposito, mandantes, & auxilium dantes.

EXPOSITIO.

Surrenti.

INCENDIARII) sunt propriè, qui tectis, † ædificijsvè ignem inijciunt, nam si in rusticis ponatur ignis, dicitur combustio, ff. de incendio l. 1. Attamen hic videtur intelligi de immittentibus ignem, tàm in ædificijs vrbanis, quàm rusticis, l. qui ædes ff. eodem titulo; nã cum litera generaliter loquatur, generaliter est intelligenda siue de ędificijs vrbanis, siue rusticis, siue de rebus prophanis, siue sacris, de quibus habetur pertex. in c. tua nos, & c. conquæsti extra de sent. excommun. c. si qua 23. q. 8. Item cum litera dicat. Incendiarij. Intellige omnes masculos, siue fęminas, doli capaces, & habentes vsum rationis. 1

(Dolosè) Hoc est data opera, C. de his qui accus. non poss. l. data opera; & scienter, ex proposito, & appensatè. Hic vero dolus semper præsumitur † in foro exteriori, si inimicitia præcesserit inter immittentem ignem, & illum, cui immittitur, vt 2

est

est tex.notab. in l.capitalium §. qui ob inimicitias ff.de pœnis.

(Dolosè) Hoc enim ideò apponitur, quia si dolus malus absit, cessat Casus, facit tex.in l. 1. §. quod ait ff. de incend. rui. & naufr.

(Dolosè) Vbi adnotandum, quòd incendium contingere so-
3 let †varijs ex causis, vel culpa inhabitantium, l. nam salutem ff. de offic. præfe. vigilum ibi; Et quia plerumque, nam cum incendium non possit facilè fieri sine culpa alterius, vt dicit tex. in l.si vendita ff de peric.& commo.rei vendi; Hinc fit, quòd in dubio præsumitur factum culpa inhabitantium, l. qui insulam §. fi. & ibi Bart.ff.locati, Baldus in l.creditor C. de pignor.actione. Iason in l. sed & si quis §.quæsitum num.41.ff si quis caut.Hinc sequitur in practica, quòd probato incendio fundata est inten-
4 tio cõtra inhabitantes;†nisi ipsi ex aduerso probent, quòd absq; culpa sua, vel suorum incendiũ sit secutum, ita videtur tenere Bartol. Angel. & Moder. in l. si quis ex argentarijs §.finali ff.de edendo. Abbas in cap. 2. extra depositi. Aliquando incendium contingit culpa, quæ aut est lata, vel leuis, aut leuissima, Aliquando fit casu fortuito, ff. eod. l.si fortuito, & aliquando dolo malo, & data opera, vt qui domos alienas, arbores, vel segetes incendit igne appositio ex odio, vel vindicta, 12. quæstione 2. cap. cum deuotissimam, 23.quæstione 8. cap. pessimam, de his vide Bart.in l. 1.ff.de offic.præfe. vigilum.

(Mandantes, & axilium dantes) Hæc verba apponũtur meo iuditio ab abundantem cautelam. Etenim licet Casus reseruatio sit stricti iuris, & pœnalis, vt excommunicatio,& ideò sub-
5 incendiarijs †non videntur comprehendi mandantes, nisi de eis fiat expressa mentio; nam mandans dicitur fictè facere, c.vt famæ de sentent. excommunic. & Casus reseruatio, vt statutum nõ extenditur ad casum fictum, igitur solum sub Casu comprehendi videntur incendiarij ex proposito, non autem Casu, vel cul
6 pa:†Tamen quia ex tenore text. in cap. si quis 23. quæst. 8. comprehenduntur iubentes, & consulentes, fit, quòd extendatur ad illos, sicut à simili excommunicatio si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4. non comprehendit mandantem, tamen illum includit ex tenore tex. in cap. mulieres §. 1. & cap quantę extra de sent.excommun.

Grauitas.

I. 7 QVia vocatur hoc crimen incendij per tex.†in cap. pessimam 23.q.8.pessima malitia,& horrẽda, estq; de iure Casus Episcopalis,d.cap.si quis, & cap. seq.

II. Iuxta Caiet. verbo Excommunicatio c.22. & Naua.in Manu. c.27. nu.94. incendiarius tam

tam Ecclesiæ, & loci sacri,& religiosi, quam prophani non est
8 excommunicatus ipso iure;† sed si sit excommunicatus,potest absolui ab Episcopo ante denuntiationem, sed postquam est denuntiatus, est absoluendus solum à Romano Pontifice, Doct.in cap. tua nos,& cap. conquesti de sentent. excommun. Et hoc etiam, si mulier incendiaria sit denuntiata, excepto articulo mortis ; Et hęc opinio mihi magis placet, quàm illa,quòd incendiarius locorum religiosorũ est ipso facto excommuicatus,sed si prophanorum,est excommunicandus.

III. Quamuis clericus percussor,& incendiarius parificen-
9 tur † in d.c. tua nos, quãtum ad facultatem obtinendi absolutionem, tamen legatus à latere potest absoluere percussores clericorum etiam enormiter, cap.ad audientiam de sent. excom. non sic de incendiarijs denuntiatis, qui nec a legatis à latere absolui possunt;nam cum talis extensio nõ reperiatur in iure quò ad incendiarios, sicut quò ad percussores,sit, quòd nec nos in istis exhorbitantibus extendere debemus, vt in regu. in argumentum de reg. iur. in 6. Panor. in d. c. tua nos nu.4. Sylvest. in verbo excommunicatio 7. num.14. Tabien. verbo excommunicatio 5.Casu 7. Et hoc,quod diximus, intelligẽdum est de iure communi. An vero ex priuilegio absoluere possit, id ex tenore priuilegiorum inquiri debet.

IV. Quia Episcopus potest implorare brachium sæculare
10 † contra incendiarios, Geminianus in capit. cum deuotissimam, 12.quæst.2.

V. Secundum leges incendiarij capite puniuntur, si sint dolosi, & incendium commis-
11 sum sit in ciuitate, † & sit magnum, atque persona nobilis sit, l. capitalium §. qui ob inimicitias ff.de pœnis, l.finali ff. de incend. naufra. & rui. At si vilis, tradendus est bestijs, & potest comburi,d.l.fin.§.qui data, coniuncta,l qui ædes. At si incendiũ commissum esset in villa, & tunc quia minus est periculum, In incendio magno persona vilis debet decapitari, d. l. capitalium
12 §. 1. & §. nonnunquam. † At si est paruum,debet deportari,prę missa prius in omnibus Casibus emendatione damni, l. qui ædes §. 1.coniuncta l.fi.in fin. ff.de incen.rui.& naufr.sed quando sunt in culpa, puniũtur ciuiliter lege Aquilia,vt dixit Do.Ant. in d.c. tua,quod intelligit Barto.in d.l. 1.quando culpa esset leuis.

VI. Quia si defunctus fuit absolutus non facta satisfactione,vt quia morte præuẽtus,eius
13 hæredes † compelli possunt ad satisfaciendum; Et ita habes Casum, in quò hæres tenetur ex delicto defuncti, etiam si nihil ad eum peruenerit, si non confecerit inuentarium, licet secus videatur esse de iure ciuili, vt in l. 1. C. ne ex delicto defuncti Marianus Soccinus in cap.ex literis

de

de raptor. sed vt notat Ioan. de Ana. nulla videtur differentia inter ius ciuile,& canonicũ. Nam ideò hæres tenetur,quia fuit absolutus, ergo promisit sacerdoti satisfactionem. Et datò,quòd ex presse non promisisset,ex quò tamen ipsum pœnituit,videtur mã dasse hæredibus restitutionem, quia ille, qui vult vnum,videtur velle omnia illa, sine quibus id haberi non potest,cap præterea, cap. prudentiam de offic. deleg. & sic hæredes non tenẽtur ex puro delicto defuncti, sed ex dispositione ipsius, qa fuit absolutus, ita intelligit glosa illum text. in c.ex literis de raptor.in c.à nobis 2.in fin. de sent. excommun.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. SOlet iste Casus diuersimodè ab Ordinarijs locorum reseruari; Alibi enim vt Messinæ, Morriali, atquæ Ferrariæ reseruatur † incendij peccatum, aut incendiarij. quod idẽ est. At Rossani reseruatur peccatum incendiorum voluntariorum. Sed Nolæ,& in S. Marco, & in Diœcesi Rubensi,& Castellaneti reseruantur incendiarij ex proposito. Verum Tarenti tunc hoc peccatum reseruatur, quando est incendiũ locorum prophanorum supra summam aureorum decem. At Surrenti in præsenti non solum reseruatur incendium dolosum; sed etiam mandantes, & auxiliantes, sic in Ciuitate Rubensi nempè & auxilium,vel cõsilium dantes. Omnis tamen ista variatio verborum mihi videtur ad vnum tendere; Nam quando reseruatur incendij crimen, debet intelligi de incendio voluntario, hoc est doloso; Hinc dixit text.in l.3.§, quod ait prætor ff. de incen.rui.& naufr. (Quod ait prætor de dãno dato;) Ita demũ locum habet, si dolo malo datum sit; nam si dolus malus absit, cessat Casus, facit quod dixit Bartolus in l. 1.§. non autem ff. si quis testa. lib. vbi si simpliciter est reseruatum homicidiũ, † intelligitur de voluntario, & doloso, vnde Baldus in proprijs terminis in l. data opera,qui textus loquitur de incendio, C. de his, qui accus. non poss. dicit, quòd statutum imponens pœnã mortis pro homicidio, intelligitur de doloso,& non culposo,aut casuali. Tum etiam, quia statutum debet intelligi secundũ ius commune, † notatur in ca. cum dilectus extra de consuetud. in l. 2.C.de noxal.Sed pœnæ,quæ imponuntur incediarijs, debentur ijs, qui malo studio, siue pro odio, vel vindicta ignem apposuerunt,cap. pessimam 23 quæst. 8. Igitur cum incendium simpliciter intelligatur de doloso, quando ab aliquo Ordinario additur incendiarij ex dolo, vel voluntarij,fuit factum ad tollendum omne dubium, & reddendum Casum magis lucidum, & clarum.

Messinæ. Morriali, Ferr. Rossani. Nolæ. In S. Marco in diœcesi Rubensi i Apulea. Castellaneti

14

15

16

Sic

Sic etiam Additio illa. (Mandantes,& consulentes) fuit addi-
17 ta ad abundãtem cautelã, †nam cum (vt supra diximus) statutũ sit intelligendum secundum ius commune, Decius in cap. ex parte nu. 36. de appellat. & iura in c. si quis mẽbrorum,& in c. pessimam 23.q.8. loquantur de incẽdiarijs dolosis, & mandantibus, auxiliantibus, & consulentibus, fit, vt simpliciter reseruatũ hoc peccatum, ad hos extenditur, vt diximus in expositione literæ, igitur cum incẽdium multiplici
18 ter committi † possit, nam quandoq; incendium fit dolo malo, l. qui ędes, ibi. Si modò sciens ff. de incen. d.c. pessimam. Et dicitur dolus malus, quando ignis appositus est scienter,& appensatè, d. l. qui ædes, siue data opera pro odio, aut vindicta animo nocendi d.c. pessimam. secundum Baldum in l. quæ fortuitis in 3. col. C. de pignor. act. Quandoq; procedit ex lata culpa, non apponendo illam diligentiam, quam quilibet apponeret, l. quod nerua ff. depos. Quandoq; leui, hoc est, non adhibendo diligentiam, quã diligens homo apposuisset. Quãdoq; leuissima, omittendo videlicet diligentiam, quam diligentissimus homo adhibuisset. Quãdoq; Casu fortuito, ff. de incend. l. pen. Hic tamen reseruatur incendium dolosum, & voluntarium, hoc est scienter,& spontaneè, factum animo nocendi; Sed Tarenti tunc demum, quando damnum excedit summam aureorum decem.

Hinc fit, quòd excluditur incẽdium illud commissum per quandam nurum, quæ noctis tempore lucernam accensam in camera minus diligenter seruauit, vt habetur per Ananiam in consil. 71. quod incipit, Visis, & diligenter consideratis; nam tale incendium videtur esse commissum ex culpa, & culpa, quæ præ
19 sumitur in incendio † contra inhabitantes, est culpa leuissima, vt est glosa singularis, & multũ signanda in §. præterea in glosa finali instit. quib. mod. recontr. obligatio, quam sequuntur multi Doctores, vt refert Iason in l. domos num. 6. ff. de legat. 1. Similiter si quis conduxit domum vel apothecam, vel emphyteu-
20 ta † domum cum prædijs, & domus incendio consumatur, conductor casu non ligatur, imò in foro exteriori ad nihilum tenetur, quia licet incendium præsumatur factum culpa inhabitantium, tamen cum ista sit leuissima culpa, per illam glosam in §. præterea, conductor non tenetur nisi de dolo, lata culpa,& leui,& nõ de leuissima,& ratio est, quia in contractibus, qui cele-
21 brantur gratia vtriusq; † vt in locatione,& conductione, venditione,& emptione non venit nisi lata, & leuis culpa, nõ autem leuissima: l. si vt certo §. nunc videndũ ff. commod. secus in contractibus, qui vnius gratia celebrantur, vt in commodato, qui fit gratia commodatarij, l. in re-

bus in princ.ff.cõmod.vel si quis acciperet mercedem pro custodia rei, l. qui mercedem ff. locati; nam tunc tenetur de leuissima culpa, Iason in l. domos nu. 7.ff. delegat. 1.

II. Quid si quis non dolo incendium committeret, sed lata
22 † culpa, an comprehendatur sub Casus reseruatione?

Respondeo, quòd non, nam incendium exigit dolum; sed lata culpa non est dolus; sed dolo æquiparatur, l. quod nerua ff. depos. Quare in materia pœnali, vt est Casus reseruatio, non debet fieri extẽsio, reg. odia de reg. iu. lib. 6.

III. Cum litera simpliciter
23 † loquatur (Incendiarij) ergo includuntur tàm incendiarij locorum sacrorum, quàm prophanorum, tàm si illud fit in vrbe, quàm si in villa, tàm si fit à viro, quàm si à fœmina, argumen. tex. in cap. si quis suadente 17. quæst. 4. iuncto text. in cap. mulieres de sent. excomm. Ex quo enim litera simpliciter loquitur, simpliciter est intelligenda; nam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de precio ff. de public. inrem actio.

IV. Immittens ignem in ci-
24 uitate ex causa belli † auctoritate Superioris, non cõprehendi tur sub Casu, si bellum est iustũ, secus si esset iniustum, iuxta doctrinam Summistarum in verbo Incendiarius, vbi Sylvest. In dubio vero, vbi dubitatur an bellũ sit iustum, vel iniustum, præsumi tur iustum, & tenetur subditus obedire, c. Iulianus 11. q. 3.

V. Si quis in proprio loco ignẽ apponeret eo fine, vt ignis ad alienum locum extẽderetur,
25 secuto effectu † incidit in Casũ, quia dicitur incendiarius volun tarius, alias secus, si in proprijs ignem mitteret bono fine, sed incautè, & minus circumspectè, ita vt extensio ignis fieret ad aliena quia tamen fuit in culpa lata, licet secundum DD. lata culpa do lo æquiparetur, ita vt puniatur, in corpore, vt incendiarius dolosus, tenetur tñ ad compensationem damni, l. pen. vbi glosa verbo dolo ff. de incendio.

VI. Si quis defendendarum
26 mearum ędium ędificium † dissipauerit, ne ignis ortus ad meas accederet, si certum esset ignem ad meas ædes peruenturum, nec de damno tenetur, cum non dica tur iniuriam feciſſe, qui me tueri voluit, cum alias non posset l. 3. §. cum enim ff. de incendio l. si quis fumo §. 1. ff. ad l. Aquil. vbi habetur, quòd qui iusto metu ductus ne ad se ignis peruenire t, vicinas ædes intercidit, siue peruenerit ignis, siue ante extinctus sit, Celsus existimat legis Aquiliæ actionem cessare.

VII. Non omnis dolosus in-
27 cendiarius † sub litera cõprehen ditur, sed quando effectus esset secutus, verba enim sunt intelligenda cum effectu, c. relatum de cleric. non resid. Quid enim si appositio igne pœnitentia ductus illum extinxit, vel incendium

fuerit

fuerit de modico, cum de modicis non sit curandum, l. Seio ff. de in integr. restit. c. vnũ orarium §. criminis dist. 25. c. & si quæstiones extra de simo. Quid autem sit istud modicum, arbitrabi-
28 tur bonus vir, † qui in foro animæ est confessor, facit glosa in clem. 1. §. nec super ff. de pœnis, Ordinarius vero Tarentinus arbitratus est vsque ad summam aureorum decem.

VIII. Circa confessionẽ inquirat subtiliter cõfessarius per-
29 sonam incẽdiarij, † si vilis sit, an nobilis, quia licet in pęna corporali plus puniatur ignobilis, quã nobilis, vnde de iure ciuili incendiarius, si vilis est persona, debet comburi, text. cum glosa in d. l. qui ædes, si dolosè illud fecerit in ciuitate, vel oppido, vt sicut mortem ignis multis præparat, sic & illam, & ipse recipiat, argument. ff. de extraordi. crimin. l. saccularij. At si incendiarius est nobilis, decapitabitur, l. capitalium §. nonnunquam ff. de pœnis; Tamen in foro conscientiæ plus peccat incendiarius nobilis, quàm ignobilis, cap. homo dist. 42. cap. nulli fas 25. q. 1. Inquirat etiam, an ignem apposuerit in locis vrbanis, vel rusticanis, quia primum maius est peccatum, item de fine. An odio, vel vindicta. An solus, vel cum alijs. An ipse combusserit, vel iusserit, aut consenserit, vel auxilium præstiterit iuxta tex. in d. c. pes-
30 simam. Deinde nõ absoluat † nisi satisfacto damno secuto non solum incendij, sed etiam rerum perditarum ex ea causa, quamuis totum illud damnum non habuerit in animo facere, text. est in l. 1. §. ex incendio ff. de incen. rui. & nauf. vbi si quis animo incendendi vnam domum, ignem apposuerit, & combustæ fuerint plures domus, tenetur pro omnibus domibus combustis, & ita
31 in delictis inspicitur euẽtus, † & nõ animus, & propositum, quod intellige, quando verisimiliter poterat cogitare illud euenturũ, Cępolla cons. 36. & interim quousque satisfaciat, est ab omni Christianorum collegio separandus, d. c. si quis membrorum, & si sine satisfactione, & pœnitentia
32 fuerit mortuus, † carere debet Ecclesiastica sepultura, d. c. pessimam, quod intellige, quando fuerit mortuus impęnitens. Si vero in articulo mortis fuerit, & confitetur, poterit in tali articulo absolui à quocunque sacerdote simplici non approbato ad audiendas confessiones, c. pastoralis §. præterea vbi glosa de offic. ordin. sit tamen cautus sacerdos, quòd si infirmus fateatur se
33 damnum alicui dedisse † ex causa incendij, vel se debitorem alicuius, & aliena habere, in hoc ad hibeat testes, vt hæredes possint compelli, quia dictum sint non sufficeret, & si fortè infirmus nollet, non debet eum absoluere, quia videtur non moueri bona contritione, & hoc perpetuò nota, Marianus Soccinus in d. cap. in literis in fine de rapto. Iniun-

34 gat etiam iuramentum † se amplius ignem non appositurum, d. c. pessimam. vbi etiam habetur, quòd est etiam ei grauissima pœnitentia iniungenda, sic etiam habetur in c. cum deuotissimam 12. q. 2. Hæc tamen est arbitraria iuxta contritionem, c. mensuram de pœnitent. distinct. 1.

SVMMARIVM.

1 *Intercipere quid propriè sit.*
2 *De hoc verbo quæ iura loquantur.*
3 *Literis de quibus casus loquitur.*
4 *Sigillum, & subscriptio quare in literis apponatur.*
5 *Literas intercipere quàm graue sit peccatum.*
6 *Literas superioris transmissas aperire quæ pœna sit.*
7 *Literarum interceptor furti, & iniuriarum actione tenetur.*
8 *Intercipientes literas qui sub Casu comprehendantur.*
9 *Scripturam sigillatam, in qua erant scripta peccata, aperiens, ligatur casu.*
10 *Intercipientes literas bono fine, nõ includuntur, nu. seq. Secus si malo, num. 12.*
13 *Intercipientes literas, in quibus nihil erat scriptum, an includantur.*
14 *Non includitur inconsideratè, vel ex curiositate literas aperiens.*
15 *Nec literas aperiens illarum personarum in quibus habet ius.*
16 *Religiosi quando possint sine assensu superioris scribere.*
17 *Patris assensus non requiritur, vbi filius potest agere.*
18 *Capitulum tenetur requirere consilium suorum fratrum, fallit in casu.*
19 *Religiosi non sunt Episcopo subditi.*
20 *Confessarij qualiter se gerant erga pœnitẽtes cõtra intercipẽtes literas.*

De intercipientibus literas missiuas. Cap. XXV.

Intercipientes literas missiuas, vel alias scripturas sub sigillo contentas.

EXPOSITIO.

Andr.

1 INTERCIPIENTES) Intercipere propriè est efficere, † ne quid eò perueniat quò destinatum est, Et ita qui efficit, ne literæ perueniãt ad manus, cui mittuntur, dicitur intercipere literas, vnde Cicero ad Quintum fratrem. Ego ad te ne hoc quidem scribo ne cuiusquam animum meæ literæ interceptæ offendant, siue hoc fiat animo lædendi, vt diuulgandi ea, quæ in illis continentur, vel alio modo ostendendo illas inimicis; 2 De † verbo hoc loquitur textus in l. falsus §. 1. ff. de furt. in l. pen. ff. de liber. causa. in l. cum quis §. si debitorem ff. de solut. & in l. Pomponius in fine ff. de acquiren. rerum domin.

(Literas missiuas) Scilicet quas-

quascunq;, siue illę, quas amici sæpè inuicem mittunt, siue quis interceperit literas commedatitias dimissorias, siue literas commendatitias, quæ dantur clerico, vt ab alieno Episcopo possit
3 ordines recipere, siue sint † literæ commendatitiæ pacificæ, quæ dantur clerico volenti peregrinari causa deuotionis, de quibus habetur per Doctores, & præcipuè Imolam in capit. fraternitati de cleric. non resid. & tandem literas quascunque sigillatas siue Ordinariorum, delegatorum, vel legatorum.

(Vel alias scripturas) Vt apochas, & singraphas, siue publicas, vt instrumēta, & alias, quæ manu notarij, seu actuarij, sunt factæ.

Sub sigillo, Quare sigillum, &
4 subscriptio † apponatur in literis, vide Archid. & Gemin. in c. cum redemptor 12. q. 2. Doctores in cap. post cessionem, & cap. quoniam contra de probat. Reseruatur ergo Casus cōtra illos, qui intercipiunt, & supprimunt, atque celant literas missiuas, vel alias scripturas sub sigillo contentas, siue sigillatæ sint proprio sigillo, siue alieno, vide glosam in c. nobilissimus dist. 97.

Grauitas.

GRauè quidem est hoc peccatum, & mortale † intercipere
5 literas priuatas missiuas, vel scripturas publicas, aut priuatas; Nam quandoq; est falsarius, atq; punitur pœna falsi, si testamentū suppriméret, atque interciperet, vel illud clausum sub sigillo aperiret, l. qui testamētum vbi Bart. ff. de fals. Abbas in c. cum olim 2. de offic. deleg. vbi Ana. ibi nu.
6 4. notat pœnam aperientis † literas superioris trāsmissas, quia sibi non creditur, & actis dissigillatis adhibetur in sui præiudiciū plena fides. facit quod plenè habetur in capit. cum venerabilis de censibus, offendit etiam delegatum ipsius violando sigillum, & etiam delegantem, quia sibi literas sigillatas prę̄sentare debuit, Anan. ibi nu. 1.

Et si literas priuatas intercepe-
rit, & legerit, atque aduersario mittentis ostenderit, etiam potest puniri, vt falsarius, ita Bartolus in l. qui tabulas ff. de falsis, & in l. Titio num. 3. ff. ad municip. & de incolis. Verum si literas aperiret, & legeret; sed nulli ostenderet, punitur in foro exteriori pęna extraordinaria, Bartolus, & Abbas, qui supra.

Dicitur etiam fur, quia rem alienam inuito domino contrectat, l. 1. ff. de furt. Bart. in l. qui tabulas §. fin. ff. eod.

Tenetur etiam actione iniu-
7 riarum, si intercipit animo † inferendi iniuriam, estque detractor, si animo infamandi, & infamat. Agit contra charitatē, quia quod sibi non vult, alteri facit, capitulo ius humanum distinctione 1. Vnde iste ad multa tenetur, vt videbimus in vltima decisione; sed modò descendamus ad decisiones quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. COmprehenditur † sub Casu,
8 qui intercipit literas sigil latas, vel scripturas ad finem, vt literæ non deueniant ad eum, cui mittuntur, siue illas solum intercipiendo, siue eas aperiendo, & lacerando, vel comburendo, iuxta notata per Bartolū in l. Paulus ff. de falsis in princip. qui si ostendit aduersario mittētis, punitur, vt falsarius, sed si legerit, & alteri non ostenderit, peccat mortaliter, & subijcitur Casui, atque in foro exteriori punitur, vt falsarius, Abbas in d.ca. cum olim.

II. Eodem Casu inuoluitur,
9 qui scripturam † sigillatam, in qua erant scripta peccata alterius, inueniens intercipit, & legit, atque diuulgat, nisi talia essent peccata, quorum euulgatio parum famæ noceret, imò esset etiam idem de eo, qui legit, etiam si non diuulget scedulam, in cuius principio scriptū erat; Memoria meorum peccatorum, aut aliud simile, quò scire teneretur eius auctorem nolle ab alio legi, vt quia esset signatum; Ita Nauar. in d. capit. sacerdos de pœnitent. distinct. 6. nume. 8. & sequent. & in Manu. cap. 18. nu. 34. Quinimò etiam, si nō essent signata, si materia est secreta, & infamatoria, quia nemo vult ppria peccata vulgari.

III. Non includitur religiosus ille, vel laicus, qui intercipit literas, quas scit, vel proba-
10 biliter opinatur † illas esse scriptas, & sigillatas contra vtilitatem, vel honestatem monasterij, vel corporalem alicuius religiosi, vel scit laicus illas verti in damnum, & pernitiem publicam suæ ciuitatis, vel singulare alicuius priuati, quia si hoc facit, & illas legit ad impediendum mala futura, non solum nō peccat, sed meretur.

Etenim nō opus extrinsecum, sed intentio est attendenda, cap. cum voluntate de sentent. excommunicat. l. si quis nec causam ff. si cert. pert. Imò in multis casibus meretur. (verbi gratia) si intercipiat literas, in qui-
11 bus scribitur aliquis † tractatus contra Ciuitatem scilicet tradendam hostibus, vel modus occultè auertendi homines à fide, vel interficiendi aliquem, aut semetipsum, vel si infamaretur notabiliter proximus, imò si tales literas legeret, & ostenderet his, qui possunt prodesse, & non obesse, vt habetur in capitulo hoc videtur, & ibi per glo sam 22. quæstione 5. vt prælato monasterij prudenti, & probo, vt prouidendo occurreret multis Casibus futuris, ne euenirent, capitulo in nomine Domini distinct. 23. excidendo causas peccatorum, facit text. in c. satisfactio de pœnit. dist. 3. vel alijs sacerdotibus, aut rectoribus Ciuitatū, quòd suæ Ciuitati

caue-

caueant, vel patri volentis interficere, aut illi, de cuius morte agitur, vt in genere ſe caueat, quia agitur de morte eius, iuxta gloſam in cap. nerui diſtinc. 13. Iſte non ſolum non incidit, Imò meretur, Nauar. in Man. ca. 18. num. 53.

IV. Econtrario, includitur ille, qui intercipit literas ſigillatas animo malo, vt legat, & laceret, quamuis poſtea inueniat
12 † illas continere pernitioſa cõmuni vtilitati, & priuatę, quia & ſi benefaciat illas occultando ad finem impediendi: Tamen cum iſte interceperit literas, & malo animo, peccauit mortaliter, & Deus magis animum, quã opus inſpicit, gloſa in d. ca. cum voluntate, cum additi.

V. An includatur is, qui literas alicuius intercipit, in qui-
13 bus nihil erat ſcriptum, † crederem q̃ non: facit quod dixit additio ad Abbatem in d. cap. cum olim. L. B. vbi licet gloſa ibi ſentiat, q̃ aperiens literas alterius, poſſit puniri tanquam falſarius, tamen limitatur ſi nihil erat in illis ſcriptum, vt notat Bald. in l. ſi, binæ, ff. de iniuſto teſtament. Quod ſi quis obijciat iam fuiſſe conſumatum delictum, quò ad incurrendum caſum, quia doloſè intercepit literas?

Reſpondetur negatiuè, nam tunc eſſet delictum conſumatũ, quando interceptæ eſſent literæ, cum literæ ſint ſcriptiones literarum; At hic nihil reperitur ſcriptum; ergo peccat mortaliter, non tamen incidit in caſum; Idem etiam, ſi intercipere, aut aperiret literas diſſigillatas, & legeret, quia litera loquitur de ſigillatis contentis ſub ſigillo; Quod idem etiam intelligerem, quando eſſent clauſæ aliter quàm cum ſigillo.

VI. Non tamen includitur ille, qui ſine conſenſu literas
14 † aperit imprudenter, putans literas ad ſe eſſe miſſas, aut ob curioſitatem ſine vlla intentione nocendi notabiliter; ſad tantum ſciendi noua, vel captandi riſum ex barbara compoſitione, aut voluptatem ex eleganti, quia iſte peccat venialiter, modò operetur, vt ſi ſint literæ alicuius ponderis, & vtilitatis, perueniant ad ipſum, alias teneretur ad damnum, vt infra videbimus in vltima deciſione.

VII. Nec ij, qui literas ape-
15 riunt illarum perſonarum, † in quas ius habent, facit gl. in ſum. diſtin. 45. & in cap. cum beatus, vt Patres, Domini, Magiſtri, Mariti, Prælati regulares, qui literas legunt, quę mittuntur ſuis ſubditis, iuxta tex. in cap. non dicatis 12. q. 1. cũ non poſſint ſcribere, vel recipere ſine illorum licẽtia, vel niſi eſſent literæ, quas
16 iuſtè ſecundum iura † poſſunt ipſi, ſine ſuperioris voluntate dare, qualium numero ſunt illæ, quibus regularis conſtituit procuratorem cõtra prælatum, vel denunciat eius crimen; nam non ſolum poteſt deferre crimẽ; ſed etiam criminis infamiam, quia

interest ipsorum bonum, & non infamatum habere prælatum, facit quod notat Innocent. in cap. super his de accusat. 11. quæst. 7. cap. quapropter. Anan. in cap. cum I, & A, de sentent. & re iudic. num. 4. nam non tenetur monachus denunciare Abbati, vt petat eius assensum ex eo, quia vult scribere Generali contra ipsum, licet alias requireretur, glosa in d. cap. cum pastoris. Similiter ait Speculator in ti. de actore §. 1. versic. Quid si filius, q̃ in his casibus, quibus filius familias potest agere cõtra patrem,
17 † non est necessarius assensus patris, & est glosa magna in l. non solum. C. de bonisque liberis. Dicit etiam Abbas in cap. nouit de his, quæ fiunt à prælq̃ si prælatus vult procedere contra consanguineum, vel amicum capituli, non tenetur requirere consilium fratrum suorum, quod regulariter est necessarium, iuxta text. in d. cap. nouit, quia inter-
18 dum reuelatur minori, † quod non reuelatur maiori, vt 85. dist. cap. isto; nam Host. limitat ca. nouit, q̃ requiritur consiliũ, quia hoc est verum, quando commodè haberi potest, quod nõ esset, quando vellet punire vnum Canonicum, vel consanguineum, facit tex. in cap. sciant cuncti, vbi Specul. & DD. de elect. in 6. quia tunc non debet requirere consilium eius; Idẽ dixit Anan. in d. ca. nouit. in fine, sic glosa in cap. irrefragabili §. fin. de offic. ordin. dicit, q̃ in puniendo delictum capituli, non tenetur Episcopus requirere capitulũ, quod alias requirit in correctionibus, cap. Episcopus nullius 15. q. 7. Et ita ex his possunt subditi scribere literas superioribus absque consensu suorum prælatorum, quod si prælati illas dolosè interciperent, quamuis non incidant in casum, cũ religiosi non
19 sint Episcopo † subditi, & statutum Episcopi liget solum subditos, cap. 2. de constit. in 6. tamen grauiter, & mortaliter peccant; sed an incidant in casum connumeratum inter xj. assignatos à Clem. VIII. videbimus infra in seq. libro casu 11.

Nec illi includuntur, qui literas aperiunt ex consensu expresso, vel presumpto mittentis, vel eius, cui mittuntur. Et nec qui interciperent literas impetratas à Papa, vel alio superiore super huiusmodi rebus, modò intercipientes sint superiores, qui interciperent literas suorum inferiorum, quia statutum Episcopi non ligat nisi subditos, cap. vt animarum de constit. in 6. & religiosi non dicuntur subditi, cũ sint exẽpti. Et idem, si contrauenies esset Epo æqualis, quia par in parem non habet Imperium, vt in cap. cum inferior de maior. & obed. De huiusmodi literis impetratis à Papa, vel alio superiore loquitur Innoc. in ca. cum I, & A, num. 4. Archid. in d. cap. non dicatis.

VIII. Satagat confessarius ante absolutionem magnopere

hoc

hoc crimen exagerare, & inquirat ab eis, quo fine literas aperuerint, quā si malo fine eas legerint, & alteri non ostenderit; sed celauerint, aut combusserint, tenentur ad secretum seruandum, Sotus de rati. tegen. membro 5. qō. 1. Secunda conclusio versic. Atque adeò. Tenentur etiam ad interesse, Bart. in l. Paulus. ff. de fals. & in l. qui tabulas. ff. de furt. At si alteri legendas ostenderint magis peccāt, vt supra diximus, & iniungat eis, si ad hoc assueti sunt, vt quoties contingerit literas intercipere, soluant tantū nomine pœnæ, per text. in l. ex ea parte §. mulier. ff. de verbor. obligat. & vt alijs dissuadeant si fortè fuerint conscij, ne vlterius hoc faciant, & vt confiteantur, & insinuata grauitate peccati, vt sic contrauenientes veniant ad absolutionem, absoluantur, si ad hoc confessarij potestas extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Reseruationis ratio huius casus, quæ fuit.*
2 *Maritimæ Ciuitates differunt à Mediterraneis.*
3 *Ciuitas vnde, & quæ sit.*
4 *Ciuitatis nomine an veniant suburbia, cum exemplo.*
5 *Diœcesis quæ, & qualiter differat à territorio.*
6 *Diœcesani, & Ordinarij locorum, qui propriè dicantur.*
7 *Animalium appellatione quid contineatur.*
Fructus computantur inter mobilia.
9 *Fructus alij naturales, alijque industriales, & qui.*
10 *Damnum vnde dicatur, & quid differat à iactura. num. seq.*
12 *Animalia introducens in possessionem alterius tenetur ad restitutionem.*
13 *Animalia, vt æstimatio fiat, possunt detineri per dominum damnum passum.*
14 *Damnum passus potest petere ab Episcopo excommunicari damnificantes.*
15 *Potest etiam criminaliter agere contra eos.*
16 *Animalia introducens tenetur actione iniuriarum.*
17 *Animalia introducens in alterius agrum, vt in casum incidat, quæ necessaria.*
18 *Animalia si ex se intrant agrum alienum custos non incidit in casum si infert damnum.*
19 *Pœna non potest imponi, quando non est peccatum.*
20 *Animal cur quandoq; præcipitur occidi, cum non peccet.*
21 *Statutum, vt Dominus animalium soluat tantum pro animalibus inuentis in alterius agro, quando iniquum.*
22 *Dominus fundi; an alienum pecus inuentum in suo, possit includere, vel occidere. num. 29.*
23 *Custos animalium an incidat in casum, si pascit pecora de fructibus oliuarum cadentibus in viam publicam.*
24 *Fructus cadentes in fundo vicini an possint recolligi per dominum fru-*

fructuum.

25 *Custos animalium an in necessitate possit illa confortare in segetes alterius.*

26 *Introducens an includatur sub casu, si pascit sine damno. num. 28.*

27 *Damnum paruum illatum non præsumitur contra Domini voluntatem.*

20 *Confessarius ante quàm absoluat pœnitentem introducentem animalia, quid prius faciat.*

31 *Aestimatio damni qualiter iudicanda in foro exteriori.*

De introducentibus animalia ad fructus colligendos. Cap. XXV.

Qui in Maritimas Ciuitates, & Diœcesis nostræ animalia introducunt ad fructus non dum recollectos pascendos, si alicuius possessionem, vel possessiones damnificauerint.

EXPOSITIO.

Monopoli.

1 RESERVATIONIS ratio, qa in diœcesis Monopolitanæ † territorium, quod mari ex vna, & mõtib. ex altera termi natur, Maritimæ nomen habet, totumque Oliuarum arboribus est consitum, eoque tempore fructuum ex Principis priuilegio indomitis animalibus introire non licet, & si de facto introeunt, maximum afferunt, & inæstimabile damnum. Sed deueniamus ad expositionem verborum.

(Qui in maritimis.) Maritimæ Ciuitates differunt † à Mediterraneis, vt habetur in l. Mediterraneæ. C. de anno. & trib. lib. 10. vnde Mediterraneæ sunt, quæ distant à mari, hoc est, quia sunt in medio terrę. De his Hieronymus ad Demetriadem. In Mediterraneis quoque vrbibus Christianæ gloriæ triumphus auditus est, Maritimæ vero, de quibus habetur in d. l. Mediterraneæ, & in l. prædia in princ. ff. de fundo instructo sunt illæ, quæ sunt propè mare, secundum Papiam sic dictę ad differentiam Ciuitatum montanarum, argum. dist. 63. cap. ego Ludouicus.

2

(Ciuitates) Ciuitas est quasi 3 Ciuium vnitas, † vnde August. Ciuitas nihil aliud est, quàm cõcors hominum multitudo, quæ murorum ambitu continetur, c. si Ciuitas de sent. excomm. lib. 6. Cuius nomine non veniunt suburbia, nisi dispositio redderetur eluforia, d. cap. si Ciuitas, vbi est text. singularis; Et ideò decidit singulariter Baldus in cap. significauit in vlt. colum. vers. sed pone extra de rescript, quòd si Episcopus excommunicauit † omnes leprosos in Ciuitate stantes, 4 nisi recedant infra decem dies, & aliquis exiuit, & recluſit se in

quo-

quodam hospitali posito in suburbijs, non euitat excommunicationem, quia sicut propter salutem animarum interdicta Ciuitate interdicuntur etiam suburbia, ne sententia excommunicationis reddatur eluſoria, sic propter salutem corporis, ne edictum circumueniatur: sed propriè eius nomine non veniunt suburbia, nec Diœcesis Hinc sequitur.

5 (Diœcesis) Diœcesis dr̃, † vbi est Episcopus, & Episcopatus habetur, 10.q.2.cap.licet, vltrà medium, extra quam nullus potest sacramenta percipere, vt ibi. Vnde differt territorium à diœcesi, quia territorium dicitur, quatenus iudex ius terrendi habet, i. summouendi, l. pupillus §. territorium. ff. de verbor. signifi. glosa in cap. vt animarum de const. in 6. Sed diœcesis, quatenus Episcopus ius habet sacra ad ministrandi; Inde diœcesani lo-
6 corum sunt Episcopi, † & eorum superiores, clem. vnic. de suppl. negl. prælat. 11.q.1. cap. de persona. & not. 25. dist. cap. perlectis in glosa. ex hoc videtur in fine. pro hoc de offic. Archipresbyt. cap. fin. vbi de hoc. de foro compet. cap. cum contingat. Inferiores autem Episcopo benè aliqñ dicuntur Ordinarij, de offic. ordin. ca. cum ab Ecclesiarum; sed non Diœcesani, per hoc, quod not. de statu monach. clem. 1. in fine.

(Animalia introducunt) Ho-
7 rum appellatione veniunt † irrationabilia: sed nec gallinę, & anseres, & minuta, quæ portantur, sed magna, quæ ducuntur, hoc est quadrupedia, quæ veniunt nomine pecudum, & Gregatim habentur, veluti oues, & boues, equi, muli, & asini, l. 2. ff. ad l. Aqu. Flori in l. hæc actio in fine. ff. si quadru. paup. fecis. dic. & d. l. 2.

(Ad fructus non dum recollectos pascendos) fructus com-
8 putantur inter mobilia † l. fin. ff. de requir. reis, & dicuntur pars fundi, l. fructus. ff. de rei vendic. & dicuntur vel à ferendo, quos fundus, vel quælibet res fert, vel à fruendo, atque rebus, quas fundus fert, fruantur: Et sunt alij naturales, vt poma, ficus, oliuæ, cerasia, & c. & dicuntur naturales, quia natura eos sponte absque industria produxit, l. fructus ff. de vsuris. Sunt & alij industriales, quos citra hominis operam, & industriam natura non proferret, vt segetes, & fruges, d l. fructus; De his vtrisque fructibus vide in cap. grauis d restit. spol. ĩ l. fructus, & l. ex diuerso, & l. certum. ff. de rei vendic. Casus verò noster loquitur de fructibus naturalibus.

Et dicuntur non dum recolle-
9 cti ij, † qui sunt pendentes, & stantes in arboribus, qui alio modo dicuntur pendentes l. quę religiosis. ff. de rei vendic. vel qui sunt in Solo: sed non dum percepti.

(Damnificauerunt) Damnũ
10 dicitur à demendo, † & à diminutione patrimonij: vnde dam-

num

num, quis pati dicitur, quando de rebus suis aliquid decrescit, non autem, quando lucrum non accrescit, & differt damnum à ia
11 ctura, † quia iactura est ex his, quæ scienter, vtroque patimur, vt patet in exemplis in nautis maritimis, qui propter tempestatem iactãt res suas in mare, ff. ad l. Rhod. de iactu. l. 1. & 2. per totum. Damnum vero, quod insolitò, & nobis nescientibus fit, ad quod de iniur. l. 1. ff. ad l. Aqu. l. 1. & nota q̃ hoc damnum vocatur pauperies; nam pauperies est damnum sine iniuria facientis datum; Igitur ex his constat, q̃ reseruatur casus, quando aliqui introducunt ponendo, & introducendo animalia ad pascẽdos fructus nõ dum recollẽctos, damnificando possessiones, quæ sunt in Ciuitatibus maritimis, ac diœcesis Monopolitanæ.

Grauitas.

EX his agnosci potest grauitas huius criminis; Et primo, q̃ introducentes in possessionem alicuius animalia, tenentur ad
12 æstimationem damni; † nam qui causam damni dat, ipse damnum dedisse videtur, c. si quis extra de iniur. & dam. dato.

II. Quia vt ista æstimatio
13 effectum † habeat, possunt animalia capi, & retineri per dominũ damnũ passum, donec sciatur, cuius sint, Baldus in l. 2. col. 2. versic. & adde. C. de seru. fugit. Non tamen possunt detineri loco pignoris pro damno dato; sed bene possunt per constitutionem Regni, quæ incipit. Pacis cultum, vt ibi Afflict. notat nu. 34. capi, & duci animalia ad baiulũ, vt faciat sibi damnũ emẽdari, vt habetur per aliam Regni Const. Cum per partes Apuleæ, de qua pulcrè per Io. Ant. Lan. cõs. 98. q quidẽ p̃stita satisfactione & restituẽdo dãno, p vt fuerit iudicatũ, restituet animalia domino; Imò dixit Salicet. in l. Grachus. C. de adulter. q̃ aliquando est statutum, q̃ animal repertum in alterius possessionem posset occidi, vbi dicit, q̃ tali casu potest etiã occidi extra fundum, sic secundum Speculat. tit. de offic. omn. iudic. §. 2. versic. porro. damnum passus potest petere per Episco-
14 pum excommunicari † incertũ auctorem damni, vt quicunque introduxerit animalia, & glosa, & Baldus in cap. iniuria 2. col. de pace iura. firma. dixit, q̃ si damnum fit iniuriosè, & dolosè, vt in casu præsenti, vt qui introduxit animalia ad fructus depascẽdos in alterius possessionem, potest criminaliter agi contra
15 eum, † vide Bal. in l. fin. ff. de priuat. delict. Et non solum in foro exteriori ista procedunt; sed etiam in foro interiori tenetur damnum faciens ad emendam damnum passo, Innoc. in cap. sicut dignum de homic. Abb. in c. causam 4. colum. de testi. Alias non absoluendus, quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, reg. peccatum de reg. iur.

iur. in 6. Item si intrans in possessionem alterius, domino pro-
16 hibente † tenetur introducens actione iniuriarum, per l. Diuus. ff. de seruit. rustic. prædior. Ibi. (Non est rationale nolentibus dominis in alienis agris aucupari, & ista prohibitio potest fieri non solum in specie; sed etiam in genere prohibendo omnes, ne intrent cum animalibus eorum suas possessiones, puta per edicti emissionem, argumen. text. in l. si pupillus §. præscribere. ff. de instit. cum aliqua pœna moderata; Sed modo descendamus ad particulares decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. QVando Dominus animaliũ fuit in culpa, vt animalia inferrent damnum possessioni alterius, tunc præterquam tenetur ad restitutionem interesse damni, cap. si læserit de iniur. l. quãuis. ff. ad l. Aquil. incidit in casum reseruatum, modo hæc con-
17 currant; † Primò, vt dimiserit iumentum suum.

Secundò, vt introducat in alterius possessionem.

Tertiò eo fine, vt ibi depascat.

Quartò, vt pascendo inferat damnum.; Ita hæc videntur probari, in d. cap. si læserit.

Quintò, q; fructus non sint recollecti.

Sextò, vt damnum nõ sit modicum. Hinc fit, q; si animal tuũ incitauerit meum: Ita quòd meũ intrauerit agrum alterius, & pascendo dederit damnum, non in-
18 cido in casum, † quia non introduxi eum, & nec fui in culpa, vn de si volo me liberare, possum dare animal pro noxa: ita glosa in d. cap. si læserit, sic si animalia per se intrant, quia vbi non est peccatum, casus reseruatio fieri non potest. Pariter nec imponi
19 pœna, † cum illa sit vindicta peccati. ff. de verb. signif. l. aliud fraus, & pro peccato imponitur, l. si qua pœna. ff. eod. tit. sed animalia non possunt dici peccata committere, ergo nec ipsa puniri, vel eorum dominus, cum voluntatem non habeant, ex qua peccata prodeũt, 15. q. 1. in summa, & c. 1. quæ libero mentis arbitrio, & delinquendi proposito committuntur. Et si aliquando legimus in sacris paginis anima-
20 lia bruta occidi, † vt Leuit. cap. 20. Qui cum iumento, & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo, sanguis eorum sit super eos, & habetur in cap. mulier 15. q. 1. est non propter eorum culpam, cum nõ peccent, quia ratione carent, sed in detestationem, & ne refricaretur memoria facti. hoc est, ne factum tam turpissimum, & nefandissimum reducatur ad memoriam, sic insans, & furiosus occidendo hominem, non peccant, clem. 1. de homic. vide 15. q. 1. c.

sir-

firmissimè. Hinc esset iniquum statutum, quòd si aliqua anima-
21 lia inuenta essent in alieno territorio, vel possessione, soluat eo rum dominus tantum, vel si inuenta fuerunt pascua sumentia, vel damnum dantia, quia si com prehenderet animalia per se intrantia, iniustum esset, vt soluatur pena, vt dixit Luc. de Pen. in l. 2. C. de pascuis publ. libro 11. colum. fin.

An verò dominus in hoc casu, qui alienũ pecus in agro suo deprehenderit, possit illud inclu
22 dere, † Dic quòd non, animo celandi, sed sic, vt sciatur dominus, vel debet illud expellere, quomodo si suum deprehẽdisset, quia in re aliena debet, quis facere, vt in sua, l. j. ff. de solut. hoc est, debet expellere sine damno, vel retinere, & admonere dominum, vt suum recipiat, l. quamuis ff. ad l. Aquil. & det æstimationem damni arbitrio boni viri.

Sed quid si custos animalium non includeret in possessionem alterius, sed duceret illa per stratam publicam propè possessionem alterius, vbi sunt arbores oliuarum, quarum fructus ca-
23 dunt in viam publicam, † & animalia pascerent de illis, Dico quòd non incidit, quia non fuerunt introducta in possessionem alterius; Imò refert Bertach. in verbo fructus ex Speculat. de iniur. §. 2. versic. Item si, & Bart. in l. 1. in fine. ff. de gland. legenda, quòd fructus cadentes in fundo
24 vicini possunt † recolligi per dominum eorum inuito domino fundi, & hoc dixit Bart. in l. qui seruandarum. ff. de præscr. verb. quòd actio de pascuis pecorum non habet locum, quãdo fructus mei, qui cadunt in alieno depascantur, sic Aflict. in Const. Regni, quæ incipit. Si quando lib. 2. rubr. 37. dixit, quòd custos animalium potest confortare illa in itinere, necessitate cogente, ne pereant, immittendo in segetem
25 alienam † animal, vt pedes anteriores tantum teneat in loco segetis, vt sumat pascua, posteriores vero teneat in via, vel in loco non laborato, non tamen asportet aliquid de illo loco.

II. Nec includitur in casu, quando itinerans per agrũ alienum transiens pascit illum sine
26 damno, † vt quia comedit herbas siluestres, quod pascere non infert notabile damnum, vt de pace tenen. cap. quoniam §. fin. in lib. feud. Vnde litera nostra requirit dolum, & damnum; Sic etiam habetur in ca. si leserit de iniur. Idem habetur per Constitutionem Regni cum per partes Apuleæ in 5. & vltima parte. Exemplũ de herbis siluestribus, vt diximus, quia si damnũ adest, est modicum, & de modicis non est curandum, vt ff. commod. l. in rebus §. possunt, & §. gallinarum de rerum diuis. Nam Dominus agri debet sustinere, quod sibi non nocet, & alij prodest, vt ff. de euict. l. in creditore. Tum, etiam, quia præsumitur paruum dam-

damnum illatum non esse con-
27 tra Domini voluntatem, † vt ait D. Thomas, & Caiet.2.2.q. 59.art.4. (Exempli gratia) si in agro alieno parum pasceret; Quod adeò verum est, vt dicat Couar. lib.1.variar.resolut.c.3. num.12.& Nauar. c.17.nu.130. non esse peccatum mortale, & nec restitutioni obnoxiũ, si quis furto acceperit è vinea duos, aut tres racenos vuæ, quamuis postea alij paulatim rem illam minimam ab eadem vinea abstulerint: ita quòd ex omnium furto notabile damnum domino vineæ illatũ fuerit, quia si primus modicum illud damnum intulit ignarus damni ab alijs illati, nõ peccat,& neque tenetur ad restitutionem illius damni.

Pariter nec qui surriperet ab agro alieno quædam lignicula, quæ paruum,aut nullum damnũ Domino inferrent,& alteri prodessent, quia debet Dominus agri sustinere, quod sibi non nocet,& alteri prodest, d.l.in creditore. Vbi glosa in verbo, quod sine dispendio,notat,quòd cogitur quis cedere,quod est sine sui damno,l mulier. C.qui poti. in pign.hab. & ad Trebell. l.accusare §. Titius. sic etiam dicit gl. ꝙ debet pati fieri in agro meo, quod nõ nocet mihi, vt ff.de aq. plu. arcen. l. in summa §. item Varus in fine.

III. Nec incidit in casum, quando dominus animalium introduxit,hoc est duxit in possessionem alterius animalia, quæ nõ inferunt maximum damnum
28 in fructibus oliuarum, † sed in alijs pascuis, quia cessante causa debet cessare effectus, l.adigere §. quamuis de iure patron. sed causa reseruationis fuit propter damnum inferendum fructibus oliuarum; ideò illa cessante debet cessare ratio reseruationis, poterit ergo tunc agere ad æstimationem damni secundum cõstitutionem Regni, & alia iura cõmunia, de quibus supra, & ita in conscientia dominus animalium tenetur.

Ad quid vero teneatur Domi-
29 nus inueniens, † aut occidens animalia aliena domestica damnificantia in suo, diximus in j. par. decis.lib.2.c.131.num.10.

IV. Antequam confessarius
30 absoluat pœnitentem, † qui introduxit animalia,& intulit dãnum fructibus oliuarum, si æstimationem non fecit in foro exteriori, prius faciat satisfacere de his,quæ lęsit: Non tamen tenetur ad restitutionẽ, ac si actu damnũ intulisset; sed in potẽtia,
31 †& tantò maiorẽ,quantò oliuæ iam maturæ erant,& de arboribus,cadebant exẽplum ponit Sotus de iust. & iu. lib. 4. quæst.7. art.5. 3. conclusio. Vt si fata tuis equis conculcans effodisti semina, pensari debet potentia vsq; ad messem, si autem iam albescentes segetes dissipasti, tantò plus debes, quantò iam non tanti æstimantur quanti si essent in actu. Deinde absoluat pęnitentem, iniungendo pęnitentiam,

cum

cum proposito nunquam recidendi, ostendendo peccati grauitatem.

SVMMARIVM.

1 Relatiuum, qui omnes subditos Ordinarij includit.
2 Excommunicatio Episcopi exemptos non coarctat.
3 Episcopi tàm de iure, quàm ex Concil. Trid. vt Sedis Apostolicæ delegati sunt executores piarum executionum.
4 Fabrica S. Petri de vrbe etiam executrix est.
5 Solutionis verbo quid contineatur.
6 Soluere dicitur, qui compensationem facit.
7 Legatum est donatio à defuncto facta.
8 Legatum quid differat à donatione causa mortis, & inter viuos.
9 Legatum differt ab hæreditate.
10 Legatum pium quid dicatur.
11 Miserabiles personæ quæ sint.
12 Voluntas testatoris infra quantum tempus exequenda.
13 Episcopus vt tempus à iure potest coarctare, ita & prorogare.
14 Episcopus potest cogere negligentes ad satisfaciendum per viam excommunicationis.
15 Habens actionem ad rem, habet vt exhibeatur.
16 Ad fabricæ S. Petri fauorem adest motus Pij IIII.
17 Episcopus solet non soluentes pia legata excommunicare.
18 Charitatis præceptum quale.
19 Legata pia non exequentes sunt animarum necatores.
20 Male videntur sentire de resurrectione.
21 Sunt sacrilegi, & defunctus damnificatur. num. seq.
23 Peccatum hoc pœnitentia sola non deletur.
24 Executor differendo dare eleemosynas, per aliquod tempus quando laudabiliter faciat, & quando non. num. seq.
26 Differens vltra tempus determinatum ex iusto impedimento non incidit in Casum.
27 Nec qui Ecclesiæ restituere tenetur ex causa donationis.
28 Compensatio quid sit.
29 Soluere an dicatur, qui cautionem facit de soluendo.
30 Statutum non ligat ignorantes.
31 Opus pium, qui in tempore consumare non potest, an incidat.
32 Vltima voluntas ad pias causas valet cum duobus testibus.
33 Executor religiosus, an satisfaciat, si relictum ad pias causas applicat suo monasterio.
34 Legatum pium an dicatur pro anima, si relinquatur suo consanguineo, num. seq.
36 Casus iste diuersimodè reseruatur.
37 Tempus qualiter à iure detur pro exequendis legatis pijs.
38 Tempus præfixum à testatore attendendum.
39 Tempus à iure præfixum intelligitur à die scientiæ, & aditæ hæreditatis. num. seq.
41 Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem.

De

De legatis pijs soluendis. Cap. XXVI.

Qui solutionem ex legato pio debitam diutius biennio distulerit.

EXPOSITIO.

QVI) Relatiuum hoc quam naturam habeat, vide Bart. in l. cunctos populos num. 1. C. de summ. Trinitate, & fide Catholica. Hic vero notat vniuersalitatem; nam includit omnes diœcesanos subditos, siue sint laici, siue clerici, siue religiosi, qui possunt
1 † officium executionis vltimarum voluntatum suscipere de sui superioris immediati licentia expressa petita, & obtempta, iuxt. text. in cap. religiosus de testament. in 6. vbi Gemin. notat num. 2. ℣ vbi in actu requiritur licentia, illa debet actum præcedere, ad hoc de regular. cap. licet. & clem. fin. de elect. Qui religiosi licet non videantur comprehendi, † cum hodie
2 sint ab Episcopo exempti, & immediatè Sedi Apostolicæ subditi, 16. quæst. 1. cap. frater noster. de supplen. neglig. prælat. cap. sicut nobis §. fin. ibi Mandamus. Vnde excommunicatio lata ab Ordinarijs, eos contrauenientes non astringit, tanquàm non subditos, cap. 2. de constit. in 6, cap. à nobis j. de sentent. excommun. Felinus in specie in cap. fin. nu. 16. de foro competenti. Tamen fallit, quando Episcopus illam ferret auctoritate Apostolica, vt habetur in Concil. Trid. sess. 25. cap. Bonifacij. Cum ergo Episcopi non solum de iure commu
3 ni, † iuxta text. in cap. 3. & cap. tua nobis, vbi Couar. de testam. sed etiam tanquàm Sedis Apostolicæ delegati in casibus à iure concessis omnium piarum dispositionum tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos sint executores, vt habetur per Concil. Trident. de reformat. sess. 22. c. Episcopi, fit, ℣ reseruando casum, cum hoc relatiuo. (Qui) comprehẽdat etiam religiosos, non vt Episcopus reseruans; sed vt Sedis Apostolicæ delegatus; nam cui datur potestas exequẽdi, videtur etiam concessa facultas, vt possit media exercere, sine quibus illa potestas commodè exequi non potest. cap. preterea extra de offic. deleg. glosa in cap. ecce dist. 95. concordat tex. in l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudic. Hodie verò non solum Episcopi dispositiones piarum voluntatum exequi possunt; sed etiam Reuerenda fabrica S. Petri
4 de vrbe, † vt extat Pij V. Bulla, sub pœna applicationis fabricæ medietatis relictorum non exactorum per triennium sub datum Romæ 11. Kalendas Ianuarij 1065. in bulla, quæ incipit Exigit Et infra. De hac Reuerenda fabrica ponuntur aliquæ

declarationes ab Illustrissimis Dominis deputatis per Prosperum de Augustino ad Stephan. Quaranta tit. fabrica S. Petri ibi Declarationes.

(Solutionem) Solutionis verbo dicit Vulpianus † in l. solutionis. ff. de verb. signif. satisfactionem quoq; omnem accipiẽdam placet. Et qui id facit, quod facere promisit, eum soluere dicimus, sic text. in l. solutionis verbum. ff. de solut. ait, ꝙ solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquomodo factã, idem habetur in l. liberationis, ff. de verb. signif. Pariter soluere dicitur, † qui compensationem faceret cum eo, cui legatum debetur, quia compensatio est solutio, l. si debitor, ff. qui pot. in pign. habe. l. amplius. ff. rem ratam hab. Sed an soluere dicatur, qui soluere promisit cum cautione, vide glosam in l. fin. verbo soluerit. C. ad l. Falcid. quę dicit, ꝙ solutio, & ꝓmissio paria sunt, deinde argumentatur contra.

(Ex legato) Legatum est donatio quædam † à defuncto relicta ab hærede præstanda, instit. de legat. §. legatum, & ff. de donat. l. 1. & ff. de legat. 2. l. legatũ. Et differt legatum à donatione causa mortis, & à donatione inter viuos; † nam donatio causa mortis fit ob mortis imminentis, vel futuræ suspicionem, & in multis differt à legato, vt instit. de donat. §. 1. in fine. Item à donatione inter viuos, cum legatũ reuocari possit vsq; ad mortem, ff. de adimen. lega. l. 3. in fine. & l. 4. Sed in donatione inter viuos non est ita. Instit. de donat §. ali qui. Item differt † ab hæreditate, cum legatum sit singulare, & sine onere, illud verò vniuersale, & cum onere, verum legatum pium dicitur non solum id, quod relinquitur † pro construendo monasterio, hospitali, & capella, vel pro sustentandis personis Ecclesiasticis sæcularibus, aut regularibus tàm virorum, quàm fęminarum, & multò magis monialium, vt habetur in Concilio Trident. sess. 25. cap. fin. de reformat. Sed etiam pro maritandis puellis pauperibus, vt dixit Abbas in cap. 1. de despons. impub. lib. 6. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 16. de constit. & in repetit. eiusdem. nu. 21. vel pro redimendis captiuis, vel quod relinquitur miserabilibus personis, scilicet illis, † quæ causas proprias administrare non possunt, vt pauperes, etiam non affectu sanguinis, aut pro remuneratione seruitiorum: Huiusmodi sunt personæ, inter quas quis mouetur ad miserandum, & relinquendum non affectu carnali, vel sanguinis; sed præcipuè amore Dei, vt si sunt diutino morbo grauatæ, & debiles; Item pauperes, & viduę oppressæ, & desolatæ, atque propriæ defensionis auxilio destitutæ, 87. distinctione cap. desolatis. Item quicunque, qui ex quacunque causa proprias causas administrare non possunt, vel propter ætã-

ætatem, vt pupilli,& orphani,d. cap. desolatis, siue propter sexum, vt viduæ pauperes; nam si diuites. pecuniæ omnia obediunt. Eccles. 10. Item senes, 87.distinctione,capitulo primo, & secundo; Et tandem quæ dicantur personæ pauperes, habetur per Zabar.in cap.significantibus quæstione sexta de officio delegat. Item quod relinquitur pro anima,vt notatur in l.si quis Titio. ff.de legat. secundo Bart. in l. similiter numero primo. C. ad l.Falcid.

(Diutius biennio) Notandũ, quòd licet voluntas testatoris
12 † debeat exequi infra annum, vt C.de fideicomm. authen.hoc amplius, vt nos diximus in primo volumine consil.libro tertio de testament. consil. 2. numero primo,cap.nos quidem eod. tit. l.nulli. C.de Episc. & cleric. tamen vt Episcopus potest arctare dictum tempus,ea fortè ratione, quia ordinatio legatorũ ad pias causas pertinet ad Episcopum, dict.ca. tua nos. §.si quis in Authen. de Eccles. tit.quod proce-
13 dit,etiam si testator † hoc prohibuisset, vt in authent. eod.tit. §.si quis autem pro redemptione captiuorum; Ita etiam poterit prorogare, quod intelligo, non quòd non possit Reuerenda fabrica post annum à die mortis testatoris decursum vsque ad triennium agere contra hęredes, seu alios grauatos realiter non adimplentes legata pia pro vna vice sine onere,vel cũ onere pro quinta parte prædictorum legatorum piorum, & post triennium à die testatoris,si adimpleta non fuerint, agere pro medietate, vt declarauerunt Illustrissimi Domini ad hoc deputati die 27. mensis Martij 1598. anno Pontificatus S. D. N. Clementis VIII. anno VII. vt refert Additio ad Stephanum Quaranta. In verbo fabrica. Versic. Declarationes: sed ℘ si distulerit diutius biennio, sit Casus reseruatus.

(Distulerit) Et ita per viam indirectam,hoc est per casus reseruationem cogit ad soluendũ, qui etiam potest per viam ex-
14 communicationis,†cap. tua nobis de sentent. excommunicat. Hinc etiam fit, ℘ potest notarios cogere, vt reuelent legata ad pias causas, argum. text.in l. ad rem mobilem, & l. ad legatum.ff.de procurat. quibus iuribus probatur,℘ qui habet actionem ad rem mobilem, seu legatum, habet etiam actionem, vt exhibeatur tum res, tum testa-
15 mentum, † in quo est factum legatum, quia cum quid conceditur, seu prohibetur, conceditur, seu prohibetur omne, per quod peruenitur ad illud, l. oratio.ff. de sponsal. regula cum quid in 6. Sed si non reuelantur dispositiones piæ, legatarij non possent consequi legata, ergo; Hinc ad fauorem fabricæ; de qua supra,
16 † adest motus proprius Pij IIII. per quam datur facultas Collegio,& deputatis fabricæ S. Petri

de vrbe cogendi quoscunque notarios sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ad aperiendum, & ostendendum testamenta post annum à die obitus testatoris debita mercede soluta, quæ incipit. De Apostolicæ potestatis plenitudine relata per eundem Quaranta in j. æditione Neap. fol. 343. Sed modo considerare oportet, quàm sit graue non adimplere voluntatem defuncti, quod ostenditur ex multis.

Grauitas.

HVius criminis grauitas ex eo ostenditur, q̃ alicubi solet esse excõmunicatio synodalis con
17 tra non soluentes legata † pia, cum excommunicatio non feratur, nisi pro peccato mortali, vt dixit Archid. Florent. in 7. præceptõ cap. 7. de sacrilegio, quare ex hoc colligitur esse peccatum mortale, cum excommunicatio sine eo non feratur, cap. nemo, cap. nullus 11. qõ. 3. Imo non solum est peccatum mortale, cum faciat contra præceptum charitatis, & naturæ, quo quisq; iube-
18 tur alij facere, † quòd sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri, vt habetur in summa distin. 1. Item contra præceptum iustitiæ, auferendo, quod alij debetur, & ita committit furtum. Sed peccatum est de grauioribus, & atrocioribus criminibus, quare meritò solet ab Episcopis in suis diœcesibus reseruari, iuxt. Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. Hinc dixit tex. iuncta glosa in c. qui oblationes 1. & 2. 13. q. 2. q̃ non solum, qui oblationes; ideſt ea, quæ relicta sunt, Ecclesijs negant: sed qui difficulter
19 reddunt, † & tradere demorantur, tanquam gentium necatores excommunicãtur. Ecce peccatum mortale. Vbi Archidiac. in d. ca. qui oblationes in Verbo difficulter, dicit ideſt tardè; nam quemadmodum plus dat qui citò dat, sic minus, qui tardè, iux. text. in §. non solum instit. de fideiuss. & tardius dare est peccatum, 16. q. 1. c. Decimæ.

Item videntur huiusmodi homines malè sentire de resurrectione, & ideò vt infideles sunt
20 ab Ecclesia reijciendi † dicit text. in d. cap. qui oblationes 1. nam præsumuntur secũdum Archid. ibi non credere futuram resurrectionem, qui oblationes; ideſt Ecclesijs relicta negant, vel detinent. In signum. n. futuræ resurrectionis opera pietatis impendimus mortuis, & pro ipsorum animabus oramus, alias. n. superfluum, & vanum esse videtur orare pro mortuis, vt dicitur in Epistola, vir fortissimus Iuda Macch. c. 12.

Rursus est sacrilegium, quia amico quidpiam rapere furtum est; sed Ecclesiã defraudare est
21 sacrilegium, † d. cap. qui oblationes 2. in fine. Vbi glosa addit. Imo alibi dicitur talis homicida, 12. q. 2. c. qui abstulerit. Præterea ex retardatione patitur defunctus detrimẽtum, nõ quidẽ

vt

vt pro huiusmodi tarditate pu-
22 niatur, † sed quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimum iuuaretur, vt diximus in nostris decis. in j. par. li. 1. c. 26. n. 16. quo in loco apposuimus exemplum circa detinentes sibi alijs relicta.

Rursus. cætera peccata sola pœnitentia delentur; sed non sic dilatio legatorum piorum; Nã oportet, vt differentes prius restituant, iuxta illud. Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum; Quare licet possint reperiri peccata grauiora, huiusmodi tamen peccatum est alijs periculosius, cum difficulter restitutio fiat, teste experientia, quæ est rerum magistra; Sed modo deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. QVi differt legata pia diutius biennio, vt res defuncti melius vendantur, & ijs venditis amplius satisfaciat, quàm defunctus reliquerat, videtur in casum incidere, præter id, quod exponit periculo soluendi quintam legatorum fabricę, vt supra diximus; Etenim licet D. Thomas quolib. 6 art. 14. dicat, ꝙ si executor per modicum tempus
24 eleemosynas differat, † vt rebus defuncti melius venditis amplio res facere eleemosynas posset, laudabiliter faciat, tamen cum à iure voluntas testatoris infra annum debeat exequi, hic, qui per biennium distulit, non ad modicum; sed per longum tempus retardauit: ergo ex hoc capite excusandus non est; Quod multò magis hoc procederet, quando per longum tempus dif-
25 ferat, † non quidem, vt ampliores faceret eleemosynas; sed vt hęredi prosit, vt res melius vendantur, cum fortè defunctus à Purgatorio liberaretur, quod nõ fit, dum remedium ei non adhibetur, D. Thomas, qui supra Arch. Flor. 3. par. sum. tit. 10. c. 3. par. 12.

II. Excusari tamen posset hic homo diutius biennio differens, vt quia habet iustum im-
26 pedimentum inopiæ, † facit tex. in cap. Odoardus de solut. Regula impossibilium de regulis iuris in 6. Et ratio est, quia imputari non debet ei, per quem non stat, quin faciat, quod per eum fuerat faciendum, regula imputari de regul. iur. in 6 cum non fuerit contumacia in non exequendo, in Auth. de hæred. & Falcid. §. si quis autem non implens.

III. Nec ille comprehenditur, qui aliquid restituere debet Ecclesiæ ex causa donationis inter viuos, vel causa mortis,
27 † cum legatum sit quid diuersum ab istis, instit. de legat. §. legatum. & ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de minor.

IV. Cum compensatio, quæ est debiti, & crediti inuicem cō-
28 tributio, l. 1. ff. de compens. † fit solutio, l. si debitor. ff. qui poti. in pign. hab. l. amplius. ff. rem rat. haberi. fit, quòd qui legatum pium, quod debetur per Petrum tali Ecclesiæ, compensat debito legali, & vero cum Ecclesia, quę ei debitrix est, dicatur soluisse, & ideò in casum non incidit.

Sed quid si infra biennium nō soluerit; sed cum eo, cui debetur legatum, super hoc cautio-
29 nem fecerit, & soluere † promiserit, in casum ob æquitatis rationem incidere non videtur, iuxta textum in l. fin. C. ad l. Falcid. solutio enim, & promissio paria sunt, & promittere est dare, d. l. fin. sicut est remittere, l. si mulier. ff. de condit. causa data, l. 1. ff. de calumniat. Ancharan. in cap. nulla num. 2. extra de concess. præben.

Sed quid si aliquis contraueniat huic Constitutioni synodali ex causa ignorantiæ; An excusetur.

Respondet Abb. in cap. nos quidem num. 12. de testament.
30 quòd statutum non ligat † ignorantes, facit text. in c. vt animarum. de constit. in 6. & ita in casum non incidit.

V. Testaror si reliquerit hospitale construendum infra biennium à die mortis testatoris, sicut hodie communiter Episcopi faciunt statuta, vt tempus currat à die mortis, vt dixit Abb. in cap. nos quidem numero vndecimo. de testament. & elapsus est annus cum dimidio, quòd hospitale prędictū non fuit principiatum ad construendum, & nullatenus potest infra sex men-
31 ses construere: † An iste nunc ex huiusmodi statuto innodetur, vel elapso biennio?

Respondeo, quòd elapso biennio, quia in termino, qui datur à iure, requiritur totus terminus elapsus, vt incurratur, Syl. uest. in verbo pœna §. 15.

VI. Innodatur casus reseruatione is etiam, qui non soluit legatum pium per biennium, quod est factum in testamento coram duobus testibus, cap. relatum 1. extra de testament. qui est text. singularis ad hoc, quòd
32 valeat vltima voluntas † ad pias causas cum duobus testibus; Imo etiam, si legatum fuisset factum nudis verbis, idest non interueniente testamento, nec aliqua scriptura: satis. n. est legatum posse probari per testes. Etenim ex quo fecit legata, in dubio videtur nolle mori intestatus, vnde valent relicta etiam ad non pias causas, cap. indicante de testamen. vbi valet legatum nudis verbis à testatore relictum, idest sine scriptura, & ibi Abb. num. 2. & 3.

VII. Sed quid si religiosus esset grauatus distribuere pro missis celebrandis centum; 33 An satisfacere dicatur, † si illas applicauerit suo monasterio, & videtur quòd non, facit dictum Abbatis in cap. per nostras

de

de iure patronat. Vbi patronus seipsum præsentare non potest in Ecclesia vacante; nam facere iudicium de persona sua, & auctorizare in se ipso, sunt prohibita, argument. clement. 2. de rebus Eccles. non alienan. & cap. qualiter de elect. Vnde ex hoc videtur inferri: quod dixit Bartol. in l. repeti §. primo. ff.
34 de quæst. † quòd statutum promittens præmium indicanti furem, non intelligitur de seipso. Ananias in d.cap.per nostras numero tertio, facit etiam dictum Ananiæ in cap. insuper de testibus, vbi procurator non potest esse testis in causa, quam procurat; sed de hoc vide, quæ diximus in j. par. consil. lib. 5. de pœnis.num.27.

VIII. Sed an dicatur legatum factum pro anima, & ad pias causas, si legat aliquid con
35 sanguineo suo, † Respondet Abb. in rubr. numero nono extra de testament. quòd relictum factum consanguineo pauperi dicitur ad pias causas, secus si consanguineo diuiti 1. licet dicat pro anima sua, quod notat Bald. in l prima. C. de sacrosanc. Eccles. idem dixit Zabar. in cap. tua in fine de testament. quòd legatum factum diuiti amore Dei, non dicitur ad pias causas, quia diues non est miserabilis persona, quod tenet Bart. in d.l.j.

Hinc fit, quòd si quis non sol-
36 uerit relictum factum † consanguineo diuiti, quamuis dicatur quòd illud relinquitur pro amore Dei, vel pro anima sua, cum non sit legatum pium, vt sonat litera, non comprehenditur sub casu.

IX. Reperitur etiam hic ca sus reseruatus Regij in Lombar- *Regij.*
37 dia, & Ferrariæ; † sed diuersi- *Ferr.*
modè. Nam hic prorogatur tempus statutũ à iure, vbi datur annus respectu executionis deuoluendæ per Episcopum post monitionem factam vnicam per ipsum, vt dixit Abb. in d.cap.nos quidem num. 11. qui annus currit à die mortis, & aditæ hæreditatis, & scientiæ, vt ibi per Abbatem; At hic prorogatur tempus assignatum à iure, vt pro anno detur biennium; sed Regij simpliciter reseruatur.

(Legatis pijs satisfacere non curantes) vnde intelligitur casus iuxta dispositionem iuris. Quod vt res magis nota fiat, distingue sic: Quando testator
38 prouidit de tempore, † (v. g.) vt constituatur altare infra sex menses, vt dentur centum infra quatuor menses tali Ecclesiæ, tunc hæres, ad quem spectat principaliter adimplere voluntatem testatoris, cum ad ipsum transeant omnia iura, actiones, & bona, & dicatur eadem persona cum defuncto, l. quoties §. hæredes. ff de hæred. instit. ff. de eden. l. quædam, §. nihil, debet exequi, & seruare voluntatem defuncti, quod intellige, vt tempus currat à die scientiæ, & adi-
39 tæ hæreditatis, † vt probat text.

in l. statu liberi §. si quis hæredi ff. de statu liber. C. de iure delib. l. final. §. si autem dubius, & §. sequent. & l. si diem. ff. de condition. & demonstration. At si tempus non est præfixum à testatore in legatis ad pias causas, tunc debet exequi hæres voluntatem illius infra sex menses à die † mortis, & aditæ hæreditatis, & scientiæ, quando potest exequi, alias si non potest, & tunc infra annum, & ita intelligitur text. in d. cap. nos quidem. qui loquitur de monasterio construendo, qui non poterat construi infra sex menses, Panorm. ibi notat num. 10.

Et hæc procedunt respectu solutionis faciendæ, nam respectu executionis serua quod dixi in principio huius decisionis. Verum Ferrariæ arctatur tempus ad tres menses, quod semper intellige à tempore mortis, supple & scientiæ, & aditione hæreditatis, nisi iusta causa fuerit impeditus ille, ad quem pertinet, vt in d. cap. nos quidem, Host. & Anch. not. 5.

X. Circa confessionem insinuet pœnitenti confessor grauitatem criminis, vt supra diximus à nu. 17. vsque 24. & quamuis habeat facultatem absoluendi ab Episcopo, non absoluat, & audacter deneget absolutionē, nisi prius satisfaciat vna cum interesse ad arbitrium boni viri, sicut nos à simili diximus in 1. par. decis. lib. 4. cap. 132. num. 43. & 44. Et hoc præsuppositā negligentia hæredis; nam secus esset, si iusto fuerit impedimento detentus, aut inopiæ, vel alio: Quod si fuerit negligens, & restituere non posset, astringat illum ad cautelādum creditorem rei piæ cum pignoribus, vel fideiussoribus; Quod si nec potest, det cautionem iuratoriam, & tam efficaciter potest ostendere signa suæ voluntatis, q̄ velit satisfacere, cum primum poterit, vt etiam posset absolui, sicut à simili dixi Sylvest. in verbo Restitutio 6. circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Medico corporali quæ necessaria, vt sine animæ periculo mederi possit, & quæ medico spirituali. num 5.*

2 *Imperitia, & negligentia ascribitur culpæ.*

3 *Consulentes si ex pigritia non bene studeant, tenentur in foro conscientiæ.*

4 *Medicus peccat dādo medicinam, si dubitat non proficuam.*

6 *Medicus spiritualis in quibus debeat esse cautus, & discretus.*

7 *Interrogationes à confessarijs non esse faciendas opinio periculosa, & falsa.*

8 *Infirmitas corporalis quinque ex causis prouenit.*

9 *Verbum futuri temporis non inducit Canonem latæ sententiæ.*

10 *Pœna in foro conscientiæ non debetur ante condemnationem duplici ratione.*

11 *Damnum inferens an, & quando teneat.*

teneatur in foro conscientiæ.

12 Constitutio Pij Quinti contra medicos non monentes ad cõfessionem.

13 Pœnæ appositæ à Pio Quinto an requirant sententiam.

14 Medicus non conuentuatus an includatur sub pœnis.

15 Monere verbum intelligitur cum effectu, scilicet inducere.

16 Medici non monentes faciunt contra Ecclesiæ præceptum.

17 Sunt causa multorum malorum.

18 Aegrotus in extremis difficulter verè confitetur.

19 Consuetudo non datur contra cap. cum infirmitas num. 22.

20 Monitioni satisfit, si fiat per alium, num. 23.

21 Medici debent læta ægrotis ingerere.

24 Pœna euitatur, si quod committitur sub pœna, fiat per alium.

25 Monere cum effectu an intelligatur ex parte infirmi.

26 Medicus excusatur, si credit infirmum esse in bono statu, duo exempla afferuntur.

27 Sic si ægrotus indiget celeri remedio, & ideò non monet.

28 Casus intelligitur de infirmitate etiam non mortali.

29 Medicus an liberetur à reseruatione casus; si ordinauerit consanguineo, vt moneat ægrotum ad confessionem.

De Medicis non monentibus infirmos ad confessionem. Cap. XXVI.

Medici non monentes ægrotos ad confessionem.

EXPOSITIO.

CAsus iste quando reseruatur, desumitur, ex c. cum infirmitas de pœnit. & remiss.

(Medicus) Corporis medicus vt sine periculo animæ mederi possit, tria
1 requiruntur, † Primò, vt sit peritus. Secundò, quòd sit diligens in exercitio artis, & non piger, obligatur .n. pariter, & propter negligentiam, & propter imperitiam, quia eius imperitia, & ne
2 gligentia ascribitur culpæ, † patet ex his, quæ habentur in l. quæ actione §. finitum, & l. seq. ff. ad l. Aquil. & Instit. eod. tit. §. præterea, & in §. imperitia. facit etiam tex. & glosa in l. si nolit §. si mancipium, & §. culpam ff. de edil. ædicto, & in l. ab hostibus §. si vir vxori ff. solut. matrim. Est enim regulare, quòd imperitia, & negligentia ascribitur culpæ, in l. imperitia ff. de reg. iur. vbi glosa dicit. Pone exemplum in medico, & iudice, & quolibet artifice. Tertiò debet dare medicus medicinas secundum traditio-

ditiones artis,& non ex suo marte, vnde doctiores debet consulere secũdum opiniones communes,& non sophisticas, quod facit contra Doctores consulen-
3 tes,si ex pigritia † non bene studeant, qui dant malum consiliũ, nam tenentur in foro conscientiæ secundum D. Antonium in c. tua nos de homic. facit etiam, quod quando medicus dubitat an medicina sit proficua,vel no-
4 ciua, peccat eam dando † etiam si magis credat proficuam quia in dubio melius est hominem relinquere in manu Creatoris,quã ipsum exponere cuicunque dubitabili medicinæ. An vero excusetur, si dedit medicinam secundum Canones medicinę,Aromatarius tamen fecit illam malam propter nimiam vetustatẽ specierum, vel propter aliam causam. Io. Andreas in d. cap. tua nos concludit, quòd excusatur, si adhibuit omnem diligentiam, quam debuit, argum. tex. in c. ad apostolicæ de cler. excõmunicat. ministr. ideò cautela esset, quòd medicus esset præsens, quando medicina conficitur, nisi obstet multitudo infirmorum, vel aliud iustum impedimentum; Et hæc de medico corporali: Medicus autem animæ est confessor, in quò multa concurrere debent, vt sit medicus; & Primò debet esse medi-
5 cus † in correctione, ostendendo grauitatem criminum,& non omittendo ex timore,quia dum culpas corrigere metuit, incassum delinquentibus tacendo securitatem promittit, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperit, vnde Gregor. in cap. sit rector dist. 43. dixit clauem aperti onis esse sermonem correctionis, quia increpatio culpam detegit, quam sæpè nescit etiam ipse, qui perpetrauit.

Vnde malè faciunt quidam simplices confessarij, qui nõ exponendo pęnitentibus quantum deliquerint, & quantam pœnitentiam agere deberent, audita confessione simpliciter absoluũt, vt dixit Ancharan. in cap. omnis num. 20. de pœnitent. & remission.

Secundò, Medicus spiritualis
6 debet esse cautus,† & discretus, vt habetur in c. omnis de pœnitent. & remission. vt more periti medici superinfundat vinũ, & oleum vulneribus sauciati,diligenter inquirens,& peccatoris circũstantias,& peccati, vt sciat quale debeat illi præbere consilium, & remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad sanandum ægrotum.

Et nota,quòd dicit, discretus, & cautus, vt sapienter, & quasi astutè interroget, & à peccatore extrahat quod fortè ignorat, item cautus, vt nec plures interrogationes faciat, quàm fortè expediat. Ex quibus facilè colligitur, quàm periculosa sit opi-
7 nio asserentium† nullas interrogationes fieri debere, & ita vtũtur multi, vt dicit Hostiens. in Summa de pœnitent. & remiss.

§.

§. quæ interrogationes num. 49. quia multi sunt simplices, qui si instruantur, verè confitebunrur, & si non instruantur, semper in fecibus remanebunt. Est etiam falsa hæc opinio, nam in hoc foro sacerdos est iudex, vt dicit Ambro. de pœnit. distinct. 1. ca. verbum. Iudicantem autem oportet cuncta rimari, 30. q. 5. ca. indicantem. Nam secundum Gregor. Grauè nimis est super re incerta certam dare sententiam, cap. grauè 11. quæst. 3.

Tertiò, debet esse intelligens, capit. mensuram ibi sacerdotis intelligentis; de pœnitent. distinct. 1.

Quartò, idoneus, cap. si Episcopus de pœnit. & remiss. qui sciat quis sit ligandus, quique soluendus, 11. q. 3. cap. quomodo de pœnitent. distinct. 1. ca. quem pœnitet. versic. quæritur, & distinctione 6. cap. 1. in princ. ibi qui ergo.

Quintò debet esse prouidus, cap. 1. de sentent. excommun. in 6. prius præmeditando, & antea videndo, & obseruando obseruationes iuris Canonici, facit text. in cap. ad aures de æta. & qualit. excidendo peccati occasionem, quod nonnunquam parit infirmitatem corporalem, Dicente Domino in Euangelio languido, quem sanauerat. Vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat, cap. cum infirmitas de pœnit & remiss. Et ita ex hoc verbo (Medici) habetis tres præcipuas conditiones, quę debẽt concurrere in medico corporali, & quinque in medico spirituali. sequitur.

(Aegrotos) Hoc est infirmos, Infirmitas quid sit, videndus est Hostiensis in rubr. de clerico ægrot. vel debil. num. 1. Quæ quidem infirmitas quinq; de causis
8 nonnunquam prouenit, † d. cap. cum infirmitas.

Prima, vt iustis per patientiã augeatur meritum, vt in Iob.

Secunda, ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt in Paulo.

Tertia, ad corrigenda peccata, d. c. cum infirmitas.

Quarta, ad Dei gloriam, vt in cæco nato, & de Lazaro.

Quinta, ad initium pœnæ, vt in Herode; Ioan. Andr. in d. ca. cum infirmitas nu. 2. Hinc cum infirmitas sæpè ex infirmitate animi procedat, salubriter per Innocent. in d. c. fuit statutum, quòd medici corporum ad infirmos vocati ante omnia debent illos ad confessionem inducere, & nec debẽt pro salute corporũ aliquod animæ pernicioſum suadere; idq; sub pęna, vt ibi p text. Quæ quidem poena non infligitur ipso iure; sed per sententiã, ita Innoc. Hostiens. & Io. Andr. & glosa in d. c. verbo Arceatur. Quod quidem verbum est futuri
9 temporis, † vnde nõ inducit Canonẽ latæ sententiæ; sed requiritur sentẽtia, quod est verum, nisi verbum futurum esset geminatum, vt annulletur, & cassetur, Marian. Socc. in cap. Iudæi siue

de

de Iudæis num. 10. Hinc infertur in foro conscientiæ non obligari, antequam fuerit condemnatus, glosa singularis in capit. fraternitatis 12. quæst. 2. Sotus lib. 1. de iust. & iu. qō. 6. art. 6, & est communis, vt per Decium in c. 1. in j. lectura num. 72. de constitut. nam cum talis lex sit imposita per legem positiuam, nō est seruanda in foro poenitentię, sed satis est, quòd sacerdos imponat poenitētiam pro delicto, per
10 dictam glosam, † quæ duplici ratione potest inniti.

Prima, quia poena imponitur per iustitiam in foro contentioso.

Secunda, quia illa imponitur, vt cæteri metum habeant, & vt multis grassantibus locus sit exēplo, l. aut facta in fine ff. de poenis, quæ ratio cessat in foro animæ, quia poenitentia iniungitur propter offensam commissam in Deum.

Quare infertur ex Innocen. in c. sicut dignum de homic. quòd si quis infert damnum proximo non ex proposito, neque ex lata
11 culpa, † non tenetur resarcire damnum in foro poenitētiæ; sed satis est alia poenitentia, secus est in foro contentioso, vt toto tit. ff. ad l. Aquil. quod quidem dictum Innocentij communiter tenetur, vt refert Alex. de Neuo in c. 1. num. 47. de constit. Pius etiam Quintus, in Constit super
12 Gregem † Romæ publicata die 11. Mensis Martij 1566. Idem mandat sub poena præter illam Innoc. perpetuæ infamiæ, priuationis gradus electionis à Collegio, & pecuniæ arbitrio Ordinarij; Et nota quòd dum Pius Quintus imponit poenam perpetuæ infamiæ, dico, quòd talis poena
13 † non requirit sententiam; sed eò ipso habet executionem ad factum, licet quò ad hoc, vt repellatur vt infamis, quò ad alios, requiritur sententia declaratoria; At dum ponit poenam priuationis gradus electionis à Collegio, & pecuniæ, requiritur sententia cōdemnationis, facit text. in cap. cum secundum de Hæret. in 6. quia isti sunt effectus, qui non trahunt secum executionem, vt dixit Franchus in c. felicis §. nullus de pœniten. in 6.

Rursus nota, quòd & si credimus poenam impositam à text. in cap. cum infirmitas, vt arceatur ab ingressu Ecclesiæ, comprehendere etiam medicum non
14 conuentuatum, † quando sit talis, qui vulgo dicitur medicus, vt dixit Bart. in l. sciendum §. dictum ff. de edil. edicto, qui interrogatus tempore visitationis S. Francisci; An Constitutio, quòd nullus posset intrare monasteriū sub poena excommunicationis ipso facto, nisi sit medicus, qui curandi causa intrauerit, comprehendat etiam medicum non conuentuatum intrantem causa curandi, respondit non esse excommunicatum per illum tex. in d. §. sufficit enim vt vulgo dicatur medicus; Tamen quò ad pę-

nas

nas impositas à Pio Quinto arbitramur nõ habere locum, cum propriè videantur intelligi de medico actu accipiente insignia doctoratus; nam illi intrant in Collegium, qui sunt doctores, ergo si non præcessit actus, non potest subsequi priuatio, cum præsupponat habitum.

(Non monentes) Supple & in
15 ducentes, † simile habetur in d. c. fi. de eo, qui cogn consan. vxo. suæ. Monere est commemorare; Inducere est efficaciter, & cum effectu exhortari, vt quantum est ex parte medici sequatur effectus.

(Vt confiteatur) Et quare, vt cessante causa peccati impulsiua cesset effectus infirmitatis; Sed modò deueniamus ad grauitatẽ criminis.

Grauitas.

PRimò, quia medici non monentes infirmos ad confitendum faciunt contra Ecclesiæ præce-
16 ptum † d. c. cum infirmitas, ibi districtè præcipimus, & ita necessitatem importat, c in his de verborum significatione, de tregua, & pace cap. 1. quare peccãt mortaliter transgrediendo, clem. dudum in fine de sepult. 12. q. 1. cap. quod præcipitur. Hostiens. num. 1. & Ioan. Andr. num. 3. in d. c. cum infirmitas. Quod etiam colligi potest ex pœnæ appositione grãui, vt ibi habetur, quæ obligat ad peccatum mortale, vt latè diximus in nostris decis. in j. par. lib. 2. cap. 10. num. 8.

Secundo, quia præter peccatum mortale sunt etiam multis alijs pœnis afficiendi, vt diximus supra verbo ægrotos circa fin.

Tertiò, quia nisi moneant, cũ
17 eos ad ægrotum † vocari contigerit, sed volunt expectare tempus, qñ sunt constituti in extrema necessitate, & ęgritudine, pos sunt esse causa multorum malorum. Primò, vt incidãt infirmi in desperationem; Quod secus esset, si quàm primum vocati moneant: ex quo enim infirmi sunt, in omni euẽtu infirmitatis mortalis, & non mortalis medicos hoc dicere ex præcepto, cessabit timor, & periculum, d cap. cum infirmitas. Secundò, quia oppressi infirmate obmutescũt, vel in phrenesim vertuntur, c. is, qui, cap. his qui tempore 26. q. 6. & non possunt confiteri, & ita moriuntur attriti, & consequenter sunt causa damnationis eorum; Item posito, quòd non obmutescant, sed confiteantur, non pos sunt bene peccata sua confiteri;
18 † Quẽ enim morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix veniet satisfactionem, maximè cum filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes, & vxor, vt dixit text. in c. nullus de pœnit. dist. 7. sunt ẽt in periculo moriendi ab intestato, vnde tollunt libertatem testandi, & consequenter bona, quę possent relinqui pijs locis; De omnibus his sunt causa medici non suadentes ægrotos in principio morbi, vt confiteantur.

Quar-

Quartò, nec aliqua consuetudo in contrarium medicos ex-
19 cusare † potest, quia cum hoc sit interdictum in fauorem animarum, præscribi non potest, & nec aliqua consuetudine tolli, Hostiens. ibi num. 3. & habetur in dicta Constitutione super gregem. Vnde peccant in talibus transgressores, cap. illud de maioritate, & obedientia; Io. Andr. in d. cap. cum infirmitas num. 3. vnde dixit ibi Hostiensis quòd quamuis hodie constare possit, quòd non ex peccato, quæ est causa impulsiua, sed aliunde infirmitas euenisset, nihilominus tamen talis constitutio seruanda esset, quia omnia incipienda sunt in nomine Domini, 1. Corinth. 10. vt infirmus se ostendat catholicum, & fidelem, & quòd potius confidat de Deo, quàm de homine; nam qui medicis se dederit sine Deo, ipsũ sibi abnegat, de consecratione distinct. 5. capit. contraria, 26. quæstio. 2. cap. qui sine saluatore, & quod prius dignius est, præponẽdum est, & ita medicina spiritualis, q̃ est pœnitentia, distinctione 50. cap. vt constitueretur, 33. quæst. 1. capit. si per sortiarias; Sed modò deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. QVamuis monitio iuxt. tex. in d. cap. cum infirmitas debeat fieri per medicum, tamẽ non ligatur hac constitutione, si non per seipsum, sed per alios,
20 † vt per consanguineos, aut parochum, vel eius confessarium moneret infirmum, ita Syluest. in verbo Medicus versic Quartò, Caiet. in eod. verbo, Nauar. in Manu. cap. 25. num. 61. versic. Tertiò. Nam si non ob contemptum præcepti; sed ne inferat tristitiam infirmo, quod est contra artis præceptum, quod requi
21 rit semper ingerere lęta, † & quę sunt sanitatis, & spei infirmo, ipse non moneret per se; sed per alium, non venit contra Casum, cum is videatur facere, qui per aliũ facit; de adm. tut. l. si ita §. gessisse, 16. q. 6. c. consuetudo, glosa in c. mulieres §. 1. de sentent. excommun. imò Caiet. qui supra dicit quòd sic cõstitutio hęc est vsu vtentium acceptata, & Nauar. qui supra. Et non obstat, quòd cum pro salute animæ hoc fuerit introductum, consuetudo
22 tolli nõ † põt, quia id verum est, vt non moneatur. Non autem vt illa fieri nequeat per alium; Etenim non curamus de modo, si habemus effectum.

II. Si constat medico, quòd talis monitio per alium sit facta etiam sine mãdato suo, medicus
23 liber erit à nexu monendi, † nam tale

tale debitum ficut per seipsum; ita per alium fieri potest, facit dictum Sylvest. in verbo Emphyteuta quæst. 11. num. 17. vbi Emphyteuta non cadit à iure suo, si ipse non cadit; sed alius sine mãdato ipsius, vel simpliciter, per text. in l. forma §. si cum ego. ff. de censib. quia in pœnalibus, vt videtur esse casus reseruatio, quantum ad pœnam euitandam, & ita casus reseruationem, non refert per quem fiat, modo fiat, l. si puellam. C. si manci. ita fue. alie. Sylvest. in verbo statutum quæst. 8. vbi ob hoc infert, q̃ qui statuto cauetur, q̃ qui non ponit domum suam in regiſtro, cadat in certam pęnam, si non ipse; sed alius domum suam posuit, & onera soluuntur, non incidit in pœnam statuti. Sic si testator picturam fieri mandauit, & reperitur
24 facta, † nec scitur per quem, sufficit quò ad pœnæ euitationem, vt in auth. hoc amplius. C. de fideicomm. & ad euitandam pœnam excommunicationis apponi solitam ex Constitutione Episcopi contra non implentes voluntates defunctorum, sufficit. n. mandatum, vt adimpleatur per se, vel per alium, & ita in casu nostro, modo monitio cum effectu fiat. Idem dixit Sylvest. in verbo Medicus q. 3. Vers. Quartò. Idem Doct. in d. c. cum infirmitas, Host. & Io. Andr. vtrobiq; num. 3. & Mar. Socc.

III. Licet verbum Moneas intelligi debeat cum effectu, illud tamen est intelligendum ex parte medici, scilicet vt efficaciter inducat; At ex parte infir-
25 mi † est controuersia inter Doctores; Nam Host. in d. c nu. 3. & ibi Panorm. Io. Andr. & Do. Anton. de Butrio nu. 11. dicunt, q̃ si ægrotus monitus non vult confiteri, non debet medicus se intromittere de cura. Alij verò, vt Sylvest. in verbo Medicus nu. 3. Versic. dicitur tertio. Ioan. Tabiens. Verbo Medicina. num. 12. Simon Maiolus lib. 5. de irregular cap. 48 num. 3. Versic. non excusabitur, Nauar. in Manual. cap. 25. num. 61. versic. Tertio peccat, & nos in j. par. decis. lib. 3. cap. 14. in fine non credunt ob hoc desistere à cura infirmi, quia si dimitteret cum, forte moreretur desperatus, qui sanatus postea poterat conuerti; Alias pręceptum Ecclesiæ videretur contra pręceptum de charitate proximi, quod nullo modo credendum est. Ego vero lecta, & ponderata Constitutione Pij V. crederem primam partem veriorẽ: sic enim ibi habetur, q̃ medici postquam ad ægrotos accesserint, debent eos monere, vt confiteantur, q̃ si nolint, possunt eos visitare vsque ad tertium diẽ inclusiuè, nisi longum tempus cõfessor ob aliquam rationabilem causam concesserit; Rursus vult dicta Constitutio, q̃ non debeat medicus stare dictis consanguineorum, q̃ sint confessi; sed eis per fidem confessoris in scriptis factam debet constare, q̃ infirmi peccata sua fuerint confessi, ex

qui-

quibus patet, qnòd si non cõstat, debet eos deserere.

IV. Non incidit medicus, qui ideo non monet; nam pu-
26 tat † ægrotum esse in bono statu, quia probabiliter credit infirmum sine monitione hoc facere, & ita possunt medici excusari, curando infirmos religiosos; nam si dicunt infirmarijs illos esse in probabili periculo mortis, vel actum esse de eis, videtur hoc sufficere, cum credẽdum sit infirmum ex se confiteri; Quod idem, quando de proximo infirmus sacramenta suscepisset, & ita perseuerare crederetur in pura conscientia, vt quia per tres, aut quatuor dies Sanctissimam Eucharistiam percepisset ante infirmitatem, Sylvest. qui supra vers. Quartum. Quamuis dicat melius esse monere, quia probabile est eum magis ex scientia mortis suę disponere domui suę.

V. Et nec quando ægrotus
27 indiget celeri remedio, † quamuis text. in d c. cum infirmitas dicat ante omnia. Idest antequã ad curam manum apponat, vel de salario conueniat, quia verba sunt intelligenda ciuili modo, quando expectatio confessionis non obesset sanitati, Sylvest. qui supra, vers. Quarto. & Io. Tab. num. 12. Hinc Constitutio Pij V. dat facultatem visitandi vsq; ad tertium diem inclusiuè. Quod sanè intelligo modò cesset fraus, Quid enim si medicus non curat ægrotum post dies tres à sua ægritudine, ex eo, quia non vult confiteri, & accedit alius, tunc obseruarem ad literam tex. in d. cap. cum infirmitas, vt ægrotus ante omnem curationem confiteatur; vel infirmitas esset adeò periculosa, vt nec per duos, aut tres dies possit viuere.

VI. An casus intelligatur in distinctè de omni infirmitate
28 † mortali, & non mortali. Ioan. Andr. numero 4. in fine. sic sentit; Nam ex quo infirmi sciunt medicos monere in omni infirmitate, cessabit timor, & mortis periculum. Tamen summa Angelica, Rosella, Caietan. & Nauar. in cap. 25. numero 61. versic. 3. intelligunt de infirmitate periculosa, & dubia in se, quæ potest probabiliter inducere periculũ mortis, & ex ea homo moritur: Tamen ego potius inclinarem in primam partem ex Cõstitutione Pij V. quæ dicit, quòd medici debent monere, q; quando vocati fuerint ad infirmos in lecto cubentes; ergo siue sint, cõstituti in ægritudine periculosa, siue non ob rationẽ à Io. Andrea positam; Tum etiam, quia potest morbus à principio non esse periculosus: Deinde ex post facto sic. Quare si postea infirmus viderit se monitum, verbi gratia in quartò, vel septimo die potest incurrere in desperationẽ, & sic facilius incidere in mortis periculum, iux. text. in d.c. cum infirmitas.

VII. An medicus sit liber à casus reseruatione, si ordinauit circũstantibus, vel fideli amico,

vt

vt infirmum moneat ad confitẽdum, & videtur, quòd sic. si mãdatum acceptauit, vel tacuit, cũ videatur consentire; Ego autem crederem contrarium, ex dicta Constitutione Pij Quinti; Dum vult, quòd debet constare medico per fidem in scriptis factam de confessione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati qui, & vt canonicè beneficium conferatur, quæ nu. seq.*
3 *Laicus non potest conferre beneficia nisi ex priuilegio.*
4 *Beneficium Ecclesiasticum non datur, nisi propter officium diurnũ.*
5 *Beneficiatus an recipiendo aliud beneficium peccet mortaliter.*
6 *Beneficia duo in Ecclesia an quis retinere possit.*
7 *Potest vno priuari.*
8 *Beneficia plura habere, quando quis potest, remissiuè.*
9 *Ordo quis propriè sacer dicatur.*
10 *Continentia quibus indicetur.*
11 *Ordinati in sacris quicunque tenẽtur ad horas.*
12 *Horæ Canonicæ, & diuinæ quare sic dicantur.*
13 *Horarum canonicarum obligatio quo iure introducta.*
14 *Dies quare sic dicantur.*
15 *Dies continui qualiter differant ab vtilibus.*
16 *Dictio per designat continuationẽ.*
17 *Beneficium à pensione differt quò ad horas canonicas.*
18 *In Beneficio duo sunt, sed vnum in pensione.*
19 *Pensio vnde dicatur.*
20 *Officium non recitantes paganitatis peccatum incurrunt.*
21 *Officium non recitans quando beneficio priuetur.*
22 *Circunstantia omissionis officij est confitenda.*
23 *Horas omittens quatuor peccata committit.*
24 *Beneficiati etiam simplices comprehenduntur sub casu.*
25 *Præstimonia vnde dicãtur, & quæ.*
26 *Beneficium non recitans, quia est in mortali, incidit in casum.*
27 *Excommunicatus, & suspensus nõ recitando incidunt.*
28 *Beneficiati solum depositi, vel beneficio priuati non comprehendun tur.*
29 *Peregrinantes relinquentes vicarium an excusentur à recitatione horarum.*
30 *Peregrinantes an, & quando incidant in Casum.*
31 *Viator quando forum sortiatur in vtroque foro.*
32 *Horas non recitans, quia fructus non percipit, an excusetur.*
33 *Sed an qui beneficium tenue habet.*
34 *Sed vtrum is, qui deuotè audit, sed non recitat.*
35 *Sed an officium dicatur recitare, qui oculis officium perspicit, nihil exprimens.*
36 *Sed an omittens ante sex menses ab obtento beneficio, num teneatur ad restitutionem. nu. seq.*
38 *Infirmi non recitantes quando comprehendantur.*
39 *Intellectus ad c. 1. de celebr. miss.*
40 *Pensionarius an includatur recitans, sed non attentè.*

41 *Pensionarius non recitans officium B. Virginis, quando incidat.*
42 *Beneficiarius, & pensionarius nũ ad vtrumq; officium obligetur. n. seq.*
44 *Clericus non recitans priuatim extra chorum officium Beatæ Mariæ quando excusetur, vel non, n seq.*
46 *Religiosi non tenentur ad officium Beatæ Virginis, vide plures Casus vsque ad nu. 50.*
50 *Confessarij qualiter se habeant erga pœnitentes.*
51 *Pœna tẽporalis magis arcere solet à voluntate peccandi, quàm Dei timor.*
52 *Confessor quando fructus ipsi beneficiario dispensare possit.*

De nõ recitantibus officium diuinum. Cap. XXVIII.

Beneficiarij, vel in sacris ordinibus existentes horas Canonicas per quatuor dies continuos recitare, vel pensionem obtinentes officium B. Virginis ptermittẽtes.

EXPOSITIO.

Regij in Lõbardia. 1 BENEFICIATI ij dicuntur à collatione † beneficij Ecclesiastici ipsis canonicè facta. Quæ vt canonicè fiat, quatuor requiruntur.

† Primò, habilitas personæ ex parte conferentis, vt is conferat, qui sit Episcopus, vel prælatus Ecclesiarum. Ad laicũ enim non potest pertinere, nisi ex priuilegio Papali, † extra de præben. c. dilectus iij. facit glosa in c. benè quidem dist. 96. vbi non potest fulminare excommunicationem. facit etiam tex. in c. sacrosancta, cap. Massana de elect. glosa in c. contingit extra de arbitr. vbi Ecclesiastica sunt laico prohibita, & ibi per Host. & Zabar. connumerantur 12.

Secundò, ex parte eius, cui collatio facta est, scilicet vt prouideatur clerico, c. ex literis, & c. cum adeò de transact. Quare Doctores notant in d. c. cũ adeò, q̃ non clericus non est idoneus ad obtinendum beneficium, & ideò in impetratione beneficij debet se quis clericum nominare, & ita obseruat stylus Curiæ secundum Ananiam ibi, qui contra compost. tenet, quòd si laicus tõsuratus incedit in habitu, & tonsura, & impetrat sub nomine clerici, non valet impetratio, & ita communiter tenetur contra ipsum, qui asserebat contrarium, quasi posset dici clericus animi destinatione.

Tertiò, qualitas ipsius beneficij, vt habeat aliquid spiritualitatis annexum, vel cui annectitur, vnde propter † diuinum officium datur beneficium ecclesiasticum, de rescript. capit. finali, 81. distinct. capit. si qui sacerdotum; Quare est argumentum secundum Dom. Petrum de Anchar. quòd qui plura detinet beneficia, pluries debet dicere officium, sicut enim augetur cõmo-

modum, l. alumnæ §. Seio liberta ff. de adimen. lega. Ananias in d. c. quia nonnulli nu. 4.

Quartò, vt sit perpetuum quò ad eum, cui confertur, nam hoc est propriè beneficium, 70. dist. cap. sanctorum. Item modus in collatione seruandus, vt purè, sine pacto, & conditione prouideatur, & non pro commodo tẽporali, alias committitur simonia, 1 quæst. 1. cap. sanctorum. 1. quæst. 2. cap. quam pio, 1. quæst. 3. cap. si quis dator, & saluator, quasi per totum. Si igitur prædictæ conditiones concurrunt, beneficium Ecclesiasticum est, & is, cui fuit collatum, dicitur beneficiatus.

(Beneficiati) Non ex hoc colligitur, quòd beneficiatus possit
5 obtinere plura beneficia, † quia si quis possidet vnum beneficiũ, ex quo per se potest honestè sustentare, peccat mortaliter recipiendo aliud beneficium. Ita Panormitanus in cap. conquerente in iij. not. de cleric. non resid. allegat glosam in cap. dudum ij. extra de elect. quia est vitium ambitionis, & auaritiæ, occupando stipendium pauperum, & dum quærunt victum aliorum, inducunt diminutionem cultus, diuini, ita notabiliter Abbas in capit. cum iam dudum de præbend. Et in textu, vbi Doctores in ca. literas de conces. præben. & in clem. si iuxta de præben habetur, quòd nemo potest tenere
6 duo beneficia simplicia † in vna Ecclesia, imò nec in diuersis Ecclesijs, probatur in c. Sanctorum dist. 70 vbi pluralitas hæc beneficiorũ est prohibita per hæc verba. Omnino autem in duabus Ecclesijs aliquem intitulari non liceat. Sic habetur in ca. vnio 10. q. 3. ibi. Sed & hoc necessariũ duximus, vt plures Ecclesiæ vni nũquam committantur presbytero, quia solus per totas Ecclesias nec officium valeat persoluere, nec rebus earum necessariam curam impendere; Quare dicit text. in d. c. conquerente vbi Abbas, ibi quòd habens plura bene-
7 ficia, quamuis simplicia, † quorũ sufficit per se ad vitam beneficiati, potest legitimè altero priuari; Et hoc est nunquam obliuioni tradendum.

Et quod diximus pluralitatem beneficiorum prohibitam, idem extende ad dignitates; & Ecclesias Parochiales, quæ Parochiæ fuerunt limitatæ tẽpore Dyonisij. de quò in c. pastoralis de his, quæ fiunt à prælatis; Et idem extende ad præbendas; imò non valet consuetudo, quòd quis possit habere plures prębendas in eadẽ Ecclesia, vt notatur in c. literas de cõcess. pręben. Circa quòd vide in c. 1. de consuet. in 6. Igitur dicitur, (Beneficiati) in numero plurali, vt quicunque sit, quilibet de iure debet esse cõtentus vno beneficio, si sufficiens sit ad vitam sustentandam; Sunt tamen Casus, in quibus quis plura be-
8 neficia habere potest, † de quibus vide glosam 21. q. 1. in summa, glos. in c. gratia de rescrip.

in 6.& plenè per DD.in clemen. gratiæ de rescrip.

(Vel in sacris ordinibus constituti) Licet quilibet † ordo se-
9 cundum se sacer dicatur,cum sit Sacramentum quoddam; Tamen propriè sacer dicitur, qui habet aliquē actum circa rem aliquam cōsecratam,& ita sunt tres ordines, scilicet Sacerdotium, Diaconatus, qui habet actum circa Corpus Christi, vel sanguinem consecratum, & subdiaconatus, qui habet actum circa vasa consecrata, & ideò eis continentia
10 †indicitur,vt sancti,& mūdi sint, qui sancta tractant, ca. seriatim dist. 32.c.nullum, c. decernimus dist.28.c.à multis de æta.& qualit. vbi notat ibi Anan. quòd signum ad cognoscendum ordinē sacrum est, quando habet annexum votum castitatis, & ita cōprehenduntur Sacerdotes, Diaconi,& Subdiaconi.

(Existentes) Quamuis sint
11 depositi, suspensi, † aut excommunicati, vel solemniter degradati, per ca. dolentes de celebr. miss. ne ex eorum culpa commodum reportent,per tex.in l.relegatorum §. fi. ff. de interdict. & releg. vbi si honoribus quis in pœnam fuerit priuatus, non ex hoc euitabit onera, pœna enim non debet præstare immunitatē. Ita etiam dixit Sylvest. in verbo Degradatio q.8.

(Horas Canonicas) Canoni-
12 cæ dicuntur à regula,quæ † dicitur Canon à Canon regula,c.regula dist.3. ex eo, quia regulariter sunt dicendæ. Diuinæ, quia Deo impenduntur, Zab.in clem. 1. de celebratione missarum,vbi quoq; habetur,quæ dicuntur horæ canonicæ, & vnde, quas copiosis exemplis,& rationibus ostendit Sot. de iust.& iu. lib. 10. q.5.art.1.ostendit horarū cano-
13 nicarū institutionem † naturali iure, & vtriusq; testamenti constabilitā, quas septenario numero ostendimus etiā nos in j. par. decis.lib.2. c.50.nu.3.fuisse instituras. Et nota,q; dum dicit Horas, videtur non cōprehendi sub Casu,si fortè vnam omitteret.

(Per quatuor dies) Dies secū-
14 dum Papiā,& si † propriè dicantur, quia discernunt lucem à tenebris, tamen quò ad celebrationem officiorum incipiunt à primis vesperis diei præcedentis, c. quoniam, vbi glosa de ferijs, & terminātur vsq; ad mediam noctem diei sequētis,Sotus de iust. & iu. lib.10.q.5. art.4. Caiet.in verbo Hora. Nau.de hor.canon. c.30. nu.20. per hoc enim tempus est persoluendum diuinū officiū,alias esset peccatū mortale.

(Continuos) Habemus dies
15 continuos, & vtiles, † continui sunt,qui quotidie currunt diebus feriatis,& non feriatis in præsentia,& in absentia. At dies vtiles non currūt diebus feriatis,& diebus absentiæ, & quibus non est agendi copia;ita de his est glosa singularis in clem.vnic.de restit. in integr. Hic vero nō sic accipiuntur, sed quando obligati diuino officio per quatuor dies illud

nunquam

nunquã recitarent. Et hoc deno-
16 tat dictio, † per quæ de sui natura designat continuationem temporis, Archidiac. & Geminia. & Franch. in cap. cum contumacia de Hæret. in 6. 7. quæst. 1. c. præsentium. 16. q. 3. c. quandocunq; & c. placuit cum alijs notatis per Gemin. qui supra, nu. 10.

(Vel pensiones obtinentes) Cum dictio vel ponatur de sui natura inter diuersa, & dicatur disiunctiua, fit, vt differat bene-
17 ficium à pensione, † nam qui possidet beneficium, tenetur ad horas canonicas persoluendas, etiã si beneficium sit tenue secundũ veram opinionem, vt alias diximus in Prima Par. decisionum. At qui pensionem fructuum percipiunt, vt clerici, solum horas Beatæ Virginis recitare tenentur sub nexu peccati mortalis, & fructuum restitutionem secundũ Constitutionem sub Leone Decimo fol. 194. in bullam, quæ incipit, Statuimus quoque, vbi habetur. At quicunque pensionem, aut alias res Ecclesiasticas, vt clericus percipit, cũ modo prædicto ad dicendum officium paruum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & non dicentem pensionum fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium, & præter talem pęnam est Casus reseruatus.

(Vel pensionem obtinentes) Ex diuersitate obligationis colligitur sanè pensionem differre à beneficio. Ita notat etiam Anan. in capit. ad audientiam nume. 5. extra de rescrip. Nam
18 in beneficio sunt duo, † scilicet titulus, ideſt dignitas Ecclesiastica, vt Episcopatus, Archipresbyteratus, & cæt. & ius percipiendi fructus Ecclesiasticos; sed in pensionario est solum secundum, & non primum, quia tantummodò retinet ius percipiendi fructus Ecclesiasticos, vnde per pensionem non dicitur quis intitulatus in Ecclesia, nec est illi obligatus, & nec tenetur ibi facere residentiam, vide Doctores in capit. quamuis 1. respons. de præben. lib. 6. Et dicitur pen-
19 sio à pendendo, † quia dependet à beneficio, vt vsusfructus à proprietate; De his, & alijs differentijs vide Franch. in d. c. quãuis. Est igitur sensus horum verborum, quòd Casus reseruatus est omissio horarũ facta per beneficiatos etiam in sacris ordinibus cõstitutos per quatuor dies continuos, idem, si pensionarij clerici per idem tempus prætermitterent recitare officium Beatæ Virginis; Sed modò deueniamus ad grauitatem crimis.

Grauitas.

OMissio precum, & horarum Canonicarum tam ingrata est sacris canonibus, vt expositores illarum dicant non recitantes diuinum officium incurrere præceptum inobedientiæ, quare pec-
20 catum † paganitatis incurrunt, qui Sedi Apostolicæ parere contemnunt, distinct. 81. cap. si qui

& infideles esse inueniuntur, & iudicantur 18. quæst. 1. c. sciendum. Quapropter dixit glosa in cap. dolentes de celebratione missarum, quòd priuandi sunt beneficijs; Quis enim ignorat beneficium propter officium dari; vnde indigni mercede sunt, qui quæ mercedem merentur, nō præstant. Sic etiam habetur in d. Constit. Leonis X. statuimus. Intelligitur autem officiū omittere, quò ad hoc, vt beneficio
21 priuari possit, † qui per quindecim dies saltem non dixerint, licet Sotus de iust. & iu. lib. 10. q. 5. arti. 6. dicat talem Constitutionem non fuisse vsu receptam quò ad priuationem beneficij ob omissionem diuini officij; Vnde Menochius de arbitr. Casu 409. dicit arbitrio iudicis puniri omittentē recitare horas canonicas, vt notatur in cap. contumaces dist. 50.

Quare refert quidam insignis modernus quendam clericum fuisse beneficio priuatum, quia diuinum officium non recitauit per annos decem.

Rursus cum per omissionem horarum quis teneatur ad restitutionem fructuū, colligitur ta-
22 lem circunstātiam † scilicet per quantum tempus illas omiserit, esse necessariò confitendam, vt possit confessarius colligere quę nam restitutio sit de necessitate facienda, alias confessio non valeret, Nauarrus in Manuali ca. 7. nume. 6. & 7. nam illam circunstantiam tenetur pœnitens confiteri, quando non confitendo ignoraret confessor quid esset acturus, (v. g.) Ex vi constitutionum Synodalium solent aliquādo furta, & damna cuiusdam quantitatis Episcopi reseruare, si quis furatus est, oportet exprimere quantitatem, vt noscat cōfessarius, an comprehendatur illa quantitas sub Casu reseruato, & vt sciat modum imponendæ restitutionis, & pœnitentiæ, Syluest. in verbo Confessio 1. quæst. 9. præterea omittens recitare
23 horas canonicas, quatuor † peccata committit; nam Primò iniuriam facit proximo, cum pro temporalibus per eum datis ad sustentationē clericorū, is spiritualia refundere obligatur, quia propter officium datur beneficium, cap. cum secundum extra de præben. Secundò infidelis est, necatorq, egentium animarum. 13. quæst. 2. cap. qui oblationes. Tertiò, furtum committit saltem quò ad forum animæ, quia oblati sunt redditus propter seruitium, quòd si non fecerit, contractat rem inuito domino. Quarto sacrilegium, quia fraudat Ecclesiam, cui debet seruitium suis orationibus; Sed modò deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. COmprehenduntur sub Casu omnes beneficiati, qui horas canonicas non recitãt e per quatuor dies continuos, siue habuerint beneficium curatum, qb secundum glosam in clemen. du-
24 dũ de sepult. dicitur illud, † quod sub te cõtinet curam animarum. vt Episcopus, & parochus, qui astringuntur ad administranda Sacramenta, siue simplex, quod non habet animarum curam, vt habetur per dictam Constitutionem statuimus, ibi beneficium cũ cura, vel sine cura, facit etiam text. in cap. fina de rescrip. in 6. vbi beneficiũ non datur nisi propter officium, vel si præbendam possideant sub titulo clericali, sic qui præstimoniam possident, quæ ideò sic dicitur, quasi præ-
25 stans † munia, quæ quidem præstimoniæ sunt stipẽdia quædam, quæ dantur clerico in titulum perpetuum, & habent annexum obsequium spirituale, ita quòd si intitulatus arctetur ad aliquod seruitium spirituale; nam tunc beneficiatus dicitur, Geminian. in cap. fin. de concess. præben. in 6. Azorius lib. 10. instit. Moral. c. 3. vers. Quarta.

II. Nec immunis est à reseruatione Casus, si ideò beneficiatus horas non recitaret per aliquòd tempus; quia peccato mor-
26 tali se sentit illaqueatum; † Et hoc contra quosdam iuristas affirmantes contrarium, adducendo text. in clem. 1. de celebrat. miss. & in cap. 1. verbo Puritate eo. tit. vt dixit Card. à Turrecr. in c. 1. ad quintum. dist. 91. quia illa iura intelligi debent, quòd sit persoluendũ in puritate conscientiæ, vt sit meritorium, iuxta illud. Quare tu enarras iustitias meas, non autẽ, vt sit satisfactorium, quia sic præcepto satisfacit etiam in peccato constitutus mortali, alioquin sequeretur absurdum, quòd quis reportaret commodum ex malitia sua, & dolus ei prodesset, quod non est dicendum. Hinc fit, quòd hac ratione dicamus non excusari à re-
27 citatione horarum † clericum excommunicatum beneficiatũ, vel suspensum; nam & si iustissimè fructibus beneficij sint priuati propter excommunicationẽ, glosa communiter recepta in c. pastoralis §. verum de appellat. glosa in l. inter quos §. dãni ff. de damno infect. imo etiam quotidianis distributionibus, facit tex. in c. licet de præben. Anan. in d. §. verum, sic suspensus à beneficio propter crimen, tamen quia id eius culpa contigit, fit, vt non sit immunis à tali onere, quia excommunicatio, quæ est facta in odium excommunicati, sicut suspensio, non debet eis prodesse, facit glosa pen. in cap. pro illorum de præbend. in verbo in Canoniam, quæ notat, quòd ea, quæ faciunt excommunicati in eorum præiudicium, bene valent, facit etiam regula cõ-

munis, quòd inducta in odium, non sunt retorquenda in fauorẽ, l. relegatorũ §. fin. ff. de interd. & releg. Ad hæc vide Card. in d. c. 1 de celebr. miss.

III. Immunes sũt beneficiati solum sine ordinibus sacris, qui sunt depositi, & officio priuati,
28 † nam cum isti non teneantur recitare horas canonicas, nisi ratione beneficij, & illo fuerint priuati, si non recitant, non comprehenduntur sub Casu, quia ex quò non habent beneficium, & nec percipiũt fructus, cessat obligatio, argu. tex. in c. cum cessante de appellat. l. Imperatores ff. public. & vectig. l. 1. C. de fideiuss. Henricus Boich. in c. 2. de cler. excom. ministr.

IV. Non immunes sunt à litera peregrinantes ex iusta causa, & relinquentes vicarium, qui
29 beneficio deseruiat, † nam non propterea ab obligatione excusantur; Etenim qui tenentur ad horas, illis non satisfaciunt, si per alium faciunt recitare, ita se habet communis opinio; nam onus recitandi videtur personale, clem. 1. de celebr. miss. ibi fructum labiorum suorum. Ita tenent Innoc. in c. 1. eod. tit. Quare dixit Cardin. in d. clem. 1. quòd quamuis ex iusta causa à residẽtia à beneficio quis possit excusari, argu. tex. in c. relatum de elect. faciendo per alium deseruire, non tamen excusatur ab horis dicendis, siue sit beneficiatus; siue in sacris.

An vero peregrinantes incidant in Casum. Respõdeo, quòd si ante inceptum iter. per qua-
30 tuor dies continuos desierint † recitare officiũ in loco, vbi erat reseruatus Casus, tunc res manifesta est, quòd sic. At si dum sunt in peregrinatione, illud omittũt in via, quod peccatum postea confitentur in loco, vbi Casus non est reseruatus, tunc Summa Pisanella in verbo confessio iij. §. an peregrini, tenet quòd à simplici confessario absolui non possunt, nisi quando discesserit à loco, vbi deliberasset in alio loco habitare, quia tunc eò ipso mutant domicilium, & ibi fortiuntur forũ & subijciuntur quò ad peccata commissa illis Episcopis, vbi facti sunt subditi, c. fin. de Paroch. Nos in appendice lib. 1 c. 7. num. 56. At si peregrinantes omittunt per huiusmodi quatuor dies continuos officium, & ibi confitentur peccata, possunt à quocunq; approbato absolui, si inibi Casus non esset reseruatus, facit textus in cap. illud, cap. ille dist. 12. Nam in foro conscientiæ viatores fortiuntur forum illius lo-
31 ci, † per quem transeunt, quod secus est in foro exteriori, quia solum habitatores perpetuò, & ita intelligitur glosa in capitulo quæ contra, distinctione 8. quæ allegat tex. in l. hæres §. 2. ff. de iudic.

V. Non incidit beneficiatus, qui diuinũ officium persoluere dimitteret ex eo, quia nec ipse,
32 nec alius caperet † fructus beneficiorũ, & nec in posterũ capturus es-

esset,& nec ipse capere pōt,& ita potest intelligi Abbas antiquus in d. cap. 1. vt dixit Sylvest. in verbo Hora §. 2. versic. 3. Nau. de horis canon. cap. 7. num. 28. Hinc nec à casu reseruato excludūtur in suam excusationem allegantes, quòd ideo horas canonicas non recitant, quia non ip-
33 si;† sed patres eorum fructus beneficij percipiunt; Etenim cum onus recitandi officium sit personale, fit, quòd ita sequatur personam beneficiati, vt lepra leprosum: ita Ciuilistæ, & præcipuè Iason dixit in §. omnium nu. 3. instit. de actio.

VI. Nec excusantur, quia habent beneficium tenuè, nam non recitantes peccant mortaliter,
34 † glosa communiter recepta in cap. 1. de celebr. missar. & in cap. clericus victum dist. 91. Sylvest. in verbo Hora. q. 2. Couar. & Nauar. contra Sotum. vt diximus in 3. par. decis. lib. 2. c. 30. num. 10. & est communis, vt refert Azorius lib. 10. instit. moral. cap. 3. versic. Secunda. Quod procedit, etiam si Ecclesia fuisset opulenta, & nunc facta esset tenuis, quāuis in vtroque casu debeat Episcopus per vnionem alterius Ecclesiæ, vel alio modo subuenire, 10. q. 3. c. vnio.

VII. Includuntur ij, qui non
35 recitant; † sed audiunt deuotè, & attentè, quia hoc sacrificium est de fructu labiorum, non autem aurium, dict. cap. clericus 1. An vero, qui oculis officium perspiciunt, & ita legendo percurrunt, satisfaciant præcepto re-
36 citandi horas,† & videtur quòd sic: nam qui scripturam inspicit, legere quoque dicitur, argum. l. 2. §. inspectio ff. quemad testam. aper. nam inspectio tabularum lectionem earum indicat, ait ibi Iurisconsultus; sed idem & apertius habetur in l. 1. §. legi. ff. de his, quæ in testamen. delen. facit quoque, quod dicit Iason in l. qui Romæ §. duo fratres num. 6. ff. de verb. oblig. nam dicit ibi verbum legere intelligi oculis corporis, & ita videtur quòd non sit opus lingua, vt quis exprimat, quo legere dicatur. Sed satis est, quòd oculis percurrat. Verum contrarium dicimus in casu nostro, quia tenentur ita legere, & recitare, vt sic intelligatur officium, Caiet. in verbo Hora in fine.

VIII. Crederem etiam eos comprehendi, qui omittunt horas canonicas ante sex menses
37 ab obtento beneficio, † non interueniente aliquo iusto impedimento, (v. g.) quia benè illud recitare didicerunt, isti enim cū peccent mortaliter, quia cessat causa, quare Concilium Lateranense voluit, vt non peccet, & nec teneatur ad restitutionem fructuum per illud tempus sex mensium secūdum communem, vt addiscant, ergo si benè, & cōuenienter didicerunt, nō est cur non peccent mortaliter, vt nos, vbi supra. c. 50. num. 13. & consequenter incidunt in casum reseruatum.

Sed

Sed an omittentes recitare
38 intra primos sex menses † à die habiti beneficij, teneãtur ad fructuum restitutionem, ferè communis est opinio, quòd nõ, Sotus lib. 10. de iustit. & iur. q. 5. art. 6. vers. At vero dubium. & Menochius de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 5 casu 1. dicunt contrarium, quòd quicunque habet beneficium, quæcunq; horarum omissio illum ad fructuũ restitutionẽ obligat; Non tamen ego recederem à prima opinione per ea, quæ dixit Azor. qui supra ca. 15. versic. Tertio.

IX. Comprehenduntur etiã sub casu infirmi beneficiarij, vel in sacris Constituti, si talis esset
39 infirmitas, quæ † febrẽ haberet statis horis, qualis esset quartana, aut tertiana, & posset ante, vel post commodè dicere, sic neque excusantur, qui possunt vacare colloquijs grauibus negotiorum, & rerum grauium ordinationi, & à recitatione reuocãtur, quia quod dicitur ægrotum à recitatione horarum excusari, cap clericus victum, cap. clericus dist. 91. Doct. in cap. 1. de celebrat. missar. intelligitur de laborante graui febre, vel graui dolore capitis, vel stomachi, ita vt nec directè, vel indirectè possit recitare absque probabili occasione nocumenti, Abb. in d. cap. 1. in fine.

X. Nec etiam efficiũtur immunes Diaconi, & Subdiaconi; Etenim licet in d. c. 1. fiat men-
40 tio de sacerdote, † Tamen communiter Theologi, & D. Thomas quodlib. 6. art. 8. extendunt ad Diaconum, & Subdiaconum. Sic quoque tenet Innocent. in c. dolentes de celebrat. missarum, quamuis sint suspensi, & excommunicati, ac etiam solenniter degradati Syluest. verbo degradatio quæst. 8.

XI. Non credimus illum includi sub casu, qui recitaret horas, vel officium Beatæ Mariæ, scilicet pensionarius deliberatè
41 † mentem ad alia diuertens, & si iste secundum magis probabilem opinionem, quam affirmat Nauar. in Man. cap. 25. num. 122. & de horis cano. cap. 20. nu. 32. teneatur ad restitutionem fructuum, cum Ecclesia non solum præcipiat, vt recitet: sed etiam, vt attentè recitet, & non attentè; sed mẽte vltro distracta persoluens diuinum officium, est, ac si non recitasset, vt dixit Nauar. cap 20. num. 31. & seq. de hor. ca non. Tamen, quia sumus in casibus reseruatis, in quibus fit stricta interpretatio, argument tex. in cap. in pœnis, & c. odia de reg. iur. in 6. sufficit, quòd recitauerit horas canonicas.

XII. Clerici percipientes
42 pensionem, vt clerici, non † recitãtes officium Beatissimæ Virginis Mariæ per quatuor dies continuos, ad quod tenentur sub mortali, cum obligatione restitutionis fructuũ pro rata, vt habetur per extrauag. Pij II. quæ incipit ex primo Lateranẽsi Cõcilio, relatam per Cathechism.

Neap.

Neapol. de recit. hor canon. c. 7. num. 4. & Nauar. c. 25. num. 122. sub eodem casu comprehenduntur, ij verò tanquàm clerici pensionem habere dicuntur, qui prima saltem clericorum tonsura initiati sunt. Sed rogabis an clericus sacris ordinibus initiatus, vel ad beneficium Ecclesiasticũ
43 promotus,† si simul etiam pensionem habeat, paruum Beatissimæ Mariæ officium præter septẽ horas canonicas ratione illius Pontificiæ Constitutionis à Pio V. æditæ supra memoratæ recitare teneatur.

Respondeo sufficere solum, si septem horas canonicas persoluat, ex præsumpta mente dicti Pontificis volentis solummodo pensionarium non astrictum ad aliquas horas, cogendum esse ad recitandum officium Beatæ Virginis.

XIII. Cum communis consuetudo se habeat, quòd officium Beatæ Mariæ computetur inter horas canonicas, vt dixit Ioan. de Lign. in clem. j. de celebrat. miss. Quæritur an beneficiarius, vel in sacris constitutus recitando horas canonicas absque officio Beatissimæ Virginis peccet
44 mortaliter,† & incidat in casũ. ex prædicta decisione in fine potest haberi responsio; verum vt valeat tolli quæcunque dubitatio; An qui teneatur recitare officium Domini, debeat etiam sub peccato mortali recitare illud Dominæ, constituo plures casus tàm quò ad clericos, quàm quò ad religiosos, quorum sit.

Primus. clerici, qui iuxta mo-
45 rem Ecclesiæ suæ† in choro persoluunt officium Beatissimæ Virginis, si per hebdomadas alternatim satisfaciant, & nõ sunt de hebdomada, atque priuatim extra chorum preces horarias recitant, non coguntur post breuiarium æditum à Pio V. illud persoluere; ita in specie habetur per Nauar. de celebrat. miss. lib. 3. consil. 17. in antiquis.

Secundus, clerici, qui non satisfaciunt per hebdomadas; sed semper tenẽtur choro interesse,
46 & iuxta vsum † Ecclesiæ ibi recitare officium paruum Beatissimæ Virginis, & si vtantur Breuiario æditò à Pio V. non debligantur illud recitare, quamuis recitarent extra chorum, cum solum Pius V. immunes faciat clericos, qui non sunt astricti illud recitare in choro.

Tertius quò ad religiosos, cũ ex communi consuetudine officium Beatissimæ Virginis computetur inter horas canonicas, vt supra affirmauimus, & refert Panorm. in cap. 1. de celebr. miss. fit, vt qui secundum antiquum Romanum Breuiarium recitant officium, obligantur ex consuetudine recitare officium Beatissimæ Virginis, & si consuetudo est, vt illud persoluatur in choro, cum religiosi omnes teneantur recitare officium ibi. fit, vt qui extra chorum reperiuntur, etiam illud persoluere teneantur; Non enim illis suffragatur for-

formula Breuiarij edita à Pio V. quia solum immunes, & liberos ab his precibus beneficiarios, & clericos reddit, qui Breuiario vtuntur eo, & priuatim extra chorum recitant, non obligati recitare in choro.

Quartus, cum ex communi consuetudine, quis teneatur recitare officium Beatissimæ Virginis, sequitur, q̃ eo modo ligãtur
47 † religiosi, vt consuetudo in praxim est redacta generaliter; Hinc in institutione ordinis Dominicani fratres ibi surgentes in dormitorio officium Virginis nocturnum persoluunt recitando, vt dixit Sotus lib. 10. de iustit. & iur. q. 5. art. 4. Etenim si professi ad recitationem horarum canonicarum
48 † tenentur ex antiquissima, & sancta consuetudine, vel statuto religiosorum, vt dixit Astensis, & Medina C. de oratione quæst. 7. & nõ ex vi professionis, vnde professi Societatis IESV non tenentur quousque sacro ordine initiantur, multò magis iuxta statuta religiosorum, & consuetudinem, quis tenetur ad persoluendum officium Dominę nostræ, & quod diximus de monachis, & religiosis, idem extendẽdum est ad moniales.

Pariter, qui ex vsu, vel consuetudine vim legis habente recitans horas B. Virginis extra chorum in festis maioribus
49 † & duplicibus, tenentur illud persoluere, vt est apud nos monachos nigros. Non enim, quia non dicimus in choro, fit, quòd nõ sit recitandum; nam ideò permissum fuit, ne in præfatis diebus in Ecclesia recitetur; tum ad subleuandos monachos ab huiusmodi onere, cum teneantur deuotè cantare officium Domini; tum etiam, ne pigritentur sæculares illa audire; Et quod manifestum fiat, patet hoc ẽexplo. Ecce nos à die Purificationis non recitamus in diebus ferialibus matutinum, & laudes Dominæ; sed solum illud Domini recitamus; Tamen reliquas horas Dominæ in die recitamus, & tamen quis est, qui audeat asserere matutinum priuatim à monachis non esse persoluendum? Sic ad rem, & si diebus solennibus non sit recitandum in choro, est tamen priuatim ab vno quoque dicendum.

Circa confessionem confessarij diligenter inquirant à pœnirente, qui officium non recitauit, quale fuit. Si Domini, vel Dominæ. Si totum persoluere omiserit, quia licet vnum commiserit peccatum, tãtò grauius est, quàm si omitteret vnam horam, vel duas, quare cum grauius sit, bonum est confiteri, imo hodie per extrauagantem Pij V. est necessarium, vt confessarius colligat quęnam restitutio sit facienda, sic etiam necessarium erit dicere, non solum, quando omisit recitare, sed etiam, quando determinauit omittere, Archid. in cap. fin distinct. 91. Alias confessio non esset integra: Exageret quantum, quia si reincidit, gra-

granius est vulnus peccati, difficiliusque sanandum; ideò debet medicus Spiritualis apponere emplastra acria ad corrodẽdum prauam consuetudinem, & si diu continuauit, multò magis, cum appositione alicuius pœnę temporalis, quæ magis arceri solet
51 à voluntate peccandi, † quàm Dei timor, vt habetur per extrauag. 2. de simon. Obiurget etiam magnopere religiosos, qui viuunt de patrimonio Iesu Christi, & tamen desistunt in conspectu Angelorum psallere in choro; Non etiam absoluant beneficiarios: nisi prẽmissa prius restitutione fructuũ beneficij pro rata in reparationem Ecclesiæ, vel pauperibus, si possunt, quia si beneficiarij pauperes essent, posset confessarius dispẽsare etiam ipsis, vt pauperibus, si verè ita
52 sunt: nisi ex hoc sumerent † occasionem iterum non recitandi, Insinuet etiam pœnitenti ad hãc restitutionem teneri etiam non expectata sententia declaratoria in foro fori, quia non imponitur, vt pœna; sed vt conditio, quamuis beneficium sit simplex, & modicum, vt diximus in j. par. decis. lib. 2. cap. 51.

SVMMARIVM

1 *Dies quando incipiat, & terminetur num. 34.*
2 *Dies festus præcipuè Dominicus, quàm insignis.*
3 *Episcopi possunt celebrationem dierum instituere.*
4 *Item possunt contra inobedientes apponere pœnam.*
5 *Potest quoque solus instituere, vt tale festum obseruetur.*
6 *Exempti tenentur obseruare festa ab Episcopis instituta.*
7 *Opera multipliciter capitur, numero 19.*
8 *Festum violare, quàm graue peccatum.*
9 *Festum nec violandum ob metum mortis. num. seq.*
11 *Festum violare est sacrilegium.*
12 *Casus violandi festum multipliciter reseruatur.*
13 *Diœcesanus Salernitanus, quàm prudenter reseruauerit.*
14 *Festum violatur, etiam nulla mercede recepta.*
15 *Multa licent gratis, quæ non mercede soluta.*
16 *Tria continentur sub præcepto obseruationis festorum.*
17 *Festis diebus quatuor propriè vetantur.*
18 *Missæ, qui die festo non interest, non includitur sub casu.*
19 *Opera ex suo genere libera non vetantur.*
20 *Pictores die festo retrahentes non includuntur.*
21 *Festa violantes in necessarijs sibi, vel proximo; an incidant in casum, num. seq. & 30. cum seq.*
22 *Delinquens palam videtur se tueri rationibus.*
23 *Laborans palam in festis ob necessitatem non multum grauem debet pro licentia adire Episcopũ.*
26 *Festis diebus accipientes quodam genus piscium excusantur à peccato.*

Ne-

27 *Necessitas multa alias prohibita permittit.*

28 *Piscatores an teneantur ad pœnam appositam ab Episcopo, si contrauenientes accipiunt pisces, vt num.26.*

29 *Decima an sit soluenda de piscatione.*

32 *Festa violare ad modicum tempus, non est mortale.*

33 *Modicum tempus ad quantum refertur.*

35 *Confessor qualiter inquirat circa violationem festi, & qualiter iniungatur pœnitentia.*

De operibus seruilibus. *Cap. XXX.*

Diebus festis laborantes, idest opera seruilia facientes.

EXPOSITIO.

Nota.

DIEBVS) Dies tàm de cõsuetudine, quàm de iure incipit à media nocte, † & finitur in alia media nocte sequenti, notat Andr. Barbatius in cap. consuluit nu. 34. de offic. deleg cõcordat tex. in l. more Romano. ff. de feri. & iste dicitur dies naturalis consistens in xxiiij. horas, comprehẽdens lucem, & tenebras, quo casu in nocte dicitur dies, & sic capitur in Genesi cap. 1. vbi dicitur, Factum est vespere, & mane dies vnus, & in hymno Ecclesiastico; Qui mane iunctum vespe-

1

ri diem vocari præcipis, Alius est etiam dies Artificialis, qui connumeratur ab ortu solis vsque ad occasum, iuxta illud, dies est, vbi lucet super terram, vt glosa in d. l. more Romano; Et hic dies artificialis est duplex; nam vnus est dies vniformis, qui semper incipit ab aurora, & durat vsque ad crepusculũ noctis; Alter est difformis, qui potest incipere in qualibet parte diei, & appellatur dies emergens: quia quandoq; incipit de mane, quandoque in vesperis, secundum, quod occurrit de facto, vt in auth. hodie. C. de appel lat. At verò quò ad obseruandos festos in moribus receptum est diem incipere à media nocte, & in media nocte sequenti finiri, qua in re plurimum valet consuetudo, Couar. lib 4. var. resol. cap. 19. num. 9. in fine, & ita hic intelligitur de die naturali, & non artificiali.

(Festiuos) Dies festiui præcipuè dñr dies dñici, † q numero 2
sunt dies 52. vel ad summũ 53. & ad minus, si in anno; De hac die fit ẽt in iure scripto mentio in c. 1. cap. Sabatho de consecra. dist. 3. & cap. licet de ferijs. & in legibus Imperatoris. C. de ferijs. In huius diei dignitate gestum est quicquid insigne est à Domino perpetratum; In hac mundus sumpsit exordium; In hac per resurrectionem, & mors interitum accepit, & vita principium. Sunt etiam aliqui alij dies, qui per Ecclesiam Maiestati Diui-

næ

nę deputantur, de quibus in cap. conquæstus de ferijs, & in cap. 1. de consecrat. dist. 3. Et cap. ieiunia, & ca. 1. & fin. de fer. Quibus in iuribus probatur Episcopos
3 † posse in memoriam alicuius martiris, vel viri ab Apostolica Sede in Sanctorum omnium relati dictam celebrationem instituere, vt in his laborantes, & facientes opera seruilia, hoc est ea, pro quibus homo homini corporaliter seruit, iuxta illud. Non facies opus seruile in eo, peccet mortaliter, & non possint absolui, nisi ab habentibus facultatem absoluendi à casibus reseruatis. possunt etiam Episcopi contra inobedientes, & non obseruan-
4 tes † apponere pœnam, vnde Neapoli exiguntur contra istos tantum tres caroleni pro pœna cum restitutione animalium, & bonorum interceptorum, quæ pœna applicatur pijs locis, & si fuerint pauperes, relaxantur vti pauperibus; An vero Episcopus possit, quò ad suam Ecclesiã solũ instituere, vt in die alicuius festi canonizati non fiat opus seruile, vel necessarius sit ad hoc con
5 sensus cleri, † & populi.

Respondeo quicquid dicit Archid. in cap. pronunciandum de consecrat. dist. 3. & Panormi. in d. cap. conquæstus, q̃ solus Episcopus potest, vnde consensus cleri, vel capituli solum est consultiuus, sicuti & summus Pontifex in decretis suis dicit de cõsilio fratrum nostrorum, quod expressè probatur per Concil. Trident. sess. 25. de regular. c. 12. cum iubeat à regularibus etiam exemptis ea festa obseruari de-
6 bere, † quæ Episcopus seruari præceperit in diœcesi, & non dicit consulto clero, siue populo, glosa in c. 1. de consecrat. dist. 3. Verum est addendum, quòd Concilium Tridentinum non abstulit, quin religiones, quò ad suos religiosos festa etiam sua indicere possit, vt dixit Fr. Hieronymus Ilamas in sua summ. 3. par. cap. 3.

(Laborantes) Hoc est, faciẽtes aliquod opus cum labore; Quod autem sit hoc opus; Dic quòd sunt opera seruilia, quę sũt propria seruis, vt opera mechanica, vt arare, fodere, suere, & c. Vnde & si opera multipliciter
7 capiatur; † nam quandoque sumitur pro studio, ff. de iust. & iu. l. iuri operam. Alibi ponitur pro solertia, & diligentia, glosa in l. quæstus. ff. pro socio; Alibi pro diuino officio, quæ durat, quantum sol est super terram, quia tunc terminatur dies artificialis, glos. in l. 1. & 3. ff. de oper. liber. & istæ operæ iuxta text. in l. operæ eod. tit. alię dicuntur officiales, & aliæ fabriles, tamẽ hic propriè intelligũtur operæ, quæ fiunt vel labore corporis in diebus festis, vt ex progressu decisionum fiet manifestum: Hæ. n. prohibentur hoc casu; Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

GRaue quidem est peccatum, vt ijs diebus, qui tantum in psalmis, & canticis spiritualibus
8 †sunt transigendi, iuxta text. in cap. Ieiunia de consecrat. dist. 3. operibus seruilibus vacetur. Et si inobedientia Principibus Ecclesiasticis exhibita est peccatum mortale, cap. 2. de maiorit. & obedien. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Quantò magis erit illa grauis, quæ erit etiam contra præcepta diuinæ legis; quæ sunt primæ tabulæ. Quare nec metu mortis obediẽdum est alicui præcipienti, vt festum ali-
9 quod violetur, † quamuis præcipiẽs habeat ius aliquod, vt si Dominus seruo, paterfamilias filio, maritus vxori, & si ad verbera, vel blasphemias deueniret, si hoc præciperet in contemptum sanctorum. Etenim mortem tunc potius eligere tenetur quis, quã obedire, cap. sacris de his, quæ ui. Sic etenim Doctores illum text. intelligũt; ita latè Sotus lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 4. col. fin. Vnde Machabei potius mori elegerunt, quàm carnes porcinas comedere, quia ad hoc cogebantur, vt contra legem facerent; Tunc n. vrget Christi comminatio; Qui meos sermones erubuerit coram hominibus, & ego erubescam eum coram patre meo; At si inferretur iniuria non propter festum; sed propter
10 exactionem operis; † tunc subditi ex necessitate imminentis damni vitandi in eorum personam, possunt absque peccato mortali laborare, cum illa modificatione, de qua per Syluestrũ in verbo Dominica. & Nauar. c. 13. num. 17. Est etiam hoc peccatum non solum mortale: sed etiam sacrilegium, quia iniuria
11 fit tempori sacro, † quantum ad id, quod sanctificatum est, Caiet. in summ. in verbo festos dies in princ. & cum quis possit excommunicari pro peccato mortali, cap. nemo, & cap. nullus 11. q. 3. fit, vt quandoque ab Ordinarijs locorum contra facientes opera seruilia in festis apponatur excommunicatio; Sed modo deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsum istum à Diœcesanis
12 diuersimodè inuenio † reseruatum, Nam hic dicitur. (Diebus festis laborantes) Regij. Regij in Lombardia ita habetur (Opera seruilia in diebus de præcepto festiuis facientes.) Et hi duo in vnum tendunt. Nam dum Nolæ habetur: Diebus festis laborantes. est, ac si dictum fuisset diebus festis, scilicet, qui sunt de præcepto opera seruilia facientes: At Salerni additur. Sal. (Violãtes dies festos extra proprias domos, nisi sint pauperes,
13 †Et ita Diœcesanus ille non sic simpliciter reseruat, vt duo primi;

mi; sed ita demum, quando pauperes cum non sint, laborant extra proprias domos; Igitur si in proprijs domibus laborant, quãuis sit peccatum mortale, non tamen est Salerni casus reseruatus. Et si extra proprias domos, modo sint pauperes, neque sub casu comprehenduntur. Et dicuntur pauperes ij, qui parum habent; sed inopes, qui nihil Archid. in cap. quo iure num. 3. dist. 8. & de priuilegijs pauperta tis vide eundem in cap. pauper 11. quæst. 3.

II. Sed an comprehendan-
14 tur sub casu, † qui nulla mercede recepta operati sunt, seu seruitia faciunt diebus festis amicis suis, quæ comprehenduntur sub operibus seruilibus, & videtur, q̃ non, quia multa licent
15 gratis, q̃ nõ licent soluta † mercede. ff. de his, qui not. infa l. furti. §. pactus cum concord. Sed in contrarium est veritas non excusari à peccato, qui aliquod opus mechanicum facit, & si gratis faciat; nam hoc per accidens est ad obseruantiam festorum, si fiat gratis, vel obtemptu pretij: imo nec excusari à casus reseruatione; nam casus reseruati sunt stricti iuris, sicut statutum, Sed statutum non admittit interpretationem, l. Constitutionibus. ff. ad municip. ergo cum indistinctè casus loquatur, nullam de mercede faciens mentionem, indistinctè intelligendus est, siue soluta, siue non soluta mercede, ff. de offic. præsid. l. 3. ff. de publ. in rem act. l. de pretio. Ad idem faciunt iura ad hoc induci solita, ff. soluto matrimonio. l. si verò §. de viro, de verborum obligat. l. quicquid. C. de cadu. tollen. l. 1. §. penult. Ad idem facit text. in l. omnes profugi. C. de agric. & cens. lib. 11. vbi æqualiter imputantur detinenti seruum alienum operæ sibi gratis exhibitæ; Ad idem etiam melius facit. ff. Nautæ, caup. l. licet in princ. Et quia dicitur in casu, quòd nullus debet facere opera seruilia in festo, non videtur attendi merces; sed irreuerentia, quæ committitur aduersus Ecclesiam festa solẽniter celebrari constituentem; Et si habenda est ratio honestatis liberti, qui operari tenetur, tit. de oper. liber. ne inhonesta exhibeat. ff. de vsufruc. l. sed si quod §. 1. qui loquitur in seruis; Multò fortius erit inhonestum Maiestati diuinæ die Dominico in memoriam resurrectionis dedicatæ per Ecclesiam, vel alijs diebus, quos sancta mater Ecclesia obseruandos decreuit, laborare. Quare ex his omnibus cõcludo comprehendi sub casu, vt attendatur ratio prohibitionis, quæ est, vt illis diebus magis vacare debeamus diuino cultui, quàm alijs, de consecr. dist. 3. cap. ieiunia.

III. Et si tria contineantur
16 sub præcepto obseruationis † festorum, scilicet vacare diuinis, & quò ad hoc sola inter essentia in missa non solum corpore, sed etiam mente precipitur. Item

abstinere ab operibus seruilibus, ne quis faciat opera seruilia mechanica, vt arare, fodere, suere, & similia: Item committere aliqua prohibita fieri in die festo, quæ propriè sunt quatuor,
17 Mercatus, † siue nundinæ, placitum, & placiti nomine iudiciales lites intelliguntur, siue ciuiles, siue criminales, vt patet in cap. conquæstus extra de fer. etiam si fiant de consensu partium; Item iuramentum iuridicè recipere est vetitum, nisi pro pace Reipublicæ, & pro alia magna necessitate, vt patet in cap. omnes de ferijs. Item vetatur etiam à fortiori iudiciũ ad mortem, vel pœnam, hoc est pronunciatio cuiuscunque sententiæ ciuilis, vel criminalis, & à fortiori executio; Imò qui die festiuo criminalem sententiam exequeretur, vt suspectus contra reuerentiam Deo debitam, esset puniendus. Denique prohibetur omnis processus iudicialis, & factus non tenet, neque valet, prohibentur etiam turpes ludi, scilicet inhonesti, cap. irreligiosa de consecrat. dist. 3. Verum hæc omnia non vetantur; ita vt si quis contra faciat, incidat in Casum reseruatum: sed solum hic per Ordinarium prohibẽtur opera seruilia. Hinc fit, q̃ & si ista, quæ sunt prohibita diebus festis, sint peccata mortalia non obseruare, non tamen erunt casus reseruati. Quare si aliquis nõ interfit missæ die festo, vel interest solo corpore: sed non mente consultò, hoc est animo non vacandi Deo, durante missa, & aduertenter mentem à missa diuertit ad alia, quamuis missæ præcepto nõ satisfaciat, & ita peccet mortaliter, tamen non comprehenditur sub casu. Infertur etiam, quòd si iudex in festo ius dixe-
18 rit, †vel fecerit testem examinare, vel exegerit iuramentum iudiciale, aut iudicium fecerit ad mortem, vel ad pœnam, quamuis violauerit dies festos, quos in his casibus violare non licet, nisi vrgente necessitate, aut suadente charitate, vt dixit Caiet. in verbo festos; tamen immunis est à casus reseruatione, ligatur igitur casus reseruatione, solum faciens opera seruilia mechanica.

IV. Cum opera nostra sint
19 simplicia, †aut liberalia, qualia sunt orare, studere, legere, ore, vel scripto docere, & quædam sunt corporalia, seu seruilia, quæ propria sunt seruiorũ, talia sunt artium mechanicarum, vt fabrorum, ligneorum, & ferrariorum, sutorum, & sartorum, atq; agricolarum, & c. Et quædam tertio sunt opera media, siue communia liberis, & seruis, vt itinerari, negotiari, & his similia; Hic tãtum prohibentur opera ex suo genere seruilia, quę sunt propria seruis, vnde sequitur, q̃ non dicantur inhibita opera exterio-
20 ra ex suo genere libera, † aut artium liberalium exercitia, quæ exerceri possunt absque necessi-

tate:

sitate: Hinc concionari, docere populum die festo, scribere ad docendum, vel discendum, vel ad significandum alteri, vt fit per literas, consilium dare aut verbo, aut scripto, audire confessiones, legere in scholis, non solum Theologiam; sed Philosophiam; & quancumque aliam licitam scientiam, & electiones facere, & aliqua mentis opera, quæ ita sunt, vt ad non exteriorem perficiendam materiam sint, vt artium mechanicarum exercitia, proculdubio licita sunt in festo, quoniam nihil horum est seruile opus Hinc ex hoc capite excusari videntur ij, qui diebus festis picturis inspiciendis vacant di-
21 scendo, † retrahendo, non vt pingant; sed vt discant, & Archimagistri, qui depingunt in charta, qualiter aliquid sit fabricandum ad instruendum aliquem de futuro opere; ita hæc probantur per summam Astens. libro primo tit. 22. art. 4. Lucas de Penna in l. vnica. C. ne opere à collat. exig. li. x. sic nec de medijs operibus est præceptum, & ita potest quis festiuo die iter incipere, si tamen faciet quòd in se est, audire missam, & eadem regula de medijs alijs operibus habenda est.

V. Excluduntur etiam à causus reseruatione; Imò ab excommunicatione lata ab Ordinarijs contra exercentes opera seruilia in festis, si qui in his diebus in rebus necessarijs non solum
22 sibi prouiderent; † sed etiam proximo, præcipuè in pertinentibus ad salutem, secundum illud Prouerb. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, vel damnum rerum vitando, secundum illud Deuteron. 24. Non videbis bouem, aut ouem fratris tui errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo: Hinc inferri possunt multa: & primò ex capite necessitatis, licet tempore messis iacentibus segetibus in agris, si periculum immineat pluuiarum, quæ corrumperent, aut deterior. rēt multum dictas segetes, illas recolligere, & reportare in locum tutum, illas etiam inter se componere, ex manipulis turres segetarias faciendo, quas nostri medas vocant.

Possunt etiam tempore vindemiæ, si fructus perditio immineat ob nimias pluuias post missas vindemiare in festis, & torcularib. præesse, & laborare, ne pssum mustum perdant, quòd hæc, & similia videntur expressa ab Alexand. III. in cap. licet de ferijs, ibi in extremis verbis. Carnifices etiam, & pincernæ, qui in festis præparant ea, quæ comedere debent in crastino, vel in stationibus suis, & cæteri, qui præparant victualia in festo, si non potuerunt die præcedenti commodè præparare, nec præparata sine periculo reseruare, non peccant, Lucas de Pen. in d. l. vnica columna secunda in fine: Sic muliones, & pistores subueniente multitudine egentium

pane excusantur; Similiter artifices eorũ, qui continuatã exigunt operam, vt decoctio laterum, saponum, calcis, & similia possunt operas suas in festis continuare, & pariter omnes indi-
23 gentes, † vt nisi laborent in festis: non possunt se, suosque filios sustentare magna vrgente necessitate in festo excusantur, audita tamen missa secretò laborando ad vitandum scandalum, vt dixit Caietan. in verbo festos ibi secundò circa finẽ.

Ad quod euitãdum oculos habuit Archipræsul Salernitanus, vt diximus in prima decisione: Quod scandalũ contingere poterat, si opus externum seruile fieret extra propriam domum ob malum exemplũ, vndecima quæstione tertia, cap. præcipuè, & quia delinquens palam videtur
24 † se velle tueri rationibus, glosa in cap. nemo trigesimasecunda quæstione quarta, & cap. de homine de celebratione missarum; nam hoc respectu dicitur grauius peccare, qui palam, quàm qui occultè peccat.

Hinc etiam excusantur ex capite necessitatis vectores peregrinorum in suis vehiculis, aut iumentis, aut ferratores equorum, si faciant hoc principaliter prouter necessitates eorum, quibus huiusmodi operas faciunt.

Et tandem si magna necessitas efflagitauerit, nullum est opus seruile, quod in festis diebus non liceat exercere. Sic & viatores, & cursores ex capite publicæ vtilitatis, qui etiam excusantur ab auditione missæ, Caietan. qui supra. in his enim & similibus casibus credendum est. Casus reseruationẽ, imò excommunicationem appositam à Diœcesanis contra violantes festa esse iuridicè interpretandam, nempè, quòd nemo efficiat opus seruile, si lege est permissum, argument. l. si procurator. ff. de condict. indeb. cap. quintauallis extr. de iureiu. Sed cuilibet opus vitæ necessarium conceditur, cap. discipulos de consecr. dist. 5. ergo.

VI. Nisi necessitas sit tanta, & tàm notoria, quòd auctoritate propria possit quis violare festum, vt habetur in aliquibus exemplis supra positis, sicut in præcedenti decisione in segetibus iacentibus in agro, si tempestas magna immineat, & cæt. At si necessitas non sit sic magna, & notoria debent
25 alij adire † Episcopum loci, vel si commodè adiri non potest, accedant ad parochum, qui indulgere potest illis, qui iustam habent occasionem violandi festum; ita tamen vt pro posse erogent eleemosynas, vigesimatertia quæstione 5. cap. si nulla, cap. licet de ferijs.

Verũ si non adeant, non credimus ligari, modo non ex contemptu; sed ex probabili causa violent. Ad hoc vide Astens. qui supra. verbo tertium.

Nec

VII. Nec etiam impingunt, 26 qui diebus festiuis †capiũt quodam genus piscium, qui vocantur Alecia, qui quodam solo tẽpore pertranseunt, de quibus in cap. licet de ferijs, & hoc ex occursu lucri transitorij, & ex capite necessitatis, d.c.licet. Vnde notandum, q̃ propter necessita- 27 tem permittuntur aliqua, † quæ regulariter prohibentur, vt homicidium, clem.j.de homic. furtum, cap.si quis propter de furt. Item capere debitorem fugitiuum, & plura alia, de quibus in d.c.licet. & ibi Anchar.

An verò si pœna sit apposita ab Episcopo contra piscantes diebus festis, in tali casu teneantur 28 piscatores, †credimus q̃ sic, postquàm fuerint condemnati, per glosam in cap. fraternitas 12. quæstione secunda: tamen omisso contemptu non incidunt in casum, cum non peccent mortaliter, iure hoc eis permittente, d.c.licet.

Sed an de piscatione sit soluẽ- 29 da decima, † dic, quòd sic. d.ca. licet, quæ debet solui illi Ecclesiæ, vbi est piscatio, non illi, vbi habitat piscator, & vltra decimã debet dare eleemosynas pauperibus, Anan. in d.c.licet.

VIII. Credimus etiã includi sub casu, si quis exerceret opera seruilia in festis etiam motu 30 pietatis, vel misericordiæ, † cum iuxta Paul. Rom. cap. tertio, & habetur quarta quęstione prima cap. non est putanda; Non sunt facienda mala, vt eueniant bona; Vnde faciunt malè diebus festiuis hyemis tpe. quidã, qui mittunt seruos cũ iumentis ad portanda, & cędenda ligna pro zenodochijs, seu hospitalibus pauperum, & ad portandos lapides, siue calcem, ligna pro ædificio Ecclesiarum, & neque licet arare terras, vel putare, seu fodere vineas, aut hortos Ecclesiarum, seu monasteriorum pauperum diebus festis. Et hæc doctrina est expressa in capit. conquæstum extra de ferijs, vbi solum excipit necessitatem, & pietatem, quò ad opera non seruilia.

Excipimus tamen, si hoc fieret de licentia Episcopi; Hoc enim multoties fit, vt fieri vidimus.

Excipimus etiam quædam opera seruilia, quæ accidentaliter possunt ad pietatem ordinari, vt si quis debilem, aut pauperem gratis iuuans operaretur, Lucas de Pen. in d.l. vnica, si necessitas hoc exposcit; vt si quis reficeret pontes, & vias tempore necessitatis, si camisiam lauaret peregrino, qui alia caret, vel plena est sudore; Imo ex hoc capite si opera solum ordinari posset ad charitatem etiam cessante necessitate non damnarem eos, qui simplici corde arbitrantes se obsequium præstare Deo illa facerent, Caietan. in verbo festos.

IX. Excusarem etiam eos à litera, qui transgrediuntur præceptum ad modicum tempus; nam sicut ob imperfectionem

nocumenti lędere proximum in
32 minimo, veniale est, † vt patet in furto, detractione, & contumacia, sic excusantur hac ratione à mortali parum laborantes, vel suendo, vel tondendo, aut reparando aliquid, vel vnius, aut alterius barbam tondere, Archidiac. super cap. peruenit de consecratione distinctione tertia. At quātum opus liceat in ferijs
33 sine peccato mortali facere, † dixit Rod. esse recurrendum ad arbitrium boni viri, & meo iudicio crederem ad plus posse referri ad horam; ita ex exemplis traditis per Sylvestrum in Verbo Dominica versic. Quinto, & per Nauar. in Manual. cap. 13. nu. 9. potest coniecturari. facit à simili de dimissione habitus religiosi ad modicum tempus, quæ dicitur ad horam, Sylvest. in verbo Excommunicatio 9. §. 12.

X. Et si communiter festū celebretur à vesperis vigiliæ vsquè ad vesperas diei sequentis: idest vsquè ad occasum solis, ca. 1. de feri. & ita in Iubileis, & in Indulgentijs in festo aliquo concessis hic mos in vsu est; Tamen circa operum seruilium cessationem inoleuit totius Ecclesiæ vsus, & consuetudo, vt à media nocte vigiliæ festum incipiat,
34 † & vsque ad mediam noctem sequētem duret, sicut & ieiunia, & obseruatio ciborum. Quare licitè in artibus sutorijs, & alijs artibus vsq; ad mediam noctem possunt laborare artistæ, Caiet. in verbo cōsuetudo in festorum obseruatione; nā in hac re multū valet consuetudo, Couar. qui supra. Imò Io. Tabien. in verbo feria numero decimoquarto, & melius in verbo dies num. 3. dicit, quòd si est consuetudo in aliqua arte, quòd laborent vsque ad mane diei festi, quòd quamuis isti sint inducendi, vt desistant, tamen si talis mos prævalet, non peccant, vt ibi.

XI. Circa confessionem in-
35 terroget confessarius, † si pœnitens fuerit assuetus violare dies festos, & qua de causa, An necessitatis, vel pietatis, vel lucri, quia hoc est graue peccatum, si palam violauerit, vel secretò, quia si primum, augetur peccatum ratione scandali, si fuerit causa, vt alij violarent, si minis, vel verberibus eos induxit, qui sibi subditi erant, si hac ex causa non audierint missam. & perspectis, consideratisque his circunstantijs aggrauet peccatum, quia venit contra præceptum Domini. Memento, vt diem Sabathi sanctifices, & ℣ dies, qui erat transigendus orationibus, & hymnis spiritualibus, iuxta text. in cap. ieiunia de consecratione distinctione tertia transegit in operibus seruilibus; Quod si fecit in contēptum festorum, multò magis aggrauanda est pœnitentia. Et idem, si assuetus esset ad violandum.

Iniungatq; pœnitentiam modo leuem, modo grauiorem iuxta qualitatem contritionis, ad-

den-

dendo pœnam, si fortè contrauenerit, iux. text. in l. ex ea parte §. mulier. ff. de verborum obligation. Et hæc circa præsentem casum.

SVMMARIVM.

1 *De Partus suppositione quæ iura loquantur.*
2 *Supponere partum quid propriè sit, & quid supponere testamentum, nu. seq.*
4 *Suppositionis partus crimen quàm graue.*
5 *Iniuriarum actio tollitur anno.*
6 *Morte delinquentis extinguntur delicta.*
7 *Crimina, quæ accusari possint post mortem.*
8 *Supponens partum committit furtum.*
9 *Mulier timens ne viri possessio ad alios deuoluatur, si supposuit partum, incidit in casum.*
10 *Idem, si fecerit, ne deueniat ad extraneos hæredes.*
11 *Idem, si subiecerit partum viro sciente.*
12 *Absoluenda, quando non sit mulier talia committens, nu. 14.*
13 *Episcopo quando est tradendum id, quod est restituendum.*
15 *Periculum, quando non dicatur graue.*
16 *Crimen suppositi partus quando detegendum filio putatiuo.*
17 *Mulier quando absoluenda propter hoc crimen.*
18 *Malum minus inter duo eligendum.*
19 *Scandalum facilius nasci permittitur, quàm vt veritas relinquatur.*
20 *Mulier an reuelare teneatur cum probabili detrimento famæ, quando intelligit reuelationem profuturam, recitantur tres opiniones.*

De Partu suppositio. Cap. XXX.

Partum sibi supponentes.

EXPOSITIO.

1 DE partus suppositione † est optimus textus in iure canonico, in capit. officij extra de pœnit. & remission. & in iure ciuili est textus in l. 1. & l. cum suppositi C. de falsis, & l. qui falsam .ff. eodem, & per totum, titulũ de carbon. edicto. remissiuè per Hipolit. de Marsili. in l. extraneo §. 1. nume. 4. ff. de quæsti. per Bossium in sua praxi titulo De partu supposito. Et est propriè supponere sibi partum, quando mulier, quę
2 non est prægnans, † finxit se prægnantem, & adueniente tempore, quò erat paritura, si verè prægnans esset, loco veri partus, & prolis subijcit sibi alium. Dicens illũ peperisse. Igitur supponere est loco veri subijcere. Sic

3 supponere testamentum † est falsum testamentum suppositæ personæ obsignare auctore Cicerone, vt dixit Schardius in verbo supponere.

Grauitas.

GRauè est hoc crimen, ex quo si criminaliter agitur,
4 † pœna est vltimi supplicij, vt dixit Speculator tit. de accusat. in rubrica numero 11. & in specie est textus in l 1. C. de falsis.

Rursus est hoc crimen falsi, d. l. 1. & l. cum suppositi eod. tit. l. qui falsum §. 1. & lege §. 1. ff. eod.

Præterea licet iniuriarum
5 actio tollatur anno, † l. si non conuitij C. de iniur. Vt si quis conuitium alicui obiecerit, conueniri non possit, si ab eo die annus excesserit, tamen accusatio suppositi partus nulla temporis præscriptione depellitur, l. qui falsum, §. 1. ff. de falsis. Estque perpetua, sicut criminis parricidij ff. de parricid. l. finali. Ita dixit glosa in dict. capitulo quærela: nam & si mater, quæ fecerat delictum, diem clauserit extremum, tamen non extinguitur delictum, contra regulam
6 iuris, quòd morte † delicta extinguntur, defuncto ff. de public. Iudic. capitulo quorundam, distinctione 23. Et ita simile est hoc crimen crimini hæresis, & læsæ Maiestatis, quod vtrumq; accusari potest post mortem, dicta l. Manicheos, & C. ad l. Iuli.
7 Maiest. l. finali. † Sic & in Apostatis, l. his, qui C. de Apostat. Et hoc vsque ad quinquennium, fortè in omnibus prædictis, C. de Apost. l. si quis defunctum, glosa in d. l. Manicheos, & cap. quorundam.

Rursus est furtum, fraudulen-
8 ter auferens bona † his, quibus debebantur, & dans alienis cõtra voluntatem mariti, l. 1. ff. de furt. Vnde sequitur non remitti sola pœnitentia, vt infra videbimus.

Item viuente marito impedit libertatem faciendi testamentum, & eo mortuo durante suppositione, consanguinei, ad quos de iure deuoluenda erat hæreditas defraudantur.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. INcidit in Casum reseruatum mulier, quæ cum prolem
9 † non haberet, timens ne viri possessio ad alios deuoluereretur, succum quarundam herbarum potauit, & sic venter eius intumuit, & grauidam se ostendens, partum sibi suppositit alienũ, de hoc habetur in d. c. officij.

II. Quamuis mulier, quæ partum alienum sibi suppositit, ne hæreditas deueniret ad extra
10 neos, † qui non erant successuri, minus peccasse videatur, cũ præiuditium fiat extraneis non successuris; Tñ non esse illã à Casu reseruato immunem credimus, quia

quia peccat auferendo liberã testamenti factionem, C. si quis aliq. testam. prohib. l. 1. & 3. argument. tex. in d. c. officij, verbo Maximè; Tum etiam, qui Casus noster loquitur simpliciter de suppositione partus ergo simpliciter est intelligendus.

III. Arbitramur obnoxiam esse Casui mulierem illam, etiã si subiecerit sibi partũ viro scie-
11 te, † nam tunc & si videatur non agi de restitutione facienda; Ex quo enim non habet filios, posset virbona sua relinquere extraneo, & ita isti non suo filio, qui habetur pro legitimo, ita Zabar. in d. c. officij, tamen poterat maritus mori intestatus, & ita veniebant fraudati consanguinei, qui erant successuri, quibus post mortem viri datur accusatio ff. ad l. Corn. de fals. l. lex Cornelia §. 1.

IV. Non est absoluenda hæc
12 mulier, si diues est, † vel verisimiliter põt opinari quos hęredes maritus ab intestato habuisset, vel hæredes instituisset, vel quib. bona sua reliqsset, si hoc nõ fecisset, nisi det tantum de suo, quantum valet id, quod habuisset, argument. 14. q. 6. cap. res. ita Corduba lib. 1. quęst. Theol. q. 1. vers. Primum. & illud, quod est alij restituendum, satisfaciat occultè tradendo Episcopo, vel alij pro-
13 batæ vitæ, qui cum effectu † restituat in actu confessionis ijs, qui erant successuri, & ita defraudatis. Sic vt ignoretur vnde veniat. Aut nescit, & nec potest probabiliter opinari qui sint successuri, & tunc det pauperibus, secundum id, quod legitur, & notatur in c. cum tu extra de vsur.

V. Nec etiam est absoluen-
14 da † mulier talis, quæ non habet vnde satisfaciat, si habet probationes paratas, per quas posset succedentes ab intestato releuare à damno, quod ex sua occasione, & fraude receperunt, nam si hoc posset sine graui periculo reuelare, & de ipsa fidem facere, & non facit, non est absoluẽda; Et dicimus non graue periculum, quando fortè, & indubi-
15 tanter, † verisimiliter non immi nerent homicidia, vt si mulier dominetur viro, vel periculum in reuelatione non immineret, nam tunc potest confessarius cõsulere, vt reuelet marito, quia si consentit quò ad restitutionem, est mulier absoluta, quia concessum est marito disponere de suo, sicut placet, C. mandati l. in re mandata. Quod si periculum esset reuelare marito, quia verisimiliter succederent scandala, & maximè homicidia; sed non filio putatiuo, nam persona est simplex, spiritualis, & timens
16 Deum, † & tunc recepto iuramento à muliere, quòd hoc non proponit malitiosè, & à filio, q̃ secretũ habeat, reuelare tenetur filio, & consulere, vt intret religionem Mendicantium, vel trãsferat se ad regiones remotas, ita q̃ de hæreditate nihil habeat, si consentit, mulier liberata est à restitutione; Quod si non vult

acqui-

acquiescere dicto mulieris, cum fecerit quod potuit, conterat de peccato, cum firmo proposito satisfaciendi, quàm cito poterit iuxta posse, sicut dicimus de paupere, qui nõ potest soluere quod debet; nam excusatur, modò conterat se non posse, & tamen tenetur; cum primum poterit, D.Th. in 4.sent.distinct.7.quæst.2.ar.3. ad secundam quæstionem ad secundum.

VI. Potest mulier absolui, quando nõ habet vnde restituat,
17 † & reuelatio fieri non potest absque graui scandalo homicidiorum; nam in hoc Casu cũ ex vna parte sit solum damnum rerum, si tacet, ex altera verò probabile animarum, & corporum periculum, si probationes inducat, cum vtrumque vitare non possit, inter hæc duo tenetur eligere quod minus malum est, c. nerui dist. 23. ita Innoc. Abb. Antiq. Host. Io. Andr. Zabar. Anto de Butr. Ancharan. Mar. Socc. & Boich. in d.c. officij.

Et nec obstat, quòd facilius
19 scandalũ nasci permittitur, † quã vt veritas relinquatur, vt de renunt. ca. nisi cum pridem §. pro graui, de reg. iuris c. 3. quia respondetur, quòd in hac taciturnitate non perit veritas iustitiæ, cum ipsa mulier non sit iudex, neque testis, quò Casu requiritur auctoritas contraria; sed solum sit futura accusatrix, vel denunciatrix, Socci. vbi supra nu. 9.

An vero teneatur reuelare viro, si solum adest probabile periculũ infamiæ, & ipsa non habet, vnde restituat. Et intelligo, qñ probabiliter creditur suam reue
20 lationem esse proficuam, † quia si nullo modo credit proficere, tunc nullo modo se reuelare tenetur, quia esset vanum opus, & inutile, & proinde temeraria, & prodiga esset suipsius infamatio. In hoc sunt tres opiniones. Prima, quòd sic. Secunda, quæ est communis tum Canonistarum in d.c. officij. Tum Theologorũ, vt per Caiet. 2.2.q.62.ar.6. & in 2.quodlib. Resp. 14. ad secundam quæst. Sylvest. in verbo Adulteriũ q. 1. & præcipuè Medi. de restit. q. 3. in 4 causa. Alfonsus de Castro de lege pœna. lib. 2. c. 11. est, quòd nullo modo se reuelare tenetur cum famæ detrimento. Sotus vero lib. 4. de iu. & iu. q. 7. art. 2. quem sequitur Couar. in regula peccatum j. par. nu. 6. ver sicul. 4. addit tertiam opinionẽ, scilicet teneri mulierem ad reuelandum, quando remoto vitæ periculo tàm ingens sit patrimonium mariti, quod legitimis successoribus aufertur, & datur proli suppositæ, vt rectitudine pensata arbitrio prudentissimi viri maius sit eius dispendium; quã famæ ipsius mulieris, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 2. c. 132. nu. 27. De hoc vide F. Antonium Cordubam lib. 1. quæst. Theol. q. 31. per totam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Mulier vnde dicta, & eius ampla appellatio. nu. 2
3 Raptus tres habet significationes.
4 Raptus est species luxuriæ ab alijs distincta.
5 Vis in raptu debet esse vera, & non interpretatiua.
6 Raptus quandoq; concurrit cum stupro.
7 Raptus quandoq; requirit amotionem de loco ad locum.
8 Raptus crimen est valdè detestabile.
9 Maius est, quàm rapina.
10 Iura exagerantur ad puniendum raptum, & quare.
11 Raptus crimen reperitur coniunctũ cum alijs criminibus.
12 Matrimonium prohibetur inter raptorem, & raptam.
13 Est impedimentum dirimens contractum.
14 Clerici raptoris pœna qualis.
15 Raptus non includit coactionem cum blandis verbis.
16 Adulterium an dicatur inuita muliere commissum, si fuerit perpetratum per pecuniam.
17 Persuasio dolosa plus est, quàm violenta coactio.
18 Persuasiones differunt ab illatione violentiæ.
19 Vis non dicitur illata, si virgo fuerit dolosè subducta in domum alterius, ibiq; absconditus homo stuprauit. nu. 20.
21 Raptus an includat solutam ab alio semel cognitam.
22 Statutum, vt rapiens solutam moriatur, vt procedat in rapiente solutam ab alio cognitam.
23 Casus iste multipliciter reseruari solet.
24 Raptus an dicatur sinè concubitu, nu seq.
25 Dictio aut est alternatiua.
26 Raptus an dicatur mulieris semel ab alio cognitæ.
27 Raptus an sit non nuptæ in potestate parentis cõsentientis inuitis parentibus.
28 Raptus an sit meretricis volentis pœnitere, nu. seq.
30 Mulier, qualiter iudicabitur honesta, vel meretrix.
31 Raptus viduæ, quando dicatur, vt sit sub Casu.
32 Raptus an dicatur in sponsam, nu. seq.
34 Raptores quando dicantur auxiliatores.
35 Raptor viri an comprehẽdatur sub Casu, nu. seq.
37 Mulier an rapiens mulierem comprehendatur.
38 Raptus an includatur, si non fuerit perfectus,
39 Attentans percutere clericum, & non perficiens, non est excommunicatus.
40 Rapiens mulierem, sed pœnitentia ductus non perficiens delictum, an includatur.
41 Rapiens vxorem secuto diuortio, an sit Casus reseruatus, vide nu. 44. & 56.
42 Parentum contradictio in raptu vxoris an aliquid operetur.
43 Mariti ius fortius est iure patriæ potestatis.
44 Diuortium quid differat à repudio.

Ra;

45 *Raptus quando propriè dicatur.*
46 *Rapiens non dum viripotentem, an comprehendatur sub Casu.*
48 *Rapiens mulierem ad finem contrahendi matrimonium, an sit Casus reseruatus.*
49 *Raptus non dicitur, vbi præcessit tractatus de nuptijs.*
50 *Rapiens sponsam de præsenti volentem ingredi in Religionem, an includatur sub Casu.*
51 *Violentia vera requiritur in raptu.*
52 *Confessor vt se gerat cum raptore.*
53 *Circumstantia quando omnino consitenda.*
54 *Confessor quid agat ante absolutionem.*
55 *Raptor ad quid teneatur raptæ.*
56 *Excommunicatio nemini reseruata est Episcopalis.*

De Raptu Mulierum. Cap. XXXI.

Mulierum raptores.

EXPOSITIO.

Trani

1 MVLIERVM) Mulier dicta est à mollicie, † quasi mollis, sicut vir à virtute propter discretionis integritatem, & quare sic dicatur. Lexicon Theologale in verbo Mulier ponit, atque assignat triplicem rationē. Eius
2 etiam appellatio † est ampla, nā dicitur & virgo, vnde de Beata Virgine dicitur Apocal. 12. Apparuit signū in cęlo, Mulier amicta Sole, & Luna. Et iterum: Mulier circundabit virum. Et Saluator in Euangelio. Mulier ecce filius tuus, glosa in cap. mulier 27. quæst. 2. Alibi vocatur corrupta, vnde Cicero obiurgantibus eum nonnullis, quòd sexagenarius Popliam virginem duxisset. Respondit, cras mulier erit, ff. de contr. empt. l. alioquin §. 1. Alibi nuncupatur impubes, d. c. mulier, & l. mulieris, ff. de verb. signif.

(Raptores) Raptus tres habet significationes, † secundum
3 Archid. & Turrecr. in Summa 36. quæst. 1. vno modo dicitur contra naturam eleuationem ad deum, glosa 2. Corinth. cap. 12. qui propriè dicitur, quando mēs spiritu diuino propter vehementiam intentionis eleuatur ad cōtemplanda aliqua supernaturalia cum abstractione à sensibus, vt habetur per Diuum Thomam 2. 2. q. 173. art. 3. & 175. art. 1.

Secundò dicit violentam rerū expoliationem, vt habetur tit. de raptor. & de furt.

Tertiò dicit mulierum violētam stuprationem, seu corruptionem; De hac habetur 36. q. 1. & 2. per totum 27. q. 1. cap. si quis rapuerit, & q. 2. c. desponsatas, cum duobus cap. sequent. Et hæc est species luxuriæ habēs specialem deformitatem, seu violentiam. Vnde sic potest definiri, quòd raptus est species luxu-

riæ,

4 riæ † ab alijs distincta, qua persona violenter contra eius, vel parentum volũtatem carnaliter cognoscitur. Dicitur enim species luxuriæ pro genere; Dicitur secundò persona, comprehendẽs non tantum virginem, vel viduã; sed etiam sanctimonialem, vt est tit. C. de rapt. virg. cap. raptores 36. q. 2. D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 7. Tertiò additur violenter, ad differentiam aliarum specierum luxuriæ, quia si quis virginem cognouerit, vel coniugatam, aut consanguineam sine vi, non raptus; sed vel stuprum, aut adulterium erit, vel incestus.

Hæc autem vis debet esse ve-
5 ra, † & non interpretatiua, quia si mulier per dolũ, aut alias fuerit seducta, non dicitur violenter rapta, quia vbi interuenit consensus, non censetur esse violentia; Et hoc tangit Dynus in reg. scienti, & consentienti de regul. iur. in 6. Et adnotandum, quòd
6 raptus quandoq; † concurrit cũ stupro, qñ aliquis violentiam infert ad aliquam virginẽ defloran dam; & deflorat. Quandoq; autẽ inuenitur raptus sine stupro, puta, si aliquis rapiat viduam, vel puellam corruptam, & Nonnunquam inuenitur stuprum sine raptu, sicut si aliquis sine violentiæ illatione virginem illicitè deflorat, D. Thomas, 2. 2. qõ. 154. art. 7. & 4. sentent. dist. 41. ar. 4.
7 † Et nè terminos ignoremus, raptus sequitur amotionem de loco ad locum; probat textus in cap. de raptoribus 36. q. 1. Baldus in l. sed eximendi ff. ne qui eum, qui in ius voca. vbi notat differentiam inter eripere, & eximere; nam eripere est de manibus auferre per raptum, sed eximere est quoquomodo auferre, Ananias in rubr. de raptor. Igitur cum raptus dicat violentiã de loco ad locum, fit, quòd si fit violentia in loco, vbi reperitur, non est raptus; sed violentia in mulierem, cum ergo verbum raptus propriè verificetur cum vi, sequitur, quòd sub his verbis (Mulierum raptores) comprehendãtur omnes rapientes mulieres, siue virgines sint, siue maritatę, & viduæ, aut sãctimoniales, liberæ, siue ancillæ; Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis,

Grauitas.

PRimò, Ob immanitatem, & tanti nefandissimi criminis atrocitatem iuxta text. in c. ra-
8 ptores 32. q. 2. & † detestationẽ, atque insaniam, vt habetur etiã in l. vnic. C. de raptu virgin. raptus omnibus legibus seuerè est puniendus, vnde de iure ciuili raptor. mulieris capite plectendus ẽ, & eius bona raptæ applicãtur, si ingenua, aut libera est, verũ si ancilla esset, capite punito non patietur bonorũ diminutionem, l. vnica, C. de raptu virg. Sequitur etiam hæc pœna omnes, qui raptoribus auxilium inuasionis tempore prębuerint, dicta l. vnica, immo & conniuentes,

cap.

cap. de puellis 36. quæstione 1.

Secundò, est hoc crimen ma-
9 ius, quàm rapina, quantò † maior est persona rebus exterioribus, & nec ab homicidij crimine raptus excluditur, cum plerumq; in talibus criminibns homicidia perpetrantur, glosa cum text. in d.l. vnica, verſic. vacui. Immò frequenter in hoc delicto committuntur incendia, & violationes Ecclesiarum, vt patet tit. de raptoribus, incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum.

Tertiò, exagerantur iura ad
10 punitionem huius criminis, †cũ aliquando non solum ad iniuriã hominum; sed etiam ad ipsius Dei omnipotentis iniuriam committitur, vt si Deo fuerint virgines, vel viduæ dicatæ, & tunc non solum rapere, sed & attentare est crimen capitali pœna punicndum, c. si quis non dicam rapere 32. q. 2.

Item, quia virginitas, vel castitas corrupta restitui non potest; Augetur etiam hoc pessimum, & detestabile crimen, si nuptas mulieres ausi sunt rapere; quia duplici tenentur crimine, tàm adulterij, quàm rapinæ tex. in d.l. vnica. Et hoc non solum procedit in foro exteriori, vbi acrius esset hoc crimen puniendum; sed etiam in interiori, nam si reperiretur coniunctum cũ aliquibus speciebus luxuriæ,
11 † tunc raptus, qui ex suo genere est peccatum mortale; Cum fiat cum iniuria notabili proximi, augetur, si fit cum coniugata, aut virgine.

Quartò, Raptores etiam de iure pontificio, quod temperat pœnam mortis, efficiuntur serui raptarum, nisi se velint redimere, 36. qõ. 1. c de raptoribus, sunt excommunicandi cum suis raptoribus, 26. q. 2. c. 1. & 4. At Conc. Trid. sess. 24. c. 6. decernit
12 inter raptorem, & raptã, †quan diu in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium; Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum, in virum habere consenserit, eã raptor in vxorem habeat, & nihilominus ipse, & omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decidunt.

Tenetur præterea raptor mulierem raptam, siue eam in vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare, ex quibus verbis Concilij collige differentiam pœnarum inter ius pontificium, & ius concilij; nam ibi raptores erant excommunicandi; At per Concilium excommunicati.

Item per Concilium est fa-
13 ctum impedimentum † non solum impediens matrimonium contrahendum: sed etiam dirimens contractum durante raptu, hoc est quandiu rapta sit in potestate raptoris, adeo quòd si de facto contrahant matrimo-

monium durante raptu, hoc est quandiu rapta sit in potestate raptoris, etiam cum parocho, & testibus, nullum est matrimonium. Rursus, si clerici fuerint
14 raptores, sunt † de clero ejiciendi cap. de puellis 36. quæst. 2. & habetur per conc. Hæc autem deiectio significat depositionem, & ita sunt irregulares, ita habetur per Maiolum lib. 5. de irregul. cap. 42. Quod intellige tunc tales pœnas depositionis in clerico, & excommunicationis in laico infligi, quando clericus mulierem causa ineundi matrimonij cum alio rapuerit, vel auxilium, seu consilium præstiterit, ita Ignat. Lopex ad Diax in sua praxi. cap. 79. ibi clericus Igitur ex his omnibus habetur, quam sit detestabile hoc crimen, & quàm sit de atrocioribus criminibus, vnde meritò solet à Diœcesanis reseruari; Sed modò deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. NOn includitur sub his verbi. (Mulierũ raptores) is, qui mulierem subduceret blan-
15 dis verbis, †vel cum promissionibus, aut cũ pecunijs, vt exeat à domo patris ad alium locum causa concubitus, & ibi eam carnaliter cognosceret, cum hic non sit violentia, quia interuenit mulieris consensus, per ea, quę tradit Dynus in regula sciẽti de regul. iur. in 6. Hyppol. de Marsil. sing. 84. Et raptus (vt aiunt Doctores in l. vnica. C. de raptu virginum, & probat tex. in cap. de raptoribus 36. quæst. 1. non dicitur sine violentia, & quamuis tex. in d. l. vnica versic. Et huic pœnæ, concludat, quod etiam violẽtia dicitur fieri, dum quis pertrahit animum mulieris ad votum suum donis, sollicitationibus, & pecunijs, vn de Angelus in auth. de lenonibus in fine dixit, quod si per tra-
16 ditionẽ pecuniæ inducitur † mulier ad committendum adulterium, tamen inuita reputatur illud commisisse, & ille, qui pecuniam dedit, punitur pœna statuti, quæ imponitur adulteranti mulierem inuitam, per quæ verba dixit Nauar lib. 5. de rapto consil. 1. commisisse raptum per violẽtiam eum, qui persuasit per munera data, aut promissa puellæ, vt à domo exeat, & ad ipsum veniat, quod etiam quidam modernus in sua praxi cap. 12. num. 14. affirmat, & glosa in d. regula scienti, quã se-
17 quitur Dynus, dicit, quod † plus est dolosa persuasio, quàm violẽta coactio, ff. de liber. homi. exhib. l. 3. §. si quis volentem 2. respons. l. 1, §. persuadere ff. de seruo corr. tamen. hoc videtur falsum etiam in foro exteriori, quia talis criminaliter non punitur, vt dixit Egid. Boss. tit. de rapto. mulierum num. 15. & idèo inquit Hyppol. in d. l. vnica

num.

num. 14. quod non punitur talis pœna legis vnicæ C. de raptor. Vnde multò magis non includitur in hoc casu, quia talis voluntas, & si dicatur aliqualiter violentata non tamen dicitur vera violentia, sed interpretatiua, l. 1. C. de rapt. virgin. Bartol. in l. 1. §. finali, ff. de extraord. crim. optimus text. in d. c. de raptoribus verbo (Aliud
18 est in promissionibus † aliquam seducere, & aliud sibi vim inferre) vnde Bart. in l. 1. §. fin. ff. de extra. crimi. vocat talem violentiam dici interpretatiuam, & verba in materia reseruationis casuum sunt intelligenda in proprio significatu. Quare Dynus in d. regula scienti dicit, quod pro nõ volẽte habetur is, qui decipitur, & ita denotat fictionẽ,

II. Nec includitur virgo il-
19 la, quæ eiusdem † iuuenis amore capta, dum illum per feneſtrã videret transeuntem per viam, exiuit de domo, & volũtate abijt post enim ad domum ipsius, vbi carnaliter ab eo fuit cognita, & ratio est, quia litera reseruat sibi raptum, qui iuxta D. Thomam 2.2. quæst. 154. art. 7. significat ablationem violẽtam, qua fœmina ab vno loco ad alium trahitur, quæ quidem ablatio nõ est in casu præsenti, quod etiam extenderem, quando præcessissent promissiones viri, per quas illa seducta à viro cæpit eum ad amare, & accessisset ad domum viri, & fuisset stuprata, cum non fuerit violentia vera.

III. Sed quid si puellam nolentem accedere, dolosè per vicinam amicã, quis vocari fece-
20 rit in domo † illius vicinæ, in qua ipse absconditus manens eã stuprauit, quæ alias ad dictã domum non accessisset, si nouisset stupratorem ibi manere, quidã affirmabat raptum fuisse commissum. Ego autem saluo sẽper meliori iudicio non iudicarem hunc comprehendi sub hoc casu, cum violenter non fuerit adducta. Tu autem cogita.

IV. An raptus includat mu-
21 lierem solutã, † quæ alias semel ab alio fuit cognita carnaliter volũtariè, aut osculata, & videtur, quod non præsumatur rapta per vim contra eius volũtatem, cũ alias semel alteri voluntariè cõsenserit, facit dictũ singulare, quod est notandum Pauli de Castro cõs. suo 33. alias 305. incip. Viso dicto statuto, vbi dicit, qđ
22 stante statuto, † vt rapiens mulierem puniatur pœna mortis, quod si aliquis rapuerit mulierẽ solutam, quæ fuit alias tacta, seu deosculata, vel deflorata ab aliquo, non cadit in pœnã statuti, quia non præsumitur eã rapuisse vi, aut iniuria, cũ alias cõsenserit alteri, & allegat tex in l. stuprum in fine ff. de ritu nupt. faciunt dicta per Angelum in l. qui iudicio ff. de accus. & glosa in l. Cassius ff. de senator. & glosa in l. in ciuilem C. de furtis, sed hoc intellige in foro exteriori vt per Hyppol. de Marsil. in d. l. vnica. At in foro conscientiæ, sta-

tur

tur dicto pœnitentis tàm pro se, quàm contra se, glosa in cap. placuit de pœnitent. dist. 6.

V. Casus iste solet multipli
23 citer à Diœcesanis locorum † re
In Mõte Regali. seruari; nam in Monte Regali simpliciter post reseruatum Casum violatores monialium, & in cestuosos, & cum bestijs coeuntes, subditur. Raptores, vt ex his colligatur mentem Illustrissimi illius Domini non fuisse Casum reseruare eorũ, qui per vim rapiunt bona alterius, sed solũ Casum referre ad raptores mulierum; cum ex verbis præcedentibus colligatur intentio disponentis, vt dixit Nauar. extra de simo. cons. 16. nu. 4. lib. 5. & cum simpliciter reseruetur, fit, vt intelligatur de raptu quarũcunq; mulierum, vt diximus supra nu. 7. Imò etiam puerorum, iuxta glosam in l. vnica, verbo *Ferrariæ.* Sponsam, C. de rap. virg. At Ferrariæ sic reseruatur. (Raptores virginum.) Quapropter excluditur raptus viduarum, vel coniugatarum; sed solum intelligitur reseruatus raptus virginũ, & multò magis Deo dicatarum, *Mottulæ.* verum volens diœcesanus Mottulæ includere omnes mulieres, sic ait. Raptores virginum, aliarumvè mulierum. At quia dubiũ vertitur; An raptus dicatur, si mulier sit rapta, sed nõ violata,
24 † sed honestè tractetur, vnde Io. de Anania in ca. cum causa in vlt. col. de raptor. videtur innuere, q̃ non, per text. in l. 1. C. de raptu virg. ibi maximè cũ virginitas, vel castitas corruptæ restitui nõ põt, & idẽ habetur in l. raptores, C. de Epis. & cle. facit ẽt d. l. vnica in verbo Quę multò magis, quia duplici crimine tã adulterij, quàm rapinæ, pro hoc etiam facit 27. q. 2. cap. raptus. vbi dicit Isidorus, quòd raptus est illicitus coitus à corrumpendo dictus; Ad idem tex. 36. q. 1. c. raptus, & seq. pro hoc etiam facit tex. in d. c. cũ causa, & c. 1. de adulterijs, vbi videntur requiri duo copulatiuè, subductio, & raptus, vt habeat locum dispositio illius tex. vt quis seduxerit virginem. & dormierit cum ea. Idem tenuit Philip. Decius in cons. suo 234. incip. In effectu. col. 4. nu. 8. Bart. Cœpol. consil. 57. in 2. col. ideò ad excludendum hoc dubium habetur Ros- *Rossanis.* sani. (Raptores virginum, aut illas stuprantium.) Quare cum
25 dictio, aut sit alternatiua, † fit, vt sufficiat solus raptus sine stupro, ad incurrendum dictum Casum, & multò magis, quando post raptum sequitur stuprũ; sed si fieret raptus aliarum mulierũ non virginum, non esset Casus reservatus, & ita per hũc Casum quis cõmittit raptũ sine copula.

Verum Salerni, & Nolæ re- *Salernitani. Nolæ.* quiritur vtrumque, vt sub Casu comprehendatur. Sic enim habetur; Raptores virginum illas violenter stuprantes, ex quibus verbis tria colliguntur, &

Primò, quòd qui commisit raptum absque carnali copula, immunis est à Casu reseruato,

Secundò, idem, si voluit; sed non perfecit, quia Casus reseruatio requirit perfectionem actus.

Tertiò, quòd si post raptum mulier volùtariè cõsenserit, nec incidit, & ita ex his habetur reseruatio huius Casus diuersimodè facta à locorum diœcesanis.

VI. An iudicabitur Casus reseruatus, si quis rapuerit eam, quæ semel fuit carnaliter cogni-
26 ta à viro aliquo, † & de illo coitu quæstum fecit. Paul. de Castro cons. 307. incipiente viso statuto dixit, quòd iste non dicitur verus raptor, ita quòd sit puniendus, iuxt. tex. in d. l. vnica, nã talis puella semel cognita si ex hoc quæstum fecit, comparatur meretrici, & allegat text. in l. verum ff. de furt. ita Guliel. Bened. super verbo Qui cum alia matrimonium cõtrahens fol. 18 nu. 264. & seq. sed nota, quòd dictum Pauli de Castro habet locũ in foro exteriori, non autem interiori, cum fuerit raptus.

VII. Non credimus esse Casum reseruatum, si quis raperet virginem non nuptam, etiam si ipsa cõsentiret; modo sit in pote
27 state † parentum ipsis inuitis, quamuis videbatur dicendum contrarium; quia licet ipsa sit contenta rapi; tamen iniuriantur parentes, & affines, ita facit text. in d. l. vnica verbo huic pœnæ, Hyppol. ibi nu. 16. Abb. in c. pen. de rapto. nu. 4. per tex. in c. de raptoribus 36. q. 5. & pro hoc facit glosa not. in c. contingit 1. de sent. excom. Item quia parẽtes possunt agere contra illos, qui detinent filios suos inuitos, vel nolentes, vt plenè not. in l. 1. §. per hanc ff. de rei vendic. sed meo iudicio cũ tali Casu non sit propriè raptus mulierum, non videntur dicta verba (Mulierum raptores) comprehendere hunc Casum; Hinc hac ratione Bossius secutus Paulum de Castro, & Angelum in d. l. sed eximendi tenet contra Hyppol. etiã in foro exteriori.

VIII. Nec videtur incidere
28 in Casum, si quis † raperet meretricem, per text. in d. l. vnica, ibi Honestatem, ergo inhonestæ mulieres non comprehendũtur. Hoc etiam notat glosa in §. item lex Iulia in verbo viduam instit. de publ. iudic. Bart. in l. verum in fine ff. de furt. vnde Salicetus in d. l. vnica dicit hoc esse notãdum pro scholaribus, qui rapiũt frequenter mulieres, & hæc sententia est communis, vt affirmauimus in 1. volum. consiliorum de sentent. excommunicat. cons. 24. nume. 10. Quod etiam extende ad meretricem contra-
29 dicentem, † quia illius vitę volebat pœnitere; nam oportet ad hoc, vt dicatur honesta, desinat meretricari, & incipiat honestè viuere: Etenim tunc sufficeret quòd tempore raptus sit honesta, ad hoc l. si vxor ff. de adulter. Quod si dubitatur: an desierit meretricari, tunc iudicabitur honesta, vel meretrix
30 ex eius habitu, † & incessu, vt

ff. de

ff. de iniur. l. item apud Labeonem §. si quis virginem, & similiter iudicabitur ex loco, in quo morari, & conuersari reperitur, l. quæ adulterium ff. de adulter. Verum hæc intelligerem procedere in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ, cum meretrix non teneatur quemcunque admittere, quia sic sequeretur absurdum, quòd cogeretur peccare mortaliter, credimus etiam includi raptum mulieris, quamuis sit minus grauis, quam alius.

Idem credimus comprehendi
31 viduam illam† inhonestam, quæ sic publicè viueret, si inuita rapitur, & stupratur, quod tamen secus est in foro exteriori, per textum in d.l.vnica, verbo Honestarum.

IX. Et si attenta dispositione iuris ciuilis rapiens sponsam suam cadat in pœnam raptus, d.
32 l.vnica,† ea ratione, quia sponsus non habet manus iniectionẽ in suam sponsam, tamen secus est de iure canonico, ita text. & ibi Ananias num. 2. & Doctores extra de rapt. cui potius in hoc standum est, argument. textus in capit. vlti. & pen. de secun. nupt. & quod notat Dynus de reg. iur. in 6. Habet enim sponsus aliquid in sponsa sua ex dispensatione, & ideò licet peccet violentiam inferendo, excusatur tamẽ à crimine raptus, summa Astens. lib. 2. tit. 46. art. 4. quæst. 2. Et hæc intellige quò ad sponsam de præsenti, quan-
33 dò † illam raperet non tentatis aliis remedijs publicis, secus, vbi oĩa tentasset, & non proficeret, argument. 36. quæst. 6. cap. lex illa, & quæst 2. cap. si quis virginem, Sylu. in verbo luxuria q. 6. vers. Quartò.

X. Auxiliantes auxilio cooperationis, ita q; assotiati fue-
34 rint † raptorem ad actum, & cũ ipso rapientes, comprehenduntur sub Casu, per tex. in d.l. vnica, Bartol. Cœpol. consil. 57. in fine. Idem de mandante secuto effectu, nam verba reseruationis Casus sunt intelligenda secundum ius commune, & Casus omissus relinquitur dispositioni iuris, sed textus in cap. de puellis 36. quæstione 2. comprehendit etiam conniuentes raptoribus, ergò multò magis mandantes.

XI. Cum litera dicat. (Raptores mulierum) fit, vt non includatur mulier rapiens virum
35 libidinosè † accensa libidine, ac venerea rabie, cum masculinum non comprehendat fœmininum, maximè in odiosis, vt probatur in l. 1. §. quare ff. de ventre in poss. mitt. l. iuxta de verb. signif. Archid. 17. q. 4. c. si quis suadente. Tum, etiam, quia non videtur eadem ratio in muliere rapiente virum, quàm ecõtra; nam & si mulier rapiens videatur accensa libidine, tamen raptus non sic dicitur dehonestatus, argument. eorum, quæ notantur in l. crimen, C. de adulter. quia maior honestas

requiritur in fœmina, quàm in masculo, l. si furiosi. C.de nupt. l. palam §. quæ in adulterio.ff. de ritu nupt. Tum etiam, quia hoc rarò contingit, & cum non sit eadem ratio, vt supra diximus, non fit extensio; nam lex adaptatur ad ea, quæ frequenter accidunt, & non ad ea, quæ rarò, l. nam ad ea.ff. de legibus: nam non est homo tàm pulcher, & tàm nobilis, qui voluntati mulieris quamuis turpis, & vilissimę non annuat. Et hanc opinionem dicit cõmunem Iulius Clarus in sua praxi lib.5.§. Raptus, Quod secus tamen dicerẽ, quando vir raperetur causa libidinis
36 † à viro, facit text. in l. raptores. C.de Episcop. & clerie. in verbo cęteros, siue masculi, siue fœminæ, l. eum. C. de adulter. Tum, etiam, quia fit extensio in pœnalibus à maioritate rationis in his, quæ sunt eiusdem generis, cap. pœnale 14 quæst.5. Ita Cynus in d.l.raptores; Qui idem extendit, si mulier ex ista
37 causa raperet † mulierem, l.fœdissima. C.de adulter. Anan. in c. fin.num.3.de raptor.

XII. Non est casus reseruatus, si quis eo animo cum hominibus armatis accessit ad domũ
38 mulieris, † vt ea rapta illa potiretur, verum in domo eam non inuenit, vnde non potuit perficere delictum, & ratio est, quia casus reseruatio intelligitur de actibus exterioribus cũ effectu, quamuis per raptorem non stetetit, Io. Andr. & Gemin. in cap. perpetuò de elect. in 6. Sic qui
39 conatur percutere clericum, † & fecit quod potuit, vt eum percuteret, si non percutit, non est excommunicatus, arg. tex. in cap. si quis suadente verbo iniecerit 17.quæst.4.

Non tamen ita crederem de eo, qui rapuit iam mulierem, licet postea pœnitentia ductus
40 † eam integram parentibus restituerit, cum fuerit iam perfectus actus; Sic idem dicẽdum de eo iuuene, qui puellam rapuit euntem ad fontem pro aqua, quã honestissimè duxit ad domum auunculę, ex eo, quia parentes puellæ promisissent illam ei dare in coniungem, & postea pœnitentia ducti noluerunt; Ita Io. de Anan. in d. capit. cum causa in fine concludit, quòd iste commisit raptum, & sic delictum fuit consummatum, idem dixit Angelus ibi, quamuis in foro exteriori iste non veniat puniendus pœna mortis, iux. tex. in d.l.vnica, ita refert ibi Hippol.nu.234.

XIII. Et si maritus rapiens
41 vxorem, non includatur † sub casu, quia in marito, & vxore est quasi reciproca vtriusq; possessio, quæ si cui subtrahitur, potest propria auctoritate ingredi, scilicet apprehendẽdo, sicut in alia re inuasa. Imola ī l.clã possidere §.qui ad nundinas. ff. de acquir. possess. Quod procedit etiam, si raperet suam vxorem contradi-
41 centibus parentibus: † nam eorum cõtradictio nihil operatur, quo minus maritus possit rapere

vxo-

vxorem suam, quia fortius est ius mariti, quàm patriæ potestatis, à qua potestate filiæ coniu-
43 gatæ subtrahũtur, † quò ad obsequia marito præstanda, licet quò ad alios effectus remaneãt in patria potestate, vt probatur ex his, quæ habentur per tex. & glo sam in l. si vxorem C. de condit. insert. & in l. si inuita C. de nupt. vbi Baldus declarat casus, in quibus ius mariti est potentius, & in quibus habet ius patriæ potestatis. An inquam idem pro-
44 cedat, si illam † malè tractasset, ex quo fuisset secutum diuortiũ, vel sine diuortio viuerent separati vnusquisque de per se, & maritus illam raperet, & dicitur diuortium dissolutio matrimonij, quæ vtroque coniuge viuente fit, licet quandoque simplex separatio toti diuortium appelletur, vt per Abbatem in rubr. de diuort. & glosa in cap. interueniente 32. quæst. 7. quod quidem
45 differt à repudio, † quia diuortium in matrimonio, repudium in sponsalibus habet locum, l. inter diuortium ff. de verborum significat. Igitur in quæstione proposita, non puto esse Casum reseruatum, cum possit maritus iuuari primordio matrimonij iam contracti, quamuis non possit maritus eam retinere, iuxta notata per Abbatem in c. literas ij. de restit. spoliat. in ca. quẽadmodum in fine extra de iureiur. & in ca. 1. de diuort.

XIV. Non dicitur rapta ea,
46 quæ fuit stuprata, † & ducta de loco ad locum; sed non ad effectum abducendi, (v. g.) si ducta per vim de vna camera ad aliam causa commodioris coitus in lectum proiecerit, ita in specie consuluit Bertra. cons. 59, lib. 6. Mascard. in verbo Raptus. Quãuis Rossani talis incideret in Ca Rossa-
sum; nam sufficit ibi vnum ex ni.
duobus, vel raptus, aut puellæ stuprum.

Nec etiã ille incidit, qui puellam inuentam cum bestijs in cãpis cæpit, & per aliquos passus abduxit, vt eã carnaliter cognosceret, sic pariter in contingentia facti consuluit, Cumanus cõsil. 96. Iulius Clarus, qui supra, verbo Raptus circa principium.

XV. Cum raptus iuxta communem sufficiat absque copula, per tex. in d. l. vnica, & l. raptores, C. de Episc. & cler. fit, vt si quis rapuerit per vim puellam
47 non dum viripotentem, † incidat in Casum, cum verificetur propria significatio raptus; De hac quæstione vide. Guidonem Papæ decis. 555. nu. 3

XVI. Et si in pœnam raptus prohibitum fuerit secundum antiquos canones, & leges raptorẽ cum rapta matrimoniũ contrahere, cap. de puellis 36. q. 7. d. l. vnica. Hodie tamen posset rapta cum raptore contrahere matrimonium, ixta tex. in c. fi. de raptor. modo rapta non sit in potestate raptoris, Conc. Trident. sess. 24. c. 6. de reformat. ad hoc vt liberè prior dissentio raptæ transeat in consensum.

An inquam comprehendatur
48 sub † Casu reseruato, cũ iam fuerint verificata quæ dicuntur in litera, scilicet mulierum raptores.

XVII. Non dicitur rapta, & ita nec Casus reseruatus secundum Panormit in d. c. cum cau-
49 sa, vbi præcessit tractatus † de nuptijs, & pro matrimonio contrahendo puella fuerit abducta eo fine, vt matrimonium contrahatur, & ratio est, quia matrimonium debet esse liberum, cap. cum apud de sponsal. & puella forte nõ poterat liberè contrahere in domo parentum, quòd secus esset, vbi tractatus non præcessisset, quia committitur raptus, Sylvest. in verbo luxuria q. 6. vers. Secndò.

XVIII. Non incidit, qui spõsam de præsenti volentem ingredi Religionem ante matrimonij
50 consumationem rapit, † & cognoscit, quamuis grauiter peccet, cum fuerit vsus re sua, licet indebitè, quo Casu amplius monasterium intrare non poterit, secundum Hostiens. Sylvest. qui supra, versic. Adde.

XIX. Cum loquimur de raptu, qui dicit violentiam, intellige veram, & non interpre-
51 tatiuam, † Quapropter qui virginem blanditijs, ac magnis promissionibus è domo parentum abduxit, & copulam extorsit siue intuitu matrimonij; siue non, non incidit in Casum, cum non vera sit violentia; sed interpretatiua, qualis ad raptum non sufficit. At qui concubinam suã resipiscere volentẽ, & à se separatam vi ad domum suam reuocat, & illa abutitur, dubio procul in Casum incidit, quia vis mulieri infertur, neque refert, quòd hactenus eius concubina fuerit, quia propterea in ea nullum ius habet, & raptus non solum virginum, sed & mulierum est.

XX. Circa confessionem de
52 bet confessarius inquirere † circumstantias ex parte personæ tàm raptoris, quàm raptæ; Ex parte raptoris, an sit coniugatus, vel mulier rapta sit nupta, quia tunc duplici tenetur crimine, tã adulterij, quã raptus, quare acrior pœnitentia iniungenda est. facit tex. in d. l. vnica §. quibus. Num laicus sit, vel clericus, in sacris, vel nõ, quia grauior erit iniungenda pœnitentia personis ecclesiasticis, quàm laicis, c. de puellis 36. q. 2. omnes enim istæ circumstantiæ sunt omnino confitendæ, cum quod est mortale
53 † vno respectu, fiat mortale altero; Quod idem ex parte mulieris affirmamus, vt si rapta fuerit virgo, vel soluta, coniugata, an Deo dicata, quia tunc cum nõ solum committatur raptus ad iniuriam hominum, sed etiam ad ipsius Dei omnipotentis irreuerentiam, grauissima pœnitentia est indicenda, vt etiam in foro exteriori ista perpetrata maius merentur supplicium, d. cap. de puellis, & l. vnica.

Rursus, si fuerit puella educta à loco sacro, nam eo Casu, quod

erat

erat sacrilegium respectu personæ, fiet etiam ratione loci, de his loquitur tex. in cap considereret de pœniten. dist. 5. vbi describens qualiter pœnitentia debeat esse, sic ait. Oportet. n pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status, ecce circumstantia personæ. Et si in loco sacro, & c. Animaduertere etiã debet, & animaduertendo deflere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, illam carnaliter cognoscendo, vel stuprando, vel si ereptam in malo confirmauit, ponendo eam in statu meretricandi, gemere etiam faciat, si per alios, & quos seduxit ad mulierem rapiendam: Omnis enim ista varietas confitenda est.

Rursus circa absolutionẽ non
54 potest raptor † absolui: nisi prius sit separatus à rapta, & illam debet restituere in pristinum statum, vt si sit coniugata, illam debet restituere marito, illi satisfaciendo eo meliori modo, quo potest: resarciendo ei iniuriam factam, perpensis omnibus circunstantijs arbitrio boni viri, si monialis, tenetur illam restituere monasterio, resarciendo damnum, quod illa passura est arbitrio confessarij.

Rursus etiam meretrici raptę tenetur ad aliquod raptor ratione iniuriæ sibi factæ, quia non est obligata metetrix quempiam
55 ad coitum † admittere; nam cũ fornicatio, sit peccatum mortale: si quis diceret meretricem, quæ se publicè Lupanari exhibuit, & prostituit, cogendam esse quemcunque ob mercedem admittere, sequeretur teneri peccatum mortale committere, consequens est falsum, ergo & antecedens. Quapropter erronea visa fuit opinio Decij in l. inuitus. ff. de reg. iur. quam sequitur Hippol. in d. l. vnica; Nã Couarruias in cap. 14. nu. 1. & 2. lib. 3. variar. resol. eam erroneam, & minimè probabilem censet; Item insinuet confessarius pœnitenti se non posse raptam in vxorem accipere: nisi ab ea sepa-
56 retur, † qua separatione facta est exploranda voluntas eius, quod si liberè consenserit, potest fieri matrimonium, alias esset nullum, iux. Concil. Triden. Sed si vellet in coniugem accipere sponsam alterius, quam rapuit, eget dispensatione Episcopali in vtroque foro.

Vltimo priusquam à peccatis absoluat, oportet cum absoluere ab excommunicatione lata per Concil. Trid. à qua, quia nemini reseruatur, est Episcopalis absolutio, glosa singul in cap. 7. de pœnit. & remiss. lib. 6. Feder. de Senis consil. 14. Et cum raptus sit ita pessimum crimen, petat iuramentum se non amplius illud commissurum. & de stando mandatis Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 Relaxatio iuramenti quid.
2 Relaxatio iuramenti potest multipliciter contingere.
3 Relaxatio quandoque ponitur pro declaratione iuramenti.
4 Iuramentum diuiditur in multas species.
5 Iuramenti duæ sunt species principales.
6 Relaxatio non intelligitur in iuramentis assertorijs; sed solum in promissorijs, num. seq.
8 Iuramenta, quæ sunt Papæ reseruata, & quæ Episcopo. nu. seq.
10 Episcopus an Papa dispenset in iuramentis dubijs.
11 Iuramenti relaxatio debet fieri ex causa.
12 Iuramenti relaxatio quando fit casus reseruatus, intelligitur in foro conscientiæ.
13 Relaxatio iuramenti in foro fori fit ad duplicem effectum.
14 Iuramentum, iusiurandum, & Sacramentum sunt sinonima.
15 Grauitas huius criminis quanta.
16 In relaxando iuramentum, quæ consideranda.
17 Iuramentum promissorium inducit fortiorem obligationem, quàm votum.
18 Relaxare iuramenta, qui non possunt, nec commutare.
19 Commutatio, sicut rerum permutatio, debet fieri in æquale.
20 Commutatio quid differat à relaxatione.
21 Iuramenta dubia interpretari ad quem spectet.
22 Facultas dispensandi super votis non extenditur ad iuramenta, num. 37.
23 Iuramenta cum Petro loqui, vel nõ comedere, an possint per confessorem relaxari.
24 Iuramentum notoriè illicitum potest relaxari, num. 35. Et quid de temerario. num. 25.
26 Et quid de eo, qui iurauit non petere absolutionem à iuramento.
27 Iuramentum pro tempore imminentis necessitatis, aut vtilitatis: an possit relaxari per sacerdotem.
28 Vtilitas magna necessitati comparatur.
29 Iuramentum an, & quando per partes remitti valeat. num. seq.
31 Iuramentum an possit relaxari, si fuerit præstitum per coactionem.
32 Coactio absoluta distinguitur à conditionali.
33 Iuramentum indirectum an relaxari possit, & quale.
34 Iuramentum, an possit commutari in melius.
36 Iuramenta, quæ possint irritari.
38 Votum metu factum non valet sic iuramento communitum.
39 Iuramentum, & votum sunt vincula diuersa.
40 Iuramenta minima, an possint per confessarium relaxari.
41 Casus appellatione non venit irregularitatis dispensatio.

De

De Relaxatione iuramentorum. Cap. XXXII.

Relaxatio iuramentorum.

EXPOSITIO.

RELAXATIO) est dissolutio vinculi iura-
1 menti; † ideſt absolutio à iuramento, vel vt iuris Pontificij interpretes, & Theologi loqui solent, est dispensatio à iuramenti vinculo per totum, facit glosa in ca. Constitutionem, verbo Declaramus in fine de sententent. excommun. lib. 6. Hæc autem relaxatio, vel fit commutãdo
2 iusiurandum, † cum eius vinculum ex vna materia, & re sibi subiecta, in aliam transfertur, & tunc dicitur commutatio, vel in totum deobligando, & tunc dicitur dispensatio. Dicitur autem iuramenti remissio, quando illud tollitur volũtate eius, cuius gratia iureiurando, sese aliquid obstrinxit, (v. g.) si iureiurando promisisti mihi centum daturũ, & tu deinde iuramentum remittas, notatur per Ananiam in c. 1. num. 4. de iureiuran. Rescissio etiam, siue relaxatio dicitur, qñ irritatur, seu inane redditur iuramentum auctoritate eius, in cuius potestate, & dominio est is, qui iurauit. Vt si monachus, seruus, vel vxor, aut filius iureiurando aliqua promittit alteri in his, quibus sunt subiecti. Ponitur quandoq; relaxatio pro de-
3 claratione, q; iuramentum † nõ tenet. (v.g.) si quis temerè iurauit aliquid, quod de sui natura non tenet, quia illicitum est, & seruatum vergeret in detrimentum vtriusque salutis, tunc relaxandum est, ideſt declarandum, atque denunciandum non tenere, quod fieri potest per Episcopum, vt per Specul. tit. de leg. §. 23. num. 24. Et ita habemus relaxationem, Dispensationem, commutationem, remissionem, rescissionem, & declarationem iuramenti inualidi.

(Iuramentorum) Quamuis
4 iuramentum † diuidatur in multas species, vt per Doctores, & præcipuè Abbatem in cap iuramentum nu. 1. & 2. de iureiur. vt in voluntarium, & extraiudiciale, quod & cõuentionale dicitur, vt quando extra iudicium absente iudice pars parti ad confirmãdum contractus, vel negotia defert iuramentum, vt in l. 1. C. si aduers. vendit. Item est & aliud iudiciale; Item aliud necessariũ, quod diuiditur vel in suppletiuum, vel necessarium purgatiuũ, de quibus in d. c. iuramentum. Duæ tamen sunt species princi-
5 pales, † Quodam enim dicitur iuramẽtum assertorium, & quodam promissorium. Assertorium dicitur, vbi de re præsenti, vel præterita aliquid asseritur, aut negatur; sed promissorium, vbi in futurum quid faciendum, vel non faciendum promittitur.

Non

Non ergo intelligitur in iuramē
6 tis assertorijs † posse contingere dispensationem; nam materia iuramenti assertorij pertinet ad actum iam præteritum, qui mutabilis non est; vnde vel statim fuit verum, aut falsum iuramentum propter veritatem, aut falsitatem actus iam præteriti, cap. homines, cap. is autem 22. q. 2. Dispensatio autem in hac specie esset cōtra ius diuinum, & naturale, iuxta quod tenemur Deum in testem veritatis adducere: Etenim postquam iuramentum materiam habuit, quæ ab ipso tolli non potest, necessariò dispensatio repellenda est, quippè quæ ad actum iuramenti potius, quàm ad eiusdem materiam tunc vere pertinet. Quod eleganter explicat D. Thomas 2. 2. q. 89. art. 9. Igitur dispensatio in iuramento promis-
7 sorio † contingere poterit, quia eius materia est aliquid futurū, quod variari non potest; ita scilicet, ꝙ in aliquo casu potest esse illicitum, vel nociuum, & consequenter non est debita materia iuramenti, D. Thomas 2. 2. q. 98. art 9. ad 5. (v. g.) promittit quis ieiunare, quod postea est obstaculum maioris boni, tūc per absolutionem tollitur, Sotus lib. 8. de iust. iur. q. 1. art. 9. Couarr in rubr. de pact. par. 1. §. 3. num. 3.

(Iuramētorum) intellige eorum, quæ non sunt Papæ reseruata, quia in iuramentis Papæ re-
8 seruatis, † qualia sunt secundum probabiliorem sententiā Caiet. 2. 2. q. 89. art. 9. & Soti lib. 8. de iust. & iu. q. 1. art. 9. iuramentum religionis, castitatis, Hierosolomitanæ peregrinationis, & ad S. Iacobum Compostellanum, & ad limina Apostolorum Petri, & Pauli in vrbe, & ex Greg. XIII. ad S. Mariam Lauretanam, Cæ-
9 tera alia sunt Episcopo † reseruata, nempè aliarum peregrinationum, ieiuniorum, non ludēdi, non venandi; Item non fornicandi sub pœna eundi ad Hierosolymam, vt per Nauar. extra de iureiur. consi. 3. in antiquis nu. 3. & 4. Nos in 1. parte decis. lib. 2. cap. 18. num. 18. Item non nubēdi, Castitatis ad tempus, vel iuramētum fieri presbyter. Igitur omnia iuramenta præter illa sex dicuntur Episcopo reseruata, & iuramenta dolo, aut vi extorta, 15. quæst. 6. cap. 1. & 2 & 22. q. 4. cap. inter cętera, modò sit talis metus, qui poterit cadere in cōstantem virum, vnde de hoc est inquirendum per Episcopum, extra de iureiur. cap. ad audientiā, 1. metum. ff. de eo, quod met. causa. Tutius autem videtur, ꝙ Episcopus à tali iuramento non absoluat, nec etiam legatus à latere, sic Speculator de legato §. nunc videndum §. 23. num. 25. dixit: Et ita plures legati seruāt; Sed ꝙ solus Papa dispensat, secundum Ioan. De Deo. Dispensat etiam ex causa in iuramentis licitè præstiti, vt 15. q. 6. cap. nos sanctorum, & cap. iuratos; Item quando dubitatur an iura-
10 mentum sit licitum, † vel seruandum

dum, aut non seruandum, nisi esset iuramentum interpositum inter magnas personas, vel circa ardua negotia, vt quando vult dare licentiam contraueniendi sine permutatione, vel alia commutatione in melius, vt per Specul. qui supra, quem Abbas sequitur in cap venerabilem num. 13. de elect. & ita intelligitur ille text. Ad hæc vide Astens. lib. 1. de iuram. art. 11. Tandem in quibus iuramentis dispenset Episcopus, vide Specul. num. 24.

(Iuramentorum) intellige,
11 modo iuramenti † relaxatio fiat ex causa, qualiter autem fiat talis relaxatio, siue dispensatio, vide quæ diximus in 2. par. decis. lib. 2. cap. 1. num 10.

(Iuramentorum) cum hæc reseruatio Casuum fiat ab Episcopo confessarijs sibi subditis in sua diœcesi commorantibus, fit, vt intelligatur de relaxatione,
12 quæ fit in foro pœnitentiæ, † quotiescunque pœnitens in actu confessionis petit à confessario relaxationem, seu absolutionem à iuramento, is. n. illam dare non potest; sed Episcopus; Non autem de relaxatione iuramenti, quæ peti potest in foro exteriori
13 ad duplicem † effectum; Ad vnũ scilicet, vt per hoc ipsum obligatio, quæ contracta erat, vel contracta dicebatur, ex toto tollatur, & tunc requiritur partis vocatio, solennis examinatio, & cõpulsio creditoris ad relaxãdum iuramentum, cum constabit, de veritate contractus illiciti.

Ad alterum vero effectum peti potest non ad obligationem vigore contractus tollendam: sed ad habilitãdam personam, vt non obstante sacramento possit detegere fraudem contractus, & hic ille ordo nõ requiritur, quia de grandi præiudicio creditoris non agitur, cum remaneat omne ius sibi saluum; ita Oldradus de iureiur. consil. 120. Non ergo hic agitur de tali relaxatione: sed solum, quatenus pertinet ad forum conscientiæ.

(Iuramentorum) Habemus
14 iuramentum, † sacramentum, & iusiurandum; Tamen hæc tria vocabula sunt synonima idem significantia, vt idem significet iusiurandum, quod iuramentum, vnde in rubro ponitur de iureiurando, & in nigro de iuramento, & de Sacramento habetur in authent. sacramenta. C. si aduer. vendit.

Grauitas.

Erunt partes sacerdotis aggrauare hoc peccatum, si forte sacerdos sibi confitetur se relaxas-
15 se aliquod iuramentum, † cum abusus fuerit potestate sibi tradita. Etenim sibi fuit tributa potestas absoluendi à peccatis, & ipse remittendo iuramentum, transgressus est hãc facultatem, cum appellatione casus non veniat dissolutio vinculi iuramenti, sunt. n. hæc diuersa, & à diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de minor. & separatorũ separata debet esse ratio. Poterat

rat quidem absoluere à transgressione illius toties, quoties fuerit iuramentum transgressus; sed non illud relaxare. Est enim hoc negotium graue, quare vel ad Papam, aut ad Episcopum pertinet, vt supra num. 8. & 9. Hinc cõcedẽdo Papa, vel Episcopus omnem suam facultatẽ confessario, non concedit huiusmodi relaxationem, argum. text. in c. quod translationem de offic. legati: Non enim in generali concessione veniunt ea, quæ quis in specie verisimiliter non concessisset, regula iuris; Etenim requirit relaxatio iuramẽti maiorem
16 indaginem† ad perpendendum, si iuramentum teneat, si adest causa relaxandi, si turpitudo insit in iureiurando, vel ratione materiæ, & rei promissæ, vel ratione eius, qui iusiurandum iniq; vi, aut dolo, vel metu extorquet. Item si maius, & grauius bonum occurrat. Præterea si temerè, & animi leuitate iurauerit, facit text. in c. 2. extra de voto. Quare meritò hæc videntur ponderanda esse per Episcopum, quid liceat, qd deceat, & qd expediat.

Rursus ostendat grauitatem, quia etiam data facultate dispẽsandi super voto, non videtur cõcessa potestas super iuramẽtum. Etenim iuramentum promisso-
17 rium† inducit fortiorem, & firmiorem obligationem, quàm votum, cum hoc solum Deo obliget; sed iuramentum etiam proximo. Adeò q; Summi Pontifices licet possint absoluant iusta de causa à voto, tamen à iuramento, quo iurans obligatur proximo, non absoluunt, nisi de consensu eius; Ad hæc vide quæ diximus in 2. par. decis. lib. 2. ca. 9. num. 19. Sed qui facultatem habet à votis dispensandi, vel commutandi, non potest dispensare, si votum esset iuramento firmatum, vt infra videbimus. Hæc igitur, & similia sunt insinuanda, vt agnoscatur criminis grauitas.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. QVi non possunt relaxare iuramenta, multò magis nec
18 poterunt illa commutare,† vnde relaxando, siue commutando incidunt in casum; nam & si aliqui in ea fuerint sententia, eis, quibus committitur relaxatio iuramenti, committi multò magis commutationem. Nam cui committitur facultas relaxandi iuramentum in totum, multò magis videtur data facultas cõmutandi in aliud. Tamen contrarium dicimus, non ex hoc negando rationem obiectionis, & ratio, quare non possit commutare, est, quia commutatio de-
19 bet fieri in æquale, † sicut permutatio rerum tunc fit, cum res vna in alteram æqualem compẽsetur; sed ad commutandam vnã obligationem in alteram æqualem, magna scientia, & cognitio requiritur, quod non sic est in diminuẽdo iusiurandum in totum.

Qua-

Quare qui non poterit relaxare, multò magis nec poterit commutare. Vnde ad id, quod dicitur, q̃ qui habet facultatem relaxandi, multò magis cõmutandi; Reſpondetur id verum eſſe; quando commutatio fieret in id, quod eſt minus; nam ſi mihi conceditur, vt iuſiurandum tuum ex toto ſoluam, poſſum ex parte illud auferre; Sed notandum, q̃ hæc non eſt propriè commuta-
20 tio; † ſed relaxatio iuramenti ex cauſa, quia in iureiurando tunc vinculum iuramenti obligationis commutatur, quum mutatur in id, quod eſt æquale bonum; At quando fit commutatio in minus, tunc relaxatio fit ex parte, quo caſu vera eſt ratio tenentium oppoſitum, q̃ quibus data eſt facultas relaxandi iuramentum in totum, poſſunt commutare in minus, Azorius lib. 11. de iureiur. cap. 10. ibi Quarto. verſic. Quæres.

II. Incidit in caſum confeſſor, qui relaxaret iuramentum, quod eſt dubium; an ſit licitum; vel illicitum, proficuum, vel neceſſarium ſimpliciter, vel in caſu, quia hoc pertinet ad Epiſco-
21 pum, † vt dixit ſum. Aſtenſ. lib. 1. art. 11. de iuram. D. Thomas 2. 2. q. 89. art. 9. ad 3. Sotus de iuſt. & iu. q. 1. art. 9. Sylueſt. in verbo iuramentum 5. q. 3. Tabienſ. verbo iurare q. 20.

III. Comprehenditur meo iudicio ſub litera is, qui habuit facultatem vigore Iubilei diſpẽ-
22 ſandi ſuper votis, † nulla facta mentione de iuramentis, ſi virtute talis facultatis abſolueret à iuramentis; Etenim iuramentum, & votum ſunt diuerſa, & ex diuerſis non fit illatio, præſertim in diſpenſationibus, quæ ſunt odioſæ, & exhorbitantes; Nauar. de iureiur. lib. 2. conſ. 3. num. 6.

IV. Nec ille cõfeſſarius erit immunis, ſi iuramentum illius relaxaret, qui iuraſſet cum Petro non loqui, vel cum eo non
23 comedere † ad euitandam peccati occaſionem, quã ſolet quis incurrere ob familiaritatem alicuius; At ſi iuramentum nulli eſſet vtile; ſed alicui dãnoſum, vt ſi quis iuret, q̃ non loquatur cum Martino, vel non intrabit domum eius, vel non recipiat aliquid ab eo, vel non ſeruiet ei, & hoc iuramentum factum eſt ex indignatione, vel quia non vult præbere officium charitatis, tũc confeſſarius poteſt illud relaxare, vel potius denunciare illud non tenere, 22. q. 4. cap. qui iuramento §. fin. & c. inter cætera, & c. in malis. Imò etiam ipſe iurãs poterit propria auctoritate tũc contrauenire, licet debeat de facto pœnitere, 22. q. 4. c. 1. & ſeq. Quod multò magis procedit, q̃
24 iuramentum eſſet notoriè † illicitum, Speculator, qui ſupra nu. 24. Abbas in cap. venerabilem num 24. de elect. Vt ſi contineret peccatum mortale, vel venialeſe, optimus text. in cap. 1. de pactis in 6. Abbas, & Felinus in c. ſi verò de iureiurando, quamuis non ſit notorium, quia confeſſor poteſt

potest declarando nullum relaxare.

V. Incideret etiam confessor, qui relaxaret iuramentum, quod posset seruari sine interitu
25 salutis æternę; Sed esset † temerarium, & pernitiosum exemplo, & periculosum: quia relaxare spectat ad Episcopum, cap. grauis extra de censi. si in peiorem exitum vergat, vt extra de iureiur. cap. quintauallis, & c. si vero, & c. qui sacramẽto 22. q. 4. Specul. in d. §. nunc ostendendum tit. de legato num. 24. Abbas in d. c. venerabilem num. 24. de elect.

VI. Pariter ille innodatur, qui eum absolueret à iuramento, qui iurauit non petere ab eo
26 absolutionem; † nam licet illam non obstante iuramento petere possit, vt adnotauit Felin. in cap. constitutus colum. 4. extra de re script. Idem in cap. 2. de spons. Tamen ea est petenda ab Episcopo, cum non sit de iuramentis reseruatis Summo Pontifici.

VII. Non is incidit, qui relaxat iuramentum, intelligendo pro declaratione, ꝙ non teneatur pœnitens † adimplere iura-
27 mentum pro tempore imminentis necessitatis, si superior adiri non possit, quò casu etiam in iuramento licito, & honesto promissorio potest quis venire contra propria auctoritate, 11. q. 3. cap. anteceſſor; Quod idem extẽ de ad magnam vtilitatem, secũdum Innoc. & Cardin. in c. cum omnes, cap. quæretam de iureiu. quia magna vtilitas compara-
28 tur † necessitati, quod dictum intelligit Abbas in d. c. venerabilem nu. 24. in fine, quando immineret talis vtilitas, pro qua superior ipsum verisimiliter si potuisset adiri, absoluisset à iuramento, facit text. in l. tutor, qui repertorium. ff. de admin. tutor. 17. q. 4. cap. nullus.

VIII. Non incurrit cõfessor, si absolueret à iuramento eum, qui tenetur ad aliquid solum ex iuramento, & quod promittitur,
29 † solum spectat ad commodum, vel incommodum iurantium, & iurant de dando, vel faciendo alicui quo alteri, (v. g.) si quis iurat alij librum scribere, vel domum, aut aliquid aliud facere, & alius iurat ei mercedem reddere, vel si duo socij iurant de communicandis omnibus lucris; nam si ipsi inuicem remittunt iuramenta, quę possunt, vt expressim probatur in cap. 1. de iureiur. & c. 2. de sponsal. c. consuluit. versic. Et vtrum. de vsur. Quibus in iuribus probatur satis censeri vinculum iuramenti remitti, si sibi mutuam obligationem remittant; Vnde quando postea confessor relaxat iuramentum, illud proprie non est à iuramento absoluere; sed iuramentum esse remissum declarare; An vero partes possint sibi remittere obligationem, illud non est simpliciter ve-
30 rum; † Sed indiget declaratione per hos casus, videlicet, &

Primus, qui iurant aliquid se facturos, quod pertinet ad cultum

tum diuinum, aut ad religionem, vel pietatem, nequeunt sibi remittere talia iuramenta, (puta) si duo iurant religionem intrare, aut duo, vel tria psalteria inuicem dicere, vel iurent de lucro suo honesto certam portionem p̃stare fabricæ Ecclesiæ, vel in alios pios vsus, tũc nequeunt sibi talia iuramenta remittere.

Secundus, quando aliqui inuicem iurant aliquod, quod non seruatum tẽderet in animarum detrimentum, tunc nec remittere queunt. (v. g.) si carnifices iurant non vendere carnes infectas pro sanis, vel mercatores, q̃ non sophisticabunt merces suas, vel quòd propter prolixiorem terminum carius non vendant; nam tunc propter animarum salutem illi iuramentum remittere nequeunt.

IX. Nec etiam ille cõfessor,
31 qui relaxat iuramentum † per coactionem absolutam extortũ, incidit in casum, quia tunc non est relaxare; sed potius denunciare non tenere: Non est enim tale iuramentum obligatorium, & quamuis esset obligatorium, non est peccatum mortale non obseruare, cap. verum de iureiur. Specul. qui supra, num. 25. in fine. Tu autem dicas, quòd hoc secundum dictum procedit in iuramento extorto per coa-
32 ctionem conditionalem: † nam à tali iuramento per metum extorto Ecclesia solet absoluere, & transgressores eius vt peccantes mortaliter non puniuntur: Non enim ille text. potest loqui de absoluta: quia tunc iurans non egeret absolutione, cap. presbyteros dist. 50. & absoluta coactio potest procedere in tangendo sacra, & non in verbis, vnde Philosophus dixit Adriano Imperatori. Voci meæ proferendæ nulla est tibi potestas, Anan. in cap. verum. num. 3. extra de iureiur.

X. Immunis etiam esset sacerdos absoluendo indirectè pẽnitentem, modo is, cui iuratur, sit priuatus aliqua dignitate, propter quam aliqui efficiebantur subditi, † (exempli gratia)
33 priuatur Episcopus, vel aliquis Princeps Regno, vel Episcopatũ, tũc ex hoc statim sequitur iuramenta ab his subditis p̃stita remissa censeri, cap. ad Apostolicam de sent. & re iud. lib. 6. Idẽ dicendum est, quoties statuta religionis, aut alicuius collegij per superiorem reuocantur, aut tolluntur, statim enim hi, qui iurarunt eadem statuta seruare, absoluti censentur ab illo iuramento, quod Caiet. adnotat 2. 2. q. 99. art. 9. Couar. in c. constitutus de rescript. in 6. quare tũc relaxando est declarare subditum non teneri.

XI. Nec etiam incidit is, qui declarauit iurantem nõ teneri ad obseruantiam iuramenti, si illud in melius commutat,
34 † cap. peruenit de iureiur. facit text. in cap. scripturæ extra de voto (v. g.) iurauit quis cõtrahere matrimonium cum aliqua propria auctoritate, potest contra-

trauenire ingrediendo religionem, Ioan. Andr. in cap. tua nos de iureiur. Verum, quando dubium est; an id, in quod commutatur, sit maius bonum, vel si bonum iuratum non esset impeditiuum maioris boni, quia vtrunq; fieri posset, tunc requiritur auctoritas superioris ad commutandum, non quidē confessarij; sed saltē Episcopi; quia sicut pōt votum commutare; ita & iuramentū Inno. ī c. debitores de iureiur. Ant. de Butr. in d c. peruenit num. 3. (v.g.) iurauit quis ire ad S. Iacobum, & nunc intendit ire ad sepulchrum: Etenim tunc potest adimplere primum, & deinde ire ad sepulcrum.

XII. Immunis etiam is est,
35 qui absolueret aliquem † à iuramento, quod obseruatum esset manifestum peccatum, vt si iurasset interficere Petrum, nō assistere missæ diebus festis, quia tunc talis absolutio est declaratio, quòd non teneatur ad eius obseruantiam: Imo, vt supra diximus, potest propria auctoritate contrauenire, pœnitendo de iuramento facto, cap. in malis 22. quæst. 4. cum similibus, D. Thomas 2. 2. quæst. 88. artic. 9. Quod idem, quando obseruantia iuramenti esset maioris boni impeditiua, vt si iurasset non intrare religionem; nam si vult ingredi, non indiget dispensatione. Astens. lib. 1. de iuram. c. 11.

XIII. Nec si cōfessarius absolueret à iuramēto facto à subdito circa ea, quæ pertinent ad
36 eius superioris potestatem: † nā si Pater, vel Dominus irritasset huiusmodi iuramentum, & deinde pēnitens confitetur se emisisse huiusmodi iuramentum, quod pater irritauit, tunc declarando irritationem fuisse validam, non incidit in casum, Astens. qui supra. Quod tunc procedit, quando iusiurandum dumtaxat illud est, cuius materia est eorum potestati subiecta, argument. text. in cap. puella, cap. illud 20. q. 2. cap. manifestum, cap noluit 33. quæst. 5. (v.g.) si filius familias, seruus, vel vxor iuret se peregrinaturum, vel daturum centum puellæ, quia talis peregrinatio, vel pecuniæ erogatio potest afferre damnum, & incommodum patri, marito, vel domino, possunt inane reddere tale iuramētum factum, facit tex. in cap. relatum de sent. excommun. nam tale iusiurandum non valet cum detrimēto eius, in cuius dictione est; secus autem, si iuramentum non esset de his, quorum potestati ij, qui iurant, nō sunt subditi; Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 9. ad 3.

XIV. An confessarius, qui facultatem habet commutandi vota, exceptis ijs, quæ sunt Summo Pontifici reseruata, possit nō obstante tali reseruatione relaxare votum iuramento confir-
37 matum, † quod non est de reseruatis Summo Pontifici. (v.g.) si voueo me aliquid facturū, qđ postea iureiurando confirmo.

Re-

Respondeo saluo semper meliori iudicio, ꝙ non; nam per priuilegium datur facultas absoluendi à voto, quod est simplex, & non quod est vinculo iuramenti corroboratum; nam in tali voto sunt duo vincula diuersa, voti, & iuramenti; ergo concesso vno, non videtur alterum concessum. Difficilius est enim duo vincula, quàm vnum soluere; Hinc votum metu factum;
38 quod cadit † in constantem virum, non valet, cap. 1. extra de his, quæ vi; At iureiurando communitum subsistit, vt firmum, ergo non ex hoc, ꝙ votum dirimitur, iusiurandum absoluitur, & simpliciter promittens soluere vsuras, eas soluere non cogitur. Sic tamen. Qui promisit, & iurauit, cap. debitores de iureiur. Quod multò magis dicimus procedere, quando solum esset huiusmodi vinculum, vt si iuras te aliquid Dei causa facturum: nam tunc facultas absoluendi à voto, non extenditur ad iuramen-
39 tum; quia hæc sunt vincula † diuersa, & cui datur facultas soluendi vnum, non committitur, vt possit soluere aliud, argum. tex. in l. Papinianus. ff. de minor. quia separatorum separata debet esse ratio.

XV. Nec si confessarius relaxaret aliquod iuramentum, quod esset minimum, (v. g.) si recitare iurasset vnum Pater no-
40 ster, † vel dare vnum denarium pauperi, vel abstinere ab aliquo verbo otioso, quia sicut talis transgressio est venialis, quando iureiurando mens verbo concordat, Dom. Anton. in cap. si vero de iureiur. Sic tollere dicta iuramenta commutando in aliud, credimus confessarium non incidere in casum, hoc faciendo, quia quando casus loquitur de relaxatione iuramentorum, intelligitur de ijs iuramentis, quorum transgressio est mortalis, cum casus reseruatio intelligatur de mortalibus tantum.

XVI. Cõprehenduntur confessarij, quamuis habuerint facultatem ex priuilegio absoluendi à casibus Episcopalibus, & Papalibus, si relaxarent iuramenta, quorum relaxatio spectaret ad Episcopum: & ratio est, quia vt appellatione casus non venit
41 † irregularitatis dispensatio, vt notatur in cap. clerici de cleric. excommun. ministr. Sic neque votorum commutatio, aut iuramẽtorum relaxatio, quia sunt diuersa à casibus, & ex diuersis non fit illatio; poterunt tamen permanente vinculo iuramenti, vel voti absoluere à transgressione, vt nos diximus in appendice in 3 par. libro 1. capitulo 7. num. 12.

SVMMARIVM.

1 Distribuere quid sit, & qualiter hic accipiatur.
2 Bonorum nomine veniunt mobilia, & immobilia.
3 Prælatus vt rem immobilem alienare non potest; Ita nec remittere seruitutem.
4 Nomina debitorum an computentur inter mobilia.
5 Bona quare sic dicantur.
6 Restitutio differt à satisfactione in multis.
7 Satisfactio, & non restitutio fit in purgatorio.
8 Defuncti in Purgatorio non morantur, quousque restitutio fiat.
9 Peccatum non remitti, nisi fiat restitutio, qualiter intelligatur.
10 Persona, quando dicatur ignota.
11 Debita quando dicantur incerta.
12 Non restituere est vnum de maioribus criminibus.
13 Sacerdos absoluens eum, qui debet restituere aliena, quàm maximè peccet.
14 Absolutio an sit valida pro peccatis, pro quibus poterat.
15 Confessor absoluens quem non debet, monere debet illum non esse absolutum.
16 Reseruatio casus non intelligitur quò ad actum ipsum, quò quis habet incerta.
17 Nec quò ad ipsum, qui malè accepit.
18 Distributio pauperibus facta per eos, qui extorserunt, quando illis non prosit.
19 Hyppocrita, qui sub nomine boni christiani multa est lucratus, tenetur ad restitutionem.
20 Episcopus an possit iubere, ne extor quens ipse restituat.
21 Reseruatio casus non habet locum, quando testator mandauit, vt incerta restituantur per executores.
22 Prouisio hominis tollit prouisionem legis.
23 Casus præsens vbi soleat reseruari.
24 Et an possit reseruari, & qualiter intelligatur, num. seq. & 26.
27 Restitutio facienda per Episcopũ, quando circa restituenda non est deputatus à testatore executor.
28 Legatum de malè ablatis dicitur Pium.
29 Reseruari potest incertum, quando distributio facta per alium esset suspecta, vel quò ad confessores, ne ipsi restituant. num. seq.
31 Absolutio in multis casibus potest impendi non obstante casus reseruatione.
32 Episcopus potest se intromittere quatuor in casibus ob restitutionem non factam de rebus tàm certis, quàm incertis.

De restitut.incertorum malè ablat. Cap. XXXIII.

Distributio bonorum restituendorum, quando ignoratur certa persona, cui facienda est restitutio.

EXPOSITIO.

Flor. 1 DISTRIBVTIO) Distribuere apud Iurisconsultum † est suum vnicuique tribuere, l.j.ff.famil. erciscund. Item distributio quotidiana Pontificis significat id, quod præstatur ijs, q horis certis intersunt, cap.2.§.1.de ætate,& qualitate. in clem.cap.vnico de cleric.non resid.lib.6.c.licet vobis de preb. Hic verò cũ loquamur de bonis incertis restituendis, capitur distributio pro erogatione facienda pauperibus, vel pro diuisione faciẽda inter plures,eorum,quę sunt restituenda,sic D. Thom.1. Cor.13.super illa verba. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, dicit, q opus charitatis non totum congregatur in vnum, sed diuiditur inter plures, secundum illud Ps. 3. Dispersit dedit pauperibus; Et hoc designatur, cum dicitur. Si distribuero.

(Bonorum) Bonorum appellatio multum ampla est; nã primo comprehẽdit bona mobilia, 2 † & immobilia,c.relatum de testam.vbi per glosam,& inter immobilia annumerãtur mancipia rustica,notatur ĩ c.nulli de cler. nõ resid.vbi per Anan.Item iura incorporalia,vt seruitutes, vide glosam in c.2.de reb.eccles.non alien.lib.6. Vnde sicut prælatus non potest alienare rem immo- 3 bilem; Ita nec poterit † remittere seruitutem, quia si fundus tuus debet seruitutem Ecclesiæ, non potest prælatus illam remittere; sic rerum immobilium nomine continentur annui reditus, l iubemus §. æconomus. C. de sacrosanct. Eccles. Nomina verò debitorum si ex se considerantur,non possunt dici mobilia, 4 † quia non mouentur, nec immobilia, quia non circumscribuntur loco, & sic est species de per se; sed quando est necesse, vt applicetur alicui rei, & tunc secundum subiectam materiã debet intelligi,quia si actu competit ad rem immobilem, & tunc aut illa res est pretiosa,& præsumitur immobilis,secus si non sit pretiosa, & seruari non potest, quia tunc dicitur mobilis. At vsusfructus cõputatur inter res mobiles; ita tex.in l.fin.in fi. C. de præscript. longi tempor. Ita Anan.in d.c.nulli.

Item bona secundum Vulpianum in l.bonorum de verb.sign. 5 ex eo dicuntur,q beant, †hoc est beatos faciant; nã beare est prodesse,quia quod prodest,beat,dicit glosa.& verè, ac propriè loquendo sunt ea, quæ sunt in do-

minio habentis: ita not. in l. 1. ff. si quis testam. liber esse &c. hoc est, quæ deducto ære alieno vnicuique supersunt, vt ait Paulus in l subsignatum de verb. signif. Et de his bonis loquitur litera hic; nam tunc demum bona incerta sunt restituenda, quando fuerint primum satisfacta debita certa, vt diximus in 1. par. decis. lib. 2. cap. 133. Et ita cum appellatio bonorum sit duplex, naturalis, & ciuilis, hic intelligitur de naturali, quia naturaliter dicuntur bona, quia faciunt beatum, & delectant.

(Restituendorum) Hoc est reddendorum; nam restituere est reddere, quod oblatum est; Et notanter dicitur. Restituendorum, & nõ satisfaciendorũ, quia differt satisfactio à restitutione;
6 † nã restituere est reddere quod oblatũ est, Satisfactio verò, q̃ pars est pœnitẽtiæ, est iniuriã resarcire; Rursus satisfacere nõ solũ fit hominibus, verum & Deo, eidemq; præcipuè fit. Sed restitutio propriè solis hominibus. Item per restitutionem nõ remittitur peccatum; sed tantũ cessatur à peccando; Per satisfactionẽ verò remittitur quãtum ad pœnam remissa culpa, eo, q̃ est solutio pro peccato debito. Præterea satisfactio debet fieri in gratia; Restitutio autem legitimè fieri potest inter homines etiam extra gratiam Dei. Rursus satisfactio est pœnitentiæ pars: At restitutio dumtaxat præambulum, vt quis à peccato desistat; Item satisfactio arbitrio sacerdotum virtute clauium constituitur, Restitutionem verò ad æqualitatẽ quisque tenetur sua sponte facere, vel sententiæ parere iudicis; Differt etiã vltimo, quia in purgatorio nulla fit, fierive † expe-
7 ctatur restitutio: sed tantum fit satisfactio: seu satispassio: Quod ideo dixerim, ad depellendam opinionem vulgi, quod arbitratur defunctos in Purgatorio remorari quousque restitutiones, quas hic suis commendarunt, executioni † mandentur.
8 Est n. deridiculum, sic. n. sequeretur absurdum, q̃ si hæredes nunquã restituerent, nunquã miser ille ab illis purgatorij carceribus exiret, qua vtiq; ratione purgatoriũ verteretur in infernum: solum. n. si negligens fuerit ad mãdandum fieri restitutionem, etiã si culpa remittatur, luet in purgatorio pœnas negligentiæ, quãuis post eius obitum ilico fiat restitutio; illis autem pœnis persolutis etiam si nunquã restitutio fiat, liberabitur. Quare non obstat illud Augustini: Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, † quia intelligitur
9 de remissione culpæ in hoc sæculo, quia qui non restituit, reus est semper culpæ. Ecce quanta intercapedine satisfactio, & restitutio distant, quã qui velit in longũ videre, legat Sotũ de iust. & iu. lib. 4. q. 6. art. j col. pen. & vlt. Quia ergo hic agitur de restitutione bonorum malè ablatorũ, meritò dicitur. Restituẽdorum.

(Quan-

(Quando ignoratur certa persona, cui facienda est restitutio) Ignorari dicitur persona, nō quæcunque creditori est ignota,
10 † quæ in sua non est notitia, neque memoria; sed illa prorsus, quæ facta pro ratione debiti solerti diligentia inueniri non poterit; Nam illa propriè dicun-
11 tur debita incerta, † quorum Domini post vigilantem indaginē, quæ bona fide fuerit facta, inueniri non possunt, Sotus lib. 4. de iust. & iu. quæst. 7. art. 1. colum. 6. Est ergo sensus horum verborū, secundum prouidentiam diœcesani Episcopi esse distribuenda bona, quæ sunt restituenda, quādo ignoratur certa persona, cui illa facienda est, alias qui aliter restituuret, cōprehenderetur sub casu, vt videbimus in decisionibus.

Grauitas.

EX eo noscitur grauitas hu-
12 ius peccati, † quia cum reseruatio fiat de maioribus criminibus, glosa in cap. quod translationem de offic legat. fit, vt cum restitutio malè ablatorum incertorum sit vnus casus de Episcopo reseruatis, vt notat glosa in cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. optimus text. in cap. cum sit extra de Iudæis; Ad idem habetur in l. nulli licere. C. de Episcop. & cleric. quæ allegatur per Papam in cap. nos quidem de testamen in quibus dicitur, quòd spectat ad Episcopum exequi pias defuncti voluntates, si ipse certas personas ad hoc non designauit, facit ad idem id, quod habetur in authen. omnes peregrini. C. commun de succeſſ. vbi dicitur, quòd si aduenæ, & peregrini sine testamento in hospitio moriuntur, nihil ad hospitem peruenire debet: sed bona eorū per manus Episcopi loci tradantur, si fieri potest hæredibus, aut in pias causas erogentur; Ad idem, quod habetur in authentica de Ecclesiast. titul. in §. si quis autem colum. 9. & in d. cap. tua nobis, in quibus dicitur, ℣ in omnibus pijs volūtatibus spectat ad Episcopum loci prouidere, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant. ergo ex his infertur, quòd cū sit vnus ex casibus de iure Episcopis reseruatus, vt sit de maioribus criminibus. Hinc sequitur, quòd si Episcopus aliquem approbauerit ad audiendas confessiones, in casibus quidem specialiter reseruatis nullam confessor habet auctoritatem d. c. 2. cum in specialiter reseruatis non dicatur habere ordinis executionem, arg. tex. in cap. adijcimus §. ecce 16. quæst. 1. Vnde absoluendo pœni-
13 tentem, † qui malè ablata non restituit, abutitur potestate clauium, eaque absolutio nullius est efficatiæ, facta ab eo, qui non poterat. An vero valeat absolutio pro illis peccatis, pro quibus poterat, & pœnitens cum id ei cō stiterit, illud tantum peccatum teneatur confiteri, pro quo ab-

solutio non valuit, videndus erit Sylvester in verbo confessio 1.q. 3. vers. 4. Nauar. in Manual. c. 9.nu.6. versic. Quartò. Vbi dicunt validam esse absolutionem
14 pro illis peccatis, † pro quibus poterat, & pœnitens cum id ei constiterit, tenetur solum confiteri peccatum, à quo absolui nō poterat, & est communis. Et ita aduerte, quòd hoc dictum procedit data ignorantia ipsius pœnitentis credentis confessariū posse absoluere ab omnibus peccatis: Alias secus, si sciret non posse, & ipse permitteret se absolui, quia tunc pœnitens peccaret mortaliter, faciens se absoluere ab eo, qui non potest: vnde cum hoc peccatum non confiteatur, confessio est iteranda ex capite non integræ confessionis. Confessor vero absolutionem im-
15 pendens, siue id fecerit †sciens, siue per ignorantiam crassam, quàm primum pœnitentem monere tenetur, si commodè, & sine scandalo potest; Non tamen ob hoc incurrit aliquam censuram, nisi absolutionem impendere præsumpserit à cēsuris bullæ cœnæ Domini, vt dixit Nauar. in Man. c. 27. num. 74. Et hęc intellige de confessarijs presbyteris sæcularibus, secus autem regularibus, qui absoluendo à cē suris, à quibus non possunt, quāuis nō sint excommunicationes insertè in bulla: sed aliæ, sunt ex cōmunicati, vt diximus in j. par. decis. lib. 1. c. 13 Sed modò deueniamus ad decisiones, quarū sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsus iste reseruatus non intelligitur quò ad actum ip-
16 sum, † quo quis habet incerta, cum plerumq; incerta sint apud aliquem sine peccato, vt gemmę, quæ fueruut inuentæ, quæ nunquam fuerunt alicuius domini; nam tales sunt occupantis, & propterea non sunt restituendæ; Sic thesauri, qui aliquando fuerunt inuentoris, qui si ab antiquo in proprijs inuenti, sunt inuentoris; At in alieno, diuidūtur inter se, & dominum, Cajet. 2.2. quæst. 66. art. 5. l. 2. C. de thesaur. lib. 10. §. Thesaurus, vbi glosa inst. de rerum diuis. dixit, & propterea cum talia incerta possint esse sine peccato, reseruari non possunt.

II. Nec casus iste intelligitur quò ad ipsum, qui malè accepit: nam talis malè ablata,
17 siue sint certa, † quibus restitui debeant, siue incerta, potest non obstante reseruatione Episcopi per seipsum restituere, & pauperibus erogare absque licentia, & auctoritate Episcopi, vel alterius personæ Ecclesiasticæ, vt satis colligitur ex cap. cum tu §. 1. ibi pauperibus erogare de vsur. & in glosa in cap. sicut dignum §. eos in fine de homic. sumpto argumento à cōtrario sensu, qui textus loquitur in rapina in casu, quo competit repetitio, vbi

ha-

habetur, quòd distributio ibi facta pauperibus per eos, qui ex-
18 torserunt,† eis non prodest, ergo si illi non extarent, videtur velle text. quòd profuisset illis talis distributio, ita Archid. in cap. 2. de testam. in 6. quem ibi sequitur Gemin. & Franchus Nauar. in Manual. cap. 17. num. 92. Versic. Dixi etiam. Vbi dicit, quòd hæc opinio est communis casum ab Episcopis reseruatum circa distributionem incertorũ, de qua per glosam in cap. 2. de pœnitent. & remiss. lib. 6. non intelligi de eo, qui per seipsum sine Episcopo, & etiam sine confessario restituit. Idem etiam tenuit Gabriel. in 4. sentent. distin. 15. quæst. 11. ibi Dubio quarto. Hinc Ananias in cap. cum sis de Iudæis num. 13. dixit, quòd hy-
19 pocrita, † qui sub nomine boni Christiani multa lucratus est, tenetur illa restituere, quia per fraudem quæsiuit; sed fortè non illi, qui dedit, quia iam consecutus est mercedem suam; sed debet erogare pauperibus, & sic vult Innoc. in cap. quia pleriq; de immunit. Eccles. quod ipse hypocrita, & non Episcopus hoc faciat. Imo Episcopus contrarium
20 iubere † non potest, nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris se interponere secundum plures canonistas, & Summistas, quos allegat Nauar. qui supra. Addẽs etiam ex Syluestro consuetudinem contrariam nullius esse valoris.

III. Nec etiam casus intelligitur, quando testator in suo testamento mãdaret per aliquos
21 executores † malè ablata expẽdi pauperibus incerta: Ita Archid. in cap. 2. de testamen. in 6. quia vbi persona certa deputata est à testatore, ille debet exequi, vt 12. q. 2. de laicis in fine. & ratio est, quia si constitutio Episcopi de restitutione malè ablatorum incertorũ includeret hũc casum, esset contraria iuri Canonico, quia voluntas debet esse libera maximè in testando, 45. dist. cap. de Iudęis, de pœnitent. dist. 2. ca. si enim. C. de sacrosan. Eccles. l. 1. Sed modò tolleretur hæc libertas, quia esset necessaria licentia, & consensus Episcopi: ergo talis constitutio non est intelligenda in tali casu; Episcopi enim non euellere, aut minuere ius canonicum debent: sed obseruare, 19. dist. cap. nulli. de constit. cap. 1. Calder. eod. tit. cons. 5. ita hoc tenet Archid. qui supra, qui dicit quòd vbi certa persona deputata est, debet exequi per se, & non alij committere, l. nulli. C. de Episc. & cleric. Idem tenet Gemin. & Franch in d. cap. 2. de testam. in 6. qui dicit,
22 quòd prouisio hominis † tollit prouisionem legis, l. maritus. C. de procurat. ergo si testator prouidit sibi de executore, Episcopus non debet se intromittere, qui est executor datus à lege, ita etiam sequitur Decius in d. cap. quia plerique.

IV. Casus iste solet in Tuscia reseruari vt hic, & in Diœ-

Fiesoli Senis.

cesi Fiesolana, & præsertim in Ciuitate Senensi, vt refert Domin. Feder. de Senis consil. suo 32. incip. Nunquid illæ, Anchar. in cap. cum tu de vsur. Reseruatur etiam Nolæ, Mottulæ, & Ferrariæ, & omnes tendunt in vnum; Discrepant solum in verbis, & quò ad quantitatem; Nam vt hic & Fiesuli dicitur. (Distributio) In alijs locis reseruatur restitutio incertorum; sed idem est; nam restituere pauperibus incerta, est illa eis distribuere, & erogare, iuxta text. in cap. cum tu de vsur. & ita ibi Doctores. & c. cum sit æquiuocant hæc duo verba, verum quò ad quantitatem hic, & Fiesuli; At Nolæ simpliciter reseruatur restitutio incertorum; sed Mottulæ tunc demum, quando excedit summam aureorum decem: sed Ferrariæ, quando summã vnius scuti.

Nola, Mottulæ, Ferrariæ.

V. Dubitatur inter DD. in cap. cum sit de Iudæis, & præcipuè per Mar. Socc. ibi num. 37.

24 An possit casus reseruari, † ne bona incerta malè ablata distribuantur per alium, quàm per Episcopum. Et in hoc sunt diuersæ opiniones. Altera Hostiens. & Altera Archid. in d. cap. 2. de testam. in 6. Verum opinionem Host. consuetudo Tuscię, & maximè in Ciuitate Senarum approbat, dicentis posse Episcopũ, vt refert Anan. in d. cap. cum sit. nu. 12. qui in hoc põderat, quòd

25 quando approbat vnam † ex pluribus rationibus, illa est tenenda; Verum hæc consuetudo sic potest interpretari, non respectu legatorum in piam causam; sed respectu incertorum, quòd non possit fieri restitutio sine prouidentia Episcopi, vnde pondera hoc verbum; Nam non dicit, q̃ Episcopus debet restituere; sed secundum prudẽtiam suam: Hoc est, q̃ quando restitutio fieri debet inter pauperes, non ipse Episcopus manu sua accipiat; sed vt in erogando prouidentiam illius requirat, qui est pater pauperum: ita Ananias, qui supra, num. 12. circa finem, & num. 13. Sic Mar. Socc. in d. cap. cum sit. num. 37. Nauar. vero cap. 27. nu. 92. dicit, q̃ talis Constitutio Episcoporum sic est intelligenda, quòd possunt Episcopi reseruare

26 casum, † vt qui peccauerint nõ restituendo incerta, non possint absolui, nisi ab Episcopo: ita Paulus de Leaxara in clement. Dudum verbo. super huiusmodi autem. verbo à iure concessa de sepult.

VI. Potest etiam intelligi Constitutio, quando sunt restituenda incerta nullo relicto per

27 testatorem † executore ad hoc deputato, (v.g.) si testator facit sibi conscientiam, relinquendo centum pro anima sua pro malè ablatis, nullum relinquendo executorem specialem ad hoc, tunc omnes DD. concludunt in hoc talem restitutionem debere fieri per diœcesanum, & ità valet Constitutio prohibentis, ne per alium fiat; ita Ioan. Andr. & Franch.

Franch. in d. cap. 2. de testamen. in 6. & ratio addi potest, quia legatum factum pro malè ablatis
28 incertis dicitur pium, † seu ad pias causas factum, quod videtur firmare Bart. in l. j. in 8. col. versic. 3. quæro. C. de sacrosanct. Eccles. & Baldus in auth. similiter in princ. C. ad l. Falcid. quia videtur relictum pro anima illius, à quo est extortum, licet sit incertum: Sed legata pia sunt distribuenda per Episcopum, si per testatorem nō est designata certa persona, ergo. ita Anan. qui supra, num. 16.

VII. Quando erogatio est suspecta, ne fiat circa pauperes
29 Christianos, † tunc omnes concludunt in d. cap. 2. & habetur per Mar. Socc. in d. cap. cum sis in fine, & Gabr. in d. quęstione 2. Dubio 4. distin. 15. debere illam fieri per Episcopum, & ita propriè intelligitur textus in d. cap. cum sis. vbi habetur, q̄ Iudæis officialibus super Christianos tandiu Christianorum cōmunio in commertijs, & alijs denegetur, donec in vsus pauperum Christianorum secundum prouidentiam Diœcesani Episcopi conuertatur, quicquid fuerit à Christianis adeptum occasione officij sic suscepti, & officium cum pudore dimittat, q̄d irreuerēter assumpsit, & hoc ideo, quia non poterat præsumi, q̄ Iudæus fideliter distribueret accepta ratione officij Christianis pauperibus, quia erat suspectus: Quare hac de causa mandatur illam esse faciendam secundum prouidentiam Episcopi.

VIII. Pariter secūdum omnes videtur hunc casum esse intelligendū respectu confessario-
30 rum, † vnde incidit in casum sacerdos, qui audiuit confessionē illius, qui tenetur aliqua incerta restituere, si absq; diœcesani prouidētia restitueret, & mouentur triplici rōne; Prima q̄a si simplices sacerdotes posset restituere, sæpè sibi imbursarēt. Secūda q̄a in maioribus etiā dubijs est prouidentia Episcopi adhibenda. de offic. Archid. cap. fin. cap. monachi de sentent. excommunicat; Tertia, quia Episcopus habet generalem dispensationem, & curam omnium Ecclesiarum suę diœcesis, 10. quæst. 1. cap. regenda. & cap decernimus, & tota diœcesis dicitur sua Parochia. ca. 1. de raptor. ita Ioan. Andr. Anchar. & Mar. Socc. in d cap. cum sit.

IX. In omnibus casibus, in quibus potest confessor absoluere pœnitentem ob restitutionem
31 non factam † de rebus certis, multo magis poterit absoluere, quando bona restituenda erunt incerta: ita Nauar. in Manuali num. 93. cap. 17. De his vide plura per nos in j. parte decis. cap. 132. num. 4. per totum.

X. In quatuor casibus restitutio incertorum potest per Epi scopum reseruari.

32 Primus, † quādō mortuo illo, qui debebat restituere, nullus est relictus hæres, vel executor

tor ad restituendum.

Secundus quando is, qui debet restituere, non vult, & in iudicio agitur contra eum; nam tunc exigitur auctoritas Episcopi.

Tertius, quãdo restituens malè dispensaret, quia non dicitur factum, quod aliter factum est, quàm debuit, potest ergo se intromittere, vt legitimè dispenset. Nec tamen excusaretur, si interueniente auctoritate Episcopi malè dispensaret, puta amicis non pauperibus, qui ambo incidunt in peccatum.

Quartus, quando talia incerta possiderentur à manifesto vsurario, quia tunc ex dispositione iuris debet fieri per Episcopum, vel eius auctoritate, vt in c. quãquam de vsur. in 6. In his ergo casibus potest secundum prouidentiam Episcopi bona incerta distribui pauperibus, qui debet
33 † inter pauperes eligere pauperiores, & inter æquales paupers iustiores, quia non tàm paupertas, quàm religio attendenda est, & conuenit, vt detur pauperibus illis loci, in quo ablatio facta est, quia sic citius possent casu peruenire ad veros dominos, & magis præsumitur verũ dominum in casu voluisse restitutionem fieri pauperibus loci sui, quàm alienis: Hæc Gabr. qui supra.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes qui, & quare sic dicantur.*
2 *Sacerdotes, quandoque pro confessoribus capiuntur.*
3 *Sacerdotes in reseruatis ab Episcopo non dicuntur habere ordinis executionem.*
4 *Verbum absoluere præsumentes, quos comprehendat, num. 23.*
5 *Præsumit verbum denotat dolum, & temeritatem contrafacientis.*
6 *Casus dicitur à cadendo.*
7 *Casus appellatione an veniunt censuræ.*
8 *Casus si simpliciter reseruatur; multò fortius, si adest censura ex maioritate rationis videtur reseruatus, & tunc non extensio; sed inclusio dicitur.*
9 *Absoluens à casibus reseruatis qualiter peccet.*
10 *Absoluens quem non debet, quid facere debet.*
11 *Absoluens si ignorat se non ritè absolutum, est excusatus.*
12 *Absoluens à censuris, à quibus nõ potest, qualiter venias puniendus.*
13 *Et quid si absoluit à bullis in cœna Domini.*
14 *Absoluens à casibus, à quibus non potest, incurrit maledictionem.*
15 *Laicus confessiones audire, sed absoluere non potest.*
16 *Laicus absoluendo sacrilegus est; sed non irregularis.*
17 *Absolutio à quibusuis casibus, & censuris fit in articulo mortis.*

Arti-

18 *Articulus mortis naturalis, vel violentæ qualis.*
19 *Absoluti si reconualescunt; an teneantur iterum confiteri.*
20 *Absolutio sub spe ratihabitionis de præsenti à casibus reseruatis: an valida.*
21 *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari qualiter intelligatur.*
22 *Absoluens à casibus reseruatis iterum absolutis non peccat.*
23 *Præsumens absoluere quando dicatur, supra num. 4.*
24 *Confessor credens posse absoluere, si absoluit, non incidit.*
25 *Legatus Sedis Apostolicæ non potest manus extendere ad ea, quæ sibi Sedes Apostolica reseruauit.*
26 *Absoluens ex tacita Episcopi licentia non comprehenditur sub litera.*
27 *Casus reseruatos habens an licitè absoluat exterum de casu reseruato in patria.*
28 *Fur non est recipiens inuentum, nõ considerans, an sit habitum pro derelicto.*
29 *Confessor qualiter se gerat circa pœnitentem, quem absoluit à peccatis.*

De Sacerdotibus absoluentibus à casibus reseruatis. Cap. XXXIIII.

Sacerdotum absoluentium à casibus reseruatis.

EXPOSITIO.

QVIA hic casus idem est, ac si diceretur Confessarij à censuris, vel à casibus reseruatis absoluere præsumentes. Etenim dum dicitur. Absoluentium. Intelligitur ex certa scientia, & est, ac si dicatur. Absoluere præsumentes, & dum dicitur à casibus reseruatis, multò fortius interpretanda est mens legislatoris, vt sit à censuris. Ideo deuenio ad expositionem verborum. *Rossa-ni.*

(Sacerdotũ) Sacerdotes sunt
1 †iuxta tex. in cap. 1. §. & hoc de sum. Trinit. & fide Cathol. qui ritè fuerunt ordinati secundum claues Ecclesiæ, quas concessit Apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus. Et habent sacerdotes nomen compositum ex Græco, & Latino, quasi sacrũ dantes, cap. cleros §. sacerdos dist. 21. Hi vero sacerdotes po-
2 nuntur † pro confessoribus, quia in dedicatione sui presbyteratus potestatem accipiunt peccata remittendi, cap. adijcimus §. ecce 16 quæst. 1 quamuis executionem suæ potestatis non habeant

beant

beant in audiendo confessiones, nisi aut parochiale beneficium habeant, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium idonei per approbationem iudicabuntur, vt habetur per Concil. Trident. sess. 23. cap. quamuis.

(Absoluentium) intellige scilicet à casibus reseruatis. Cum enim sacerdos in reseruatis Epi-
3 scopo † non dicatur habere ordinis executionem, d. §. ecce, Philip. Franch. in cap. 2. de poenit. & remiss. libro 6 fit, q̃ vnusquisque sacerdos animaduertere debet, potestas sibi commissa quousque se extendat, & illam non excedere, cum executionem ordinis non habeat: quia si absolueret, absolutio esset nulla, iuxta quod notatur in clemen. religiosi de priuileg. Quod intellige, quando scienter: Hinc in principio diximus idem esse absoluentium, quàm absoluere præsumentium. Quare fit, q̃ non comprehenduntur confessarij, qui ex obliuione, aut incogitantia; sed
4 solum, † qui ex certa scientia ex dolo, aut temeritate aliquem absoluerẽt, Cardin. clem. 1. quæst. 39. de priuileg. quia verbum præsumo arguit dolum, & temerita-
5 tem contrafacientis, † facit tex. in cap. monasteria de vita, & honestate clericor. cap. fin. ne præl. vices suas cum simil. Et dum dicit absoluentium, intellige in foro poenitentiali à peccatis, quæ quidem à sacerdotibus solum potest impendi, cap. noua de poenit. & remiss. cum solum ipsis commissæ sint claues Ecclesiæ, 24. quæst. 1. cap. quodcunque glosa in cap. canonica de senten. excommun. siue à casibus, cap. omnis de pœnit. & remiss. siue à censuris, d. cap. canonica. Hinc sequitur.

(A casibus reseruatis) casus
6 dicitur à cadendo, † quare specialiter, & propriè dicitur peccatum, quod facit peccantem cadere rectitudine iustitiæ: peccatum enim est graue onus, & valdè ponderosum, ob quod cadunt homines, sicut cadunt asini sub nimio onere; Vnde prælatus reseruando casus, restringit facultatem confessarijs, vt nequeant ab illis absoluere, qui si sunt Episcopales, eorum appellatione
7 non veniunt censuræ, † quod tamen secus esset, si essent Papales, cum nullus sit casus Papalis, qui illam non habet, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 4. c. 18.

(A casibus reseruatis) ergo multò magis à censuris, ex maioritate rationis. considerando mẽtem ipsius Diœcesani; nam si reseruat sibi aliquod crimẽ, à quo non possit absoluere, multò magis, si erit annexum cum cẽsura. Imò hoc non est extendere; sed
8 potius includere, † vt casus reseruatus includat etiam casum habentem annexam censuram. glosa not. in cap. 1. Verbo Italiæ de temporib. ordinat. libro 6. Est ergo sensus verborum horũ, q̃ Episcopi reseruant sibi peccatum eorum, qui abutuntur potestate

ſtate ſibi tradita ad audiendas confeſſiones abſoluendi confitétes ſcienter à peccatis ſine cenſura, vel cum cenſura, à quibus non poſſunt; Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis, quę innoteſcit ex multis, &

Grauitas.

I. QVia ſi religioſus eſt, vel presbyter ſæcularis, qui abſoluit à Caſibus ſolum reſeruatis, ſciens ſe hoc non poſſe fa-
9 cere, peccat † mortaliter, ſecundum Richardum in 4. ſent. diſtin. 18. & Abſolutio nulla eſt, quare confeſſor debet auctoritatem à ſuperiore impetrare abſoluendi eum, & ſi ſine ſcandalo fieri poteſt, vocare non abſolutum, & illi dicere, ac eum abſol-
10 uere, † poſt auditam confeſſionem, vel ſi notabile ſcandalum timeretur, aliqui dicunt, quòd abſoluat eum abſentem, ſi ab vltima confeſſione adhuc ſperatur eſſe in gratia, vel committat eum ſummo ſacerdoti, quia
11 confeſſus excuſatus eſt, † & corã Deo abſolutus eſt, interim, quòd neſcit, facit gloſa ſingul. in cap. dudum verbo Deceptæ extra de elect. Vnde quando ſibi conſtiterit, non tenetur omnia peccata iterum confiteri; ſed ſolum illa, à quibus confeſſarius non potuit abſoluere, ſecundum omnes in 4. ſentent. diſtinct. 17. Nauar. in Manuali cap. 9. num. 7. verſic. Quartò. De hoc vide Diuũ Antoninum in ſummula Defecerunt 3. par. tract. 1. de bonitate confeſſarij cap. 22. Sylueſt. in verbo confeſſio 3. num. 1. Verum quò ad abſolutionem dandam abſenti tene cum Soto, ſicut & nos affirmauimus in 1. par. deciſ. lib. 1. cap. 23. nume. 23. ſcilicet quòd nullo modo abſolutio danda eſt abſenti, cum confeſſio ſit actus perſonalis, quare poterit confeſſor vocare ad ſe pœnitentẽ, & dicere ſe grauiter erraſſe in cõfeſſione, & ideo ſi vult, aut iterum confiteatur, aut licentiam det loquendi de cõfeſſione, quòd ſi pœnitens renuerit, culpa, quæ erat ſacerdotis, refundetur in ipſum, vel ſi pœnitens abſens eſt. committat illum ſummo ſacerdoti.

II. Si religioſus abſoluere præſumpſerit à cenſuris factis ab Epiſcopo per modum ſtatuti,
12 tunc ipſo facto † eſt excommunicatus per ſedem Apoſtolicam dũtaxat abſoluendus, niſi in mortis articulo, clement. 1. cum gloſa de priuileg. Aſtenſ. lib. 5. tit. 39. quæſt. 2: ſemper enim mortis articulus excipitur, vt habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. in fine. Verum presbyter
13 ſęcularis, † qui à dictis excommunicationibus abſolueret, peccaret mortaliter, Sylueſt. in verbo confeſſor iij. niſi abſolueret ab ijs, quæ in Bulla cænæ continentur, quia eſſet eadem excommunicatione innodatus modo ſcienter hoc faciat, vt ſe patet ex verbo præſumentes.

Inci-

III. Incidit absoluens à Ca-
14 sibus, à quibus non poterat,† in maledictionem illam, de qua Deuteron. 27. Maledictus, qui errare fecerit secũ in itinere, nã dat intelligere, quòd pœnitens absolutus sit, & tamen non est, & quantum in se est, ponit ipsũ in errorem.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. EX verbo (Sacerdotum) fit, vt licet laicus cõfessiones,
15 † audire in necessitate possit, c. quẽ pœnitet de pœnitent. dist. 1. cap. sanctum de consecrat. dist. 4. cũ tamen careat omnino clauibus Ecclesiæ, cap. noua de pœnitent. & remission. quæ solis sacerdotibus datæ sunt in dedicatione sui presbyteratus in habitu, Ioannis cap. 10. Accipite spiritum Sanctũ, &c. fit, vt extra necessitatẽ peccaret mortaliter, essetq; maximo suppliciodignus, atq; sacrilegus, non tñ efficitur
16 irregularis, † quia irregularitas est pœna ecclesiastica, & tantũ in Casibus à iure expressis, contrahitur, c. is qui, de sent. excom. in 6. & huiusmodi Casus non reperitur in iure.

II. Quamuis absoluẽs à Ca sibus reseruatis absque expressa licentia reseruantis incidat in Casum, quando hoc fit ex temeritate, tamen si temeritas cessat, secus est, quod potest contingere in pluribus Casibus, &

Primus, si pœnitens est in articulo mortis; nam tunc quẽcun-
17 que † àquibusuis peccatis, & censuris absoluere potest, c. pastoralis §. præterea de offic. ordin. ca. fures de furt. & habetur per Concil. Trident. vbi supra in fine. Articulus vero mortis dicitur, quando mors proximè instat per causam vel naturalem,
18 vel violentam, † puta cum ægroto graui morbo laborante mortis potius, quã vitæ signa appareant, per violentiam vero, cũ quis iustitiæ ministerio plectendus est iam capite, vt nos in j. par. decis. lib. 1. cap. 13. num. 82. Tunc enim ab ipso Papa potestatem tacitam habent sacerdotes quicunque etiam religiosi, vnde tali Casu absque licentia suorũ superiorum possunt licitè, &
19 va lidè, absoluere, †& absoluti à Casibus reseruatis in tali articulo, quamuis postea reconualescunt, non tenentur iterum confiteri, cum fuerint ritè absoluti, nisi Casus reseruati haberent annexam excommunicationem, quia si incolumes effecti non se superiori præsentent, incidunt in aliã excommunicationem nouo iure latam propter contemptum, ita dixit Abbas in capit. de cætero de sentent. excommunicat. qui ita declarat text in cap. eos, qui de sent. excom. lib. 6. quòd incidit in eandem, tamen re vera nõ est eadem, sed alia.

II. Non incidit in casum, qui
20 sub spe ratihabitionis de præsenti, aliquẽ absoluit, † vt si cõfessor habet Episcopum ita familiarẽ,

vt

vt certò sciat illum ita contentari de præsenti, vt Petrum absolueret à Casibus reseruatis, ac ipse, secus tamen si ratihabitio penderet ex ratihabitione de futuro, cum Sacramentum non debeat esse in suspenso, Syuest. in vebo Confessio 1. quæst. 6. Medi. C. de confess. quæst. 31. Quod autem dicitur ratihabitionem retrotrahi, & mandato compa-
21 rari, procedit, quando solum mandatum suffecisset, vt factum teneret, sed veritas Sacramentalis absolutionis non ex solo mandato alicuius pendet; sed materiam, & formam, & ministrum, & intentionem debitam ex Dei institutione requirit, vt constet, quæ si non concurrunt, nec mandatum hominis, nec ratihabitio sufficit, vt verum sit, aut fuerit Sacramentum, Medin. qui supra, versic. Corrolariæ.

III. Nec in Casum incidit, qui absoluerit pœnitentem à Casibus reseruatis alias confessis,
22 & absolutis, † nam si iterum ea vult confiteri, posset absolui à quocunq; sacerdote iurisdictionem habente, secundum Sotum in 4. sentent. distinct. 18. quæst. 4. art. 2. Imò Nauar. in Manuali cap. 4. nume. 1. arbitratur posse ritè absolui à quocunque Sacerdote, nisi esset religiosus, qui posset quidem validè absoluere, sed non licitè.

IV. Cum incurrant in Casum, qui præsumunt absoluere, ideò inquirere oportet quando quis dicatur sic absoluere; Quapropter sciendum est, quòd non solum is dicatur præsumere ab-
23 soluere, quando sciens † sibi hoc non licere, absoluit, nam tunc abutitur sibi potestate concessa in præiudicium animæ illius, quẽ sic absoluit, dans ei intelligere, quòd absolutus est, qui non est, licet cõfessus excusatus sit, quãdiu nescit, sed etiam is, qui absoluit ex ignorantia iuris affectata, de qua dicitur. Noluit intelligere, vt benè ageret, de qua loquitur glosa in cap. eos, qui de tempor. ordin. lib. 6. clem. 1. de cõsanguinitate, & affinitate, vel si absolueret ex ignorantia iuris crassa, & supina, cum sacerdotibus non liceat ignorare suũ officium, Solum ergo excusabit ignorantia probabilis, Astens. lib. 5. tit. 39. versic. vtrum præsbyter.

V. Non comprehẽditur sub
24 litera confessarius ille, † qui absoluere posse credit à Casibus reseruatis Episcopo, motus hac ratione, quia Episcopus omnem suam facultatem in audiendis confessionibus sibi concedit; etenim licet sibi non concedantur casus iure communi, aut particulari consuetudine generali reseruati, argument. text. in capit. quod translationem de offic. deleg. vbi legatus sedis Apostolicæ nõ potest manus extendere ad ea, quæ sibi specialiter sedes Apostolica reseruauit,
25 † argument. text. in cap. finali, de offic. vicar. lib. 6. Sylvest. in verbo Confessor 3. nu. 6. citans

Archi-

Archidiaconum, quos sequitur Nauar. in Manual.cap.27.num. 261.& nos in j. parte nostrarum decis. lib.1. cap.13. numero 65. Tamen hoc verum est attenta virtute verborum,& inspecto rigore iuris; Attamen,quando in foro conscientiæ appareret, & cõstaret Episcopi animum fuisse per illa verba concedere illi casus reseruatos, secus esset, argum text. in cap humanæ aures 22. quæst.5. eò magis, quando concederet omnem suam facultatem excepto tali,vel tali casu, quia tunc præter exceptos videtur omnes casus reseruatos illi concessisse, cum exceptio firmet regulam in non exceptuatis, 32. quæst.7.cap. Dominus,Franchus in cap. qui ad agendum de procurat.in 6.

Nec etiam comprehenditur qui absolueret poenitentẽ à casibus reseruatis ex tacita quadã
26 † Epi licentia,(v.g.) Est aliquis, qui diu confessus non est, & duxit malam vitam, atque vt vulgo dicitur multis tenetur crimi nibus, sæpius de tali Episcopus sermonem fecit cum quodam cõfessario sibi multum familiari, vt operam daret,quatenus illius confessionem audiret. Tandem Episcopus hominem ad eum misit pro audienda sua confessione: tunc si confessarius illum absolueret à peccatis Episcopo reseruatis, credimus non incurrere in hunc casum,quia non absoluit ex præsumptione; Sed ex tacita licẽtia hoc videtur fecisse, Sylu. in verbo Confessor 1. q. 6. verl. octauo. Pariter si poenitentiarius Neap.absolueret poenitentem exterum ab aliquo casu re-
27 seruato tàm in loco, † vbi poenitens erat subditus,quàm Neapoli, non videtur comprehendi sub hoc casu,quia videtur tacitã habere licentiam ab Episcopo poenitentis; nam Episcopi tacitè velle debere videntur, vt sit de peccatis ei reseruatis,quando confessio fit habenti facultatem absoluendi à casibus reseruatis suo Episcopo,sic Nauar. in Manuali, cap.27. num.261. Versic. Decimo, ibi. Ad quæstionem, quam nos secuti fuimus in d.ca. 13.num.48. Modo adde,hoc non fiat in fraudem, ac præiudicium animæ suæ, puta fugiendo sententiam proprij sacerdotis volentis amputare occasiones peccatorum, vt si dedita opera pro confessione faciẽda aliò se trãsferret, & ita in hoc casu me subscribo Soto in 4. sentent.dist.18. quæst.4. art. 2. Vt non simpliciter intelligatur de quocunque nõ mutante domicilium, vt possit absolui, quando hoc faceret in fraudem.

VII. Immunis etiam à casu is est, qui non per contemptum, & dolosè; sed aliqua ratione ductus inualida tamen aduertenter absoluit à casu reseruato, argument text.in l. falsus §.si iustum ff.de furtis. Vbi probatur, quòd si aliquis accipit aliquid inuentum, non considerans si sit habi-
28 tum pro derelicto,vel non: † sed sim-

simpliciter, excusatur à furto, & consequenter ab excommunicatione, quæ adiecta esset contra furantes illud, cum notatis per Syluestrum in verbo Naufragiũ in fine, & multò magis excusaretur, si inuentum acciperet tunc temporis, cogitans sibi licere, & nullius in bonis esse, Sic ergo in proposito, si hic absolueret à casu reseruato eo tempore, conscientia, & sindieresi sibi dictãte, quòd non esset casus reseruatus, non incidit in illum, & absolutus si ignorans est, & quicunque, donec constiterit sibi fuisse absolutum à non habente auctoritatẽ, coram Deo est absolutus, & tutus, vt diximus supra.

VIII. Circa confessionem
29 inquirat confessor, † an ex dolo, & scienter absoluerit aliquem à peccatis, vel bona fide, & inaduertenter, si sciẽter, faciat agnoscere reatum criminis, vt diximus supra in Verbo Grauitas, & iuxta qualitatem, & quãtitatem contritionis iniungat pœnitentiam, & absoluat.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium vnde dicatur, & quid sit.*
2 *Sacrilegium multipliciter committitur.*
3 *Sacrilegium ratione rei aliter committitur de iure ciuili, & aliter de iure canonico.*
4 *Sacrilegus multis modis dicitur.*
5 *Sacrilegium ratione personæ triplici ter fit, & totidem ratione rei, numero 6.*
7 *Sacrilegus rerum Ecclesiasticarum comparatur Iudæ proditori.*
8 *Effractio Ecclesiæ, & spoliatio requiruntur ad incurrendam excommunicationem.*
9 *Effractor quis censeatur.*
10 *Ecclesiarum nomine quæ comprehendantur, num. 18.*
11 *Crepusculum an iudicetur de die, vel de nocte.*
12 *Sacrilegij pœna de iure canonico quæ.*
13 *Nobilitas amittitur per sacrilegium.*
14 *Sacrilegus non potest ad Ecclesiasticos ordines promoueri.*
15 *Furti prohibitione continetur rapina.*
16 *Casus præsens quot modis reseruari solet.*
17 *Excommunicatio lata in fauorem Ecclesiarum extendenda.*
19 *Furtum calicis extra Ecclesiam an comprehendatur sub casu.*
20 *Ecclesiæ nomine, quo ad peccatum carnis quid veniat. num. 38.*
21 *Circunstantia delectationis peccati carnis in Ecclesia necessariò confitenda.*
22 *Furtum calicis sui, quem credit alienum ab Ecclesia; an includatur sub casu.*
23 *Surripiens sacrum à sacro animo compensandi an comprehendatur.*
24 *Fur præsumitur, qui clam rem emit.*
25 *Satisfacere sibi nemo potest propria auctoritate.*
26 *Maleficia distinguunt voluntas, & propositum.*

27 *Furtum imperfectum non sic vt perfectum punitur.*
28 *Fur non est intrans domum cum claue falsa, si furatus non est, num. seq.*
29 *Furatam rem ab Ecclesia recipiēs non dicitur fur.*
30 *Vtens re furata in Ecclesia, non includitur sub casu.*
32 *Furtum rei modicæ an comprehendatur.*
33 *Quantitas furata, quæ sufficiat ad constituendū peccatū mortale*
34 *Furari sacrum, vt det pauperibus, est sacrilegium.*
35 *Furtum de re sacra Domino sciente, & non contradicente, quando sub casu comprehendatur.*
36 *Confessor qualiter se gerat erga sacrilegium.*
37 *Pœnarum grauitas infertur secundum gradum sacrilegij.*
40 *Ecclesia vt sit polluta sanguine, vel semine, quæ necessaria.*
41 *Ecclesia qualiter dicatur polluta.*
42 *Casus effusionis seminis, vel sanguinis dupliciter reseruatur.*
43 *Ecclesia an reconcilianda, si vulneratus extra Ecclesiam fudat sanguinem intra illam.*
44 *Effusio sanguinis quando dicatur intra Ecclesiam facta.*
45 *Vbi quis vulnerat, ibi interficere censetur.*
46 *Ecclesia reconcilianda, si occisio in Ecclesia sine sanguine fiat.*
47 *Statutum puniens cognoscentem nuptam, multò magis locum habebit, si cognoscet monialem.*
48 *Casus, qui reseruatur secundum ius, quid addat iuri communi.*
49 *Sanguinis effusio quando sub casu non comprehendatur.*
50 *Sanguinis effusio cum scandalo, quando dicatur.*
51 *Sanguinis effusio quæ publica.*
52 *Seminis effusio, vt sub casu comprehendatur, oportet, vt actus sit consumatus.*
53 *Commixtio mariti cum vxore in ecclesia, sacrilegium.*
54 *Effusio seminis in Ecclesia requiritur, vt sit hominis.*
55 *Sacrilegium mentale licet sit confitendum, non tamen casus est reseruatus.*
56 *Confessor qualiter interroget pœnitentem circa hoc sacrilegium.*
57 *Constitutio Pij V. contra deambulantes per Ecclesias.*
58 *Peccata in Ecclesia non committenda, in qua venia peccatorum est postulanda.*
59 *Ecclesiam polluens non absoluendus, nisi prius satisfaciat.*

De Sacrileg. Cap. XXXV.

Qui contra tres proprias Sacrilegij species committunt, quales Paur. sunt personæ vel loci, vel rei sacræ violatores. Quod est, ac si diceretur. Sacrilegium personale, Reale, & locale. Verum quia supra cap. 8. in 1. libro fuit à nobis explicatum sacrilegium personale, quando videlicet clericus percutitur, superest modo, vt videamus de sacrilegio reali, vel locali, quod fit, quando violatur locus sacer furto, aut rapina, vel sanguine, aut semine humano; Ideo exponenda erūt hæc verba.

Sacri-

Sacrilegium per furtum, & rapinam in Ecclesia, vel sanguinis, aut seminis effusionem cum scandalo.

EXPOSITIO.

SACRILEGIVM dicitur quasi sacriledium; † & iuxta meliorem doctorũ sniam ẽ sacræ rei violatio, veleiusdem vsurpatio, vt habetur per D. Thomam 2.2.q. 99. art. 2. Diax in sua praxi cap. 89.

1

2 Hoc vero † multipliciter committitur. s. ratione rei, ratione ꝑsonæ, & ratione loci. Ratione rei aliter committitur sacrilegium de iure ciuili, & aliter † de iure canonico; nam de iure ciuili duo debent cõcurrere, vt sacrilegium dicatur, scilicet, ꝙ sacrum auferatur, & de loco sacro, vt in l. sacrilegij circa finem. ff. ad l. Iul. pecul. ff. de pœnis l. aut facta, §. locus: sed de iure canonico sufficit vnum, 17.q.4.c quisquis; nam siue auferatur sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro, siue non sacrum de sacro, sacrilegium est, c. si quis contumax. & c. quisquis 17.q.4. Item est vt sacrilegus prædia diuinis

3

4 vsibus tradita † humanis vsibus applicare, c. prędia 12.q.2. Sacrilegium quoq; dicitur oblationes defunctorum retinere, & morari tradere Ecclesijs, c. qui oblationes defunctorum 13. qõ. 2. Item res Ecclesiæ indebitè vendendo, cap. si quis presbyter dist. 50. Sic qui bonis parentum sustentari possunt, si quod est pauperũ, accipiunt, sacrilegium committunt. Igitur non solum iniuria, quæ fit rebus sacris, seu Deo dicatis, vt sacramentis, & vasis sacris, & reliquijs sanctorum, aut imaginibus eorum est sacrilegium; sed etiam, quæ fit rebus mobilibus, vel imobilibus, quia Deo dicatæ sunt, dum ad vsum ministrorum Dei sunt.

Ratione ꝑsonæ tripliciter committitur, † vt cum clericus

5 percutitur, aut religiosus etiam nouitius, c. si quis suadente 17.q. 4. c. religiosus de sent. excomm. lib. 6. vel si contra votum castitatis peccetur, vt si quis coeat cũ Deo dicata, 27.q.1.c. impudicas. & c. sciendum: cum directè sit cõtra eius sanctitatem, D. Thomas 2.2.q.99. art. 3. in fi. vel si à ꝓculari iudice puniatur clericus, Caie. in sum. verbo sacrilegium. Item ratione loci, vt cum Eccle-

6 sia, † vel cęmiterium, aut immunitas violetur, 17.q.4. c. frater, & c. quisquis, l. placet & Baldus. C. de sacrosan. Eccl. vt si de loco sacro extrahatur ibi saluatus, aut ĩde furto, vel rapina res subtrahatur; Et de varijs speciebus sacrilegij vide Lucam de Penna in l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur, lib. 12. Afflict. in Constit. Regni in 1. par. rubr. 5. de crim. sacrilegij. Est ergo sensus horum verborum, ꝙ Episcopus reseruat sibi casum, quando quis occultè furatur res ab Ecclesia, vel qui violenter extrahit, aut qui san-

guine, vel semine humano scãda loso violat Ecclesiã effundẽdo.

Grauitas.

SAcrilegus in rebus Ecclesiasticis æquiparatur Iudæ proditori, 17.q.4.c.quid ergo † Est ipso iure excommunicatus, qui effringeret, & spoliaret Ecclesiam, ca. conquæsti de sent. excumm. vbi adnotandum, q̃ ille textus non excommunicat tales sacrilegos, sed excommunicatos pr̃supponit, & ideò iubet, vt denũtiẽtur, argum. tex. in c. pastoralis, §. verum de appellation. Vnde ad incurrendam illam excommunicationem, † duo sunt necessaria; Alterum effringere, & alterum rapere, aut furari, vt scribit Abbas in c. fin. de furt. & in d.c. conquæsti: Vnde qui animo malo vadit causa frangendi Ecclesiã, & furandi, si inuenit fractam, furatur, non incidit; nam & si secũdum adsit, tamen cessat primũ, & qui furti faciendi causa cõclaue intrauit per vim frangendo, nec incidit, si non fuerit furatus; Etenim quamuis fuerit primum, defecit tamen secundũ requisitum; Imo nec de iure ciuili fur est, quamuis furandi causa intrauerit; sed iniuriarũ actione tenetur, aut de vi accusabitur, si per vim introiuit; ita dixit tex. in l. vulgaris, §. qui furti, ff. de furt. Imò dicit tex. q̃ si aperuit, vel refregit scriniũ, in quo erant aliqua maioris ponderis, quod omnia tollere non potuit, non est oĩum rerum cum eo furti actio; sed earũ tantũ, quas tulit. Effractor vero is censetur, qui malo animo, aut dolo, vel per iniuriam violẽter parietem fodit, aut suffodit, aut perfringit, aut vitream fenestram frangit, vel serraturã, aut ostia, & cardines, vel ipsum tectum Ecclesiæ diripiendi, expiandiuè causa, vt tit. de effract. & expil. l. 3. §. fin. ff. de offic. præfecti vigil. l. aut facta, §. tẽpus, ff. de pœnis. Qui alij sunt nocturni, & ij atrocius sunt puniendi, & alij diurni; At nomine Ecclesiarum intellige omnia loca pia, etiam hospitalia † auctoritate Episcopi ædificata: nã aliter nõ essent loca religiosa, c. ad hæc de relig. dom. Vnde huiusmodi sacrilegi non sunt absoluendi; nisi à Papa post denunciationẽ factam; sed ante per Episcopum; dummodo satisfaciant, arg. tex. in c. nuper de sent. excom. & in regno pœna est capitalis, quãdo bona, & vasa sacra furto sunt subtracta noctis tempore. An vero crepusculum inter diem, † & noctem iudicetur de die, vel de nocte, statur arbitrio iudicãtis, cõsiderata claritate, vel obscuritate, & qualitate facti. Ita Affl. qui sup. n. 11. & 14. circa finẽ. Punitur ẽt pœna mortis sacrilegus iuxta dictam Constitutionem, q̃ manifestè violenter templũ Dei, i. Ecclesiam materialem fregerit, quæ quidẽ pragmatica licet loquatur de Ecclesijs, resoluitur ẽt ad Ecclesiã, & ita numerus pluralis resoluitur in singularẽ, ca. omnes dist. 1. vt ibi per Affl. n. 10

Et

Et ita pęna sacrilegij de iure ca
12 nonico, †quandoque est anathema, d.cap. conquæstus, & cap. indignè 12. quæst. 2. Interdum excommunicatio minor, 17. qõ. 4. c. quisquis, versic. si quis domum. Quandoque infamia, 6. quæst. 1. cap. infames, cap. vlt. de furt.
13 † Et ita sacrilegi si sunt nobiles, perdunt nobilitatem, Afflic. qui supra. in fine. In clericis est depositio, 17. quæstio. 4. Item non possunt ad Ecclesiasticos ordines
14 †promoueri, dist. 50. c. si quis deinceps; Non gaudẽt immunitate Ecclesiastica, 17. q. 4. c. frater: Est crimen mixti fori, Abbas in c. cum sit de foro compet. Latè de hoc Lopex ad Diaz. c. 89. l. A. Cum igitur sit tàm immane crimen, vt ex pœnis colligitur; Meritò solet casus iste per Diœcesanos locorũ reseruari, vnde cũ huiusmodi furtũ cõmuniter accipiatur pro iniusta cõtrectatione rei alienæ, & ita accipitur in 7. præcepto. Non furtum facies, fit, vt prohibendo furtum, pro-
15 hibeatur & rapina, †quia inhibẽdo id, qđ est minus, multò magis inhibetur id, quod est maius; nã improbior est rapina, quàm furtum, l. si cum exceptione, §. qui viro. ff. quod metus causa: Ita tex. singul. in cap. pœnale 14. q. 5. c. meretrices 32. q. 4. Quia furtũ fit occultè, & rapina publicè, & violenter res alienas depredantes tàm mobiles, quàm immobiles vocantur improbi fures; Sed modo deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsus iste varijs modis inue-
16 nitur à locorum † diœcesanis reseruatus; Nam Panormi, *Panor.* & Nolæ amplissimè reseruatur. *mi.* Etenim dum reseruatio fit sacrilegij personalis, localis, & realis sequtur, vt oẽ genus sacrilegij includatur, cũ illud ad tres species extendatur, vt dixit Caiet. in summa verbo sacrilegium. Sed in Diœcesi S. Marci in Cala- *S. Mar.* bria, & Ferrariæ in Lombardia, *ci.* & Parmæ solum amplissimè re- *Ferr.* seruatur sacrilegium commis- *Parm.* sum ratione rei circa furtum, & rapinam. Quod idem habetur Mutinæ; nam dum reseruatur sacrilegium, quò violatur locus *Muti-* *næ.* sacer furto, fit, vt etiam ex mente legislatoris comprehendatur & rapina, d. cap. pœnale. Verum Surrenti restringitur casus iste *Sorr.* solum ad occultè, vel violenter subtrahentes res Ecclesiasticas; Sed explicando casum nostrum ex professo deuenio ad aliam decisionem.

II. Dum dicitur sacrilegiũ per furtum, & rapinam, & c. fit, vt solum sacrilegium ratione rei hic includatur, hoc est, quãdo furatur, vel rapitur aliquod sacrũ de sacro, vel non sacrum de sacro, c. quisquis, c. si quis contumax 17. q. 4. Imo (vt supra diximus, adest excommunicatio Papalis, si cum furto esset effractio facta in Ecclesia, à qua nõ potest

Episcopus post denunciationem absoluere; sed ante sic, vt Doctores notant in cap. conquæstus de sentent. excommun. Et cum hæc excommunicatio sit lata in fauo
17 rem Ecclesiarum, † fit vt faciendæ sit larga interpretatio etiam in odiosis, iuxta dictum notabile glosę in c. sciant cuncti de elect. in 6. quę dicit, q; quando Constitutio pœnalis continet fauorem Ecclesiarum, tunc debet largo modo interpretari, & extendi ad alium casum etiam ex identitate rationis, facit quod notat Ioan. Andr. in c. pen. Qui filij sint legitim. Ita dixit Philip. Franc. in c. 1. num. 7. de tempor.
18 ord. lib. 6. † Quare fit, vt hic appellatione Ecclesiæ veniant etiã hospitalia, & alia loca pia auctoritate Episcopi fundata, vt sup. diximus, & hæc dicuntur religiosa, seu sacra. Quid autem differat locus sacer à religioso, & prophano, vide glosam in c. In Ecclesiastico 13. q. 2.

III. Qui furatur Calices, vel
19 alia destinata ad vsum † Ecclesiæ extra Ecclesiam, vel violẽter rapit, vt puta à camera ipsius sacristæ, quæ est in dormitorio Ecclesiæ, incidit in casum, argum. eorum, quæ dixit Abbas in c. tua de sent. excomm. quia constitutio pœnalis in fauorem Ecclesię est amplianda, vt includat omnẽ locum piũ, & religiosum auctoritate Episcopi ad id sacratum: Non tñ sic intelligenda esset Ecclesia ratione sacrilegij, qñ quis committeret peccatum carnale
20 in illa, quia per Ecclesiam † intelligimus etiam capellas omnes eius, sacrarium, siue sacristiam, tribunal, cęmiterium clausum pariete in giro à circuitu Ecclesiæ, non vero cameras supernas supra Ecclesiã, vel supra sacrarium, siue domum hospitij coniunctam cum Ecclesia, neque domitorium religiosorum, & à fortiori neq; refectorium, & hospitum receptacula, & infirmitorium, Nauar in Man. c. 16. vers. Interrogatus, num. 3.

IV. Non intelligitur is, qui sacrilegium mentale commisit in Ecclesia, quia casus reseruatio intelligitur de actibus exterioribus, quare si quis consentiret, & voluntariè delectaretur surripiendi calicem ab Ecclesia, vel vestes sacras, hic profecto
21 † tenetur in confessione talem circumstantiam explicare, & si scienter omitteret, cõfessio esset iteranda, posset tamen absolui à quocunq; approbato ad audiendas confessiones, quia talis consensus, & delectatio voluntatis de furto in Ecclesia non est de reseruatis Episcopo, alias secus dicendo iugum confessionis redderetur multum graue ob multos scrupulos, & dubia inextricabilia, ita est doctrina Soti in 4. sentent. distinct. 18. quæst. 2. art. 4. & 5.

V. Licet clericus, qui ad sacrarium, seu sacristiam accessit animo furandi aliquod sacrum, vt calicem, vel patenam, vel non sacrũ à loco sacro, vt pallium, si

furri-

furripuerit calicem suum, quem credit alienum, peccet mortaliter, Sylu. in Verbo furtum. non
22 tamen incidit in casum, † quia propriè non commisit furtum; nam non contrectauit rem alienam: vnde non ligatur vinculo restitutionis; Debet tamen innotescere per se, vel alium sacristæ, ꝙ liber est à nexu restitutionis illius Calicis. Caiet. 2. 2. q. 66 art. 3. ad 3.

VI. Nec sub hoc casu comprehenditur is, qui clam accipit aliquod sacrum, vel non sacrum à loco sacro à sacrario ex eo, qa
23 sacrista sibi tantum debebat, † cũ non concurrant ea, quæ conueniunt definitioni furti; nam furtum est contrectatio rei alienæ fraudulenter facta animo lucrandi inuito domino, l. j. ff. de furt. Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. §. 1. & ibi not. Sed hic non fuit cõtrectatio dolosa, quamuis clam; ergo licet Paul. de Castro dicat, ꝙ qui emit rem clam, præsumitur fur, l. inciuile. C. de furt. glosa in l. quæ cõtra. C. de incest. nupt. tamen si confiteretur hoc fecisse causa satisfaciendi sibi, non potest dici fur. Etenim non fecit animo furandi; sed sibi satisfaciendi, & posito, ꝙ hoc sibi nõ liceat, quia nemo potest propria auctoritate sibi satisfacere,
25 † glosa notab. in cap. ius gentiũ distin. 1. cum ibi notatis, nisi sint conditiones illæ vij. quas apposuimus in j. par decis. c. 93. nu. 9. tamen non dicitur furtum commississe, quia illud non committitur sine animo furandi, vt probatur instit. vi bonor. rapt. §. 1. probatur in l. si quis vxori, §. si quis asinum in fi. ibi (furti ita demũ teneri si furandi animo id fecisset) .ff. de furt. Hinc Roffredus Beneuentanus in libellis suis iuris ciuilis super Constitutione Diui Marci, quæ est in l. extat. ff. quod met. causa circa finem dicit multum notabiliter, ꝙ quando creditor accipit rem debitoris pro sibi satisfaciendo, non tenetur vi bonorũ raptorum, quia nec rapinam voluit committere: sed sibi satisfacere, cum voluntas, & propositum distinguunt
26 maleficia, † l. qui iniuriæ causa. ff. de furt. c. cum voluntate dessent. excom. Vnde cum non fit furtum, nec erit sacrilegium, tenetur tamẽ iste aliquo honestiori modo insinuare debitori sibi fuisse satisfactum, nos, qui supra. c. 93. num. 13. vers. 7. Modo non se prodat, quia ad hoc non tenetur, si delictum esset occultum. de pœnit. dist. 1. c. quis aliquando §. non dico tibi.

VII. Quid de eo, qui ad Ecclesiam accessit animo furandi, & furatus est; sed antequã asportare inciperet, pœnitentia ductus res furatas reliquit, vel quia ab alijs visus est, aut alia ex causa: An comprehendatur sub casu, cum constet sacrilegium esse cõmissum, & videtur ꝙ nõ: Etenim furtum non videtur vere cõpletum fuisse cum asportatione, sed imperfectum, quod non punitur
27 per statutum, † sicut completũ,

iuxta tex.in l.qui ea mente.ff.de furt.& l.vulgaris, §.furti.ff.eod. iuxta glosam in l. tres personas 22.q.4. quæ voluit,q̃ per solum ingressum domus animo furãdi, non punitur furtum de iure ciuili, Imò tex.in d.l.vulgaris.§.qui furti dicit, q̃ qui furti faciendi
28 causa cameram tuã intrauit clue adulterina, nondum fur est, quamuis furandi causa intrauerit,sic dixit Bart.in l. saccularij, ff.de extraor.crimin.q̃ si aliquis accessit ad banchum animo furandi, & non potuit, quia visus
29 fuit,& per eum non stetit,† quin furtum committeret, non punitur pœna furti: sed pœna extraordinaria; Idem videtur affirmare in d.l.vulgaris §.furti.Hãc eandem difficultatem attingens Baldus in l si quis non dicam rapere. C.de Episc. & cleric. dixit de fure,qui visus fuit ingredi domum,& captus nondum delicto consumato, quia casus reseruatio ĩtelligitur de peccatis externis mortalibus perfectis, & consumatis,vt latè diximus supra in j. pãr in traditione regularum, sic in 1.vol. cons. nostrorum lib. 5.de sent.excomm. c.18.num:5. habetur,q̃ qui venit animo frangendi domum, & nõ fregit, quia inuenit eam fractam,non est excommunicatus.

VIII. Nec meo iudicio innodatus est casui,qui rem Ecclesiasticam,vel non Ecclesiasticam
30 furto subtractã in Ecclesia† sciẽter de manu furis recipit, & cõtrectat, licet in eadem damnatione sit cum eo,qui furatus est, cum faciat animo lucrãdi, facit gl.in d.l.furti, ff. de his,qui not. infam.quia iste realiter rem alienam non subtraxit; Huc etiam spectat,qui certò sciens rem esse alienam furto subtractam, emit; nam iste non comprehẽditur sub casu, peccat tamen mortaliter, & tenetur rem restituere cum fructibus etiam non dato pretio nos j.par.decis.lib.2.c.93.nu.36.

Pariter nec ille, qui vtitur re
31 furata in Ecclesia, † quia aliud est furari, & aliud vti,sicut aliud est falsare literas Apostolicas,& aliud eis vti,vt colligitur ex diuersitate pœnarum, cap. ad falsariorum de falsis.

IX. In omnibus locis,in quibus reseruatur casus iste, vt patet in j.decisione comprehenditur quicunq; furto subtraxit sacrum de loco sacro, siue non sacro.iux.text.in c.q̃squis 17.q.4. Excepta diœcesi Surrentina, vbi solum restringitur ad subtrahentes res Ecclesiasticas,hoc est deputatas ministerio Ecclesiæ; Sed
32 quid si modica res eẽt furto† subtracta in Ecclesia; an fur cõprehendatur sub casu,videtur q̃ sic, quia etiam in modica re furtum committitur,Instit.de rer.diuis. §. gallinarum. Quod intellige, modò res illa constituat peccatũ mortale; nam peccata venialia reseruari nequeũt,quia nullo modo materia reseruationis esse pñt,quæ non est necessaria cõfessionis,& nullo iure q̃s obligatur veniale cõfiteri,ergo iure potest

reser-

33 † reseruari; Quæ tñ quantitas † ad illud peccatũ constituendũ suffi ciat, diximus vbi supra, num. 27. id esse arbitrarium, & hoc pro nunc, promitto tamen Deo fauente in explicatione Casuum regularium Casu viij. scribere quam quantitatem in praxi iudi camus ad furtum mortale sufficientem.

X. Non est immunis à Casu, fortè, si aliquis sacrum aliquod de Ecclesia, vel non sacrum fu-
34 retur, † vt illud vendat, & det pauperibus, cum iste morta liter peccet, & teneatur ad resti tutionem, cap. non est putanda, 1. quæst. 1. cap. fortè 14. quæst. 5. Etenim mala non sunt facienda, vt eueniant bona; Hæc tamen li mita, nisi necessitas pauperum esset extrema, & aliter prouideri non posset, Sylue. in verbo Intentio q. 1.

XI. Qui furatur non sacrum de loco sacro Domino sciente,
35 † & non contradicente ex ti more, vel verecundia, non est immunis à Casu reseruato, cum sit sacrilegium, quia furatur in Ecclesia. Estq; peccatum mortale, quia inuito Domino dicitur furtum commisisse, l penultima, ff. de furtis, At qui potuit contradicere, & non contradixit, si furatur, non peccat, si credebat Dominum permissurum, & iustam causam id credendi ha bebat, probatur in l. inter omnes §. finali, ff. de furtis.

XII. Circa confessionem inuestiget confessor in quo genere sacrilegij pœnitens est inuolutus; An ab Ecclesia furatus fue-
36 rit † rem non sacram, id est non sacro vsui deputatam, vel rem sacram, puta calicem, vel corporalia: An de Ecclesia, vel de loco non sacro, vt de domo custodientis, seu Aeconomi Ecclesiæ, vel rem sacra, puta calicẽ de Ecclesia, vel sacrario abstulerit; qa hoc grauissimũ est; Etenim secundum iura ciuilia, & pontificia variantur diuersæ poenæ,
37 † & secundum gradum sacrilegij pœnarum grauitas ponitur, Ita, in foro conscientiæ diminuenda, vel augenda est pœnitentia attenta præcipuè quantitate contritionis, glosa in cap. mensuram de pœnitent. dist. 1. cum simil. An etiam fuerit assuetus ad hoc, quia iteranti peccatum grauior est imponenda pœnitẽtia, quemadmodum vulnus iteratum si incurratur, grauius est ad sanandum. An clam, vel per vim abstulerit; An solus, vel secum habuerit socios, quia tunc tot homicidiorũ reus erit, quot homines induxerit, cap. noli de pœnitent. distinct. 1. & non absoluat, nisi prius restituat damnum illi Ecclesiæ eadẽ. s. res, si extant, vel æquiualens cum interesse; Alias non remitteretur peccatum, regula peccatum. Et hoc si potest, alias cum cautione idonea, vel saltem iuratoria.

Sequitur alia particula; vel sanguinis, vel seminis effusione cum scandalo.

ET si in verbis his nihil dicatur de Ecclesia, tamen hoc supplẽdum est, vt seminis, vel sanguinis effusio scandalosè fiat in Ecclesia; Appellatione autem Ecclesiæ intelligitur corpus Eccle
38 siæ consecratæ, † vel benedictæ, vnde fit, quòd qui sanguinem, vel semen effunderet publicè in cæmiterijs, quæ Ecclesijs non essent contigua, vel in turri, aut cameris Ecclesiæ adhęrentibus, vel in campanilibus, non diceretur violare Ecclesiam, & consequenter non comprehenderetur sub Casu, Ita Magister Sotus in 4. sententiarum, dist. 31. quæst. 1. art. 3. versic. Ad hæc autem. Quod idem extende ad monasterium, vel dormitorium; & multò magis ad agros, & prædia religiosorum; Nauar. in Manuali cap. 16. num. 3. versic. Interrogatus. Nec etiam appellatione Ecclesiæ venit Oratoriũ
39 simplex, † scilicet quod est ordinatum ad orandum tantum, vt quòd quilibet posset ibi orare, quamuis saluo semper meliori iudicio ibi secretè celebrentur diuina auctoritate Episcopi, iuxta text. in cap. si quis etiam de consecr. dist. 5. cum tale Oratorium possit redire ad humanos vsus, & quòd hodie est Oratorium, cras potest esse camera; Et nec venit hospitale, quod nõ fuit ædificatum auctoritate Episcopi, cum locus ille non sit religiosus, cap. ad hæc de relig. domibus, & ideo non gaudet immunitate Ecclesiastica, Hostiens. in cap. auctoritate extra de censib. quia quod hodie est hospitale, cras potest esse domus, venit ergo appellatione Ecclesiæ Basilica, quæ dicitur Ecclesia non cõsecrata, argument. textus in ca. finali, de immu. Eccles. & multò magis consecrata, cæmiteria contigua, quæ non habent parietem intermedium, vel introitũ per portam ad Ecclesiam Gemin. num. 4. cap vnico de consecratione Eccles. vel alta. lib. 6. & ibi Franch. item Oratorium, quod fit ad celebrandum, & interceſsit Episcopi auctoritas, ita Zabar. in c. fi. de consecr. Eccl. vel altar.

(Sanguinis, vel seminis effusione) Multa sunt necessaria, vt Ecclesia dicatur polluta.

Primò, vt Ecclesia polluatur
40 † per effusionem sanguinis in ea.

Secundò, vt iuxta communẽ effusio sit abundans, & non ex parte, ex qua de facili exit sanguis, vt de nare, glosa in cap. cum illorũ de sent. excomt. licet nos validioribus rationibus probauimus in 1. volum. consiliorũ, de consecratione Eccles. vel altar. lib. 3. consil. vnico circa tertium, quòd per modicitatẽ sanguinis, nisi sit vna, vel alia gutta, polluatur Ecclesia.

Ter-

Tertio, vt sit sanguis humanus.

Quartò, vt sit hominis viuentis.

Quintò, vt effusio sit voluntaria, sic effusio seminis debet esse voluntaria, siue licita sit, siue illicita.

Sextò, vt sit scandalosa.

Septimò, vt intra Ecclesiam.

Et dicitur Ecclesia pollui non
41 realiter, † sed tantum quò ad opinionem hominum, qui eam polluunt; nam quæ sancta sunt, coinquinari nō possunt, quæ ideò reconciliatur, vt videntes laici Ecclesiam lauari, quæ non peccauit, cogitent quantum pro lauatione peccatorum sit laborandum, ita glosa in d.c.vnico in 6. Sed modò deueniamus ad decisiones, nam in fine videbit lector immanitatem huius criminis. Quarum sit.

I. DVpliciter reperio à diœcesanis locorum hunc Ca-
42 sum † reseruatum. Vno modo generice, & altero in specie, Generice quidem Nolæ, & Panormi. Dum sibi reseruant sacrilegium locale, & in S. Marco dicitur. (Sacrilegium quomodolibet commissum) nam sacrilegium locale est, quando fit iniuria loco sacro, vt si de loco sacro extrahatur ibi saluatus, aut vt inde furto, vel rapina res accipiatur, de quò supra diximus, aut sanguine, vel semine voluntario locus sacer violetur; At in spetie Mottulæ reseruatur prò-

Nolæ, Panormi, & S. Marco

Mottulæ.

priè pollutio Ecclesiæ, quæ fit sanguine, vel semine, vt etiam Parmæ, & Mutinæ, & in Monte Regali in Sicilia. *Parm. Mutinæ. Montis Regalis.*

II. Vt sit Casus reseruatus, oportet, vt effusio sanguinis fiat
43 intra Ecclesiam, † Quod secus est, si extra Ecclesiam vulneratus fugit ad Ecclesiam, & ibi sanguinem fundat; nam tunc nec reconcilianda esset Ecclesia; sed nec si super tectum, cum sagitta fuerit homo interfectus, quia extra Ecclesiā videtur homicidiū commissum. Quod idem, quando sub Ecclesia in cella, cauerna, vel spelunca ibi sita; Ad hoc faciunt iura loquentia de ingressu Ecclesiæ, in capit. 2. de offic. deleg. in 6. cap is, cui de sent. excommunic. in 6. glosa in verbo Sanguinis, in cap. vnico vbi Archid. de consecratione Eccl. vel altar. lib. 6. Nauar. in Manu. cap. 27 nu. 256. vel ante iauuam Ecclesiæ, vel in gradibus, vt habetur in nostris decis. lib. 1. c. 40. num. 11.

III. Vt quis subijciatur Casui reseruato, requiritur, vt talis effusio sanguinis sit facta in Ecclesia, & dicitur in ea facta, quādo esset ibi percussus, quamuis
44 † post egressum ab illa cœpisset effundere sanguinem, ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ; & ratio est secundum Lau. quia vbi quis vul
45 nerat, ibi interficit, † Ita Archid. in cap. Ecclesijs de consecratione distinct. 1. Quod idem dicendum, si quis esset vulneratus in Ecclesia, & sanguis re-

cipe-

ciperetur in aliquo vase, ne in Ecclesiam decidat, glosa communiter recepta in dicto capit. vnico.

IV. Incidit etiam in Casum, si homo ibi occidatur sine san-
46 guinis effusione, †puta cum tortorio ad collum, & hoc propter hominis horrorem; idem Archidiaconus in d. cap. vnico, qui se remittit ad textum in d. cap. quisquis, facit text. in d. capit. proposuisti de consecratione Eccles. vel altar. vbi dicit, quòd propter homicidium, & vulnera reconcialiatur Ecclesia, & nullam mentionem ibi facit de sanguine; Et ita extenderē hūc Casum, quando sanguinis nulla sit facta effusio. Etenim si effusio sanguinis facta ob vulnus non mortiferum in Ecclesia, est Casus reseruatus, multò magis, quando occiditur homo sine sanguine, facit à simili. Si extat statutum, quòd cognoscens carnaliter nuptam, puniatur in centū,
47 † multò magis militabit illud, si carnaliter cognosceret monialē, vt dixit Dyonisius à Perusio in cons. suo 20. incip. Et si doctrina; quem refert, & sequitur Marianus Soccinus in ca. qualiter, & quando el. 2. de accusat. q. 8. art. pen. Felinus in cap. non satis de simon. Baldus in cap. causam matrimonij in vltima col. de probat. nā & si casus sit omissus, tamen ille debet relinqui dispositioni iuris, vt cum sit violata Ecclesia per textum in d. cap. proposuisti, intelligatur Casus reseruatus, quæ quidem reseruatio addit iuri communi † nouā
48 hanc obligationem, vt nō possit absolui, nisi à poenitentiario.

V. Vt reseruatio Casus locum habeat, oportet, vt vulnus in Ecclesia sit illatum voluntariè, & illicitè; Hinc fit, vt non comprehendatur sub Casu, si effusio sanguinis fuerit effecta Ca
49 su † absque homicidio, vt in ludo, aut ioco, vel casu, vt ictu lapidis, quę fieret per stultum, vel ebrium, aut puerum ratione carentem, argumen. text. in ca. 1. de delict. puer. Franch. in d. ca. vnico. Sotus in 4. sententiarum dist. 13. qō. 2. art. 3. Victoria in sum. de Sacram. num. 29. Nauar. cap. 27. num. 256. vel si fiat homicidium ob defensionem, quāuis sit aliqualis excessus vltra moderatam tutelam, cum per se non sit voluntarium, & non sit cum scandalo, cum sciant homines illud homicidium euenisse ob sui defensionem.

V. Non est aliquis immunis à reseruatione Casus, quando effusio sanguinis est facta cum scā-
50 dalo, † vt quando quis repetijt ictus in Ecclesia, vel ita vulnerauit, vt fieret magna sanguinis effusio, sed de hoc vide quæ diximus in 1. volum. consiliorum, de consecr. Eccl. vel altar. cons. 1. nume. 14. Nam secus esset, si fortè cum contenderet cum aliquo in Ecclesia, impetu facto offendat in nare eius, maximè tēpore æstatis, vbi fieret maxima effusio, argument. text. in cap.

cum

cum illorum de sentent. excommunicat. vbi non dicitur illa iniuria enormis, vel si cum vngue aliquantulum excoriet, vel inde aliquantulum sanguinis exeat. Item requiritur, vt fiat cum scãdalo, hoc est, quòd sit publica. Et dicitur publica ex euidentia facti, cap. vestra, cap. finali, de
51 cohab. cleric. vel mulier. † Non autem corã quatuor, vel quinq; personis, iuxta glosam singularẽ in cap. manifesta 2. quæst. 1. quæ allegat textũ in c. quis aliquando §. hæc ergo secreta de pœnit. dist. 1. quia illud crimen, & si non dicatur occultum, nõ tamen dicitur publicum, sed pœnè quasi occultum. Nam vt dicatur publicum, consideranda est qualitas loci publici, & multitudo astantium, Marianus Soccinus in cap. quæsitum num. 6. de pœnitent. & remiss. Alfonsus de Castro lib. 2. de lege pœna. cap. 15. pag. 3. vide glosam in l. 1. ff. de postul. in clement. 1. verbo Publice de sepult.

Effusio seminis.

VII. VT comprehendatur sub Casu reseruato, quatenus loquitur de sacrilegio locali, oportet, vt casus carnalis sit
52 consumatus † in Ecclesia; Nam qui in ea deuenit ad inchoationem veneris, vel ad oscula, vel ad tactum, aut alias, & deinde pœnitentia ductus refugit consumare actum, aut alia de causa potest à quocunque confessario approbato absolui, cum non fuerit facta seminis effusio.

VIII. Comprehenditur etiã is, qui in Ecclesia rem habuerit cum vxore, & ita fornicatio additur actui bono, repugnante ratione, vt si vir vxori debitum reddat, Sylvest. in verbo Circũstantia, quæst. 4 Et est talis com-
53 mixtio peccatum mortale † ex parte vtriusque, nam aliqua sunt illicita ratione loci, quæ ex sui natura sunt licita, 2. quæst. 7. ca. accusatio, cap. 1. de immun. Eccles. vbi reddere ius, agitare negotia ciuilia, vel criminalia, licitum est, & tamen ratione loci, hoc est Ecclesiæ, est illicitum; Et nec excusatur talis concubitus à peccato mortali ratione diuturnæ habitationis, si publicus est, vt si in Ecclesia publicè, in eodẽ toro accubarent. Quamuis dicat Sotus in 4. sententiarum distinct. 32. quæst. 1. art. 3. colum. pen. quòd quando accubitus est sic occultus, vt in publicum venire non possit, tunc fortè non est concubitus peccatum mortale; Quo circa sequitur, vt nulla de causa admittendi sunt coniuges intra corpus Ecclesiæ in eodem lecto accubare, nisi in turri, aut in adiacentibus cameris.

IX. Effusio seminis in Ecclesia cum scandalo requiritur, vt sit hominis, siue maris, aut fœ-
54 minæ, † clerici, vel laici naturaliter, & multò magis innaturaliter studiosè, vt cum libidine peccandi, d. cap. proposuisti, & cap. vnico, & c. is, qui de sent.

ex-

excommunic. lib. 6. non tamen, si modica esset humectatio, vel succederet pollutio ex impetu, & magno ardore libidinis profecta ob pulcram faciē visam adolescentis, seu mulieris, vel etiam voluntaria, si tamen non sparga tur in terra, sed occultè, absque scandalo, quia tunc nec Ecclesia erit reconcilianda, & est communis, Sylvest. in verbo Consecratio 2. §. 2. Nauar. in Manu. c. 27. nu. 256.

X. Quamuis sacrilegium sit, si quis aliquid horum, quæ supra diximus mēte desiderauerit per-
55 petrare in Ecclesia, † & tenetur sacrilegus illud confiteri, cum eandem per se grauitatem habeant, & ad eandem sacrilegij speciē pertineant, vt dixit Sylu. in verbo Confessor q. 10. tamen non incidit in Casum.

XI. Circa confessionem in-
56 uestiget à pœnitente, † an sacrilegium commissum in Ecclesia fuerit mentale, vel actuale, & si mentale, an animum habuerit peccatum carnis consumare in Ecclesia; quia tunc ad eandem speciem sacrilegij pertinet; ac si in Ecclesia commisisset, Sylu. in verbo Confessor 5. q. 10.

Rursus, si effusio sanguinis fuerit facta in Ecclesia, interrogandus erit, an interuenerit concubitus, an non, & si non interuenit; an solus, vel cum adminiculo alterius. Item interrogandus est de persona, si cum fœmina coniugata, Moniali, vel soluta, si solutus, clericus, vel sacerdos, si in Ecclesia consecrata, vel benedicta, aut cameris illi adiacentibus. Si extra vas, vel intra, aut contra naturam, quia quicūque aliquod prædictorum egerit, sacrilegij peccati reus erit; Quòd tantò erit grauius, quantò persona, quæ agit, vel cum qua peccatur, non est soluta, sed vel Deo dicata, aut coniugata, aut locus, vbi peccatur, maiorem obtinet sanctitatē, vt dixit Diuus Thomas 2. 2. qō. 99. art. 3. Sylvest. in verbo Sacrilegium. Etenim si non decet in Ecclesijs deambulare, vociferari, aut verso tergo ad sanctissimum Sacramentum irreuerenter sedere, aut aliquid agere, qđ scandalum generet, maximè, dum ibi sacrificium offertur, & diuina celebrantur misteria, vt extat textus in cap. decet de immun. Eccl. lib. 6. & Constitutio Pij Quinti edita Romę kal. Aprilis 1566. incip. Cum primum
57 qui obligat † transgressores ad pœnam ducatorum 25. quos si non habet, vel luat in corpore, aut exilio multabitur.

Quantò magis graue peccatū erit in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, vel cum maribus colloquium scurrile habere, vel obscuris, & inhonestis verbis, aut signis vti, & grauissimum quidem, si locus omni reuerentia dignus, & domus, quam decet sanctitudo, polluatur semine humano, si Dominus e templo eiecit ementes, & vendentes, quod alias licitum erat, quò magis

culpa-

culpabiles sunt, qui ea ibi committunt, quæ nec alibi facere licet, & vbi † peccatorum est venia postulanda, peccata committere, & templum, quod est domus Dei, locus orationis, vbi Sacramenta administrantur, gratiæ diuinæ conferuntur; Assistūt Angeli, pollui, & violari, & facinus immane, & deplorandum committere. Iniungat ei confessarius grauem pœnitentiam, & si assuetus est ad hoc peccatum perpetrandū, suspendat per mensem, aut aliquas hebdomadas absolutionem, interdicatur ei locus, qui occasio est ad peccandum, iuxta textum in cap. valet dist. 81. Et non absoluat, si Ecclesiam publicè poluerit, nisi prius soluat impēsas, †quas Episcopus fecit in Ecclesiæ reconciliatione, quia huiusmodi impensæ sunt soluende ab ijs, qui delictum commiserunt, Abbas in cap. finali, de iniur. & in d. cap. proposuisti.

58

59

SVMMARIVM.

1 *S. P. Benedicti, & S. Scholasticæ corporum vera existentia in Cænobio Cassini,*

2 *Confessariorum nomine veniunt solum sacerdotes.*

3 *Confessionem audientes non confessarij non tenentur ita arctiori vinculo ad celandum peccata, vt cōfessarij.*

4 *Copula, & propriè est coniungere.*

5 *Detegere est patefacere.*

6 *Reuelare dicta in confessione est omni lege prohibitum.*

7 *Confessionis reuelatio causa est multorum malorum.*

8 *Secreta quæcunq; tacere natura astringit.*

9 *Sigillum ex metaphora sumpta à clausura literarum dicitur.*

10 *Secretum quibus in casibus reuelandum.*

11 *Præceptum non reuelandi audita in confessione est negatiuum, & semper obligat.*

12 *Fides nulla danda est reuelanti etiam in iudicio.*

13 *Pœnæ contra reuelantem debentur post condemnationem.*

14 *Confessionis sigillum quàm arctissimum.*

15 *Crimina in damnum Reipublicæ, vel hæresis qualiter detegenda.*

16 *Absolutio deneganda, si præfata crimina non detegat.*

17 *Confessor quid consulat pœnitenti, qui confitetur se scire aliquem tractare de morte proximi, num. sequent.*

19 *Confessio non semper celanda, & si premittatur signum crucis, & cōfiteor.*

20 *Peccatum quàm graue dicere aliquid in confessione.*

21 *Metus nullus causa est reuelandi confessionem.*

22 *Confessionem reuelandi indirectè exempla quæ.*

23 *Loqui de auditis in confessione quàm cauti sint sacerdotes, & si interrogentur, quid faciant. num. sequent.*

25 *Vxor à marito compulsa ad iurandum de adulterio commisso, qualiter respondeat.*

Re-

26 *Reuelare peccatum pœnitentis ex eo, quòd malè absoluit, quàm malum. sed quid faciet, numer. seq. & 28.*

29 *Peccatum committendum includitur sub sigillo.*

30 *Audientes peccata alterius ex casu, vel dolosè, an ligentur sub casu, & an teneantur pœna textus in cap. omnis de pœnitent. & remission. si reuelent, & qualiter peccent. vsque 33.*

35 *Peccata reuelans de licentia pœnitentis non comprehenditur sub litera.*

35 *Et nec includitur, qui recipit quod ex se non est peccatum.*

38 *Confessor recipiens sub sigillo id, quod non debet, productus in testem debet dicere veritatem.*

De secreto confessionis nõ reuelando. Cap. XXXVI.

Confessarij reuelantes personam, & peccatum sibi in confessione detectum.

EXPOSITIO.

Cassinen.

HIc Casus est reseruatus a Reuerendissimo Abbate Cassinensi, in quo cœnobio cũ fuerit fundatum à Sãctissimo Patre nostro BENEDICTO, vbi corpora ipsius Sancti Benedicti, & S. Scholasticæ eius sororis vno, eodẽq; 1 sepulcro † condita sunt, & humata, atque in Domino requiescunt, sicut multi Summi Pontifices, id asserunt, Imperatores, Regesq; affirmant, multisq; miraculis, & reuelationibus confirmatur, vt videre est per Reuerẽdum Admodum Patrem Matheum Lauretum Hispanum in libro quodã inscripto anno 1507. De vera existẽtia S.P. Benedicti in Cassinensi Ecclesia, ideò ibi commorantur Monachi nigri sub ordine eiusdem magnæ sanctitatis sub iugo suaui sanctæ obseruantiæ, vnde Casus iste extenditur per totam suam Diœcesim circa subditos non regulares.

(Confessarij) Ergo excludũ- 2 tur non confessarij † sacerdotes, quibus nõ est concessa facultas ligandi, & soluendi, iuxta textum in cap. noua de pœnitent. & remission. cap. adijcimus §. 1. 16. quæst. 1. quamuis hodie iuxta Concil. Trident. sess. 23. capit. 15. oporteat habere approbationem ab Episcopis, vel obtinere parochiale beneficium; Quare audientes confessionem sacramentalem licitè, vel iilicitè, me- 3 diatè, seu immediatè, †quicunq; sint, siue viri, siue fœminæ, licet teneantur confessionem illam celare, non tamen sic arctiori vinculo subduntur, vt confessarij, & nec pœna ligantur, de qua in d. cap. omnis de pœnitent. & & remiss. sed arbitraria, vt ibi.

Reuelantes personam, & peccatum. Cum propria vis huius 4 copulæ, & sit coniungere, † l. ea tamen

tamen adiectio, ff. de legat. iij. fit, quòd duo coniunctim requiruntur, vt confessor incidat in Casum, vt reuelet personam, & peccatum. Quare si simpliciter reuelaret personam, & non peccatum, vel peccatum; sed non personam, ita vt nullatenus ad notitiam personæ referri posset, non esset confessionis reuelatio, Sotus contra Panormit. in d.ca. omnis, in 4. sententiarum dist. 18.q.4. art.6. 3. conclusio, facit tex.in c. si sacerdos de offic.ordin.Sylu.in verbo cõfessio 3 q.5.

(Sibi detectum) Detegere est patefacere, l. in summa §.1. de condit. indeb. Sic dicimus detegere improbitatem, l. transactionem C.de transact.Sic detegere iniquitatem sententiæ, l. 1. §.pen.ff. si penden.appell. mors interue.

(In confessione) Quia secus, si confessor peccatum, quod nouit extra confessionem, manifestaret; Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

I. 6 QVia reuelare clausa sigillo confessionis est † prohibitum lege naturali, diuina, & positiua, Lege inquam naturali, quæ præcipit, vt faciat alijs, quæcunq; secundum rectã rationem vult sibi fieri, c.1. dist. 1. Alioquin quomodo diligeret proximum, sicut seipsum, si aliquid secundum rectam rationem vellet debere sibi fieri, quod nollet proximo fieri; sed quilibet secundum rectam rationem debet diligere famam proximi, Eccl. 41. Curam habe de bono nomine, ergo, & celationem sui secreti, maximè, dum eius reuelatio cederet in aliquam infamiam, ergo & confessor debet diligere famam pœnitentis, & consequenter celare peccatum confessum, per quod confitens per eius reuelationem diffamaretur, quia quod vni reuelaret posset, & cæteris pluribus reuelare, & ita diffamaretur. Sic lege diuina prohibitum etiam est, quia quilibet Christianus lege diuina tenetur non dare occasionem alteri, qua reuocetur à lege diuina; sed lex Christi est de confessione facienda; sed reuelans confessionem dat occasionem quantum in se est proximo, non confitendi, ergo. Quod etiã lege positiua sit inhibitum, patet expressè sub grauissimis pœnis in ca. omnis de pœnit.& remiss. Ita his, & alijs rationibus probat Gabr. in 4. sent. dist.21. qõ. vnica notabili primo,& conclusio prima.

II. Quia si sacerdotes reuelarent, essent causa multorum malorum. &

Primò, quia nisi pœnitentes secreti habeantur, homines à pœnitentia retraherentur, & peccata non confiterentur, quia celatio fuit inducta, vt homines facilius ad pœnitentiam inducerentur.

Secundò, quia nisi celatio esset, scãdala multa oriri possent,

quæ de facili propter reuelationem possent contingere.

Tertiò, quia essent causa, vt pœnitentes indebite exequerentur præcepta de confessione, scilicet mentiendi, aut peccata sua reticendi, vel se falsò laudandi, aut alios, quos odit, vituperandi, vt talia per confessionis reuelatorem in aliorum notitiam deducantur.

III. Si naturæ ipsius vis obli
9 gat † secretorum quoscunq; seruare gtadus, qui plures sunt, vt diximus in 3. par. decis. lib. 1. cap. 23. nu. 1. Multò magis seruandũ erit confessionis sigillum, vt ait tex. in d.c. omnis §. caueat. Di-
9 citurq; sigillum † ex metaphora sumpta à clausura literarũ, quia sicut sigillum, quatenus de se est, conseruat literas clausas, vt habetur, & legitur in l. 1. §. fin. & l. cũ ab initio, & l. si quis à signatoribus ff. quemadm. testa. aper. sic hoc sigillum obligat ad tacẽdum dicta in confessione.

IV. Quamuis sint aliqui Casus, in quibus possit, imò debeat reuelari secretum natura-
10 le, † vt quando ex eius obseruãtia, & integritate aliquod notabile damnum animæ, vitæ, bonorum temporalium iniusta iactura sequeretur eius, cuius est secretũ, aut etiam tertij, vel quando iudex, aut prælatus iuridice cogunt reuelare, vt notant Doctores in c. qui ambulat 5. qõ. 5. Abb. in c. intimauit de testibus, Innoc. in d. c. omnis. Nullus tamen datur Casus, & neq; dabilis est, in quo sacramẽtalis cõfessionis sigillũ liceat rumpere, vnde si frangere secreta naturalia præter Casus supra nominatos, mortale peccatum est, confessionis sigillum violare à fortiori grauissimum sacrilegium est contra naturalem, diuinam, & Ecclesiasticam prohibitionem, vt supra probauimus.

V. Præceptum in confessio-
11 ne audita non reuelandi † est negatiuum, vnde pro semper obligat etiam post mortem pœnitentis, & in omni euentu, Syluest. in verbo confessio 3. q. 2.

VI. Quia nulla fides danda est reuelanti etiam in iudicio;
12 Quare nullum indicium, † nullamq; probationem eius dictum facit, c. 2. de offic. ordin. quia cõfessio sit tanquàm Deo, & non tanquàm homini, ita dixit Baldus per illum text. in d. c. 2. in l. Archigeronris, C. de Episc. audien. probatur etiam per tex. in c. dilectus de excess. prælat. Cou. de sponsali. 2. par. §. 12. num. 10. Quare si confessor reuelauerit, præter pœnas in d. c. omnis, quas subire debet post condemnatio-
13 nem, † Sotus lib. 1. de iust. & iu. q. 6. art. 6. Ei credi non debet, & delinquendo tanquàm infamis à testimonio ferendo reijcitur, Marianus Vittorinus de Sacramenti pœnitentiæ ca. 2. Sed modo deueniamus ad decisiones.

De;

Declaratio Casus per Decisiones.

1. ADeò arctissimum est confessionis sigillum, vt nec sit rumpendum de audito in cõfessione peccato in damnum exi
14 mium spirituale,† vel Reipublicæ, aut communitatis pernitiem, vt si quis confiteretur se velle seminare hæresim, aut prodere, vel incendere ciuitatẽ, quod per reuelationem confessionis caueri posset, quamuis facta sit confessio absque dolore, argument. text. in capit. quod quidam de pœnitent. & remiss. Ita D. Thomas in 4. sentent. dist. 25. qõ. 3. art. 1. ad primum. Nos in 1 par. decis. cap. 23. num. 5. Quare tales reuelantes comprehendũtur sub litera.

Dantur tamen duo remedia, vt detegantur talia crimina aliquo modo. Primum, vt confessarius in communi absque pœnitẽtis directa, vel indirecta declaratione Principẽ, seu rectores Rei-
15 publicæ † admoneat efficacissime, vel prælatũ, vt cautissimè vigilent, ne errores pullulẽt, & vt proditiones caueant; Imò addere potest imminere periculum, quàm primum. Modo nullo pacto nec verbo, neq; signo in notitiã peccatoris deueniri possit. ita sum. Asten. de sigillo confess.

Secundum, si cõfitetur aliquis se cognoscere secretò aliquem hæreticum, vel Reipublicæ proditorem, vel in Principem conspiratorem, tenetur confessarius illum talem obligare, vt reuelet tales in iudicio sãctæ Inquisitionis, & Reipublicæ rectoribus in proditione, & secus non absoluere, & eximium conatũ, & diligentiam in hac parte adhibere, quia talem pœnitẽtem sigillum naturale non obligat, imò ipsa natura docet cum damno etiam partis occurrẽdum ad damnum totius euitandum, ita ex Diuo Thoma 2. 2. q. 33. art. 7. ad secũdum, Nauar. in Manu. ca. 18. nu. 19. Nos lib. 2. in 2. par. decis. c. 69 num. 17. & 19.

Pariter, si confiteatur pœni-
16 tens se scire † aliquos de pernitie, mortevè tractare proximi, destructionevè honoris eius, aut bonorum temporalium, tenetur confessarius iubere, vt primò admoneat illum, ne faciat iuxta tex. 2. q. 1. c. si peccauerit; Quòd si pœnitens dicat hoc feciſſe, & ille non vult desistere, vel quòd sua admonitio nihil proderit, tunc admoneat de hoc illos, qui possunt prodesse, & obuiare delicto committendo, iuxt. tex. 22. q. 5. ca. hoc videtur; sed si agitur
17 de imminenti periculo, † admoneat occidendum, non tamen nominando aliquam personam, c. si sacerdos de offic. ordin. glosa in capit. nerui, verbo à transgressione distinct. 13. vel vt per tertium, aut scripto admoneat. Et hoc procedit, quamuis iurauerit tenere secretum, quia in malis promissis est rescidenda fides,

& in turpi voto mutandum decretum.

II. Si Confessario constat, q̃ animus pœnitentis non sit sacramentaliter confiteri, sed illo pallio quasi sacramentalis cõfessionis velle persuadere ipsi hęresim, vel proditionem in Rempublicam, aut in Principem conspirationem, etiam si præmittat signum crucis, & confiteor, aliaq; peccata dicat, cum illa non sit sacramentalis confessio; sed immane sacrilegium, vrgetur tanquàm Reipublicæ præstifera, vel in animam, reuelare absq; fractione sigilli: cum non fuerit cõfessio, Caiet. 2.2.q.70.ar.1.in resp̃ons. ad 3. Sotus de ratione tegen. membro. 2.qõ.7.art. 1. Imò adeò est abominabile sacrilegiũ confessionem simulare, vt in sacra Cisterci. Religione tale peccatũ, vt grauè prælatis, est reser-
19 uatum, † vt quod quis cõmendet sub sacramenti sigillo confessionis crimen, quod sacramentaliter non confitetur, vt dixit Hieronymus Ilamas in instit. confessionum in 3.par.cap.12.§.16. in fine.

III. Incidit in Casum, qui confessionem reuelaret ob metũ cadentem in constantem virum,
20 † etiam omnium tormentorum, vel atrocissimæ mortis, vel ob maximam vtilitatem particularem, seu vniuersalem; nam nullo modo licet nec directè, nec indirectè aliquod mortale, aut venia le, aut circumstantiam etiam nõ necessariam confitendã, vel aliquod, quod etsi peccatũ non sit, possit auditor colligere eum, qui confessus est aliquod peccatum commisisse, D. Thomas in 4. sent. dist. 21. q.3. art. 1. ad secundam quæstionem, Nos qui supra, c.23. lib. 1. nu. 4.

IV. Sub litera comprehenditur, qui indirectè confessionẽ
21 † reuelat (Exempla) Qui duorũ, aut trium cõfessionibus auditis, de vno sic dicit. Hic nullum peccatũ mortale habet, vel hæc est virgo, indirectè confessionẽ detegit, q̃ alius mortalia confessus sit, vel quòd non sit virgo, Nau. in Manu. c.8. nu.9. Nam ex quo vnum laudat, alterũ deprimit, & decolorat. Est etiam sigillũ confessionis frangere indirectè, si cõfessarius diceret; Cum parochus essẽ talis parochiæ, audiui à quodam mercatore, vel sartore, sene, vel vidua, virgine, aut nupta hoc peccatum, quia de illo facilè & scrutinio posset fieri calculatio, & deuenire in notitiam; Quare cautissimi sint sacerdotes loqui
22 de auditis in confessione, † sed si aliqua suadet vtilitas, aut necessitas, locus, & status personæ, quã audiuit, taceatur; nam sunt homines audiẽtes hæc verba indagatores, & in talibus perspicaces, vt paulatim rimentur q̃s fuerit de quo locutus fuerit confessarius; Testes in hoc sumus mille millium defectuũ sic, si quis interrogatus an sciat hoc, vel hoc crimen, respõderet se nõ posse dicere, vel se non scire viã, qua possit manifestare, Hæ. n. respõsiones indi-

indirectè reuelant peccatum, sic qui audiens plures de aliquo crimine, de quo rumor est in populo, dicat. Hoc crimen non fecit hic, neque ille, nominando eos, omittendo solum vnũ, aut duos, super quem possit cadere suspitio, tunc indirectè confessionem frangit.

Igitur interrogatus confessarius de auditis in cõfessione, po-
23 test quidem dicere id, † quod est verum secundum suam intentionem, & falsum secundum intentionem illius, cui loquitur, ex Soto de ration. tegen. quæst. 5. memb. 3. 3.concl. 2. 3. & 4. Abb. in cap. si sacerdos de offic. ordin. Sic coactus iurare ab eo, qui legitimè non potest, dicere potest. Nescio. Non feci. scilicet in tali loco. Non vidi, scilicet vt dicam tibi. Pariter non erit periurus testis, aut reus, qui interrogatus de crimine à non suo iudice, vel non iuridicè. Respondet. Non feci, non audiui, non vidi, non peccat. Similiter vxor,
24 quæ à marito ad iurandum † cõpellitur, vt veritatem dicat de commisso adulterio, dicere potest; Non feci, idest vt reuelem tibi. Nauar. in Manu. cap. 12. nu. 18. vers. 9. scilicet intelligendo. Non sum adultera, si deleuit per pœnitentiam, & confessionem, argum. tex. in c. ferrum dist. 50. & ita intelligitur text. in c. vtilẽ 22. q. 2. Nos in 3. par. decis. lib. 2. c. 17. nu. 9.

V. Qui reuelat suo confessa-
25 rio peccata sui pœnitentis, † quæ in confessione audiuit, ex eo, quia malè absoluit, vt qui se accusat, quòd malè absoluerit prælatum suum in confessione à peccato simoniæ coram tali confessario, qui peccatum cognoscit; nam tunc iste reuelator est confessionis; Cauti igitur sint pœnitentes, ne vt negligentiæ in audiendis confessionibus accusent, peccata sibi patefacta aperiant, Qui ergo timet se non bene gessisse † in confessione, dicat, fa-
26 teor me in quodam mortali graui audiendo, & absoluendo defectuosè processisse, & non iudicasse vt debebam, & non negasse, vel distuliisse absolutionẽ, vel non iussisse restituere, & cęt. Hoc enim sufficit, vt sine periculo cogitationis tertij cognoscat confessarius peccatum, & defectum confessarij, qui nunc pœnitens est circa officium audiendi confessiones.

VI. Includitur etiam sub li-
27 tera ille, qui dicit † se non absoluisse ex eo, quia non erat contritus, modò confessio fuerit facta sub spe veniæ, probatur hoc per text. in cap. quod quidam, de poenitent. & remission. vbi ab Ecclesia præcipitur, vt audiatur confessio incontriti, & salutaribns monitis præbeantur ei consilia, ergo huiusmodi confessio vult Ecclesia, vt claudatur sub sigillo.

VII. Incidit etiam, qui re-
28 uelat peccatum committendum † (v.g.) si confiteatur se velle hominem interficere, vel quid si-

mile; nam debet illud celare, per textum in d. cap. omnis, argum. text. in d. c. si sacerdos de offic. ordin. Nam secundum communem opinionem Doctorum, vt Scoti, Richardi, & D. Thomæ, vt refert Henr. Boic. in d. cap. omnis non solum peccata commissa; sed etiam peccata committenda in cõfessione detecta sunt tanquam secreta celanda; nam ita peccatum committendum, refertur sacerdoti, vt secretum in confessione detectum, sicut peccatum præteritum, vel præsens, & ideò est celandum. Præterea hoc propositum velle in futurum peccare, est peccare, & peccatum actuale, & præsens, etiam si nunquam sequeretur effectus, & per consequens reuelãs reuelaret peccatum præteritum, quod clauditur sub sigillo confessionis. Videat tamen sacerdos illud peccatum impedire, ita cautè augendo, q̃ non exprimat, neque prodeat pœnitẽtem, prouidendo futuro scãdalo; Nos qui supra nu. 19.

VIII. Non includitur audiẽs in confessione, non vt confessarius; sed vel causaliter, vel fortè transiens, vt si laicus audiat laicum, vel dolosè, † vt si poenitens confiteretur alicui non sacerdoti, putans eum sacerdotẽ, qui se dolosè ingereret, ac se simularet sacerdotem, vt aliquod peccatum exploraret, si illorum quæ audierunt, aliquid reuelẽt; nam & si teneantur arctiori vinculo confessionem celare, quàm si sub alia quacunque secreti fide extra confessionem peccata illa noscerent; nam vltra peccatum est species sacrilegij, tamen cum non sint confessarij sacerdotes, non comprehenduntur.

† Hinc tales fractores nõ tenentur poena textus in d. cap. omnis, & cap. sacerdos de poenit. distinct. 6. sed poena extraordinaria, Marianus Soccinus post Henr. in d. cap. omnis. Tenentur tamen, si assumantur loco sacerdotis in necessitate, iux. text. in cap. sanctum de consecratione dist. 4. & cap. quem pœniret de poenitent. dist. 1. tacere, † si interrogentur vt testes, secundum Innocent. & Do. Anton. in d. cap. omnis, & dicere se nihil scire, Abbas in d. cap.

Est tñ adnotanda differẽtia, quia audiens confessore malè reuelante, vel à confitente casualiter, † non peccant mortaliter, nisi prouocarent confessorem ad reuelandum, qui vero dolosè audiunt, peccant mortaliter, omnes tamen sub mortali tenentur ad non reuelandum; Gabr. in 4. sentent. dist. 21. q. vnica conclusione 2.

IX. Non includitur, qui dicebat. Talis confessus est † mihi peccatum, vel peccata sua benè, & distinctè, quia liquet de se; nam ideò quis ad confessionem accedit, vt confiteatur peccata sua, & non aliorum, capit. omnis, verbo Sua, de poenitent. & remiss.

X. Nec qui reuelat peccatũ ali-

34 aliquod peccatum † de licentia pœnitentis, c. officij de pœnit. & remissión. glosa notab. in cap. 1. verbo Innocentes in fine, de except. nam sigillum secreti est iuris poenitentis, & potest quicunque iuri suo renuntiare, modò non emergat damnum tertij, Felinus notat in cap. mattheus de simon. Hæc tamen licentia de
35 bet multis qualitatibus esse † circumstantionata. &

Primò, vt cedat in vtilitatem poenitentis.

Secundò, vt sit expressa.

Tertiò, vt sit libera.

Quartò, vt confessor vtatur absque expressione personæ.

Quintò, vt detur licentia post confessionem; Hæc in nostris decis. in j par. lib. 1. cap. 23. nu. 11. vsque 16.

Sextò, vt sit in scriptis, ad tollendum omne dubium. An fuerit reuelatum de licentia poenitentis, vel non.

XI. Nec si confessor aliquid reuelat, quod de sui natura non est peccatum, quia dicit sibi, qđ
36 debet † aliquid alicui ex mutuo, depósito, vel simili contractu. quamuis tali casu Guli. & Rayn. dicant, quòd sacerdos nõ debet talia recipere sub sigillo confessionis, si tamen imprudenter recipit, non tenetur cela-
37 re, & si producatur in testem, † tenetur dicere veritatem, etiam, si iurasset non reuelare: quia in huiusmodi Casibus illicitum esset iuramentum, & ideò non obligatorium, & non secundum præiuditium tertij, secundum Host. & Astens. in summa sequitur Henric. Boich. in d. c. omnis.

SVMMARIVM.

1 *Spõsus de futuro quis propriè dicatur*

2 *Sponso de præsenti quandoq; consulendum, vt ante benedictionem consumet matrimonium, & sponsa de præsenti quædicatur n. seq.*

4 *Matrimonium consumatum quare separari non possit, sed non consumatum sic.*

5 *Sponsa non transit in vxorem, si matrimonium est contractum iuxta Conc. Trident. Non tamen est consumatum.*

6 *Sponsalia de præsenti dicuntur matrimonium ratum.*

7 *Quos Deus coniunxit, homo non separet, qualiter intelligatur.*

8 *Sponsus quando sponsi nomen amittat, sic & sponsa.*

9 *Auxilium dantes, & fauorẽ quando dicantur.*

10 *Parentes an agere possint actione iniuriarum ex quo deuenit ad copulam, nu. 12.*

11 *Sponsus an possit cogi à defloratã ad eam dotandam.*

13 *Stuprum grauius simplici fornicatione.*

14 *Sponsus de futuro toties peccat, quoties coit cum sponsa.*

15 *Stuprata ponitur in via fornicandi.*

16 *Filij quando efficiuntur illegitimi.*

17 *Casus præsens simpliciter reseruari solet.*

18 *Sponsalia tàm publica quàm clandestina contrahens comprehen-*

ditur sub litera .

19 Deflorans sponsam ante benedictionem nuptialem, non comprehenditur sub casu.

20 Contemptus circa benedictionem quando dicatur.

21 Non includitur, qui nititur venire ad copulam, sed non potuit.

22 Patres, & matres, quando in casum hunc incurrant.

23 Copula ante matrimonium in illud non transit post Concilium vt prius.

24 Sponsus, quando cogi possit ad dotandum.

25 Dos quãdo debetur, secutis nuptijs debetur.

26 Sponsaliorum duplex effectus.

27 Subarratio fit per immissionem annuli in quarto digito.

28 Sponsi absque peccato possunt se cerni, & osculari.

29 Sponsa quando tactus possit absq; peccato pati.

30 Permittendum an sit aliquid cum periculo peccandi.

31 Parentum nomine qui veniant.

32 Auxiliantes vt includantur sub Casu, quale auxilium esse debeat.

33 Verba sunt intelligenda cum effectu.

34 Ratihabitio copulæ habitæ cum sponsa an comprehendatur.

35 Confessor qualiter inquirat pœnitentem de hoc crimine.

36 Filij nati ex incestu an per subsequens matrimonium legitimẽtur.

De sponso veniẽte ad copulã ante matrimonium cõtractum. Cap. XXXVII.

Sponsus ante contractum matrimonium iuxta Conc. Triden. veniens ante copulam, & dantes fauorem, vel auxilium.

EXPOSITIO.

Sum ti.

(PONSVS) Hic intellige de futuro, hoc est, 1 cui spondetur puella, vel qui spopõdit eam, se daturũ, Hæc autem sponsalia quot modis cõtrahantur, vide Ioan. à Capistr. in summula matrim. nu. 155 Nõ autem, si esset sponsus de præsenti, nam huic etiã, si nulla occurrat causa, consulendum esset, vt dum benedictionum solemnitas differtur, & procrastinatur, si pudicè nequit continere, vt matrimonium consumet, ad euitãdas absurdas, & abscenas pollutiones, quæ inter ipsos interuenire solent, vt consuluit Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 2. vers. postrema. Dicitur autem sponsus de præsenti ille, qui contracto matrimonio non dum illud consumauit, tex. est in c. tertio loco, vbi Abb. de præsumpt. vbi habetur, quòd sponsa dicitur illa, cũ qua sunt contracta sponsalia, de præ-

præsenti, vt probatur in c. accedens vbi Abbas de sponsal. duorum, & cum qua non est secuta copula, quia ante copulam non dicitur esse in vsu viri, ideò non dicitur vxor, vt notat Salic. in l. cum te col. 1. C. de donat. ante nupt. cum vxor dicatur ea, quæ tradita est viro, ita quòd ea vtatur, cap. si quis desponsata 25. quæst. 2. vnde copula ad perfectionem matrimonij requiritur, vt propriè dicatur, & dissolui nō possit nullo modo, Abb. in cap. ex publico de conuers. coniug. vbi ante consumationem sponsa de præsenti, quæ dicit se religionem ingredi velle, compelli potest religionem profiteri, vel adherere marito; sed post consumationem non potest sponsus à sponso separari. Quod si vis scire rationem, quare matrimoniū consumatum non possit separari, & non consumatum sic. vide glosam in c. quapropter 27. q. 2. vbi dicit, quòd matrimoniū consumatum significat coniunctionem verbi Dei cum carne humana; sed verbum Dei non potest separari ab humanitate, ergo, sed matrimonium non consumatum significat coniunctionem animæ ad Christum, sed anima potest separari à Christo per peccatū, ita & istud matrimoriū; ita Ana. refert in d. ca. ex publico nu. 14. Igitur non amittitur nomen spō
5 si, & sponsæ, † si iuxta Conc. Trident. sit contractum matrimonium in facie Ecclesiæ coram parocho, & duobus testibus, si non, est consumatum, quod nota pro statutis; nam si statutū loquitur de vxore, non habet locū in tali sponso, & sponsa, l. si quis officiū, l. quod seruus ff. de cond. ob causam. Ant. de Butr. in rubr. de spōsal. in prioc. Idem tradit Signorolus cons. 144. Io. à Capistr. qui supra. nu 173. Io. de Anan. in ca. debitum nu. 1. de bigamis, vbi dicit, ꝙ desponsata copula non secuta propriè nō dicitur vxor, & ita statutū loquens de vxore, non verificatur in sponsa de presenti, sed de hoc vide Bar. in in l. nihil ff. rerum amot. & ibi Additiones, vbi tenet contrarium. Tu tamen tene primum, vt per Io. Capistr. nu. 173. Hinc inferuntur talia sponsalia de præsenti dici ma
6 trimonium ratum, † sed non cōsumatum, sed quando secuta est copula, dici consumatum, inter quę cōiugia maxima est differētia, quia ante consumationē pót quis coniuge inuita ad religionē cōuolare, & ibi permanere absq; peccato, d. c. verum, & c. ex publico, c. desponsatam 27. q. 2. vbi loquitur de spōsa de præsenti. At post cōsumatum matrimonium nequeunt coniuges hoc facere, d. ca. verum, ex quo textu notat Anan. ꝙ super contractum matrimonium, in quo non interuenit copula, Papa potest per suā dispēsationem disponere, & illud dissoluere Quare illa auctoritas; Quos Deus coniunxit, homo non
7 separet † habet locum in matrimonio copula consumato, nam fortior est obligatio matrimonij

copula

copula consumati, d.cap.verum. Hinc solet Summus Pontifex ex causa grauissima matrimonium ratum dissoluere, non tamen consumatum, vt nos diximus in j. par nostratum decis. lib.2.c.82. num 10. Igitur litera text.nostri loquitur de sponso de futuro, nõ autem de præsenti: Hinc sequitur.

(Ante contractum matrimonium) iuxta Concil.Trid.ergo à cõtrario sensu secus esset, si post contractum, hoc est, si præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, seu Ordinarij licentia,& duobus,vel tribus testibus matrimonium fuerit cõtractum: Etenim licet non amittãt nomen sponsi,& sponsæ,si tamen deueniunt ad copulam carnalẽ,
8 †non sunt sub casu reseruato,nec illum incurrunt; sed efficiuntur vna caro vir,& vxor,vt ex supra dictis patet,& dicitur venire spõsus ad copulam, quando seminaret intra claustra pudoris, facit tex. in cap. fin. de sponsal. Non tamen, si sponsam pollueret circa naturalia.

Et dantes auxilium, vel fauo-
9 rem,scilicet vt ante † contractũ matrimonium sponsus cum spõsa veniret ad copulam; Huiusmodi sunt parẽtes,& omnes,qui sponsæ curam habent, vt tutores,& curatores,Sotus in 4.sent. dist.5.quæst. vnica.art.3. (v g.) si sponsæ persuaserunt,vt se cum sponso coniungeret; Qui solum in cubiculo relinquerent; ita vt simul ad copulam peruenerint, facit tex. in l.item apud Labeonem, §. abduxisse. ff. de iniur. Qui lectum suum sponso sciens præbuit, vt fluprum cum sponsa fieret,facit text.in c. sollicitatores §.j.de pœnit.d. 1.l.qui domũ ff de adult. cum duabus legibus sequentibus; An verò parenti-
10 bus permittentibus †vt sponsus de futuro non adhibita solennitate Concil. Trident. contrahat matrimoniũ,& defloret spõsam, possint ꝓ eorũ interesse dicti parẽtes nolente sponso amplius in faciẽ Ecclesiæ cõtrahere matrmoniũ,cogere illũ ad cõtrahendum,vel ad dotandã,aut ad augmentum dotis iuxta text.in c.1. de adulter. Item agere actione iniuriarum ad interesse;Respondet Caualcanus in indice verbo matrimonium in suis decis. & dicit multa. &

Primò, qꝺ non potest sponsus, qui matrimonium contraxit de præsenti; sed non coram Parocho,& testibus iuxta Concilium cogi secuta defloratione contrahere matrimonium,quamuis vti maritus, & vxor illud consumauerit,ex eo,quia cum de directo fecerit contra Cõcilium,& ideo hodie per dictum Concilium irritum, & nullum est; quamuis olim dictum matrimonium validum erat per l.nuptias de reg. iur.

Secundò, nec mulier potest
11 cogere †talem virum ad eam dotandam propter eius defloratiõnẽ iux.tex.i c j.de adul.qa nõ per violentiam, nec precibus, & sua-

suasionibus vim denotantibus illam cognouit carnaliter; sed ambo de communi consensu amicabiliter vti maritus, & vxor conumarunt matrimonium in contemptum Cõcilij, quo fit, vt sicut alter eorum non potest cogi ad seruandam fidem, & matrimonium contrahendum, sic nec potest cogi ad pœnam, & ita ad dotationem. Quod idem extende
12 ad parentes permittentes; † secus si ignorauerint tale matrimonium, quia tunc possent agere actione iniuriarum. Ex quibus omnibus patet, q̃ sponsus de futuro, qui ante contractum matrimonium iuxta Concilium deueniret ad copulam carnalem intra vas cum sponsa, includitur sub casu; ac etiam dantes auxilium, & fauorem; Sed modò deueniamus ad grauitatẽ criminis.

Grauitas.

QVàm sit graue hoc peccatum, patet, quia talis de futuro sponsus habetur vt stuprator, cũ matrimonium non fuerit contractum, quod quidem stuprum grauius est, quàm simplex forni-
13 catio, † cum stuprum præter fornicationem habeat aliquid amplius, scilicet ablationem signaculi virginitatis.

Insuper quoties opere carnis consumato iterum ad illud reddit, toties peccat mortaliter,
14 † non tamen tenetur confiteri numerũ explicitè; sed per quod tempus in illo statu permãserit; Est enim iste concubinarius, qui habuit suam vxorem, vt concubinam in eadem domo, & lecto; Ita Sotus in 4. sentent. dist. 18. q. 2. art. 4. col. 4. Nauar. c. 6. nu. 75.

Rursus aggrauatur peccatum ratione scandali, cohabitando cum illa, de qua est opinio, q̃ nõ sit cõtractum matrimonium per verba de præsenti, ad quod facit text. in cap. 1. de cohabit. cleric. & mulier.

Item, quia ponit fœminam in
15 periculo † fornicandi, si secuta defloratione satiatus nollet amplius in faciem Ecclesiæ contrahere matrimonium, ad quod cogi non potest, quia si inuitus cogi posset, sequeretur q̃ tale matrimonium non voluntariè contractũ infelices pareret exitus, c. requisiuit extra de sponsal.

Rursus, si filij tunc concipiun-
16 tur, sunt illegitimi, † licet per subsequens matrimonium legitimentur, c. tãta, qui filij sint legit.

Declaratio Casus per Decisiones.

TRipliciter inuenio hũc casum ab Ordinarijs locorum reser- *Surrẽ.*
17 uari † Nã hic reseruantur in nu- *ti.*
mero singulari. (Sponsus ante contractum matrimonium veniens ad copulam) quo casu cũ simus in pœnis, & casibus reseruatis, qui restringunt potestatẽ confessarij fit, vt sit facienda stricta interpretatio, & capienda sunt verba secundum genuinam pro-

proprietatem, & ita, vt solum sponsus, qui deueniret ad copulam, comprehendatur sub casu, cũ non videatur eadem identitas rationis in masculo, quàm in fœmina, quia plus peccat masculus, quàm fœmina, quia masculus agit, & fœmina patitur, & plus peccat agens, quàm patiens, glosa in cap. si cui de pœnitent. distinct. 1. Nos supra in j. par. casu 2. num. 8. Alibi vero vt Nolę, Tarenti, Rossani, Conuersani, Castellanæ, Polignani, & Parmæ. Reseruatur in numero plurali, (v.g.) (Sponsorum, qui ante matrimonium contractum iuxta Concilium vna coierint) vel qui fidei vinculo astricti se carnaliter commiscent, & tunc tàm sponsus, quàm sponsa ex vi verborum comprehenduntur, ni si aliter exprimatur, vt Castellaneti, & Castellanæ, vbi additur; ita q̃ masculi tantum comprehẽdantur. vel vbi in fine casuum diceretur. In omnibus tamen his casibus volumus masculos tantũ comprehendi.

Tarenti. Nolæ. Rossani. Conuersani. Castellanæ. Polignani. Parm.

II. Comprehenditur hoc casu non solum, qui sponsalia publicè contraxit; sed etiam clan-
18 destinè; † nam licet matrimonia clãdestina sint damnata per Concil. Trident. sess. 24. non tamen fuerunt irritata sponsalia clandestina, vt declarat Nauar. in Manual. cap. 25. num. 144. tit. de peccatis coniugatorum.

III. Litera non comprehendit eum, qui concubuit cum ea, cum qua matrimonium contra-
19 xit ante tamen nuptialem † benedictionem; Non enim peccat, qui illam omisit. cum sit de consilio, cap. Nostrates, vbi Archid. 30. quæst. 5. qui etiam dicit tunc esse mortale, cum illam omitteret ex contemptu, Esset autem
20 contemptus: † cum quis benedictionẽ perinde nihili faceret, ac si non esset ab Ecclesia instituta; sed esset res vana, Sotus in 4. sentent. dist. 28. quæst. 1. ante. versic. postrema. Non enim benedictio comprehenditur sub casu nostro, qui solum loquitur de sponso sponsam cognoscente ante matrimonium contractum; Nisi casus reseruaretur, vt Maza re in Sicilia, vbi reseruatur com mercium ante benedictionẽ nuptialem, qui casus saluo semper meliori iudicio cum non sit peccatum mortale, nisi quando fit in cõtemptũ, intelligerem reseruatum solum in eo casu, quando esset contemptus.

Maza re in Sicilia.

IV. Et nec ille, qui nisus est sponsum carnaliter cognoscere;
21 sed non consumauit, † cum non deuenerit ad copulam, argumẽt. tex. in cap. fin. extra de sponsal. nam nemo in delictis pœnam incurrit nisi actus sit consumatus, l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iur. Io. Andr. & Gemin. in cap. perpetuò de elect. in 6. Et vt tradidimus supra in j. par. reg. 3. Casus reseruati intelligũtur de actibus exterioribus consumatis.

V. Incurrunt patres, & ma-
22 tres, qui post sponsalia † contrahunt

hunt matrimonia clãdestina sine parocho,& testibus;& permittũt consumari matrimoniũ; nã tàm patres, & matres, vt dantes fauorem,& auxilium, quàm sponsus,incidunt in casum reseruatũ, præter tamen filias, cum casus loquatur solum de sponso,vt diximus supra num. 17. nam talis copula est peccatum,& non trã-
23 sit in matrimonium, † vt olim, cum veniat contra Concilium, & ideo vti irritum,& nullum nõ potest valere. Hinc infertur, q̃ si secuta defloratione virginis, & copula carnali filiæ sint effectæ grauidæ,vir diceret de inualiditate matrimonij,&nollet amplius in facie Ecclesiæ contrahere, nõ posset ad illud cogi,ex eo, quia de directo fuit factum contra Concilium,& nec ad eam do tandam,vt supra diximus nu.11. Ita Diax.in sua praxi c.85.nu.5.

Quod secus esset,quando sponsalia de futuro essent contracta, & sequitur copula carnalis ante
24 quam matrimonio † coniungãtur in faciem Ecclesię à proprio Parocho: nam si vir non vult seruare fidem ex aliqua causa iusta superueniente, iuxta tradita toto ti.de sponsal. tenetur propter defloration em illã dotare, quia sponsa consentit copulæ ex causa,& non purè,& simpliciter, adeò,q̃ si putasset sponsalia non transisse in matrimonium de præsenti coram Parocho,non cõsensisset, & sic contra, & præter illam voluntatem fuit defl orata. Sicut quãdo precio, & precibus est seducta,& inducta ad patiendũ se carnaliter cognosci, & ista dos non debetur statim secutacopula: sed solum, quando hæc
25 mulier maritabitur,† Bart. in l. Titio tantum §. Titio genero, num.7.ff. de cõd. & demonstrat. vbi dicit, q̃ legatum factum pro dote,intelligitur,vt peti possit à die festiuitatis nuptiarum, vt in l.sancimus. C.de nupt. Et intellige festiuitatem nuptiarũ,quando matrimonium contrahitur per verba de præsenti, posito,q̃ ad domum viri non sit traducta.

VI. Sponsus de futuro, qui venit ad copulam cum sponsa,licet sit sub casu reseruato, & copula non transeat in matrimonium, tamen cogi potest à sua sponsa ad contrahendum matrimonium: nam sponsaliorum du-
26 plex est effectus, † vt refert Io. à Capistr. in summ. de matrim. num.175.

Primus, & principalis, vt sequatur matrimonium; nam hic est finis. in quem ordinantur sponsalia.

Secundus est,quia re integra, vt quia neuter cum altero contraxit, altero volente necessitatur ad matrimonium, nisi in quinque casibus à nobis relatis in 2. par.decis. cap.12.num.18. lib.1.

VII. Sponsus includitur sub casu veniens ad copulam,quamuis præcesserit subarratio, quæ
27 fit† per immissionem annuli factam à sponso in quarto digito,

quæ

quæ vulgo dicitur Affidare. Nam licet olim talis subarratio cum verbis de præsenti denotantibus matrimonium, illud efficiebant, iux. text. in cap. fin. de desponſ. impub. ibi desponsauit de præsenti, Innoc. & communiter DD. in d. c. vt notat Couar. lib. 4. de sponsal. §. 2. numero 2. Tamē cum hodie nunquam iux. Concil. Trident. sponsalia transeant in matrimonium per subsequentem copulam carnalem, fit, vt huiusmodi sponsus deueniens ad copulam sine solennitatibus à Concil. Tridentino requisitis comprehendatur sub casu.

VIII. Quamuis sub pœna casus reseruati, sit interdictum sponsis de futuro vti copula carnali, vt in litera habetur, tamen possunt se cernere, alloqui, & osculari, & tangere se tactibus,
38 † qui de se non sunt impudici, dum tamen hoc fiat cum cautela, ne contingat pollutio, & nec periculum probabile illius incurrendæ. aut consentiendi in eam. Quare euitandum est, ne soli secretò osculentur, amplectantur, & tangant, quia vt plurimum in tali casu deueniunt ad pollutionem, aut actus impudicos, iuxta Caietan. 2. 2. quæst. 154. artic. 4. Si tamen spōsa pateretur tactus,
29 vel oscula à sponso, † quem credit moueri libidinoso amore ad actum venereum, vel delectationem morosam, mortaliter peccaret: nisi illos vitare non posset absque scandalo eorum, qui de libidine non suspicantur. Quod si dubia esset sponsa tactus tales libidinosi ne sint, tunc si erunt tales, qui consueuerunt fieri inter pudicos, & negari non possunt absque præiudicio affabilitatis, vt in præsenti casu sponsi cū spōsa, poterunt fieri absque peccato, quia non debet iudicare spōsum de libidine; sed amore honesto, vel saltē sensuali extra mortale, Sylvest. in verbo Delectatio quæst. 4.

Sed quid si deuenerit sponsus cum sponsa ad amplexus, & oscula curam sorore, vel amita spon-
30 sæ, quæ talia cernens † sensit se ad libidinem prouocari; Immo intra se polluitur: an debeat permittere, vt soli sese osculentur, & non coram ea.

Respondeo, q̄ si euitari non potest tale commercium, satius est, vt absente ea ad tales actus deueniant, maximè in loco publico, quàm coram ea, cum probabili periculo peccati mortalis; Igitur in ijs casibus, modo nō deueniat sponsus ad copulam, non incidit in casum.

IX. Habentes curam sponsę, vt parentes, quorum nomine
31 † non solum venit pater, & mater, atque superiores, vt auus, & auia, & c. l. appellatione. ff. de verb. signific. Sed etiam omnes ij, qui sponsæ curam habent, Sotus in 4. sentent. dist. 5. quæstio. vni art. 5. auxilium dantes, vel fauorem, vt sponsus ante matrimonium contractum veniat ad copulam, etiam casu innodantur re-

reseruato. (v.g.) si parentes prę-
parare faciãt lectum, ornare cu-
biculum hac intentione, vel si
tractatum facerent, vt sponsus
tali hora in tali loco inueniatur
solus cum sola. Si ducerent eo
sponsam, deinde recederent, vel
alia similia facerent ad copulam
habendam, nam tunc videtur fa-
cere subministrando necessaria
ad copulam, facit tex. in l. pigno
re, §. fin. ff. de furt. l. qui domum.
ff. de adulter. vel si auxilium prę
starent in ipso actu, verbis illam
alliciendo, modo auxilium sit ta-
32 le, † vt sine illo non esset admis-
sa copula, quia si auxilium esset
ita simplex, & nudum, vt sine illo
tàm certo, & indubitato animo
fuisset admissa copula, ac cum il
lo, secus esset, per tex. in cap. Fe
licis §. illud. verbo simplici, vbi
glosa, & Archidiac. de pœnis in
6. Nam tunc licet sit peccatum
mortale, non tamen erit casus
33 reseruatus, quia verba sunt † in-
telligenda cum effectu, cap. relа-
tum de cler. non resid. Hoc est,
quando sine auxilio meo non ve
nisset ad copulam.

Nec etiam includerentur pa-
34 rentes, quando † post copulam
illam haberent ratam, approbã-
do, vel dissimulando copulas se-
quentes, licet esset peccatum
mortale.

X. Circa confessionem in-
35 quirat † à pœnitente qualitatem
huius criminis, si coactè, vel im-
portunis precibus sponsam de-
florauerit, quia maius est pecca
tum, quàm si sponte ad hoc illa
consensisset; Quod animam suæ
sponsæ Deo eripuit, inducendo
ad peccatum, quare homicidiũ
commisit spirituale, cap. noli pu
tare de pœniten. dist 1. Si habuit
mediatores, illos ad hoc inducẽ-
do, vt sponsa daret consensum.
Si præstito consensu multum cõ-
tinuauit in peccato; quia si con-
tinuato tempore, sufficit confi-
teri tempus, alias numerum. iux.
tex. in cap. consideret in princ.
de pœnitent. dist. 5. Inquirat e-
tiam, qualiter turpitudinem suã
peregerit, si in loco sacro, quia
tunc transit in sacrilegium, si an-
tequam obtempta fuerit dispen-
satio, ratione impedimenti con-
sanguinitatis, quia tunc commi-
36 sit incestum, † & filij ante dispẽ
sationem non efficiuntur legiti-
mi per sequens matrimonium,
Abb. in cap. tanta, qui filij sint le
git num. 4. Si defloraverit, quia
stuprum. Insinuet q̃ omnis ista
varietas est defienda. immoran-
do in singulis, & secundum con-
tritionis quantitatem iniungat
deinde pœnitentiam, & absoluat,
modo separet se à sponsa, quo-
usque contrahatur matrimoniũ
iuxta Concilium.

SVMMARIVM.

1 *Relatiui qui natura est restringe-
re.*

2 *Relatiuum qui simpliciter appositum est vniuersale.*

3 *Paruulus multipliciter capitur: Hic tamen qualiter.*

4 *Culpæ definitio, & qualiter differat à do-*

à dolo, & casu fortuito, num. seq.
5 Prolem opprimi contingit multipliciter.
6 Intellectus ad tex. in c. 1. de his, qui fili occid.
7 Paruulus potest dupliciter casualiter suffocari, num. seq.
8 Suffocantes dicuntur rei homicidij.
9 Contritio tanta, vt dimitti possit peccatum absque pœnitentia.
10 Suffocatio infantum quare sic vocetur.
11 Peccatum maius est opprimere paganum, quàm Christianum.
12 Pœna suffocationis in clerico qualis.
13 Infans qualiter cognoscatur, an sit suffocatus.
14 Actus quandoque prohibetur non propter se: sed propter aliud.
15 Casus iste de suffocatione paruulorũ, quàm diuersimodè reseruatur.
16 Culpa qualiter dignoscatur à negligentia.
17 Culpa multiplex, & describitur.
18 Casus descriptio.
19 Dictio vsque ponitur inclusiuè.
20 Puer antequam ablactetur, est in potestate matris, num. 44.
21 Culpa in suffocatione quando præcedat casum.
22 Suffocantes puerum ex leui causa incidunt in casum.
23 Suffocare tentans, & non perficiẽs non incidit.
24 Parentes an in dubio præsumantur suffocare filium.
25 Matre filium suffocante casu præcedente culpam, an etiam pater teneatur.
26 Agentes, & consentientes pari pœna constringit.
27 Suffocare verbum venit ex sub, & faux.
28 Parentes paruulos casu suffocantes tenentes in lecto, an includantur, si sunt pauperes.
29 Maius malum est euitandum.
30 Excommunicatio contra laborantes in die festo, non ligat contrauenientes in casu necessitatis.
31 Puer potest detineri in lecto cum aliquibus circunstantijs.
32 Suffocantes pueros in lecto excusantur quandoquè, num. seq.
33 Suffocato filio in cunis quando parentes teneantur.
34 Lecti appellatione an contineatur terra, vbi dormitur.
35 Dubium si est, an suffocatio successerit culpa parentum, tunc est perquirendum iudicium sacerdotis.
36 Confessarius tria debet considerare circa hunc casum.
37 Pœna viri suffocantis iufantem.

De suffocatione paruulorum in lecto. Ca. XXXVIII.

Qui paruulos ex culpa, aut negligentia in lecto, vel extra suffocauerint.

EXPOSITIO.

QVI.) Et si huius relatiui natura sit restringere, † Bart. in l. cunctos populos in princ. C. de sum. Trinit. & fide Ca-

1 Cõuen. sanit.

Cathol. Anan. in cap. clericos num. 2. de præben. Tamen illud procedit, quando aliquid ponitur ante se. quia tunc refertur ad antecedens, secus, quando nihil ante se ponitur. Sed simpliciter litera loquitur, vt hic: nam tunc cũ indefinitè loquatur, com
2 prehendit omnes, †, qui paruulos opprimunt, inde quamuis iura loquantur vel de matre, vt in cap. 1. de his, qui filios occid. vel de parentibus, l. 1. C. eod. tit. & cap. final. cap. consuluisti 2. quæst. 1. Tamen continentur alij, quàm parentes, vt nutrices, quæ tenellos infantes dormiẽdo suffocant, ac etiam ancillæ.

(Paruulos) quamuis paruulus multipliciter capi possit, vel pro
3 eo, † qui caret iniquitate, iuxta illud Apost. Malitia paruuli esto te, vel pro eo, qui caret elatione, & iste est humilis, de quo Christus in Euangelio, Matt. c. 18. finite paruulos venire ad me, tamen hic accipitur paruulus propter carentiam discretionis,
4 vt est homo, † qui nunquam vsus est libero arbitrio, vt est immediatè natus, de quo in ca. paruuli de consecr. dist. 4. & c. 1. de consecr. dist. 5. & capit. maiores extra de baptis. Hic in iure vocatur tenellus, vt habetur per tex. qui loquitur in hac materia in c. consuluisti 2. q. 1.

5 (Ex culpa, negligẽtia) † culpa est læsio per imprudentiã alteri illata, quæ alioquin humanitus euitari potuisset: Huius gnque species tractant interpretes, videlicet latissimam, latiorem, leuem, latam, & leuissimam, secundum Bart. in l. quod nerua ff. depos. Differtq. culpa à dolo, &
6 casu furtuito, † nam culpa est ex segnitie animi, vel rusticitate, vel inertia, aut simplicitate, quę semper habet comitem imprudentiam, l. 3. §. vlt. ff. de suspect. tut. Hinc in definitione apponitur loco generis, & deinde additur per imprudentiam At dolus nascitur ex malitiosa destinatione animi contemnẽtis omnem honestatem, atque prudentiam cum proposito lædẽdi. Differt etiam à casu fortuito: culpa n. propter incuriositatẽ reprensibilis est, & obligat lædentem, quia potuisset adhibita quadàm diligentia prouidere, ne damnum contingeret. At casus fortuitus supra omnẽ hominis prouidentiam plerumq. incidit, veluti mors, incendium, aquarum magnitudines, ruinæ, naufragia, impetus prædonum, l. cõtractus ff. de reg. iur. l. quæ fortuitis C. de pignor. act. at negligẽtia plerumque accipitur, quando quis non facit, quando agendum quid est certo tempore, & loco. Igitur contingit prolem oppri-
7 mi dupliciter, † vel voluntariè, dum quis ira commotus pugno, manibus, vel baculo paruulum strangulauerit, iux. text. in l. qua actione in princip. & §. final. ff ad l. Aquil. & de hoc modo loquitur text. in capit. veniens de his, qui fili. occid.

Et nota, quòd ille tex. loquitur
8 de iracundia, † quæ non tollit sensum hominis; nam hæc non excusat, quin puniatur. Alia verò est iracundia, q̃ inducit furorẽ, & tale delictum commissum tẽpore furoris non imputatur ad pœnam, vel culpam, quia satis ipso furore punitur, & habetur in clem. 1. de homic. Altero vero modo contingit prolem opprimi casualiter, de quo loquitur tex. in cap. consuluisti 2. q. 1. & cap. de infantibus de his, qui fili. occid. Quod dupliciter po-
9 test contingi. † Primò, cum quis dans operam rei illicitæ etiam adhibita diligentia, ne oppressio sequatur, prolẽ interimit (v.g.) si mulier furatura res vicini sui, prolem tenellam secum deferat, illaq; deprehensa in fuga prolem suam suffocat, nam tunc incidit in pœnas: Hinc dicunt iura in capitulo clerico distinct. 50, & cap. si quis voluntate, & capit. continebatur, & cap. dilectus, & cap. tua nos de homic. quòd bui dederit operã rei illicitæ, si casuale homicidium sequatur, irregularis est, siue diligentiam adhibuerit, ne sequatur, siue negligens fuerit.

Secundò modo, dum quis dat operam rei illicitæ; sed non adhibita sufficienti diligentia, ne oppressio sequatur; prolem opprimit, (v.g.) si mulier, quæ inter dormiendum solet sæpè moueri nulla cautela adhibita tenellum filium in eodem secum lecto reclinat, & suffocat; nam tunc licet hæc operam dederit rei licitæ, quia tamen non adhibuit diligentiam, quam potuit; & debuit, tunc talis non excusatur quò ad peccatum, & Casus reseruationem; faciunt iura ff. ad l. Aquil. l. qui occidit §. pen. dist. 50. c. sæpè, Host. in c. sicut dignum §. eos, de homic. Archid. in c. clerico dist. 50. in quibus iuribus habetur, quòd qui casu cõmittit homicidium, dando operam rei licitæ, non tamen adhibita debita diligentia, quã potuit, & debuit, imputatur ei quo ad peccatum, & quò ad ordines suscipiendos, ad quos nõ est promouendus, & quò ad susceptos, in quibus ministrare non potest,
10 igitur qui paruulos † ex culpa in lecto, vel extra, vt in cunis, de quibus loquitur tex. in c. quæsitũ de pœnit. & remiss. ob grauamẽ pannorum suffocauerit, quia ob illorum grauamen tenellus filius fuit repertus mortuus, incidit in casum.

(Suffocauerint) Hoc nõ intelligas manibus strangulare, quia hoc non esset ex casu, aut negligentia; sed opprimere. i. prẽmendo grauare, & occidere; De hoc verbo loquitur tex. in c. fi. de his, qui fil. occi. & d. c. consuluisti. Et tunc dicuntur paruuli suffocati, vel oppressi, quando parentes dormientes illos suffocant.

Est igitur Casus reseruatus, si quis paruulum in lecto, vel extra culpa, vel negligentia suffocauerit; Sed modò deueniamus ad ad grauitatem criminis.

Gra-

Grauitas.

11 QVia genus est homicidij, vn de suffocantes †homicidij rei dicuntur d. c. consuliſti; Imò grauius, quàm homicidiũ, ſi adeſt attinentia proximæ parentelæ, vt ſi mater ſuffocaret filium, arg. extra de homic. c. cum iuramento, vnde vocatur patricidium. cum illud ſit non ſolum, cum quis occidit patrẽ, aut matrem. aut aliquem ex aſcendentibus: ſed etiam, ſi occideret aliquem ex deſcendẽtibus, vt ff. ad l. Pomp. de parric. l. 1. Inde ſecũdum leges ſi ſciẽter hoc faceret, grauis & extranea imponitur pęna, vt occidens ſuatur in aculeo; ideſt in corio, & ponatur cum ſimia, cane, & gallo, & vipera proijciendum in vicinum mare, ſiue in flumen proximum, vt & cœlũ, & terra deficiant, & omnia elementa. Si verò mare, & flumen defuerint, ponitur in ſilua à feris animalibus deuorandus; Et ponuntur huiuſmodi animalia, vt dicunt Doctores, quia canis fugat ſimimiam, ſimia gallum, gallus viperam, & cum vipera non inuenit refugium, intrat corpus illius per os, vel foramen poſterius, & ſic interficit eũ. Ita Doct. in d cap. 1. & l. 1. C. de his, qui fil. occid. quamuis Bal. dicat, q̃ iſta pœna non eſt hodie in vſu. Dicit tamen, q̃ licet iſti tales hodie de conſuetudine decapitentur, tamen non debent ſepeliri, vt probat litera, dum dicit, & terra mortuo aufertur, & ideò debent eius carnes canibus tradi, Anan in d. c. 1. nu. 5. At ſecundum canones, qui non imponunt pœnã ſanguinis, c. ſententiam ne cler. vel mon. in foro cõtentioſo qualiter ſit puniendum hoc delictũ, vide Anan. in d. c. 1. nu. 5. Verum in foro animæ, quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat, 26. q. 6 c. cognouimus, 23. q. vlt. c. his à quibus; eſt inducendus delinquens, vt tranſeat ad aliquod monaſterium, in quo peccata ſua perpetua pœnitentia deploret, d. c. 1. facit à ſimili c. admonere 33. q. 2 de qua pœnitentia videda eſt gl, in c. fi. eo. tit. Non tñ negandũ,

12 q̃ tanta poſſit † eſſe confitentis cõtritio, q̃ ſine aliqua pœnitẽtia imponenda per ſacerdotẽ meretur integrã remiſſionẽ peccatorũ; vt notatur in c. baptiſmi vicẽ de conſecr. d. 2. vbi habetur de latrone, Cui Chriſtus dixit. Hodie mecũ eris in Paradiſo, & habetur ẽt de pœnit. d. j. c. menſurã. Cuius interioris cõtritionis ſignũ ſunt lacrimæ. Inde tex. in d c. 1. dicit lacrimabili cõfeſſione, quia cõfeſſio dẽt eſſe lacrimabilis, maxima lacrimarũ cõtritione p̃ced.

Secunda hæc reſeruatio caſus ſancta, & rõnabilis dicitur, vnde reperitur ẽt per gl in c. 2. de pœn. & rem. in 6 nam p̃p hãc vitatur

13 † periculũ ſuffocationis filiorũ, qđ tãtò grauius eſſet peccatũ, ſi ſuffocaret tenellũ nõdũ baptizatũ, Henr. Boich. in c. ſicut dignũ nu. 5. de homic. q̃ ſi Chriſtianũ occideret, poſſet aĩa ſaluari, li-

cet corpus perdatur, & iõ dixit gl.in c. si hęres.24.q. 3. q̃ maius
17 est peccatũ † interficere paganũ, quã christianũ; Tũ ét, qa magis est execrabile,& crudele homici diũ in infantẽ,quã maiorẽ. Sali. in l.pen.ff.de sicar.per illum tex. & ideò magis est punibile, Hippolitus de Marsilijs in l. 1. C. de raptu virgin.nu. 176.

III. Si essent sacerdotes græci studiosè negligentes, vel procurantes oppressiones filiorum sunt deponẽdi ab officio altaris,
15 † & efficiũtur irregulares,si ministrauerint, c.quæsitum extr.de pęni. & remiss.vnde ibi Do.Ant. notat,q̃ cęteris paribus grauius censentur delinquere clerici,quã laici,& hoc propter altiorẽ gradum,ad hoc 40.dist. c.homo. Ad cognoscendum autem, an fuerit
16 suffocatus à matre,† vel nutrice fortè dormientibus profundo, vel à solis linteaminibus,vel aliter sine culpa, vide Boss. tit. de homic.num. 106.

IV. Quia tale peccatũ est cõtra debitam curã vitæ, proximi, quippe cum dormientes non sint suorũ motuum dñi,& ideò mortale peccatũ est;Quare monendi sunt parentes,ne tã tenellos paruulos in vno lecto collocent, ne negligentia qualibet superueniẽte suffocentur,vel opprimantur, vnde ipsi homicidij rei iuenientur, tex. in d cap.consuluisti,ita dixit Turr. ibi. Monitio salubris hæc est, vt periculum euitetur, quòd ex negligẽtia custodiæ potest faciliter euenire,& ita nota, quòd quandoq; prohibetur actus non per se; sed propter,illud,q̃ potest sequi in actu. Hinc adhe-
19 rendo dięcesani locorum huic salubri monitioni sibi hunc Casũ reseruant per Constitutiones Sinodales,glo.in c.2.de pęnit.& remission.in 6.vt testatur se vidisse Florentiæ, Zabar.in c.quęsitũ de pęnit. & remiss.& Simon Maiol. lib.5 c.48.art.3.nu.9. dicit,quòd communiter hoc prohibetur sub excommunicatione; Sed modò deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsus iste à multis locorum dięcesanis est reseruatus,
17 † atq; multùm vnus ab alio differt tã quò ad verba, quã quò ad sensũ,vt ex sequentibus patebit. Nam hic reseruatur suffocantes paruulos ex culpa, negligẽtiavè in lecto, vel extra, quo Casu reseruatur suffocatio paruulorum ex culpa, siue sit lata,siue leuis, item leuissima, quæ comprehenditur sub appellatione simplicis negligentiæ,item hanc differen-
18 tiam inter culpam, † negligentiam simpliciter dictam tradit Lexicon Schardij in verbo Negligentia simplex, & quòd negligentia hic addat aliquid ad culpam, colligitur ex dictione illa, vel,quæ cum ponatur post culpam,& sit alternatiua,cap.inter cæteras extra de rescriptis, fit, quòd aliquid reseruãs voluit addere post culpam scilicet non-

solum

solum latam, quando ponit
19 † infantem in tali parte lecti,
quòd omnes sciunt esse in probabili periculo suffocationis: sed etiam leuem, hoc est, quando in collocando puerum, non apposuit illam diligentiam, quam apposuissent alij diligentes in collocando puerum, ne suffocatio cõtingeret. Imo quoq; leuissimam, quæ venit nomine negligentiæ; Hoc est, vt etiam comprehendatur diligentissimus in collocando puerum: Et hoc meritò ad ad euitandum periculum suffocandi tenellos, cum dormientes non sint domini membrorum, suorum. At Florentiæ dum sic dicitur. (Homicidium casuale) sub quo comprehenditur oppressio, siue suffocatio puerorum, cõprehenderem omnem oppressionem etiam casu. Casus verò est
20 inopinatus rei euentus † ex diuersis causis proueniẽs ob aliud, §. Thesauros instit. de rerum diuis. Vbi Accursius. Quotiescunque enim aliquid cuiuspiam rei gratia geritur, aliudvè quibusdam de causis, quàm quod intendebatur, cõtingit, casus vocatur. Et ita ad prorsus vitandum periculum suffocandi videtur comprehendi sub hoc casu, quæcunque oppressio etiam casu fortuito contingens; Quod ego sanè intelligo, quando casus ille fortuitus habuisset originem à voluntate collocantium tenellum in lecto; Quid enim si necessitas fuerit causa & taliter fuerit infans collocatus, q̃ non potuerit euenire oppressio; tunc cum non sit peccatum, neque erit casus reseruatus; Hoc vero patebit in sequentibus decisionibus; Et ita etiam intelligo casum reseruatũ Ferrariæ, & Nolę. (Propriosfilios opprimẽtes ẽt casu.) Nisi q̃d dñ dr Nolę Multò magis cõprehẽdẽtur opprimentes d olo, argum. tex. in cap pœnale 14. q. 5. c. meretrices 32. q. 4. Quod idem dicimus quo ad omnes casus in hac materia reseruatos, vt infra videbimus, verum dũ hic dicitur; Proprios filios opprimentes, cõprehendũtur solum pater, & mater suffocãtes filios, vel filias, qui sunt per carnis propagationem, cap. quæritur, §. item apponitur 22. q. 2. siue masculi sint, siue fœminæ, l. maximum vitium. C. de liber & posthum. l. si ita scriptũ, ff. de legat. 2. Doct. in c. Raynaldus extra de testam. nam sub masculino sexu fœmininum semper intelligitur. At in diœcesi Fesulana cum sic dicatur. (Infantes opprimentes, seu suffocantes) fit, vt non solum comprehendatur suffocatio filiorum: sed etiam alioruminfantum ex leui aut lata causa proueniens, non autẽ ex leuissima, quia illa (vt supra diximus) vocatur negligẽtia, de qua cum hic nulla sit facta mentio, excluditur, cum simus in odiosis. Idem etiam habetur Parmæ, & expressius sub his verbis. (Suffocationes filiorum, seu aliorũ infantum.) Sed Mottulæ exprimitur tempus, quousq; suffocatio contineatur sub casu. Vnde dicitur.

Florẽtia. *Ferrariæ Nolæ.* *Fesulis* *Parm.* *Mottulæ.*

citur. (Mulieres detinentes secũ infantes, qui nondum ad ætatem xv. mẽsium peruenerint.) Quod
21 est, ac si diceretur † vsq; ad annũ, cum dimidio inclusiuè, vt habetur in Diœcesi S. Marci, ita vt dictio vsque sit inclusionis nota, l.j. §. fin. ff. de senat. c. 1. de ordin. ab Episc qui renunc. Et hæc quò ad primam decis. Sed modo sequẽdo reseruationem casus, quæ fit Castellanæ, sit alia decisio.

II. Cum litera genericè loquatur, Suffocantes paruulos, fit vt casus intelligatur non solum de matre, cuius munus est alere filium, cap. fin. dist. 5. Hinc ante-
22 quàm puer ablactetur, † est sub cura matris, & non patris, & dicitur pars viscerum eius, 20. q. j. c. 1. & 2. Vnde maiorem potestatem habet mater, quàm pater tali tempore; sed etiam intelligitur de patre, vel nutrice, si ab illis fuerit suffocatus, & tandem omnes alij, qui tenerent eos in lecto. Et ita nota, q̃ quandoq; actus prohibetur non propter se, sed propter illud, quod potest sequi ex illo, præpos. in d. c. consuluisti.

III. Quando culpa præce-
23 dit casum, † tunc comprehendũtur parentes ambo, si infans reperiretur mortuus. (Exẽpli gratia) Si collocarẽt paruulum triũ mensiũ in lecto in medio vtriusque, quo casu facilè est culpam agnoscere, quia nõ debebãt puerum ibi collocare, & dormire; vnde cum præcesserit culpa grauis, non adhibẽdo studiosam custodiam, sunt in lata culpa, Quare nihil prodest excusatio parentum, & lacrimæ, q̃ non expressa voluntate eorum infantem suffocauerint; imò q̃ eis maximè displicet, & dolet. cum negligentia eorũ, & incuria paruulus sit interfectus: Ideo sunt in lata culpa, quæ propè dolum est, ff. mãd. l. si fideiussor. 1. responso & ideo dicta lata culpa reddit eos homicidas, d c. consuluisti, ibi Homicidij rei inueniũtur, & extr. de homic. sicut, & c. tua nos §. nos igitur, quamuis secus sit secundũ leges, ff. ad l. Corn. de sicar. l. in lege: ita probatur in d. c. quæsitum ibi procurantibus Hęc probantur per Host. in c. fin. de his, qui fil. occid. & d. c. quęsitum per Turrecr. in d. c. consuluisti in expositione literæ, & per Socc. in d. c. quæsitum.

IV. Parentes, qui filium tenellum in eodem loco longè à se posuerunt, & à somnis excitati filium inuenerunt suffo-
24 catum, incidũt in casum, † quia dicuntur esse in culpa leui, vt per Zabar. in d. c fin. & pro tali culpa imponitur pœnitentia triennis, Host. ibi & est peccatũ mortale. Vnde nulli fit dubium, in tali casu nostro comprehendi huiusmodi parentes sub illo verbo, Ex culpa: nam de lata quę ac dolus de iure punitur, intelligebatur in foro conscientiæ; Quod multò magis hoc procedit, quãdo in casus reseruatione sic dicetur. Opprimẽtes etiã ex casu, vt explicauimus in j. decisione.

Quæ

V. Quæ clam enisa fuerit
25 filium suffocare † in lecto, & non suffocauit, licet ista iure ciuili pari pœna puniatur, ac interficiẽs, l. j. C. de his, qui filios occid. ac etiã in foro animæ habeatur, ac suffocasset, cũ Deus inspector sit cordis, & ista volũtate filium interfecit, 14. q. 5. c. si quid inuenisti, dist. 5. c. si quid contra animum, cum duobus seq. Tamen secus dicimus, quo ad casus reseruationem; nam litera dicit. Suffocauerint. ergo cũ effectu: Hoc est, vt realiter paruulus sit suffocatus: nam verba in materia odiosa sic sunt intelligenda. Vnde cõtrarium procedit, quo ad peccatũ. Si tamen casus diceret. Mulieres detinentes & c vt Mottule, tunc casui subijceretur. Sed an
Mottule.
26 in dubio sit præsumendum † parentes voluisse suffocare filium. Respondeo ꝙ non. Sed incuria occidisse. facit text. in c. affertè de præsumpt. nam repentini casus iniquitas per cõiecturam paternæ iniquitatis emendãda est, C. de inoff. testament. l. si mater. Etenim quomodo potest mater filij obliuiisci, 2. q. 6. c. ad Romanam: Sed & omnem affectum vincit paternus. C. de curator furio. l. j.

VI. Quid si mater suffocauerit filium casu præcedente cul-
27 pam, ita ꝙ † casus sit reseruatus, an tũc etiam pater teneatur de oppressione, & videtur ꝙ sic. & Primo, quia vxoris caput est vir, & illi incumbit prohibere malum patrabile per vxorẽ, ex quo ratione consensus videtur quo ad culpam teneri, sicut vxor culposa malũ faciens: cum agentes, & consentientes pari pœna constringat, c. omnes 17. q. 4 cap. quantæ de sent. excom. Et hoc, si potuit obuiare, & neglexit, arg. tex. in c. hoc videtur 22. q. 5. vbi probatur, ꝙ audiens aliquem iurare falsum, & tacẽs peccat, quia error, cum non cõtradicitur, approbatur, c error dist. 83. nã non caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori nõ desinit obuiare; Imò facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare, c. faciẽtis dist. 83. Sed si vir caput est vxoris, ad ipsum videtur, ꝙ spectet ex officio impedire vxorẽ, ne contra statutũ faciat tenendi paruulum in lecto, & canones, & consequenter impedire malũ futurum; Sed contra, ꝙ non teneatur vir ex culpa vxoris, facit, ꝙa defectus vxoris non propriè cõsensui ascribi potest; sed negligẽtię, propter quod minus peccare videtur, quàm vxor, iuxta notata ꝑ glosam in c. 1. de off. deleg.
28 nam vsq; ad triennium † est sub cura matris, & non patris, & est pars viscerum eius; Inde fit, vt mater maiorem habeat potestatem, quàm pater eo tempore, vt dixit Sylu. in verbo votũ v. §. fi. in fi. de quibus mentio habetur 20. q. 1. c. 1. & 2. & q. 2. c. 1. & 2. Ex quo arguitur, ꝙ si propriè est matris regere filium, vsque quo ablactetur, ipsa tenetur de culpa, & non pater. Quid ergo di-

cendum. Crederem aliter esse procedendum in foro fori, & aliter in foro animæ; nã in primo casu, si maritus dormit, & requiescit in lecto, quando filius opprimitur ab vxore, tũc pater est excusatus. Attamen si marito existente in lecto, & vigilante vxor suffocat filium, tunc si conscius est, debet eadẽ pœna puniri, quia videtur particeps delicti, verum in foro conscientiæ quamuis quò ad Deum ipse grauissimè peccet, ac vxor, non tamen meo iudicio incidit in casum, quia verbum suffocare venit ex sub. & faux.

29 † veluti cum quis obstrictis faucibus spiritum præcludit, Hoc Iurisconsultus vocat manibus strangulare, in l. qua actione. ff. ad l. Aquil. & per manum intelligo, etiam, si filium genibus, vel funiculo oppresserit. Hæc. n. est vera interpretatio huius verbi suffocatio.

Vnde cum secundum hanc verbi interpretationem sit casus reseruatio facienda, cum sit stricti iuris, restringens facultatem datam confessoribus absoluendi, fit, vt tantum mulier, quæ proprijs manibus, vel alio modo suffocauerit filium, includatur, & non alius consentiens, argument. text. in cap. statutum de elect. in sexto vbi pœnalia potius restringenda sunt, quàm laxanda.

VII. Nõ includũtur sub hac litera (Qui suffocauerint) imò neq; si litera diceret Detinentes paruulos, vt Mottulæ, parentes

30 pauperes, † qui nequeunt cõmodè prouidere de lectulo paruulo, & pannis fouere filiũ contra frigus in cunis, si filium paruulum tenerent in lecto, quia hoc cum agant ad commodum filij, non dicũtur esse in culpa, & propterea si casu succederet oppressio, nõ videtur casus reseruatus, quia de duobus malis minus malũ est eligendum, cap. duo, cap. nerui distinct. 13. Vnde eligendum est minus malum, & euitandum cer-

31 tum, scilicet frigus, † & substinere incertum, scilicet periculum suffocationis, Sylvest. in verbo Homicidium 2. quæst. 2. Ioan. Tabien. eodem verbo. §. finali: Armilla verbo irregularitas vt si qui omnes concludunt licere parentibus paruulis tenere filios in lecto, maximè ponendo aliquod intermedium in eo, ita vt non posset sequi nocumentũ puero. Tum, quia necessitas excusat à contrauentione canonis, & à peccato, Archidiac. in cap. vtinam distin. 76. vbi Gemin. & Turrecrem. facit tex. in cap. quærelam de iureiur. Hinc si excõmunicatio apponeretur contra

32 laborantes in festo, † talis excõmunicatio non ligaret causa necessitatis imminente pluuia, aut tempestare, Sylvest. in verbo Dominica in fine, Rossella in verbo feriæ §. 27. Sic à simili & si collocare tenellos secum in lecto vno, de iure sit prohibitum, ne negligentia qualibet prouenien te suffocentur, aut opprimãtur, d. c. consuluisti.

Neces-

Necessitas tamen, quæ non subditur legi, cap. consilium de obseruatione ieiuni, cap. licet de pœnitent. & remission. eximit pauperem, vt non comprehendatur; At si pro commoditate eorum hoc facerent, ne plorarent ad aures, aut ne ipsi frigeant assurgentes ad cunas, tunc sunt in culpa, & ipsis imputatur homicidium, Sylu. qui supra, & subijciũtur Casui.

VIII. Nec is videtur inclu-
33 di sub Casui, quando † cum aliquibus debitis circũstantijs puer in lecto collocatur, puta, quia lectus est extensus, & paruulus nõ est prope se, & nutrix, seu mater semper consueuit inueniri in eodem loco, & situ, quo se incipiẽdo dormire potuit, & implacabilitas infantis hoc exigat: quia non est credibile his concurrentibus periculum timere, propter quod in d.c. consuluisti non omnino præcipitur parentibus, ne pueros teneant in lecto, sed admonentur; ita in specie, Caiet. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. colum. 3. idem, quando infans est mansuetus, placidus, immobilis, lectusque latepatet; nam tunc parentes excusantur, si reperiretur mortuus, & licet in dubio quis debeat se iudicare irregularem in homicidio, ca. ad audientiam de homicid. Tamen in hoc Casu illa euitabitur, Simon Maiolus lib. 5 de irregulari, §. 3. de homicidio ex culpa nu. 9.

IX. Nec etiam arbitramur matrem includi, quę per se lacta-
34 bat † filium, & malè se habebat & iacebat in lecto. Vnde plorãtem filium recepit, vt ei lac prę beret in lecto, quæ dum ab vberibus lac suggerebat, obdormiuit, & à somno excitata inuenit filium suffocatum; nam cum voluntas, & propositum distingant maleficia, c. cũ volũtate de sent. excommun. & istam oportebat filiũ nutrire in lecto propter necessitatem infirmitatis, vnde qđ postea obdormisset, fuit casu; nã de die, & ad modicum tempus, igitur illud non habetur in consideratione; nam finis eius fuit filiũ lactare, vt decet bonas matres, c. fi. dist. 5. Quare quod postea sõnus præoccupauerit, fuit præter intentionem. Quod secus esset, si illa in lecto non iacuisset, & se in eo inclinasset, & dormiẽdo puerum suffocasset.

X. Non incidunt, qui pueros
35 non tenellos collocant † in lecto, & ita suffocantur, quia Casus loquitur de paruulis, & ita quod est vni mortiferum, non est alteri, ff. ad l. Aquil. l. qua actione §. pen. Archid. in d. c. consuluisti nu. 1. Quod Mottulæ, & in S. Marco, extende vsque ad 15. mensem; sed Ferrariæ vsque ad annum.

XI. Comprehenduntur etiã sub hac litera, si contingat puerum fuisse suffocatum in cunis,
36 † iuxta tex. in cap. quæsitum de pœnitent. & remission. modò aliqua culpa, vel negligentia possit ascribi, quia litera nostra dicit in lecto, vel extra, puta si tot pan-

pannos super eum posuerunt, qđ ex eorum põdere suffocatus est, alias non, ita Præpos. in d.c cõsuluisti nu.6. Idem, si posset esse aliqua dubietas culpæ, vel quòd non bene collocasset membra, vel nimium strinxisset, vel forte negligentes fuissent dimittendo canem, vel muscipulam, quę dormiret super os infantis, eũ suffocaret. Marianus Socc. in c. fin. de his, qui fili. occid. nu.5. Alias si nulla culpa præcesserit, secus esset, cap. ex literis de homicid. Præpos. in d.c. consuluisti. nu.6. vt quia reperiuntur mortui sine facto, & tactu parentum, Innoc. in d.c. quæsitum. Verum si Casus loqueretur de suffocantibus filium in lecto, vt Ferrariæ, & in S. Marco, secus esset.

Ferr. in S. Marco

XII. Sed an quando litera diceret in lecto, comprehendatur ille, † qui suffocaret filium tenellum in terra. 37

Respondeo quod sic; nam appellatione lecti intelligitur etiã humus, quando ibi iaceret, & filium opprimeret.

XIII. Quando dubium est, an suffocatio contingat culpa parentum, vt quia parentibus à somno excitatis † fuit repertus filius mortuus absque vllo liuore, vel signo mortis accidentalis, tunc deberent parentes perquirere iudicium confessarij, qui in dubio debet sequi mitiorem partem, hoc est facere duriorem interpretationem contra eos, secundum glosam in cap. vnico de scrut. in ord. faci. Innoc. in ca. cũ tu de testibus, Io. Andr. in ca. ex tenore qui fil. sin legit. c. veniens de presb. non baptiz. glos. in c. fi. de his, qui fil. occid. 38

XIV. Circa confessionem, tria potissimum sunt considerada, Personæ; Num mater, aut nutrix, aut alius oppresserit, quia in primo Casu circumstantia mutat speciem; & vocatur parricidium.

Item tempus, an diu in volũtate opprimendi filium fuerit, quia si voluntas fuerit interrupta, oportet confiteri numerum, Quoties, alias continuationem temporis, Nauar. in Manu c. 16. cum duobus sequentibus.

Item an ex proposito, vel impetu, vt per ebrietatem; An dolo, vel lata culpa, an leui, seu leuissima occiderit, facit tex. in l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœnis, quia si lata culpa paruulus fuerit suffocatus, tunc grauis est iniungenda pœnitentia, ac si dolosè esset oppressus, cum lata culpa in foro conscientiæ æquiparetur dolo, si leui, secundum Canones erit imponenda pœnitentia trium annorum, Marian. Socc. in d.c. fi.

Si vero infans fuerit à viro oppressus, † tunc si voluntariè, erit irregularis, à quo nemo dispensat, nisi Summus Pontifex. At si casu, vel negligẽtia mortali, erit irregularis, poterit tamen Episcopus dispensare per illa, quæ habentur in Conc. Trid. Deinde faciat deuenire ad criminis detestationem cum proposito in futurum 39

futurum non reincidendi, & absoluat, iniũgendo pœnitentiam, illam augendo, vel diminuẽdo secundum circumstantias, quãuis pœnitentia esset iure expressa, & taxata, ca. Deus de pœnitent. & remission.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum qui est generale complectens omnes.*
2 *Termini fines possessionum significant, & quid propriè sint. numersequent.*
4 *Possessio regulariter differt à proprietate.*
5 *Possessio propriè hic denotat proprietatem.*
6 *Testator legans possessiones suas, an comprehendat mobilia.*
7 *Vi terminos immutare quis dicatur.*
8 *Violentiarum multa sunt genera.*
9 *Dolus duplex, bonus, & malus.*
10 *Immutare terminos quid sit.*
11 *Termini dicuntur tolli multipliciter.*
12 *Nobiles non sunt verberibus fustigandi.*
13 *Fines, & termini terræ qualiter probentur, remissiuè.*
14 *Terminos immutans est à Deo in lege Maledictus.*
15 *Non absoluendus, nisi terminos prius restituat.*
16 *Terminum auellens incidit, ergo multò magis in totum.*
17 *Sed quid si amoueat ignorans illũ esse terminum.*
18 *Num qui bona fide credens lapidẽ amotum non fuisse terminum, incidat in casum.*
19 *Rem propriam rapiens propria auctoritate cadit à dominio.*
20 *Mandans auelli terminum, an incidat.*
21 *Statutum loquens in personam, non comprehendit mandantem.*
22 *Familiæ appellatione qui veniant.*
23 *Constitutio contra extrahẽtes reos ab Ecclesia, comprehendit mandantes.*
24 *Dispositio extendenda, ne fiat elusoria.*
25 *Ratam habens termini immutationem, an includatur sub Casu.*
26 *Confessor qualiter se gerat erga pœnitentem.*

De Termino moto. Cap. XII.

Qui terminos possessionum vi, aut dolo immutauerint, aut occultauerint.

EXPOSITIO.

QVi) Est relatiuum generale ligans omnes, & quascunque personas sub iurisdictione Ordinarij existentes, facit tex. in cap. 2. de constit. in 6. cap. à nobis 1. extra de sent. excom. De hoc relatiuo habetur in l. stichum, ff. de legat. 1. in l. nuper § fi. ff. de leg. 3. in l. 1. C. de sum. Trin. & fide cathol. 1 *Ferra ria.*

Ter-

(Terminos) Termini limites agrorum, & fines possessionum
2 † significant, l. 1. ff. de acquiren. poss. & l. eos terminos ff. fin. regun. & ponuntur causa finium, lapides, vel arbores, l. 1. 2. & 3. ff. de term. moto, l. 1. C. de accus. Igitur terminus propriè est si-
3 gnum, † quod diuidit agrum ab agro, & dicitur à terēdo, vt Varroni placet lib. 4. de lingua latina, quòd hæ partes maxime terātur propter iter limitare, & p traslationem terminus pro quouis fine accipitur. Cicero 1. de oratione. Nullis terminis circūscribere, aut definire ius suū. Hinc dicitur, quòd confessarius non debet excedere terminos, & limites suæ potestatis, hoc est diligenter considerare debet quousque sua se extendat potestas, & illam nō transgredi, sic etiam dicimus de iudicibus Ecclesiasticis, & laicis.

(Possessionum) Qamuis aliud
4 sit possessio, † & aliud proprietas, nam possessio propriè cadit in rebus corporalibus, nam incorporalia propriè non dicūtur possideri; sed quasi possideri; vt dixit Io. de Anan. in c. susceptis de causa possess. & propriet. Tamen hic propriè denotat proprieta-
5 tem, † vt puta habeo possessionem, ideſt habeo tale podere, & ita communiter videmus dici. Talis homo habet quatuor possessiones, ideſt quatuor prædia, seu podere, ad hoc optimus tex. in l. interdum ff. de verb. signif. l. cū venissent verbo Super quadā possessione ext. de eo, q̄ mitt̄ in possess. c. cum ad sedē de resti spoliat. Regulariter tamen differt proprietas à possessione, vt in rubr. de causa possess. & propr. vnum tamen est adnotandum, q̄ vbicunq; in lege apponitur hoc verbum Plena possessio. capitur pro dominio, & possessione, tex. est singularis, & ibi Bart. in l. raptores, C. de Episc. & cleric. Verum cum communis vsus loquēdi sit attendendus, c. ex literis de sponsal. fit, quòd cum possessio significet prædium, & il. podere, quòd si testator legat possessiones suas sitas in tali loco, non veniunt appellatione possessionum bona mobilia ibi posita. Baldus in l, vxorem §. legauerat ff. de legatis iij. vbi etiam Bart. dicit, quòd non venit pecunia, q̄ in illo loco erat, nisi illa pecunia esset deposita ad banchum ad emendum possessiones: quia videtur legata illa pecunia, l. 3. §. qd ergo ff. de contr. tute. acti. Andr. Barbatius in ca. possessiones num. 2. ff. de rebus Eccl. non alien. Sed quicquid sit, tum ex communi vsu loquendi? Tum quia termini, & fines ponuntur in agris, & prędijs, solum hic possessiones ponuntur pro illis.

(Vi) Vi immutare possessio-
7 num terminos dicitur, † qui accedendo cum litigante de termino possessionis eum in medio itinere detinere facit, & ipse postea accedens terminum amouere facit, l. 1. à. si quis tamen circa finem, ff. de vi, & vi arma. &

qui

qui per vim amouit, & qui metu turbæ perteritus aufugit, & alius amouit terminum, d. l. 1. §. eũ, qui vel qui illum immutauerit, fugando intendentem superuenientibus quibusdam, d. §. eum, qui, & qui armata manu venit ad immutandum, l. 1. ff. eod. tit. & quando quis dicatur veniſſe armata manu, vide ibi tex. omnes. n. iſti dicuntur vi immutaſſe poſſeſſionũ terminos.

Violentiarũ vero multa ſunt
8 genera, † nam alia dicitur expulſiua, alia ablatiua, alia turbatiua, alia compulſiua, & alia inquietatiua, ita gloſa ſing. in l. 1. ff. de his, quæ vi, metuſvè cauſa, & gloſa in l. extat ff. eod. nam expulſiua eſt, quando quis de fundo poſſeſſorẽ eijcit. Ablatiua, cum quis ab inuito aufert. Compulſiua, cum compellit armis, aut minis. Turbatiua, ſeu inquietatiua, cũ in meo ędificat.

Aut dolo. Nõ hic accipias dolum bonum, hoc eſt ſolertiam, de quo loquitur Vulpianus in l. 1. §. non fuit ff. de dolo, ſed dolum malum. i. fraudem & machinationem, quæ fit ad fallendum aliquem vt toto tit. ff. de dolo: Omnis n. calliditas ad lędendum aliquem contra ius adhibita eſt vere dolus malus.

(Immutauerit) variando ter-
9 minos de loco ad locum, † vel occultauerit abſcondendo. Eſt ergo ſenſus, quod eſt caſus reſeruatus vi, aut dolo immutare de loco ad locũ, vel occultare terminos poſſeſſionum, ſed modo accedamus ad oſtendendum, quàm ſit graue hoc delictum.

Grauitas.

GRauitas huius criminis, ex iuribus ciuilibus colligi po-
10 teſt, quæ vt ſiat manifeſta, † oportet breuiter conſiderare qualiter immutentur, vel tollantur termini. Vnde Hoſt. & Io. Andr. & omnes in cap. ſicut conſuetudo de probat. dicunt, quod ter-
11 mini tolluntur † multipliciter vel cauſa occupãdi ſibi territorium, vel non cauſa occupandi ſibi territorium, ſed cauſa offuſcandi terminos, & fines ad hũc effectum, vt oriatur quæſtio inter vicinos, Aut illos remouet ex ignorãtia, quia intrauit poſſeſſionem cauſa furandi lapides & ignorãs illos lapides eſſe terminos, aſportauit ſibi animo lucrandi eos, Aut ex malitia remouet eos, In quocunque caſu eſt peccatum mortale, Nam, quando animo occupandi territorium, quia ſi iſte erat nobilis, quãuis non veniat puniẽdus pœ-
12 na corporali ob nobilitatẽ † l. 2. ff. de ter. moto. Et ita non ſit verberibus fuſtigandus, l. capitalium §. ſerui ff. de pœnis, vbi ex illo tex. colligit Bart. quod honorabiles ciues non debent fuſtigari, tamen debent relegari, ſeu confinari, vt habetur in d. l. 2. & intellige ſecundũ qualitatem perſonæ, quia ſi iuueni, relegabitur per longa temporas At ſi ſenex per breuiora, vt not. in d.

in d. l. 2. cum cito dicatur moriturus, non sic iuuenis, facit tex. in l. 15, qui ff. de fidei com. libert. verum si est ignobilis, debet verberibus cædi, vt d.l.2. Et hac eadem pœna punitur, qui remouet terminos causa inducendi quæstionem inter vicinos, l. 1. & 2. ff. eod. tit. Pariter idem dicendum, qui ex ignorantia hoc fecerit animo furandi, nam ex quo dabat operam rei illicitæ, debet cædi verberibus, & vltra hoc punietur pœna furti, l. 2. & l. fi. ff. eod. tit. vide etiam tex. ad hoc in l. agraria eod. tit. ex his igitur constat quod sit peccatū mortale, Qualiter tamen probentur fines ter-
13 ræ, & termini, vide † Barbat. qui sup. in fine.

Rursus iste venit contra verbum Domini, qui sic per Prophetam locutus est, Ne transgrediaris terminos proximi tui, c. 1. de sepult. Quapropter peccat mortaliter, & consulens est excommunicatus ad tempus, vt habetur in c. sãcta dist. 86. vbi habetur, quod grauiter ille Episcopus erat puniendus, quia fines eradicauit, parcitur tamen ei propter senectutem. Est etiam
14 maledictus in lege, qui † transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus Amẽ. ita tex. vbi vide glosam in cap. in legibus 12. q. 2. Et non est absoluendus, nisi primò ponat terminos
15 † vbi prius, argu. textus in cap. integranda 3. q. 1. & restituat omne damnum, quod ex illa amotione passus est (v. g.) fructuum, quos percepisset ex illa terra occupata, facit tex. in l. 1. §. qui vi deiectus est ff. de vi & vi arm. Sed modo deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I SI in casum reseruatum incidit, qui scienter, & malitiosè sine vi, vel cum vi auellit terminum appositū à finibus possessionis suæ, & diminuendo illã alterius, multò magis amouendo in totum, l. 1. ff. de term. moto l. 1. C. de accusat.

17 II. Sed quid si amouet † terminũ, ignorans illum esse finem, & terminum, agri, hoc tamen animo furandi, tunc non credimus includi sub litera, quia ibi dicitur. (terminos vi, aut dolo) & dolus denotat scientiam, & temeritatem contra facientis, facit tex. in cap. monasteria de vita, & honest. cleric.

III. Et nec qui bona fide cre-
18 dens lapidem appositū † pro cõfine non fuisse iustè appositum, sequè grauatum esse, & nisi hoc crederet, non amouisset, Quapropter propria auctoritate illum auulsit, & transtulit in alium locum arbitrio suo congruum, nam ibi deest dolus, & vis, quę requiritur ad incurrendum casum, quamuis male fecerit propria auctoritate sibi ius dicere, & propterea dixit

glosa

glosa in cap. ius gentium dist. 1. quòd qui rapit rem suã propria
19 auctoritate, † debet cadere à dominio, 16. q. 6. cap. placuit, & l. extat ff. quod met. causa l. si quis non tantam C. vnde vi.

IV. Sed quid de mandante euelli terminũ, & videtur quòd
20 non comprehendatur, † Sumus enim in materia reseruationis casus, quæ cum restringat facultatem ordinariam, quam habẽt confessores, cap. adijcimus §. ecce 16. quæst. 1. sequitur, vt sit strictè intelligenda, quemadmodum statuta. Vnde cum aliud sit euellere, & aliud mandare, vt euellat, fit vt mandans non dicatur velle euellere, & facere, sed interpretatiuè, glosa in l. 1. §. deiecisse ff. de vi, & vi arma. Bonus tex. vbi Panorm. in cap. 2. de cler. pugn. in duello. Tum etiam, quia statutum hic loqui-
21 tur in personam, † Qui terminos, & cæt. vnde secundum communem theoricam Bart. in l. si quis, id, quod ff. de iurisd. omn. iudic. & plenius in l. sed si vnus §. seruus, & in l. hæc verba ff. de adulter. appellatione facientis non comprehenditur, mandans. Tamẽ secus credimus in casu nostro, & hoc interpretatione legis, facit tex. in d. l. 1. §. cæterum. Si iussit. deiecit ipse, dicit glosa ĩterpretatione legis, & quare sic lex interpretetur, est quia alias esset elusorius huiusmodi casus. Quis. n. dñs, qui de reditibus, & nobiliter viuit, regulariter suis manibus amouebit terminum? fodendo lapidem, qui est finis agri sui? profecto nullus, sed iubet familiæ suæ, vt euellat,
22 cuius familiæ appellatione † seruui plures, & pauciores, imò etiã vnus seruus, & qui habentur seruorum nomine, continentur d. l. 1. §. familiæ. Sic constitutio Gregorij XIV. Quæ incipit Gregorius Episcopus circa immunitatem Ecclesiasticam hac eadem ratione, quæ loquitur cõtra extrahentes ab Ecclesia reos
23 †, extenditur ẽt ad iudicem, qui mãdauit extrahi, alias si nõ cõprehẽderetur Iudex mandans, elusoria redderetur dispositio dictę bullę, nam vt plurimũ extractio fieri solet ab hominibus vilis conditionis, & simplicibus, vnde ne dicta dispositio redda-
24 tur elusoria †, sit extensio. cap. si sententia §. fin. & cap. si ciuitas de sent. excomm. in 6. vbi Francus, glosa notabilis in cap. quamquam de vsur. in 6.

Sed quid si alius vi, aut dolo immutauerit, aut occultauerit, & ego dominus ratum ha-
25 buero; † sunt, qui putant ratihabitionem in maleficijs mandato cõparari, si suo nomine gestum sit, arg. tex. in cap. cum quis de sent. excomm. lib. 6. verum aliter censemus, vt in casu nostro, quod peccauerit mortaliter ratam habendo termini amotionẽ, nõ tñ incidit in casum, cum nec immutauerit, neque iusserit & ratihabitio mandato comparatur, non tñ est mandatum.

VI. Circa confessionem fatagat

26 tagat confessarius † obseruare ea, quæ supra diximus num. 13. vsq. 16.

SVMMARIVM.

1 *Verberare quid, & qualiter differat à pulsare num. seq.*
3 *Verberatio ex duplici capite consurgit, & quæ in illam considerantur, num. seq.*
5 *Episcopus an suis manibus verberet clericum, & an Abbas.*
6 *Marito qualiter liceat vxorem verberare.*
7 *Manus appellatione, quæ veniant.*
8 *Verbera io qualiter differat a vulnere.*
9 *Pater multipliciter capitur.*
10 *Filius occidens patrem naturalem punitur, ac si occidisset legitimũ, & naturalem.*
11 *Paternitas spiritualis maior est, carnali.*
12 *Iniuria grauis infertur facta à cõ sanguineo, quàm ab extraneo.*
13 *Ingratitudo, quàm maximum est peccatum.*
14 *Filius prius torquendus, quàm pater, si pro eodem delicto essent torquendi.*
15 *Filius verberans patrem, non præsumitur filius.*
16 *Filium toruo aspectu semper respicere patrem mortale.*
17 *Verberans patrem, & matrem, verberat seipsum; & quàm puniatur hoc peccatum num. seq.*
18 *Casus iste verberans patrem diuersimodè reseruatur.*
20 *Occidere suum inuasorem intelligitur quod sit licitum etiam de occidente patrem, & matrem*
21 *Suum capitur pro proprio.*
22 *Parentum appellatione qui veniãt*
23 *Filius eleuans manum contra patrẽ, & non verberaus non incidit.*
24 *Et nec si solam admenatioẽ faciat.*
25 *Percussionis nomine an comprehendatur spuitio.*
26 *Et an signatio baculi.*
27 *Filius repercutiendo patrem, quãdo excusetur.*
28 *Ignorantia etiam probabilis eum eximit à casu.*
29 *Factum in delictis potius attendi tur, quàm animus.*
30 *Filius repellendo vim vi percutiẽdo non incidit.*
31 *Moderamẽ inculpatæ tutelæ quale*
32 *Pater potest filium tradere in vinculis.*
33 *Defensio permittitur quibuscunque subditis contra superiores.*
34 *Filio an liceat inuadere contra patrem bannitum.*
35 *Intellectus ad tex. in l. minime ff. de relig & sumpt. fune.*
36 *Filius compelli potest præstare alimenta patri bannito.*
37 *Verberans patrem, cum aliter fieri non potest, non incidit.*
38 *Filius an deũciendo patrẽ ab equo, vt euadat manus inimici, cõprendatur sub litera.*
39 *Verberans patrem naturalem ligatur.*
40 *Paternitas spiritualis qualiter cõtrahatur.*
41 *Verboꝝ propria significatio quando non attendatur.*
42 *Furiosus verberans patrem, non incurrit.*
43 *Nec qui cogit patrem aliquid sibi dari*

D. Ambrosium in Exameron parentes senes nudatos plumis tegunt, alis fouent, & alimentis nutriunt; Apes etiam iuniores non in opere tantum; Sed etiam in fœtu adiuuant matres.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsum istum inuenio à Diœcesanis locorum reseruatum diuersimodè; nam Nolæ,
19 † Trani, Mottulæ, & Polignani, in Sicilia Panormi, Montis Regalis, & Mazaræ; in Lombardia vt Ferrariæ. Sic per ipsos reseruatur. Qui parentes percusserint, vel parentum percussores. At Monopoli additur. Verberantes parentes suos. Verum Regij dicitur. Qui proprios parentes. Sed hic, & Rossani habetur; verberantium patrem, & matrem. Hæc autem omnis diuersitas verborũ mihi sic videtur posse ad concordiam reduci. Vt idem sit verberare patrem, & matrem, quàm verberare parentes suos. Vnde regula illa, quæ se habet quòd licitum est vnicuique pro defensione occidere suum inuasorem, si aliter se tueri non potest, clement. vnica de homic. etiam extenditur, vt
20 illa dictio † suum, non solum dicat inuadentem se, sed etiam inuasorem patris, ita Bald. in l. 1. C. vnde vi, in viij. colum. Imò punitur si non faciat, argument. l. vtrum ff. ad l. Pompe. de parricid. & in auth. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud colum. viij. nam licitum est propulsare talem iniuriam l. 1. §. item diuus. ff. de ficar. & quẽadmodum suos hæredes accipere debemus filios, & filias etiam naturales; nam natura communis est, l. hos accusare §. finali, ff. de accusat. Sic e contra appellatione parentum suorum intelligitur pater, & mater, l. quibus §. parentes, ff. de in ius vocan. etiam naturalis, Pariter cum suum dicatur
21 proprium, † cap. fin. de verbor. signif. in 6. & propriè accipitur pro specialiter, l. 2. in princ. ff. de vacat. mune. l. 2. §. vltim. ff. de administr. rerum ad ciuit. fit, vt idem sit dicere. Verberantium parentes proprios, ac suos, & speciales, idest patrem, & matrem. Quẽadmodum magis clarè hic in præsenti Casu, & Rossani reseruatur. Verum quando dicitur, Qui parentes percusserint, ex dictis Iasonis in l. quisquis §. ait prætor ff. de in ius vocand. videtur dicendum quòd licet appellatione parentis in propria significatione contineatur pater, auus, & proauus, l. quisquis §. parentes ff. de in ius vocan. l. appellatione, ff. de verborum significat. Sed ex interpretatione veniunt omnes superiores, qui maiores vocantur, vt habetur in dictis iuribus, & propriè per text. cum glosa in d. l.
22 appellatione; † Tamen in tali casu accipi videntur parentes in infinitũ causa honestatis, vt di-

26 tagat confessarius † obseruare ea, quæ supra diximus num. 13. vsq. 16.

SVMMARIVM.

1 *Verberare quid, & qualiter differat à pulsare num. seq.*
3 *Verberatio ex duplici capite consurgit, & quæ in illam considerantur, num. seq.*
5 *Episcopus an suis manibus verberet clericum, & an Abbas.*
6 *Marito qualiter liceat vxorem verberare.*
7 *Manus appellatione, quæ veniant.*
8 *Verbera io qualiter differat a vulnere.*
9 *Pater multipliciter capitur.*
10 *Filius occidens patrem naturalem punitur, ac si occidisset legitimũ, & naturalem.*
11 *Paternitas spiritualis maior est, carnali.*
12 *Iniuria grauis infertur facta à cõsanguineo, quàm ab extraneo.*
13 *Ingratitudo, quàm maximum est peccatum.*
14 *Filius prius torquendus, quàm pater, si pro eodem delicto essent torquendi.*
15 *Filius verberans patrem, non præsumitur filius.*
16 *Filium toruo aspectu semper respicere patrem, mortale.*
17 *Verberans patrem, & matrem, verberat seipsum; & quàm puniatur hoc peccatum num. seq.*
18 *Casus iste verberans patrem diuersimodè reseruatur.*
20 *Occidere suum inuasorem intelligitur quod sit licitum etiam de occidente patrem, & matr*
21 *Suum capitur pro proprio.*
22 *Parentum appellatione qui v*
23 *Filius eleuans manum contr trẽ, & non verberaus non in*
24 *Et nec si solam admenatioẽ f*
25 *Percussionis nomine an co hendatur spuitio.*
26 *Et an signatio baculi.*
27 *Filius repercutiendo patrem, do excusetur.*
28 *Ignorantia etiam probabilis eximit à casu.*
29 *Factum in delictis potius atte tur, quàm animus.*
30 *Filius repellendo vim vi percut do non incidit.*
31 *Moderamẽ inculpatæ tutelæ qua*
32 *Pater potest filium tradere in vin culis.*
33 *Defensio permittitur quibuscunque subditis contra superiores.*
34 *Filio an liceat inuadere contra patrem bannitum.*
35 *Intellectus ad tex. in l. minime ff. de relig & sumpt. fune.*
36 *Filius compelli potest præstare alimenta patri bannito.*
37 *Verberans patrem, cum aliter fieri non potest, non incidit.*
38 *Filius an deũciendo patrẽ ab equo, vt euadat manus inimici, cõprendatur sub litera.*
39 *Verberans patrem naturalem ligatur.*
40 *Paternitas spiritualis qualiter cõtrahatur.*
41 *Verborũ propria significatio quando non attendatur.*
42 *Furiosus verberans patrem, non incurrit.*
43 *Nec qui cogit patrem aliquid sibi dari*

D. Ambrosium in Exameron parentes senes nudatos plumis tegunt, alis fouent, & alimentis nutriunt; Apes etiam iuniores non in opere tantum; Sed etiam in fœtu adiuuant matres.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. CAsum istum inuenio à Diœcesanis locorum reseruatum diuersimodè; nam Nolæ, Trani & alibi lo... vt ni...

19 † Trani, Mottulæ, & Polignani, in Sicilia Panormi, Montis Regalis, & Mazaræ; in Lombardia vt Ferrariæ. Sic per ipsos reseruatur. Qui parentes percusserint, vel parentum percussores. At Monopoli additur. Verberantes parentes suos. Verum Regij dicitur. Qui proprios parentes. Sed hic, & Rossani habetur; verberantium patrem, & matrem. Hæc autem omnis diuersitas verborũ mihi sic videtur posse ad concordiam reduci. Vt idem sit verberare patrem, & matrem, quàm verberare parentes suos. Vnde regula illa, quæ se habet quòd licitum est vnicuique pro defensione occidere suum inuasorem, si aliter se tueri non potest, clement. vnica de homic. etiam extenditur, vt

20 illa dictio † suum, non solum dicat inuadentem se, sed etiam inuasorem patris, ita Bald. in l. 1. C. vnde vi, in viij. colum. Imò punitur si non faciat, argument. l. vtrum ff. ad l. Pompe. de parricid. & in auth. vt cum de appellat. cognosc. §. aliud colum. viij. nam licitum est propulsare talem iniuriam l. 1. §. item diuus, ff. de ficar. & quẽadmodum suos hæredes accipere debemus filios, & filias etiam naturales; nam natura communis est, l. hos accusare §. finali, ff. de accusat. Sic e contra appellatione parentum suorum intelligitur pater, & mater, l. quibus §. parentes, ff. de in ius vocan. etiam naturalis, Pariter cum suum dicatur

21 proprium, † cap. fin. de verbor. signif. in 6. & propriè accipitur pro specialiter, l. 2. in princ. ff. de vacat. mune. l. 2. §. vltim. ff. de administr. rerum ad ciuit. fit, vt idem sit dicere. Verberantium parentes proprios, ac suos, & speciales, idest patrem, & matrem. Quẽadmodum magis clarè hic in præsenti Casu, & Rossani reseruatur. Verum quando dicitur, Qui parentes percusserint, ex dictis Iasonis in l. quisquis §. ait prætor ff. de in ius vocand. videtur dicendum quòd licet appellatione parentis in propria significatione contineatur pater, auus, & proauus, l. quisquis §. parentes ff. de in ius vocan. l. appellatione, ff. de verborum significat. Sed ex interpretatione veniunt omnes superiores, qui maiores vocantur, vt habetur in dictis iuribus, & propriè per text. cum glosa in d. l.

22 appellatione; † Tamen in tali casu accipi videntur parentes in infinitũ causa honestatis, vt di-

xit tex. in d. l. quisquis §. ait prętor, ex quo notat Iason, quòd licet verba debeant capi in propria significatione, l. 1. §. si is, qui nauim ff. de exerci. act. l. non aliter, l. ille, aut ille §. cum in verbis, ff. de legat. iij. tamen causa honestatis conseruandę fit extensio ad improprium significatum, cum etiam simus in materia fauorabili. Quare propter reuerentiam, & honorem conseruandum videtur, quòd veniant parentes contra proprium significatum. Tamen contrariũ mihi videtur verius, vt dictum Ias. procedat in edicto de in ius vocando, vt filius non possit vocare patrem in iudicio absque venia, non autem in casu nostro, sed solum veniat pater, auus, & proauus.

II. Qui animo irato contra
23 patrem, † manum eleuauit cum pugno, vel cum ense, vt ipsum percuteret, quem tamen postea non tetigit, non dicitur incidere in Casum reseruatum, argum. text. in capit. si quis suadente, verbo iniecerit. 17. q. 4. Nam vbi facto opus est, signa voluntatis non sufficiunt, glosa finalis in c. cum inter iij. de elect. glosa notab. in cap. vt circa verbo Præstito eodem tit. in 6. Quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum, dicit text in l. 1. §. hæc autem verba ff. quod quisque iur. Quare per admenationem manuũ contra patrem (verbi gratia) quando filius leuat baculum contra patrem, velut verberaturus, aut percussurus, si non verberat, aut percutit, non comprehenditur sub Casu; Debet tamen à confessario iniungi grauis pœnitentia, imò secundum Bartol. in l. itẽ apud Labeonem §. si quis pulsatus ff. de iniur. hac sola admenatione, quia & timorem incussit, in foro exteriori tene-
24 tur actione iniuriarum, † quod dicit adnotandum pro statutis; nam sic dicit, quòd percutiens puniatur in decem, si non percussit, sed admenat, tenetur vtili actione ex illo statuto secundum Bartolum non ad tantam pœnam, quia non consumauit actum. August. vero ad Angelum in tract. de maleficijs, verbo Admenauit dubitat de illa decisione nam statuta pœnalia regulariter extra suos casus nõ debent extendi.

III. Nec credimus includi sub Casu, qui arriperet patrem per vestem vel spueret in eum,
25 aut similia faceret, † nam non ita stricta accipienda est percussio, vt in capit. si quis suadente 17. quæst. 4. quia aliud est injicere manum, quo casu venit non solum percussio immediata, quæ fit manu, vel pede, aut mediata, quæ fit instrumento aliquo, vt baculo, vel ense; sed etiã quæcunq; alia realis iniuria, vt aspersio aquæ, pulueris, aut saliuæ, aut iniurioſa per vestem retentio; vt sufficiat in casu in d. capit. si quis suadente, & aliud est percutere, seu verberare, vt in præsenti

casu,

casu, verum licet hæc faciendo forte non incidat, peccatum est mortale maxima pœnitentia expiandum.

IV. Nec meo iudicio Casui subijcitur, qui animo irato signaret baculum in capite patris,
26 dicens. Nisi esset pater, † ederem te; nam licet iste incideret in Canonem si quis suadente, si tangeret personam clerici, non tamen in hunc; Cum casus loquatur de verberante, seu percutiente, & iste non percussit; sed signauit, seu ictum in capite mensurauit, vnde à diuersis non fit illatio, l. Papinianus ff. de minor.

V. Immunis etiam erit a Casus reseruatione, quando pater ludendo cum filio iocosè eũ
27 percuteret, † si filius statim eum repercuteret, & sine deliberatione, vt quando tanta est subrectio, quòd nec se vendicari, aut iniuriari prætenderet; & ratio est, quia Casus reseruatio fit de peccatis mortalibus, & talis repercussio non est huiusmodi, vide à simili quæ dixit Sylu. in verbo Excommunicatio 6. nu. 6. in fin.

VI. Nec qui probabili ignorantia, quòd esset pater, illum,
28 † percussit noctu, vel inter diẽ, & noctem habitu mutato, facit textus in capitulo si vero 2. de sententia excommunicat. quia non contempsit disciplinam, qui militem ignorauit, l. si ignorans ff. locati.

Quòd si quis obijciat non animum; sed euentum esse inspiciendum in delictis, l. eum, qui §. si iniuriæ, ff. de inuirijs. Ad idem ff. de furt. l. vulgaris in princ.

Respondeo, quòd licet regu-
29 lariter in delictis magis † attendatur factum, quàm animus, vnde filius, quamuis non habuerit animum percutiendi patrem, quia tamen percussit, debet incidere, hoc tamen non habet locum.

Primò in sententia excommunicationis, dicto capitulo si verò.

Secundò, in omni pœna spirituali, quæ non tàm infligitur ratione delicti, quàm ratione contemptus, & contumaciæ. Hinc est, quòd non ligantur ignorantes constitutionibus, seu statutis Episcoporum, quàmuis pœnis alijs alligentur, vt in capitulo vt animarum de Constitut. in sexto, & consequenter nec hac reseruatione Casus, cũ sit pœna; quod extende non solum, quando dabat operam rei licitæ; sed etiam si rebus illicitis operam daret, faciunt quæ dixit Nauarrus in cap. 27. num. 80. & ratio est, quia ignorantia contingens in eo, cuius causa reseruatio facta est, oĩno ab ea reseruatione ea excusat Quippe quæ facit actum omnino quò ad illam qualitatem inuoluntarium, iuxta Diuum Thomam 1. 2. q. 76. & consequenter non erit peccatum mortale, & ita nec Casus reseruatus.

VII. Immunis etiam erit, si
30 filius vim vi repelleret † cum moderamine inculpatæ tutelæ contra patrem, qui ipsum inuaderet ēt in sua potestate degentem, & multò magis, si emācipatum, vnde filius si se defendendo verberaret patrem, iure quidem faceret, vt dixit Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. nu. 4. Sylvest. in verbo Bellum 2. num. 7. cum iure naturali licitū sit se defendere, D. Thomas in additione 3. par. q. 24. art. 1. Modò fiat cum mo-
31 deramine † inculpatæ tutelæ, quę tunc dicitur, quando quis facit illud, sine quo aliter à manu patris euadere non potest, qui iniustè eum inuadit, & incontinenti, dum actu impugnatur, vt nos diximus in nostris decis. in 1. par. lib. 2. cap. 99. num. 47. & cap. 65. Quòd si quis obijciat non licere filio recalcitrare in patrem cum pater possit licitè offendere filium, l. 2. 3. & 4. C. de patria potest. Imò dixit text. in d. l. 3, q
32 potest pater filium † castigatum perseuerantē in contumacia tradere iudici, vt ponat in vinculis suo arbitrio, sic dixit addictio ad glosam in l. vestē. ff. de iniur. quòd omnis iniuria, quæ fit à parente vsque ad septimum gradum, non præsumitur animo facta inferendi iniuriam, ergo licita, & ita non potest filius contra patrem se defendere.

Respondeo hæc vera regulariter; Non tamen, quando pater iniustè inuaderet filium. Hinc sunt iura. ff. & C. de parricid. quod si filius patrem occidit, & è contra, atrociori pœna puniuntur, quàm alij; Et hæc quidem defensio adeò licita est, vt illa permittatur quibuscunque
33 subditis † contra superiores, siue superior sit iudex, siue potestas, quæ iniustè inuadit, siue dominus seruum, siue Abbas monachum, siue maritus vxorem, vel magister discipulum, quia omnibus istis permissa est moderata defensio, & correctio, vt habetur per glosam in dict. cap. cum beatus distinct. 45. cap. sicut 7. quæst. 1. cap. cum voluntate, in fine de sentent. excomm.

VIII. Sed quid si pater fuerit hostis, vel inimicus patriæ,
34 & Ciuitatis, † an licitum sit filio inuadere patrem. glosa in cap. fortitudo 23. quæstione tertia, dicit hoc casu filium non teneri, si proprium patrem non interficit: & ratio est, quia bannitus efficitur hostis, & transfuga Ciuitatis. l. amissione, §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. & sicut ius perdit Ciuiatis, sic perdit ius filiationis, vt in l. post iminium §. filius. ff. de capt. & postlim. reuers. Bart. in l. si adulterium §. liberto. ff. ad l. Iul. de adulter. & est communis, vt dixit Hyppol. de Marsil. in l. in crimi-nibus §. præterea. ff. de quæstio. glosa tamen in l. minimè. ff de relig. & sumpt. fune. intelligit hoc verum, qñ filius hoc faceret se defendendo, alias si offendēdo interficeret, teneretur l. Pomp. de parricidijs, l. 1. ff. eodem tit.

&

& hanc opinionem tenet Dynus, Albert. de rosata, & Franc. de aretio, quam Bart. cepo. cons. 5. credit veriorem, præterquam in terminis tex. in d. l. minimè. Hoc est, quando filius occideret patrem venientem cõtra patriam, sic .n. loquitur propriè ille tex.
51 in d. l. minimè. Vbi dicitur, † ꝙ si Capitanei promitterent, & iurarent defendere Imperatorem, vel alium dominũ cõtra omnes gentes, quòd si Imperator vadit cõtra ciuitaẽt illius Capitanei, illi non tenẽtur ire, licet iurauerint, quia nunquam tenentur ire contra patriam suam, Præterea lex illa secundum glosam intelligitur, quando filius interficit patrem suum se defendendo, vt ibi per Bart, cẽpo. Igitur excepto casu illius legis filius, qui interficeret bannitum patrem, non quia venit contra patriam, sed quia occidit hominem, incidit in casum, cum non sit licitum filio occidere patrem bannitum.
36 Imò teneretur †, & compelli potest præstare illi alimẽta, ita Ange. in auth. de incest. nupt. in princ. qui allegat l. 11. de recep. ita etiam dixit Bart. l. si quis à liberis §. sed vtrum ff. de liber. agnos, Anan. in c. 1. de conuers. infidel. num. 8. & in cap. 2. nu. 5. de immu. Eccles. & in cap. 2. num. 14. de his qui fi. occid.

IX Nec incidit is. qui verberat
37 patrem, cum aliter facere † non possit (v. g.) vt illum à delinquendo arceat, vel ab inimicis eripiat vel à simili incommodo præseruet Exemplũ, si ijs ex causis brachio eum vrget, & ita caderet cum dolore, arg. tex. in c. ipsa pietas 23. quæst. 4.

X. Neque includit filium, qui fugiendo inimicum, obuium ha-
38 buit patrem equitantem, †à quo equum petijt, vt commodius fugere posset, & euadere à manib⁹ inimici sui, quem cum ille negasset, ab equo deiecit. Et hoc intellige, quando aliter filius esset occidendus: quia cum sit in casu extremæ necessitatis, debebat pater, imò quicunq; extraneus cõmodare illi, cum necessitatis tpe sint omnia communia, igitur in tali casu cum filius non peccaue rit mortaliter, fit, vt in eo casus reseruatio non habeat locum, faciunt dicta per Syluest. in verbo Excommunicatio vi. num 13.

XI. Non solum verberans, aut percutiens patrem legitimũ, & naturalem, sed etiam naturalem
39 † tantum incidit in casum; quia sumus in materia, in qua consideratur tantum causa reuerẽtiæ, & affectionis, facit tex. in l. hos accusare §. omnibus ff. de accusat. vnde secundum Bart. & Bal. in d. l. quique §. prætor ait, filius occidens patrem naturalem ita tenetur de parricidio, ac si occidisset patrem legitimum, & naturalem, Bald. in cap. per tuas num. 2. de probat. & c. de cætere num. 2. de test.

XII. Si incidit in casum filius qui verberat patrem, multo fortius videtur incidere qui verbe-
40 rat patrem naturalem † arg. 6. quæ-

6. quæst. 1. cap. infamis, 30. q. 3. cap. pictantium. 2. quæst. 7. c. qualis, 30. quæst. 3. cap. 1. & 2. Ita singulariter dixit glosa in c. aut facta verbo parentē de pœnit. dist. 1. Contrahitur autem paternitas spiritualis vel per au
40 dietiam confessionum, † vel per baptismi dationem, cap. si quis el 2. 33. quæst. 2. Ego autē ambigo de hoc dicto. nā pater propriè dicitur, qui genuit filium patratione rei venereę, ergo de hoc tantum patre casus intelligendus est, cum sit stricti iuris, & ꝙ sic videtur voluisse intelligere, Diœcesanus, patet, quia subdidit & matrem.

XIII. Et si casus reseruatio sit stricti iuris, tamen, quia illa apponitur super materiam fauora-
41 bilem hoc est honorem †, & reuerentiam, quæ debetur patri, & matri, videbatur dicendū, quòd non attendatur propria significatio verborum, sed quòd fiat extensio ad improprium singnificatum, Hinc dixit Iason in d. l. quique §. prætor ait quòd in edicto de in ius vocando veniunt parentes in infinitum contra propriam significationem, & ita videtur extēdi casus etiam ad victricum, & nouercam causa honestatis seruandæ, cum sint loco parentum, Tamen contrarium arbitramur, nam etsi verum sit, quod in edictis de in ius vocando, & de postulando fiat extensio, tamen secus videtur in casu nostro, cum loquatur litera de patre, & matre, & aliud est pater & mater, & aliud haberi pro patre, & matre, vnde à diuersis non fit illatio, l. Papinianus ff de minor.

XIV. Nec punitur filius verberans patrem, si durante furore eum percusserit, aut ceciderit,
42 sic nec in foro exteriori, l. pen. §. fin. de ad l. Pompe. de parric. l. infans ff. de sicar. sufficit .n. furore ipso puniri, dictis iuribus. Et hoc intellige de habente lucida interualla, quia si perpetuò esset furiosus, non posset cofiteri, probatur in clem. 1. de homic. cum careat vsu rationis. cap. 1. de delict. puer. cap. omnis de pœnit. & remis.

XV. Nec incidit, qui metu verberum patri incusso vel minis,
43 eum cogit aliquid sibi dari, † vel illi iniuriatur, quamuis peccet mortaliter, Sylvest. in verbo filij num. 22, Caiet. eod. verbo insum. quia reseruatio intelligenda est cum effectu de verberantibus, & non de incutientibus metum.

XVI. Pariter neque ille, qui vo
44 lens turbam arcere †, patrem cum turba existentem proiecit. in terram, si forte illam arcendo irruentem non ex deliberatione, sed fortuito casu patrem lædit, facit tex. cap. si vero 1. de sent. excomm.

XVII. Faciat confessarius pœ-
45 nitenti grauitatē criminis † agnoscerè, ex his, quæ sup. diximus in verbo grauitas, nam non extraneum verberauit, non quemlibet proximum conformitate natu-

naturę, sed proximitate sanguinis non quidē procul, vel propè, aut propriore. sed proximum, & nō in linea descendenti, seu trāsuersali, sed ascendenti. ſ. patrem, & matrē, qui quævè eum genuit, Item qua fecerit tentatione, an præuentus ab ea, vel eā præueniendo, etsi præuentus, an sciebat quid faceret, An fuerit assuetus ad verberandum. Item an exemplum fuerit alijs filijs in operatione sui crīminis, omnis .n. ista varietas confitenda est, & deflenda, vt cum cognouerit, ꝙ peccatum est multum, cito inueniat Deum propritium. Inducat denique confessarius pœnitentem, vt non solum priuatim veniam
46 petat genibus flexis cum corrigia, in collo, osculando pedes patris, aut matris, sed etiam satisfaciat ijs, quibus fuit occasio mali exempli, arg. tex. in cap. porro cap. Parrochianos de sent. excommunic. Et cum hoc sit magnum crimen impium, & inhumanum, bonum esset illum astringere voto, aut iuramento, vel promissione ad illud amplius non committendum, antequam absoluat. Verum hoc remittimus arbitrio confessarij, arg. text. in capit. clericos verbo redeuntes de vita, & honest. cleric. Quibus practis iuxta qualitatem contritionis poterit vel eum absoluere, aut aliquantulū supersedere. Interim tamen crebris confessionibus eū audire, salubribus monitis indicēdo pœnitentiam, poterit etiam eum absoluere, ob aliquod tempus faciens abstinere à perceptione Sanctissimæ Eucharistiæ, vt magis purificatus accedat, iuxta text. in cap. omnis de pœnit. & remiss.

SVMMARIVM.

1 *Relatiuum Qui omnes includit.*
2 *Gradus quò altior, eò casus est periculosior.*
3 *puella dicta est à pupillari ætate.*
4 *Puella à quo anno obligetur voto castitatis.*
5 *Etiam dictio est implicatiua.*
6 *Voto simplici, quæ astringitur, multò magis si solenni.*
7 *Differentia an sit inter simplicem loquelam, & iuramentum.*
8 *Castitas, & continentia idem significant.*
9 *Violare verbum ad multa refertur, qualiter hic accipiatur numer. 11.*
10 *Matrimonium quando dicatur impediri per affinitatem.*
12 *Confessor an simplici verbo pœnitentis credere debeat.*
13 *Pudicitia quando dicatur attentata.*
14 *Crimen violantis puellam quàm graue.*
15 *Violantis puellam castitatis voto astrictam, quanta sit peccati grauitas ex pœna cognoscitur.*
16 *Committit furtum, & sacrilegium.*
17 *Apostasiam, adulterium, stuprum, & peccatum contra naturam.*
18 *Constituit fœminam in periculo meretricandi.*
19 *Violantis puellam voto solemni obli-*

obligetam, peccatum hoc à multis reseruatur.

20 *Peccatum minus est pati, quàm agere.*

21 *Violans puellam ad quid teneatur, num. seq.*

23 *Violans puellam, qui votum ignorauit, an meludatur sub casu.*

24 *Votum solenne in puella quale dicatur.*

25 *Ignorantia crassa æquiparatur scientiæ.*

26 *Iuris ignorantia quos excusat.*

27 *Præsumitur talis quis, qualis in habitu reperitur.*

28 *Attentans pudicitiam alterius minus de iure punitur, quàm violans.*

29 *Affectus quando puniatur non secuto effectu.*

30 *Violans puellam, quando in casum non incidat.*

31 *Et quid si veniret ad omnes actus, & tactus illicitos, non tamen ad commixtionem.*

32 *Virginitas mentis amissa non comprenditur sub casu.*

33 *Violato voto castitatis an teneatur puella illud iterum seruare.*

34 *Confessarius qualiter se gerat circa præsentem casum violationis puellæ.*

35 *Pœnitentia præcipuè debet esse præseruatiua.*

De violente puellam voto castitatis obstrictam. Cap. XLI.

Qui puellam voto etiam simplici castitatis obstrictam sciens violauerit, corruperitvè, aut violare tentauerit.

EXPOSITIO.

QVi) Relatiuũ hoc qui omnes includit masculini sexus, in quib. cadere possunt peccata, quæ membris genitalibus committuntur

1 † ab annis xiiii, cum pubescere cœperunt, cap. 1. de delict. puer. Imo etiam eos, qui ad dictam ætatem non peruenerunt, si malitia eam suppleat, cap. de illis 2. de sponsi. impub. siue sint in dignitate, siue liberi, siue serui, siue personæ Ecclesiasticæ, siue in sacris, quia quò gradus est altior,

2 eò casus † est periculosior, facit tex. in cap. homo dist. 40. de pœnit. dist. 1. cap. principium, cap. nulli fas 25. quæst. 1. Vbi grauiora delicta facit sublimitas peccantium. siue sint personæ sæculares, siue aliæ.

(Puellam) Puella dicta est à

3 puellari ætate, † siue sit proxima pubertati, scilicet constituta infra

24 solenne † hodie non fiat, nisi per emissionem professionis in monasterio monialium sub perpetua in suis monasterijs permanentium clausura. iuxt. text. in cap. 1. de statu regular. in 6. fit, vt qui illam violauerit, non possit in foro exteriori allegare ignorantiam, & allegando non excusetur, cum talis ignorantia sit crassa, & supina, quare æqui-
25 paratur scientiæ † etiam in pœnis delictorum, glosa in c. hac constitutione §. 1. de offic. deleg. in 6. glosa in verbo scienter in clem. 1. de consangu. & affin. Abb. in c. Apostolicæ num. 3. de cler. excom. ministr. & ita incurrit in excommunicationes latas à diuersis Summis Pontificibus, & si clausuram ingressus est ad malum finem, in illam clem. 8. à qua nec confessarij priuilegiati, nempè vt valeant absoluere ab omnibus excommunicationibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, possunt absoluere. Verum crederem, quòd si aliquis rusticus, vel venditor olerum, aut aliarum rerum commestibilium clausuram monialium ingrederetur, & aliquam violaret, ignorans esse excommunicationem, non incideret in illam, cum igno-
26 rantia iuris † eos excuset, vt etiã mulieres, & milites, vt dixit Syluest. in verbo Ignorantia nu. 16. Tum etiam, quia ad incurrendã excommunicationẽ semper oculus est habendus, an sit in obediens; sed ignorans sic dici non potest, ergo, ita dixit Sotus in 4. sentent. dist. 22. quæst. 1. art. 2. col. pen.

Potest etiam excusari à Casu sub prætextu ignorantiæ, si forte egressa monialis de clausura ex causa rationabili, & manifesta, aliquis illam violaret, quæ erat laicali veste induta, vel meretricali, quia talis quis præsu-
27 mitur, † in quali habitu reperitur, l. item apud Labeonem, §. si quis virgines ff. de iniur. vnde qui percussit clericum, ignorans probabiliter illum esse clericum, quia incedebat in veste laicali, non est excommunicatus, c. si vero de sent. excom. quia talis quis præsumitur, qualis est habitus, quem gestat, Abbas ibi. secundo nota.

IV. Non solum si sciens violauerit; sed etiam si violare tentauerit, licet non fuerit deuentũ ad defloration em, comprehẽditur; Et ita nota, quòd licet de iure qui pudicitiam alterius tẽ-
28 tauerit, † puniatur, capite perfecto flagitio, & imperfecto, in insulam deportetur, c. sollicitatores, §. qui puero de pœnit. dist. 1. & ita mitius punitur qui attentauerit, quàm qui perfecerit; Tamen hic quò ad Casus reseruationem aliter res se habet, qđ intellige, modo non fuerit leuiter rogata, vt diximus in j. decisione. Et ita affectus punitur
29 † non secuto effectu; Qui tamen velit videre Casus, in quibus punitur affectus non secuto effectu, videat Hippol. de Marsil. in l. is, qui cum telo nu. 16. cum seq. C.

ad l. Corn. de sicarijs. Et hęc multò magis locum habent in habẽte votum solemne Castitatis.

V. An qui violaret puellam, quæ se, & sua non plenè obtulit in monasterio de præsenti; sed
30 stat in sæculo, vel retinet † vsumfructum, vel partem bonorum suorum, vel illam, quę emisit tria vota coram pluribus personis, non tamen est sub clausura, dicatur violasse puellam voto solemni obligatam. Respondeo, quòd non, nam istæ solum assumere dicuntur quendam specialem modum viuendi, vt dixit glosa sing. in clem 1. de relig. domib. clem. cum ex eo. verbo Tertio de sent. excom. non autem emittere votum solemne; quod fit per emissionem professionis in aliqua religione approbata per Sedem Apostolicam, iuxta text. in c. 1. de voto in 6. quæ debent permanere sub perpetua castitate. Imò nec in primis duobus Casibus videntur emittere simplex votum Castitatis, nisi solũ in Casu tertio, quare violantes non comprehenduntur sub litera.

VI. Quid si veniret cum tali muliere extra actum coniun-
31 ctionis ad tactus illicitos † cum intentione polluendi, & ex illa resultat pollutio, vel sine ea intentione; sed solum deueniendi ad delectationem, apponendo manus ad pectus, aut osculando, deinde illa sequeretur, non credimus includi sub litera. Cum non sit violatum corpus per cõmixtionem, vel per corruptionẽ integritatis virginalis; Idem arbitrarer, si osculando puellam cum adminiculo proprio, vel mulieris absq; tamen concubitu se pollueret, quia illa esset molities, grauissimè tamen in his Casibus peccaret, & maximè, quãdo cum alterius adminiculo.

VII. Litera, quæ loquitur de violante puellã voto etiam simplici castitatis obstrictam, non intelligitur de ea, quæ illam ami-
32 sit † per consensũ mentis, capiẽdo delectationem veneream de verbis amatorijs dictis per iuuenem ipsi, vel relatis per mediatricem, & lenam, quamuis ex ipsis sequeretur ex parte mulieris fædatio; nam etsi sequatur amissio virginitatis in mente, vt dixit Archidiaconus in capit. revera nume. 24. 34. quæst. 5. Pelagius de planctu Eccles. libr. 2. capitulo 28. Tamen Casus reseruatio intelligitur de actibus exterioribus cũ effectu, hoc est de eo, qui polluit virginem, commiscendo se ei, & polluendo, vel deflorando, aut etiam in vase in debito consumando.

VIII. An violato voto Castitatis teneatur puella iterum
33 † illud seruare. Respondeo, q si vouit castitatem, intelligendo de castitate virginali habens in intentione abstinendi se à prima venere, tunc fracto virginitatis signaculo amplius non tenetur sub voto ad castitatem, quia suum propositum pẽnitus non fuit, nisi vt carnis integritatem custodiret.

At

At si simpliciter, & absque vllo moderamine votum emisit virginitatis, tunc nihilominus tenetur ad castitatem seruandam, ex regula illa, quòd qui votum eo modo, quo debet, non potest custodire, debet tamen custodire eo modo, quo potest, iuxta textum in capitulo cum dilecti de dolo, & contum. Vnde qui in diebus Quadragesimæ est dispensatus, vt possit comedere oua, vel lacticinia, tenetur ieiunare, & abstinere à carnibus; Estque verum ieiunium, vt nos diximus in j.par.decis.lib.2.cap. 37.nu.18.

IX. Circa confessionem in-
34 terrogare debet confessor † de qualitate personæ attentantis; Num laicus, vel clericus, an in sacris, vel sacerdos, vel etiam suus curatus, aut confessor delegatus, & tunc, an in actu confessionis, vel propè, ante, vel post: nam tunc tantò grauius, quod vbi gerere debet officium ædificantis, ibi exerceat destruentis, vbi debet mederi vulnera, vt sapiens, bonus, & prudens animarum medicus, iuxta text. in capitulo qui vult de pœnit. distinct. 6. ibi oppositum faciat cum maxima scandalo pœnitentium, & causa, vt pœnitentes à confessione retardentur, & dicant, vbi est Deus clericorum. Item interrogare debet an minis, vel libenter. An prouocans, vel prouocatus, an dedita opera, ibi accessit, vel casu, &c.

Item consideranda est persona puellæ, an simplici, vel solemni vinculo castitatis ligata. An stuprans nouerit votum, vel ignorauerit. Ostendatq; insuper criminis grauitatem, vt supra, a num. 14. vsque 19. qua ostensa, extirpet occasiones peccatorũ, facit text. in capitulo valet distinctione 81. & in capitulo mulier 15. quæstione 1. capitulo satisfactio de pœnitent. distinct. 3. Alioquin vt incontritus non est absoluendus. Obliget eum ad restituendum damna, si quæ mulier passa est, inducat illum ad contritionem, & absoluat; iniũgendo pœnitentiam salutarem, non solum pro peccatis satisfactiuam; sed etiam præseruatiuã & in hac præcipuè debet esse scopus confessorum, & ideo illi iniũgat, vt aliquoties confitea-tur, vel quoties accedat ad visendam eam, soluat tantum pro pœna iuxta tex. in cap. ex parte §. mulier, vbi etiam Iason ff. de verborum obligation. illam applicandam pijs locis, non per seipsum, ne notetur auaritia, & nec per presbyterum sibi vicinũ, vt omninò è mente pœnitenti euellatur scandalum; sed per seipsum Ecclesiæ puellis virginibus, aut orphanis, & miserabilibus personis illud persoluat.

SVMMARIVM.

1 *Violare verbum exponitur.*
2 *Libertatis definitio.*
3 *Immunitas multipliciter sumitur.*
4 *Immunitas cum libertate Ecclesiastica licet idem videatur, tamen differt. num. seq.*
6 *Casus Papæ reseruati differunt ab his, qui reseruantur ab Ordinarijs.*
7 *Immunitas Ecclesiastica quare introducta.*
8 *Statuta laicorum super merè spiritualibus, vel spiritualibus annexis sunt contra Ecclesiæ libertatem.*
9 *Laici nec disponere possunt super spiritualibus annexis.*
10 *Pompæ, quæ fiunt mortuis, sunt potius consolationes viuorum, quàm mortuorum.*
11 *Statuta laicorum coactiua Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*
12 *Sic quæ veniunt contra priuilegia concessa Ecclesijs à Deo, Papa, vel Imperatore.*
13 *Vt si minor pœna imponatur pro homicidio commisso in clericum, quàm in laicum.*
14 *Statutum imponens modicam pœnam offendenti, nec valet inter laicos.*
15 *Statutum contra consanguineos clericorum est contra libertatem Ecclesiasticam.*
16 *Metus illatus consanguineis clerici, habetur pro illato clerico. numero sequent.*
18 *Priuilegia à Deo concessa sunt tria.*
19 *Priuilegium concessum à Papa est illud, si quis suadente diabolo, 17. q. 4*
20 *Priuilegia Ecclesijs ab Imperatore concessa sunt multa.*
21 *Priuilegium particulare alicuius Ecclesiæ violans, quando faciat contra libertatem Ecclesiasticam.*
22 *Clericus etiam volens priuilegio fori renunciare non potest.*
23 *Statuta laicorum prohibentia subditis commertia cum personis Ecclesiasticis, sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*
23 *Directè, vel indirectè facere contra prohibitionem paria sunt.*
25 *Iudex Ecclesiasticus quando cogat statutarios statuta eorum non intelligi, quo ad Ecclesias.*
26 *Statutum quo ad Ecclesiam non tenet, si statuat laicus ne vendatur res immobilis non subdito.*
27 *Lex municipalis potest arctare, quòd certis personis vendatur.*
28 *Libertati Ecclesiasticæ derogatur, si impediuntur clerici ea facere, quæ sibi à iure conceduntur, & quare tale statutum non valeat, num. seq.*
30 *Sic si per statutum vsurpetur iurisdictio Ecclesiastica.*
31 *Idem, si specialem mentionem facit de Ecclesiasticis.*
32 *Statutum municipale laicorum generaliter loquens in dubio non ligat Ecclesiasticas personas.*
33 *Idem, si sit generale prohibitum, vel*

præceptiuum in odium] Ecclesiasticorum, vel in fauorem, fallit, num. 36.

34 Leges Imperiales quando à Papa censentur approbatæ, vel improbatæ.

35 Statutum laicorum à Papa approbatum est seruandum, vt statutũ Papæ.

37 Regula generalis, quando statuta laicorum sint contra libertatem Ecclesiasticam.

38 Regula quo ad immunitatem Ecclesiæ.

39 Qui incidant in caput bullæ cœnæ, cap. 15.

40 Consuetudinem inducentes contra libertatem Ecclesiæ, an incidant in dictum. c. 15.

41 Libertatem Ecclesiasticam de facto restringens incidit in bullam.

42 Sic facientes statuta, ne bona emantur, vel vendantur clericis.

43 Caput 15. an comprehendat clericos.

44 Clerici an sint immunes ab oneribus annexis possessionibus ante collationem ipsis factam.

45 Clausula apposita in statutis, vt si quid sit contra libertatem Ecclesiasticam, non valeat; An vi illorum verborum statuentes non sint excommunicati.

46 Factum debet formaliter impleri, si potest.

47 Statutum non perficiens non est excommunicatus.

48 Et quid si perficeretur; sed non publicaretur.

49 Statutarij] contrauenientes à quo tempore sunt excommunicati.

50 Personæ multæ sunt excommunicatæ in c. nouerint de sent excomm.

51 Consiliarij, qui comprehendantur sub excommunicatione; Item an scriptores, num. seq.

53 Statutum pura mente faciens contra libertatem Ecclesiasticam, an sit excommunicatus.

54 Statutum, vt non fiat venditio, nisi sub tali forma; An deroget libertati Ecclesiasticæ, num. 56.

55 Fauendum est Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis.

57 Statutũ prohibens bona vendi non sustinentibus onera, est contra libertatem Ecclesiasticam.

58 Confessor qualiter se gerat erga tales statutarios.

59 Absolutio non danda, nisi deleant statuta cum iuramẽto illa amplius non condendi.

De violantibus libertatem, vel immunit. Ecclesiast. Cap. XLIII.

Violantes libertatem, vel immunitatem Ecclesiasticam in casibus Sanctissimo D. N. non reseruatis.

EXPOSITIO.

VIOLANTES) Saler] hoc est venientes contra, vel derogantes, ledentes, vel diminuentes; De hoc verbo loquitur text. in cap. si quis in atrio, capit. ad Epi-

scopos, cap. quisquis 17. quæst. 4. Et dicitur propriè violãtes, vim facientes, & violenter abstrahentes ab Ecclesia confugientem ad illam, iuxta text. in cap. diffiniuit, cap. seq. cap. frater. cap. nullus clericus, & cap. si quis contumax 17. q. 4.

(Libertatem) libertas, vt ait
2 Laurentius Iurisconsultus † in l. 4. ff. de statu homin. est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut iure prohibeatur; Estque illa nihil gratius, l. Paulus §. 1. ff. de fideicomm. liber. l. libertas, ff. de regulis iuris.

(Vel immunitatem Ecclesiasticã) immunitas multipliciter
3 accipitur, † vt habetur per Zab. in repet. cap. perpendimus de sentent. excommunicat. sed in proposito immunitas, quo ad Ecclesiam dicitur libertas, seu securitas ipsius Ecclesiæ, quasi extra munia, Idest officia, vel munera sæcularia, vel vexationes, & exactiones, quibus priuatæ personę fatigari solent, à quibus debet esse libera, & secura, Archid. in cap. deuotissimam, num. 3. 12. quæst. 2. Vnde dicitur Immunitas ab in, quod est sine, & munere, quasi sine onere, vt dicit text. in l. munus propriè. ff. de verbor. significat. Hoc est libera, & ita accipitur per totum titulum. ff. de iure immun. s. Immunitas, quasi libertas. Verum adnotandum, ꝙ confundendo vocabula; Idem videtur immunitas, & libertas Ecclesiastica,
4 † vt est text. in cap. fi. extra de reb. eccles. non alienan. qui miscet ista duo, libertatem, & immunitatem Ecclesiæ; sed cum ad discernendum censuras sacrorũ Canonum, & casus reseruatos deuenitur, seruanda est proprietas nominum, vt sit differentia inter Ecclesiasticam immunitatem, & Ecclesiasticam libertatem; Quare Benedictus XI. in extrauag. inter cunctas de priui leg. ponẽ casus Episcopo reseruatos ex generali consuetudine distinguit violationẽ libertatis à violatione immunitatis Ecclesiasticæ, licet hodie quò ad violatores Ecclesiasticę libertatis adsit excommunicatio in bulla cęnæ, & in violantibus Ecclesiasticam immunitatem adsit Constitutio Gregor. XIIII. Cum alias, quæ licet videatur imponere pęnas, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam; Tamen hodie videtur esse in obseruantia, ꝙ absolutio spectet ad Episcopum, cũ non sit casus comprehensus in bulla, vt patet per quandam declarationem à sacra congregatione, quæ incipit. Cum autem dubia, æditam die 26. mensis Nouembris 1602. vbi differentiam facit inter casus in bulla cœnæ Domini, & violationem immunitatis Ecclesiasticæ in terminis fœlicis retardationis Gregor. XIIII. Quare declarando differentiam dicimus cum Caietano in verbo immunitas, quem sequitur Dom. Meus Alfonsus Villagut de extens. im-

mu-

munit. Eccleſiaſt. quæſt. vnica, num. 9. quòd immunitas Eccleſiaſtica differt à libertate Eccleſiaſtica. Quò ad incurrēdas cēſuras à canone ſtatutas contra violantem Eccleſiaſticam libertatem: nam per immunitatem intelligitur exemptio loci ſacri; ſed per libertatem Eccleſiaſticā exemptio perſonæ Eccleſiaſticæ non ſolum in perſona; ſed in omnibus, quibus per liberum arbitrium vtitur, & poſſidet. Ita q̄ ſi quis iniuriam loco ſacro facit, vel extrahendo aliquem, aut verberando, non eſt reus violatæ libertatis; ſed immunitatis Eccleſiaſticæ, & nec incurrit cenſuras latas contra violatores Eccleſiaſticæ libertatis. At qui iniuriatur perſonæ, libertatem ei impediendo, ne vtatur ſuis, violat Eccleſiaſticam libertatem: Hinc meritò in litera ponitur dictio vel, quæ diſiungit libertatem ab Immunitate.

In caſibus Sanctiſſimo Domino Noſtro non reſeruatis. Nota
6 differentiam † inter caſus Summo Pontifici reſeruatos, & Ordinarijs locorum; nam iſti poſſunt eſſe cum cenſura, & ſine; ſed primi omnes habent cenſuram annexam, introducta eſt au-
7 tem Eccleſiæ immunitas, † vt debita habeatur reuerentia Deo, & ſanctis eius, iuxta text. in cap. reum decimaſeptima quæſtione quarta. Dum tutæ ſunt perſonæ ad Eccleſiam fugientes, vt inde extrahi non poſſunt; At quia de Eccleſiaſtica libertate non nulla diximus in 1. par. deciſ. libro quarto, cap. 18. numero 130. & pariter de immunitate diuerſis in locis tàm in prima parte, quàm ſecunda, & in primo volumine conſilior. eodem titulo libro tertio, conſilio vnico: ideo poſt aliquas regulas deueniemus ad declarationem Caſuum per deciſiones, paucis etiam expediendo materiam immunitatis Eccleſiaſticę.

Regulæ decem traduntur circa libertatem Eccleſiaſticam.

I. STatuta laicorum ſuper mere ſpiritualibus, vel ſpiritualitatem concernentibus, & anne-
8 xis, † ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi modo reſtringūt libertatem, vt accipitur in l. libertas. ff. de ſtatu hominum, ſcilicet quòd eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet. Exemplum ponit Zabarel. in capitulo finali. in principio. de rebus Eccleſ. non alienan. ſi fieret ſtatutum circa mortuaria, ne vltra certam quantitatem offeratur, vel prohibendo forſan, ne relinquantur poſſeſſiones Eccleſijs, quia eſſet contra illud præceptum conceſſum Eccleſiæ vniuerſali ab Imperatore, vt quilibet habeat liberam facultatem donandi, & relinquendi Eccleſiæ l. illud, & l. prima, & l. finali, Cod. de Sacroſanct. Eccleſijs.

Abbas cons.63.1.volum.in princ.vel præcipiendo, quòd confessiones relictas alienent, vel quòd non valeat relictum sine solemnitate testium, vel vt vltra certos cereos non deferantur cum funere, quia omnia ista sunt annexa iuri spirituali, vnde sicut super mere spiritualibus,
9 sic neque † super annexis laici disponere possunt; nam de annexis idem est iudicium, vt in c. trãslato de constitut. capit. quanto de iudic. Ita Zabar. & Abbas in d.cap.finali, Sylvest. in verbo statutum. Versic. Octauum. Et ita non valet statutum, ne post funus possint deferri plusquã duo cerei tot librarum, vt non liceat nisi tot clericos inuitari, quia talia statuta disponunt super honoris diminutione in sepulcris adhibendis, sepulturam vero, & funera esse iuris spiritualis nemo est, qui nesciat, Ancharanus in dicto capitulo finali num.6. Decius in capitulo Ecclesia Sanctæ Mariæ nume. 196. de Constitut. Verum si statuta disponerent de his, quæ non applicantur Ecclesijs, aut non concernunt diuinum cultum, vel animæ refrigerium; sed concernũt pompas humanas, quæ sunt potius consolationis vivorum,
10 † quàm mortuorum suffragia, vt in vestibus, quas deferunt caputiati, vel quòd filij tantum debeant vestiri de nigro, tunc dicit Panormitanus in dict. cap. finali nu. 6. talia statuta valere, quia de mortuis non est multum dolendum secundum fidem Christianam. Tum propter spem futuræ vitæ. Tum, vt viui acquiescant dispositioni diuinæ, vt dicit tex. in c. quàm præposterum 13. q.2. Sylu in verbo Statutum, versic. Octauum nu.2.

II. Statuta laicorum coactiua Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum sunt contra libertatem Ecclesiasticam,
11 † Abbas in capit. quod clericis num.31. de foro compet. Felin. in d.cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu.84. vers. Quintus, & vltimus. Robertus Maranta disput.8.nu. 8. ex quo vendicaret princeps sæcularis in clericos, qui potius clericis debet obedire, cap. cum ad verum, cap. nunquam dist.96. capit. fina. de rebus Eccles. non alien. vbi loquendo de laicis dicit. (Quos obsequẽdi manet necessitas, non auctoritas imperãdi.) Exemplum, quando statutũ respicit personam, vt quòd aliquid facere debeat post contractum perfectum, vt apprehendere possessionem rei emptæ intra certum tempus, vel probare per tot testes, tunc non ligatur clericus tali statuto, quia sic esset coactiuum clerici, ita Abb. vbi supra, & nu.32. & Felinus.

III. Statuta laicorum, quæ veniunt contra priuilegia concessa Ecclesiæ vniuersali, vel à
12 Deo, vel à Papa, † aut ab Imperatore, vt probatur per text. in auth. cassa, ibi aduersus canonicas, C. de sacrosan. Eccles. per quę clerici efficiũtur timidiores

& lai-

& laici in communi audaciores ad nocendum, dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam, per l. 1, §. quæ onerandæ ff. quarum rerum act. non datur. Baldus in rubrica de constit. nu. 3. modo efficiantur timidiores ex causa rationabili, Maranta disput.8. num.43.Bart. in d. auth. cassa. num. 1. quem sequitur Panormitanus in cap. nouerit nu. 2. de sent. excommun. Thomas Grammat.cons.102.num.3.Ancharanus in repet. ca. 1. nu. 102. de constit.Bart.in cons.187.Domini prioris, & in l. 1. versiculo Quintò quæro, C.de summa Trinitate, & fide Chatolica.Baldus in auth. statuimus in fine, C. de Episc.& cler. Abbas cons.83.videtur primo in princ.lib.1.Cardin.in c. perpẽdimus in 3.quæst. de sent. excom. Exemplũ ponit Bart.in d.auth cassa, si minor pę
13 na imponitur † pro homicidio commisso in clericum, quàm in laicũ Dec.in c.quę in Ecclesiarũ nu.11.de constitut.per tex.in d. §. quæ onerandæ; Hinc fit,quòd non valet statutum, vt verberãs vel vulnerans clericũ,soluat pro pœna quinque solidos, quia per remotionem pœnę crescit audacia delinquendi,l.vnica §.ne autẽ de his,quæ vi in 6.c. factæ distinct.4.& sic clerici non possunt ita tutè morari in loco statuti, per quod detrahitur libertati Ecclesiæ, Geminianus in d.§. ne autem,& in d.cap.factæ. Quinimo dixit Bart. in d.rubr.num.4.
14 quòd statutum †imponens modicam pœnam offendenti,nec valet inter laicos,vt notat Archidiaconus 23.q.4.c.duo ista,quia facilitas veniæ nutrit maleficia, & idem est contra ius naturale, vnde non obstãte tali statuto homicida debet puniri pœna iuris, & iuri publico subiugari, l.3.C. vbi senat. vel clarisf. Item aliud exemplũ, vt si disponat statutũ, quòd si clerici tale quid fecerint vel non fecerint eorum,consan-
15 guinei carcerẽtur,†nam tale statutum factum contra consanguineos clericorum, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam,vt notanter dixit Angelus per glosam ibi in l.1.ff.de in ius vocand. Idẽ tenet Bart.in l.1. in fin.ff.de his, quæ pœnæ nomi. Idem in l.hi pę nes, C.de agric. & censi. lib.11. quia tunc clerici efficiuntur timidiores, quia nemo vnquam carnem suam odio habuit, cap. non æstimemus 13.quæ.2. bonus text. in c.sciant cuncti de elect. in 6.ibi vel consanguineos eorũ, vbi metus illatus consanguineis clerici, habetur pro illato ipsi clerico quò ad reddẽdum illum magis timidum, Felinus in d.ca. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.99. versic. Adde etiam, vbi plura cumulat, & ibi Decius nu. 180. facit etiam, quòd dixit Speculator in d. cap. sciant cuncti, vbi grauans consanguineum clerici in odium, & vituperium ipsius,
17 videtur ipsum grauare, & ipsi iniuriari intelligitur, vnde excommunicationem incurrit quã incurreret clericũ iniuriando,d.

c.sci-

c. sciant: Hinc est, quòd si in clerici iniuriam, & odium infertur iniuria fratri, vel consanguineo, liberè clerico competit contra inferentem iniuriam actio iniuriarum, vt instit. de iniur. §. sed si Labeo: Hoc enim solum inspicitur, quod in clerici contumeliam factum sit, vt eodem tit. §. idem ergo.

At priuilegia à Deo concessa adnotandum est, quòd sunt tria.

18 † Primum est illud; Quodcũq; ligaueris super terrã, & c. 24. q. 1. c. quodcunq;, & ex hoc tota potestas Ecclesiastica depẽdet; Et per hoc Papa habet potestatem decidendi, & interpretandi omnia dubia iuris etiam ciuilis, ea per venerabilẽ extr. qui fil. sint legit.

Secundum est priuilegium de decimis, & oblationibus dandis clericis, 16. q. 1. c. reuertimini, de decim. c. tua 2.

Tertium est, vt administret sola sine laicis res suas, dist. 96. c. si Imperator, de rebus Eccles. non alien. c. fi. Hinc Ecclesia sola de spiritualibus, & non Imperator disponere potest, 95. di. c. deniq; & c. ad verũ. Multa etiam sunt, & alia priuilegia à Deo concessa Ecclesijs, quæ patent in nouo, & veteri testamento, Innoc. & Doctores in c. nouerint de sent. excommun.

De priuilegiis concessis Ec-

19 clesijs à Papa † est priuilegium Canonis si quis suadẽte 17. q. 4. Item super legatis ad pias causas probandis per duos testes, extra de testam. cap. relatum.

Item ne res Ecclesiasticæ alienentur sine solemnitate certa, 12. q. 2. c. sine exceptione, & c. si quis de rebus Eccl. non alien. & alia huiusmodi.

At priuilegia concessa ab Imperatore sunt multa, nam quan-

20 doq; conceduntur loco, † quò ad immunitatem; Quandoque Ecclesię, aliquando generaliter toti Congregationi fidelium, l. 1. C. de sacrosanct. Ecclesijs. Quãdoq; strictius, vt Romanę Ecclesiæ. Nonnunquam Episcopis, vel alijs ordinibus clericorum, C. de Episc. & cler. l. nemo, & per totum tit. C. de his, qui ad Eccles. confug. l. præsenti, Innoc. in d. c. nouerint.

IV. Quando ex statuto, ob

21 quod violatur priuilegium † particulare alicuius personæ, læditur tota vniuersalis Ecclesia, dicitur fieri contra libertatem Ecclesiasticam; Ità Baldus, Salic. Cardin. Io. Bapt. de S. Seuerino, & alij Doctores cumulati per Decium in d. c. Eccles. S. Mariæ 3. colum. nu. 5. (Exemplum) Cõmunitas aliqua statuit, ne per suos iudices reddatur ius prælato alicuius Ecclesiæ, puta Episcopo contra suos debitores, tale statutum est contra libertatẽ Ecclesiasticam, quia fit contra priuilegium concessum ab Imperatore clericis omnibus, C. de Episc. & cler. in auth. statuimus, probat hoc text. notabiliter de except. lib. 6. c. 2.

Non enim hic læditur tantum particularis prælatus, imò tota vni-

vniuersalis Ecclesia, & eius libertas. Sicut & quando vnus clericus conuenitur coram iudice laico, fit iniuria, & derogatur omni ordini clericali, 11. q. 1. cap. inolita, & cap. si diligenti de foro compet. Qui dum reddit rationem, quare clericus nõ potest etiam volens cognosci à iudice laico, & priuilegio fori renuntiare, ait text. cum non sit beneficium hoc personale, cui renuntiare valet. Sed potius toti Collegio Ecclesiastico sit publicè indultum. Hinc hac eadem ratione glosa notabilis in ca. significasti in verbo Clerici eodẽ titulo, extendit quòd clericus nec cum consensu Episcopi potest forum renuntiare, & à sæculari iudice cognosci, vnde infertur, quòd fit contra libertatẽ Ecclesiasticam, quotiescunque tollitur, vel diminuitur libertas Ecclesiæ etiam particularis, ad hoc de imm. Eccl. c. 1. li 6. ibi lædere, aut diminuere. Ex hoc etiã infertur, quòd qui turbat iudicium vnius Ordinarij Ecclesiastici, turbat libertatem Ecclesiæ, & dicitur facere iniuriam Ecclesiæ vniuersali, de immun. Eccl. c. quoniam lib. 6. Hæc Zabar. in repet. c perpendimus de sent. excom. c. 12.

V. Statuta laicorum prohi-
23 bentia subditis commertia, † negotiationes, contractus cum Ecclesiasticis personis, siue Ecclesijs, cum sint contra libertatem Ecclesiasticam, non valent, & sunt ipso iure nulla, & statuentes sunt ipso facto excommunicati, optimus textus in cap. fin. vbi Gemin. num. 2. de immun. Eccl. lib. 6. Nam talis prohibitio directa ad subditos, ex qua indirectè præiudicatur clericis quò ad ipsorum libertatem, non tenet: quia dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, quando clerici liberè non possunt negotiari cum laicis, Maranta disp. 8. num. 11. Etenim paria sunt dire-
24 ctè, vel indirectè † facere contra prohibitionem, cap. quanto de priuil. & indirectè tale statutum concernit clericos, sicut prohibens intrare notarium, vel testes ad eum, qui vult testari, videtur prohibere ipsum testatorem, ff. si quis aliq. testari prohib. l. 1. & 2. & prohibens portari necessaria ad refectionem itineris, videtur refectionem impedire, ff. de itin. actuq; priuato, l. veteres, vnde paria sunt dispositionẽ respicere aliquem directè, vel indirectè, & eadem est offensio, qũ per indirectam viam illicita attentantur, l. athletas §. ait prætor, ff. de postul. cap. tuæ de procur. Igitur talia statuta dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam, cum tollant quòd laici cum clericis non possint contrahere, vel eis impendere obsequia sibi necessaria, quod Gemin. in d. cap. fin. num. 3, notat pro statutis ad cognoscendum, quando dicantur esse contra libertatem Ecclesiasticã, de qua per Innoc. de sent. excomm. capit. grauem. Tum, etiam, quia sunt cõtra priuilegia

uilegia concessa ab Imperatore Ecclesiæ vniuersali super donationibus, l. illud. C. de sacr. san. Eccles. & super venditionibus, quod possint fieri in Ecclesia, l. vt inter diuinum. C. eod. tit. Gemin. & Doct. in d. cap. fin. Quod secus esset, si statuta simpliciter hoc disponerent, nullam faciendo mentionem de personis Ecclesiasticis, vt voluit cætus Doctorũ, quos enumerat Natta cons. 315. nu. 5. & seq. Paul. de Castro in d. auth. cassa. Benè tamen verum est, quod in tali casu potest
25 Iudex † Ecclesiasticus illos, ad quos pertinet, cogere ad declarandum statutum, vt non intelligatur de contractibus faciendis in Ecclesijs, d. cap. statutum Gemin. & Franch. in d. cap. fin. quia etsi non de iure, vt dictũ est, de facto tũ impeditur per illud vtilitas Ecclesiarum, extra de arbitris cap. peruenit Io. And. in d. cap. fin. Petr. de Anch. in reg. ea, quæ de reg. iur. in 6. & in repet. c. 1. de constit.

Imò Zabar. in d. cap. perpendimus num. 13. dicit, quod quãdo statutum fit, ne quis vendat,
26 vel donet rem immobilem† alicui non existenti de iurisdictione statuentium, non subeunti onera ciuitatum, & irritant donationem, vel venditionem, & pœnam imponunt, si aliter fiat: tunc tale statutum quò ad Ecclesiam non tenet, vnde non includit donationes, vel venditiones factas in Ecclesiã, vt pluribus rationibus probat Gemin. in d. c. fin. num. 3. & seq. Imò hoc videtur contra Ecclesiæ libertatem. Etenim quãuis clerici nõ sustineant onera, de Immu. Eccles. cap. non minus, & cap. aduersus, & cap. 1. in 6. & C. de sacr. san. Eccl. l. sacrosancta, C. de Epis. & cler. l. de his, non propterea debent minus tractari, quàm laici sustinentes, ad hoc d. cap. non minus. Cum sustineat onera spiritualia, Alias priuilegium Ecclesiæ esset ei damnosum, contra id C. de legib. l. quod fauore, de reg. iur. lib. 6. cap. quod ob gratiam. Item per hoc violatur priuilegium libertatis Ecclesiasticæ, ex quo per ipsum clerici efficiuntur deterioris conditionis, de priuil. cap. quanto. Fiunt etiam clerici ex hoc timidiores, & ita necessariò infertur, quòd eorum libertas violatur, ff. quarum rerum actio non datur l. 1. §. quæ onerandæ, Et hoc maximè procedit, quando sic generaliter prohibetur alienatio immobilium, vel omnium; nam per hoc libertati Ecclesiasticæ multum præiudicatur, si sic obseruaretur. Hæc Zabar.

Verum si obseruaretur, quod prohibitio extendatur ad laicos non subditos, tunc tale statutum non dicitur contra libertatem Ecclesiasticam, cum lex municipalis
27 possit arctare †, quod certis vendatur. C. non licere habitatoribus Metrocomiæ lib. 11. l. vnica in princ. Ad idem. C. de cõmert. & mercatoribus l. mercatores. igitur in dubio (vt sup. dixi-

diximus) essent cogendi illi, ad quos pertinet condere statuta, vt declarent dictum statutum, vel Ecclesias non extendi. Gemin. in d. cap. fin. Anchar. in repetit. cap. 1. nu. 169. de constit. Alias si nollēt declarare, & obseruaretur in Ecclesia, tunc vt dixit Zabar. essent contra libertatem Ecclesiasticam, quia sic multum præiudicaretur Ecclesiæ. Quod secus esset, si nullū præiudicium, vel non magnum Ecclesiæ fieret. Exempla sumito per Zabar. qui supra. Eandem sententiam, sequitur Decius in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 250. cum tribus seq.

VI. Illa statuta dicūtur cōtra Ecclesiasticam libertatem, ex quibus impediuntur clerici
28 † facere ea, quæ sunt sibi concessa à iure communi, secundum Dom. Anton. & Imolam, atque Felynum in d. cap. Ecclesia nu. 69. versic. iij. conclusio de constit. Idem Dom. Anton. in cap. cum terra num. 2. de elect. firmat etiam hanc conclusionem. Decius in d. auth. cassa num. 20. nam si non valet statutum laicorum, quando fit contra concessa in priuilegium, à fortiori non debet valere, quando fit contra illud; quod cōpetit de iure communi, quia fortius est ius commune, quàm priuilegium. §. quia vero in auth. de non alien. Ita arguit Imola in d. cap. Ecclesia versic. Item videtur col. 5. Paul. de Castro consil. 337. col. pen. Tum, etiam, quia ille, qui statuit contra illud, quod iure cō-
29 muni tribuitur, videtur plus † delinquere, arg. tex. in l. eius militis §. militia missus ff. de test. milit. ergo maior pœna imponi debet, vt not. per glosam 11. in c. proposuisti 27. quæst. 1. Quare si venit contra libertatem Ecclesiasticam is, qui statuit contra priuilegia, multò fortius is, qui statuit contra ius commune.

VII. Statuta laicorum vsurpantia iurisdictionem Ecclesiasticam, vel ipsam quouis modo restringentia, seu quæ expressè
30 abdicant † casus talis iurisdictionis à cognitione Iudicis Ecclesiastici, & applicāt Iudici sæculari, seu quæ derogāt tali Ecclesiastiacæ iurisdictioni, sunt cō tra libertatem Ecclesiasticam. c. fin. de reb. Eccl. non alien. in 6. Dom Anton. de Butr. in c. grauem nu. 8. de sent excomm. Vbi habetur, quod detrahi dicitur libertati alicuius, vbi detrahitur iurisdictionali priuilegio, Ad hoc etiam vide Lapum alleg. 92. nu. 4. Iasonem in l. qui pro tribunali, num. 12. & 13. de re iudic.

VIII. Vbi statutū facit specialem mentionem de Ecclesijs aut Ecclesiasticis personis, eo ip-
31 so est contra libertatem † Ecclesiasticam, notat Dom. Anton. in ca. Quę in Ecclesiarum nu. 3. de constit. Card. in d. c. perpendimus, qui allegat, tex. in d. capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, qui æquiparat Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, & allegat etiam cap. fin. de reb. Eccl. non alien. Barbat.

bat. in d. capit. Ecclesia col. 2. in finem. Quod procedit etiam, si iusta causa statuendi subesse videatur, scilicet propter paupertatem, d. cap. quæ in Ecclesiarum num. 2. Et hoc ex defectu potestatis, quia laicis super Ecclesijs nulla est attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, & non auctoritas imperandi, d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Cum ergo laici superioritatem in clericos nõ habeãt, ergo nec iurisdictionem, sed statuere est iurisdictionis, c. cum accessissent de constit. ergo. Ita Don. Anton. in d. cap. Ecclesia num. 22.

IX. Statutum laicorum municipale, generaliter loquens, in dubio non ligat Ecclesias, vel
32 Ecclesiasticas personas, † ad hoc ff. de magi. conue. l. 1. de decurio. libr. 10. ff. quod quisque iur. l. 1. in fine. Patet etiam, quia in genere concessione facta populis super condendis legibus per l. omnes populi ff de iust. & iu. non intelligitur derogatum priuilegio Ecclesiarum, vt in earum præiudicium possint populi statuere, ad hoc ff. de offic eius, cui mand. est iurisd. l. 1. in princ. de pœnis. l. sanctio, de censib. cap. cum instantia, regula in generali in 6: nam sic intelligendo esset contra libertatem Ecclesiæ, d. cap. Ecclesia Zabar. in repet. d. cap. perdendimus col. 14. Patet etiam hoc, tum ex defectu potestatis, nam cum clerici sint superiores laicis d. cap. quæ in Ecclesiarum, & c. fin. de rebus Eccl. non alien. & cap. fin. de immu. Eccl. lib. 6. absurdum esset laicos per sua statuta ligare clericos, cum statutum non arctet nisi subditos, cap. 2. de constit. lib. 6. Tum etiã ex defectu voluntatis, quia non præsumitur velle statuentes ligare non subditos, & ponere falcem in messem alienam, vnde si ex facto hæc statuta fiant, potest Ecclesia statuentes cogere ad declarandum, vt talia statuta generalia non comprehendant Ecclesias, cap. statutum de hærer. in 6. Don. Anton. in d. cap. Ecclesia in fine. Ioan. Andr. in cap. fin. de immu. Eccl. lib. 6. Don. Anton. consil. 40. Zabar. qui sup.

X. Statutũ laicorum generale prohibitiuè, aut præceptiuè conceptum, siue sit onerosum, si-
33 ue fauorabile †, non comprehendit Ecclesias, nec clericos, nec eorum bona, nisi à Papa, & non ab alio inferiore sit specialiter approbatum Ioan. de Anan. in d. cap. Ecclesia. num. 2. Quod secus est in legibus Imperialibus, quæ si sũt fauorabiles Ecclesijs, tenent, & censentur approbatæ
34 à Papa, † licet expresse Papa illas non approbauerit, cap. 1. & 2. dist. 10. Ita hanc regulam tradit Hostien. in cap. fin. de solut. Anto. de Butr. in d. cap. quæ in Ecclesiarum num. 9. & 10, & in cap. Ecclesia num. 17. At si sunt in odium Ecclesiarum conditæ, vel contradicunt Canonibus,

bus, eo ipso sunt improbate, quatenus non reperiuntur approbatæ. Gemin. in cap. lege dist. 10. col. 3. & 4. At quando in statutis reperitur approbatio Papæ,
35 & illa fit, tunc statutum est † seruandum, tanquam statutum Papæ, Ita Bal. in l. Sacrosanctæ, C. de Epis. & cler. qui vult. quod nominatim sit faciendâ mentio de Ecclesijs, vel clericis, alias non continerentur in generali sermone, ex quo posset eorum libertas infringi, nam non videtur esse cogitatum de eo, quod necesse erat excipi. Item generalis locutio non tollit specialia priuilegia, vt specialiter notatur in l. decurioribus. C. de silentiarijs lib. 12. secus tamen esset, quando statutum laicorum fauorabile Ecclesijs non esset prohibitiuum, vel præceptiuum, sed per-
36 missiuum, † seu præbens consiliũ, vel priuilegium, quia tunc etiam ad Ecclesiasticas personas porrigitur, Ita post multos tenet Decius in d. cap. Ecclesia num. 216. Cardin. in d. cap. perpendimus col. 13. vnde Decius extendit etiam, si statutũ specialiter loqueretur de clericis. vnde statutum, quo cauetur, q̃ extantibus masculis fœminæ excludantur, cõprehendit etiam masculos clericos, vt fœminæ ab eis excludantur.

XI. Statuta laicorum in sin-
37 gulis casibus † generaliter enumeratis explicitè, vel implicitè, & comprehensiuè disponentia tacitè, vel expressè principaliter, vel secundariò, directè, vel indirectè iux. cap. fin. de immu. Eccl. lib. 6. vel quouis alio quæsito colore contra Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel ab ipsis dependentes, eisque inseparabiliter annexas in earum odium, omniaque à dictis statutis, vel per dicta statuta consecutiua, emergentia, vel dependentia, & denique omnia, quibus Ecclesiæ libertas tollitur, aut minuitur, aut in aliquo læditur, deprimitur, aut quouis modo restringitur, sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & sub cap. 15. in bulla cœnæ comprehenduntur, vt ex supra allegatis clarissimè perspicitur.

XII. Circa Immunitatem Ecclesiasticam hæc regula tradi
38 potest, † quòd immunitas Ecclesiastica est fauorabilis, ideo non est restringenda, sed potius amplianda, Abb. in cap. pen. num. 3. & 6. de Immu. Eccl. & circa talem multum consuetudo debet attendi, Innoc. in cap. Inter alia vbi Abbas, & in cap. pen. eod. tit. quæ est optima legum interpres, Sed modo deuenien-dum est iam ad singularium casuum explicationem.

Declaratio Casus per Decisiones.

I Q Vi fecerint, ordinauerint,
39 vel publicauerint † statuta, ordinationes, vel pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere,

re, vel in specie ex quauis causa & quouis quæsito colore, etiam prætexu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomolibet, aut factis, vel ordinatis vsi fuerint, vnde Ecclesiastica libertas tollitur, seu in aliquo læditur, aut minuitur, vel deprimitur, vel alias quouis modo restringitur, est excommunicatus in bulla cœnę Domini, & nec per alium, quàm p Summũ Pontificem absoluitur, nisi in articulo mortis, nam tunc nulla est reseruatio, vt habetur in conc. Tird. sess. 14. c. 7. & in tali casu absoluẽdus est cum cautione de stando mandatis Ecclesiæ, & se præsentando, ac satisfaciendo, vt diximus in 1. par. decis. par. 1. cap. 13. à num. 6. cum seq.

II. Non includuntur in lite-
40 ra ij†, qui contra Ecclesiæ libertatem inducerẽt cõsuetudinem, aut etiam consuetudine vterentur, sed benè incidunt in excommunicationem, cap. nouerint de sent. excoumu. & in caput bullæ cœnæ 15. ibi Consuetudinis, & vsi fuerint.

III. In eandem bullam incidit is, qui nullo ex prædictis mo-
41 dis † de quibus in prima decisione, sed de facto lædit, aut restringit libertatem Ecclesiasticam, vel in aliquo præiudicat, ex verbo illo, Aut alias quouis modo.

IV. Statuentes, mandantes, vel publicantes statuta, per quæ clerici, vel Ecclesiæ, aut res Ecclesiasticæ efficiuntur deterioris conditionis, incidunt in bullam, quia faciunt contra libertatem Ecclesiasticam: Hinc infertur, q qui Ecclesiasticas personas per statuta, vel consuetudines ipsorum compellunt soluere pedagia, aut guidagia, & cætera similia, de quibus de censi in 6. habetur, sunt excommunicati ipso facto, vt diximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 2. capit. 125. num. 16. Et similiter illi, qui excedunt formam cap. 3. de Immu. Eccl. lib. 6. Pariter etiam ij, qui impediunt super causis Ecclesiasticis, quæ de iure, vel de consuetudine ad forum Ecclesiasticum pertinent, vel literas à sede Apostolica impetrãt, cap. quoniam de Immu. Eccles. lib. 6. vel statuunt, ne ad iudices Ecclesiasticos in causis, quæ ad eos spectant, habeant recursum; d. cap. quoniam, Lapus alleg. 92. num. 4. Caiet. in verbo Excommunicatio. cap. 31. col. pen.

Rursus illi, qui per Consuetudi-
42 nes, aut per statuta †, vel alios similes modos interdicunt, ne quis Prælatis, aut personis Ecclesiasticis aliquid vendat, aut ab eis emat, vel molat, aut coquat, vel alia similia præstet, vt in cap. fin. de Immunit. Eccles. lib. 6. quamuis Caiet. qui supr. verbo, & quod ita, dicat hoc non propriè dici contra libertatem Ecclesiasticam, Hinc tex. in d. c. fin. dicit præsumi, ergo non est. An vero excommunicatio bullæ cœnæ cap. 15. contra statuentes
43 contra libertatem Ecclesiasti-
cam, comprehendat non solum

laicos

laicos, pro vt iura videntur velle in cap. 3. pen. & fi. de Immu. Eccl. lib. 6. quacunque dignitate fulgentes, sed etiam clericos, Et an sit excommunicata vniuersitas, si talia statuta faciat, vide Mar. Socc. in d. cap. nouerit à num. 7. vsque 12.

V. Possessiones collatæ cle-
44 ricis, non Ecclesijs, † quæ habebant aliquod onus, quando apud seculares detinebãtur, sunt immunes post collationem, Abb. in ca. fin. de vita, & hone. cleric. quod intellige, si onus non erat perpetuum, & inuariabile, vt sunt descriptiones, quæ hodie fiunt estimando bona alicuius, vt soluatur plus, vel minus secundum collectæ impositionem, & ratio est, quia tale onus non dicitur annexum possessioni, secus ergo, si onus esset annexum, & inuariabile, nam cum illo transeũt ad Ecclesiam, vel clericum, Consentit Ioan. de Lign. Ioan. Andr. post Archidiac. & Dom. Antoninus Sylvest. in verbo excommunicatio 9. casu 5. & 13. & ibidem habetur quando ipsi clerico aliquid donaretur, & in casu 16.

VI. Statuentes in fine statu-
45 torum faciunt † vnum statutum generale, quod si in statutis per eos editis essent aliqua, quę directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè in totum, vel in partem essent contra libertatem Ecclesiasticam, quod ex tunc talia statuta cassent, & initent, atque annullent, & pro cassis, irritis, & annullatis illa volunt haberi vtrum vigore istius statuti statuẽtes euitent pœnam excommunicationis, si in statutis per eos editis erit aliquid decretum contra libertatem Ecclesiasticã, Bart. in d. auth. cassa. C. de Sacrosanct. Eccles. dicit, quod non, sed opertet quod de facto aboleatur, & deleatur de volumine statutorum, Idem confirmat Anchar. in repet. cap. 1. num. 170. de constit. per text. in d. auth. cassa, & cap. nouerint de senten. excom. Vbi Abbas hoc idem dicit allegando Bart. & Bal. in d. auth. facit text. in l. huiusmodi §. si ita delegat. 1. Vbi illa conditio legati, si tabulas testamenti reddiderint hæredi, non videtur impleta, licet hæres liberatus sit, quia respicit factum quod
46 debet † formaliter impleri, si potest pro vt ibi dicitur, & sequitur Alex. cons. 144. visis col. pen. lib. 6. & notat Lapus alleg. 92. Quod tamen Mar. Socc. in dict. cap. nouerint videtur limitare in casu, quando adhibita omni diligentia per illos, ad quos pertinebat delere, seu amouere, non potuit comprehendi in rei veritate, An esset aliquod statutum contra libertatem Ecclesiasticam, nisi à subtilissimis Doctoribus, & ex euentu certi casus, cum ignorantia in tali casu sit iusta, & excommunicatio non ligat nisi contumacem, 11. quæst. 3. cap. certum.

VII. Non est locus censuræ, si quis incipit statutum facere

contra libertatem Ecclesiasticã, & non perficit, quia verbum fa-
47 cere † denotat perfectionem, l. 1. §. hęc verba ff de nogot. gest. nam non dicitur aliquid factum, cum aliquid sit superaddendum, l. cum Syllaianum in fine, C. de his, quib. vt in dign. Felin. in d. c. nouerint num. 4. Ioan. Tabien. in verbo Excommunicatio 5. Casu 20. §. quinto.

VIII. Nec credimus eos ligari, quando statutum perfice-
48 retur; sed non publicaretur, † forte pœnitentia ducti statuentes; nam non dicitur factum, si statim eò ipso, quòd est factum destruitur eo impetu, quod fit, ff. quib. mod. vsufructus amitt. l. si ager, & l. seq. Et nec obstat litera bullæ, vbi excommunicantur qui statuta fecerint, ordinauerint, vel publicauerint, sic in c. nouerint excommunicantur statutarij, & scriptores eorũ, quia verba sunt accipienda cum effectu, cap. relatum de cler. non resid. scilicet modo vtantur, & teneantur vt seruentur, & effectũ habeant facit dictum Caiet. verbo Excommunicatio, ca. 31. ibi. & si non facit.

IX. Sed à quo tempore statutarij incidãt in excommunicationẽ. Respon. statim ipso facto
49 † non expectatis duobus mensibus, vt per Abbat. in d. cap. nouerint; nam satis est, vt excommunicationes in bulla cęnæ publicentur Romæ semel in anno. Abb. ibi nu. 3. Cum primũ cognouerint dicta statuta esse contra libertatem Ecclesiasticam, sinõ fecerint de libris deleri, vbi fuerunt inscripta. Quod tamen est intelligẽdum arbitrio boni viri. idest iudicis, c. Apostolicæ de donat. ff. de solut. l. ratum. Quid. n. si hoc sciuerint de nocte, vel die festiua, quo tempore possibile nõ fuit consiliũ cõgregari, vel quid si alia iusta causã fuerint impediti, non enim incontinenti post scientiam tenentur currere, arg. text. in d. l. ratum, & l. quod dicimus de solu. facit dictum Abb. in d. c. nouerint in fine.

X. Cõprehenduntur sub hac litera omnes illæ personæ, de quibus habetur in d. cap. nouerint, c. grauem, quæ non comprehen-
50 duntur sub hoc Canone † bullæ cęnæ Domini, quas potest Episcopus absoluere, ex quò Papa sibi non reseruauit, ca. nuper de sentent. excommunicat. glosa in cap. vbi periculum verbo incurrat de elect. in 6. in specie hoc notat Dom. Anton. in d. cap. nouerint nu. 10. At quæ personæ incurrant excommunicationem, d. capitulo nouerint. Dic quòd quinq;.

Primò, quicunque seruari fecerit statuta contra libertatem Ecclesiæ.

Secundò statutarij, & superiores statutorum contra Ecclesiasticam libertatem.

Tertiò potestas, consulentes, & consiliarij locorum, vbi hæc statuta fuerunt edita, aut conseruata.

Quartò, quicunque iudicant

super

super talia statuta, & consuetudines.

Quintò, qui talia statuta non fecerint deleri.

XI. An omnes consiliarij,vel
51 †scriptores,seu cancellarij †incidant in excommunicationem,c. nouerint, Marian.Socc.ibi nu.2. dicit q̃ sic, si dederint consilium, vt talia statuta fierent,vel vt seruarẽtur, aut scribũt scienter, intelligentesq; id, quod scribunt esse contra libertatem Ecclesiasticam. Sed an sufficiat vt consiliarius dederit consilium contrarium,vt nõ ederetur statutũ, vtrum sit excommunicatus, vide Do. Anto.ibi nu.11.Sed quid si dederit consilium ei, qui alias absque prædicto consilio erat dictum statutũ facturus, vide quæ diximus à simili in j. par. decis. lib.2.c.64.n.2. & Quid si ipse nõ dedisset consilium,alij dedissent, num excusetur, Nos qui supra c.127. nu.4. Sed quid si scriptor
52 †statuti redegerit illud in priuatam scripturam,& non in formam publicam, Io.Andr. quem refert Mari. Socc.in d. c. nouerint nu.12.dicit, quòd nõ est excommunicatus.

XII. Non comprehenduntur sub litera ij, qui pura mente, & puro animo nolentes aliquid cõtra Ecclesiæ libertatem statuere, consuluerunt viros in huius-
53 modi scientia peritos,† seu cõmittunt examen eorum Doctoribus, & certificati ab illis,quod nihil est contra Ecclesię libertatem,statuunt, & scribũt aliquid quod est contra illam,quia agũt ex ignorantia plusquam probabili, quæ ab excommuuicatione excusat, c. Apostolicæ de clericis excommun.ministr. fecerunt .n. quantũ in se est,quod viros probos decet. Caiet.in verbo Excõmunicatio Casu 31.Quod intellige, quandiu perseuerant in ignorantia. Etenim si postea scirent, vel volunt perseuerare in ignorantia affectata, nolentes intelligere, vt bene agerent,tũc incidunt, argu.glosæ in c.eos de tempor. ordin. lib.6.

XIII. Non violatur Ecclesiastica libertas, si disponat statutum laicorum, quòd non teneat venditio,nisi prius fiat proclamatio in palatio, si quis velit in aliquo contradicere; vel nisi alienans sit annorum 30. vel nisi intersint duo consanguinei proximiores,quia tunc si Ecclesia velit emere non seruata tali forma, vtique alienatio non tenebit, quia in hoc nullo iure speciali munita est Ecclesia, nec in aliquo sibi in hoc præiudicatur. Quamuis enim sit fauendum Ecclesijs, & Ecclesiasticis
55 personis † de immun. Eccl. per totum, C. de sacrosanct. Eccl.& de Episc.& cleric. tamen ita est fauendum,vt non turbetur iurisdictio laicorum. de iudic. c.nouit. Qui filij sint legit. c.causam 2. Vnde cum talis forma adijciatur contractui, qui de sui natura est de foro iudicis sæcularis, vt regulariter sunt omnes contractus, & dispositiones laicorum

corum non per hoc libertati Ecclesiasticæ in aliquo præiudicatur. Derogaretur tamen, si forma contractui adijceretur, qui de sui natura est de foro Ecclesiastico, & talis forma esset contra priuilegium à Papa concessum Ecclesiæ, † vt legata ad pias causas probentur per duos testes, c. relatum de testib. & quod ibi notat Inno. quia causa super talibus relictis pertinet ad forũ Ecclesiæ, siue dicatur deberi, vel non deberi. Vnde statutum adijciens formam huic contractui, non tenet tanquã non super pertinentibus ad iurisdictionem statuentis, cum talium regulatio ad Ecclesiasticum iudicem pertineat, de testam. c. nos quidam, c. si hæredes, & ca. tua. Ioannes. Vnde non valet statutum, quòd de legatis ad pias causas, soluãtur duo denarij pro libra, Anto. de Butr. in cons. 40. ibi. Nulla est dubitatio, ita Zabar. in repetit. d. c. perpendimus colum. 15. in fine cum seq. 56

XIV. Statutũ prohibens bona vendi non sustinentibus † onera est contra libertatẽ Ecclesiasticam; nam licet clerici non sustineant onera, de immun. Eccl. c. non minus, & c. aduersus, & c. 1. lib. 6. C. de sacrosan. Eccl. l. sacrosancta, non propterea debent minus bene tractari, quàm laici sustinentes, ad hoc d. ca. non minus. Alias priuilegium Ecclesiæ esset ei damnosum, contra id, C. de legib. l. quod fauore, de regul. iur lib. 6. l. quod ob gratiã. Item per hoc indirectè libertas Ecclesiasticæ immunitatis violatur, ex quo propter eam clérici fiunt deterioris conditionis, de priuil. cap. quanto, vt excludantur à beneficio, quod habent ciues, vel subditi, quo etiam clerici gaudere debent, de foro compet. c. dilecti, & quod ibi notatur, fiunt etiam clerici ad hoc timidiores, & sic necessariò infertur, quòd eorum libertas violatur, dicto §. quæ onerandæ. At si nullum præiudicium Ecclesiæ generaretur, posset secundum Zabarellam qui supra, sustineri statutum, cũ sit de his, à quibus clerici prohibentur de iure, Ne cler. vel mon. per totum. 57

XV. Circa confessionem infinuet confessor pœnitenti qualitatem criminis, † quàm sit graue, & primò, quia derogatur Sedi Apostolicæ, vbi libertas Ecclesiastica lęditur, vt dixit Host. in c. grauem de sent. excom. Secundò, quia statuens est ipso facto excommunicatus excommunicatione Papali, à qua nullus citra Papam absoluere potest; De hac excommunicatione loquebãtur iura in c. grauem, & c. nouerint de sentent. excomm. Sed hodie adest excommunicatio in bulla cœnæ Domini cap. 15. Item non sunt absoluendi, nisi prius deleãt † statuta cum iuramẽto amplius illa non edendi etiam pœna apposita, argu. extra de præsumpt. capit. literas, quòd est valde notandum, quia timendum est, ne in posterum similia fiant, argu. 58 59

in

in eo, quod legitur, & notatur extra de præsumpt. cap. mandata in fine, & cap. scribam, & ideò exigenda est cautio in futurum, facit 13. q fin. cap. pessimam. 12. q. 2. c. de viro. 11. q. 3. c. cum aliquis, & c. quoties. Rursus, quia etiam consiliarij sunt de iure ipso facto excommunicati.

SVMMARIVM.

1 *Votorum omnes spècies ad duas reducuntur.*
2 *Votorum solemnium duo reperiuntur modi.*
3 *Votum publicum differt à solemni.*
4 *Votum quid differat à pollicitatione, & si sanctis fit, Deo fit.*
5 *Votum ad constituendum tria necessaria.*
6 *Confessor à transgressione voti absoluit, sed non commutat.*
7 *Commutatio qualiter à dispensatione differat, & cum ea conueniat, nu. 8.*
9 *Redemptio voti aliud est quàm commutatio.*
10 *Sedes ibi dicitur, vbi est Papa.*
11 *Sedi Apostolicæ multa sunt reseruata.*
12 *Vota quæ Episcopus commutet.*
13 *Commutare votum qui non potest, commutando quàm peccet.*
14 *Casus iste qualiter reseruetur.*
15 *Episcopus, qui reseruat commutationem, multò magis includit dispensationem.*
16 *Episcopus alicui generaliter dans vices suas in confessione, non includit votorum commutationem.*
17 *Confessor, qui in articulo mortis, potest quemcunque absoluere, vota tamen commutare non potest.*
18 *Mandatum generale non extenditur ad specialia.*
19 *Ab Episcopo electus confessor omnia in eo potest, quæ Episcopus in alterum.*
20 *Confessor ab Episcopo approbatus qualis esse debeat.*
21 *Vicarij cum Episcopo idem faciunt consistorium, quod qualiter intelligatur, nu. seq.*
23 *Vicarius non sacerdos an possit alteri delegare.*
24 *Confessarij, qui intelligantur non valentes commutare vota.*
25 *Vota commutandi potestas qualiter intelligatur.*
26 *Vota vt Episcopus commutare possit, qualiter intelligatur.*
27 *Commutari votum in maius bonè potest per quemcunque.*
28 *Vota qualiter extinguantur per solemnem religionis ingressum.*
29 *Vota minima commutare an comprehendatur sub hoc casu.*
30 *Confessor an possit votum commutare ex eo, quia adiri Episcopus non potest.*
31 *Vota, in quibus dispensat, vel commutat Episcopus,*
32 *Confessor qualiter se in confessione gerat circa votorum commutationes, quas facere non poterat.*

De votorum commutatione, siue dispensatione. Cap. XLIII.

Votorum commutatio, siue dispẽsatio, quando Sedi Apostolicæ non est reseruata.

EXPOSITIO.

Florẽtiæ. VOTORVM) Ex hoc collige votorum plures species, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 2 c 21. nu. 9. cum duobus seq. tamen omnes ad duas reducuntur species, quia
1 votũ aliud est simplex, † & aliud solemne. Solemne illud vocant omnes, quòd Ecclesia Sãcta eius sanctis ritibus solemnizauit, & illud solum est, quod solemnizatum est per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, c. vni. de voto in 6. Et ita votum solẽne reducitur solum ad duos modos, scilicet per religionis professionem, vel per susceptionem, sacri ordinis, vnde non est tenẽda glosa in c. rursus qui cler. vel vou. in verbo Apud Deum, quæ refert tres modos voti solemnis, nam tertius, qui est per susceptionem habitus, qui à professis indui consueuit, in primum recidit, vnde fit non idem esse publi-
3 cum, † & solemne, publicum .n. est, quod coram testibus suscipitur, etiam si sit simplex. Solemne verò est, quo homo se prælato nomine Dei tradit, quod & secretè fieri potest. Votum verò simplex illud dicitur, quod vnusquisque absque solemnitate aliquid Deo promittit publicè, vel secretò. Vt si quis vouet peregrinationem, pecuniam se daturũ Ecclesiæ, aut religionẽ. Hoc verò votum est promissio delibera-
4 ta † facta Deo de bono aliquo meliori, seu maiori. Et differt votum à pollicitatione, quia hęc fit homini, illud Deo, quia creaturæ nequit fieri. Quare quando votum fit Virgini Deiparæ, aut Sanctis, illud virtualiter dicitur factum Deo de ieiunando Sabato in honorem Beatissimæ Virginis. Et aduerte, ꝙ dum dicitur, promittit. Nolo putes solam promissionem constituere votum, quia secundum communem sentẽtiam omnium scribentium tria requiruntur.
5 † Primò deliberatio, hoc est conclusio consilij, qua homo faciendum hoc, vel cauendum statuit.

Secundò necessariò requiritur propositum, ideſt actus voluntarius sequens deliberationem rationis, quo velit hoc deliberatũ facere vel vitare.

Tertiò promissio spontanea de meliori bono scilicet de his, quæ sunt de consilijs Euãgelicis.

Com-

(Commutatio, seu dispensatio) Aduerte, quia hic non agitur de potestate absoluendi a transgressione votorum, quia hanc habet confessor de iure cõmuni,& consuetudine, cum non sit Casus reseruatus; sed de potestate dispensandi,& commutandi.

Rursus hic est vnus Casus inter alios,† qui specialiter pertinet ad Episcopum, quos ponit Host. in summa eo. tit. §. cui cõfitendum, vers. Primus est. & extra de voto §. vtrum. 6

(Commutatio, seu dispensatio) Et si in aliquo conueniat commutatio cum dispẽsatione, †quia præsupponunt iurisdictionem spiritualem, quamuis maiorem auctoritatem requirat dispensatio, quàm commutatio, vnde qui nõ potest primum, nec potest secundum, vt patet ex c. 1. de voto. Tamen differunt, †quia dispensare est in totum deobligare aliquem à voto, declarando non esse bonum, quod tale votum adimpleatur; Et hæc debet fieri suppositа rationabili causa, vt habetur per glosam in c. requiritur §. nisi rigor 1 q. 7. & in c. seq. quia soli Ordinarij iudices Ecclesiastici, idest Episcopi, vel habentes iurisdictionẽ quasi Episcopalem, possunt in suorum ordinariè subditorum votis dispensare: Commutare vero est redimere hãc obligationem pro illo, vel auferre obligationem ad hoc, cum obligatione, vt aliquid aliud fiat. Et differt redemptio 7 8

† à commutatione voti, quia illa fit mediãte pecunia, hæc alijs operibus afflictiuis. (v. g.) Emisit quis votum peregrinandi, si Episcopus, vel alius habens ius Episcopale in personis, commutet huiusmodi votum, vt eroget tot eleemosynas, vel ædificet hospitale, vel dotet tot puellas, hæc dicitur redemptio. At commutatio est, cum quis vnum bonum voto promissum ex aliqua iusta causa impediente commutat in aliud bonum; Nempè vt bis teneatur visitare Basilicas Apostolorum Petri, & Pauli, vel ieiunijs maceret corpus suum, hæc propriè dicitur commutatio: Ita probatur de redemptione per text. in c. 1. ibi (affluentia diuitiarum) de voto. & ibi Panor. nu. 1. vbi constituit hanc differentiam. 9

(Quando Sedi Apostolicæ nõ sunt reseruata) Sedes ibi † dicitur, vbi est Papa, vel significat successores Sedi Apostolicæ præsidentes, à quibus cum aliquid obtinetur, à Sede ipsa obtenta censetur. Ita habetur per glosam in Extrau. Ioannis XXII. de concess. præben. & in extr. cap. vni. eiusdem ne Sede vacãte aliquid immut. vers. vel Apostolicæ Sedis. 10

(Non sunt reseruata) Multa quidem reseruantur * Apostolicæ Sedi, puta iudicium Episcoporũ; nam ad eam, quasi ad matrem, atque apicem omnes maiores Ecclesiæ causæ, & iudicia Eporum recurrunt. 3. q. 6. dudũ. 11

Item restitutio depositorum. 11.q.6.c. ideo huic.

Item Congregatio Conciliorum.d.c.dudum.

Item restitutio clericorum, 1. q.7.c conuenientibus,

Item exemptio Episcoporum 16.q.1. c.frater, 18.q.1. cap.luminoso.

Item quæstio fidei, 24.q.1. ca. quoties.

Item abrenuntiatio Episcopatus, 6.q.3.c.deniq;.

Item mutatio Episcoporum, 7.q.1.c.mutationes.

Item Episcopatuum diuisio, & vnio, 16.q.1.c.& temporis.

Item pallij datio, dist. 100.ca. quoniam.

Item absolutio excõinicationis latæ à Sede Apostolicæ, dist. 21. c.inferior, 16.q.1. c. frater.

Item antiquorum Canonum, & scripturarum interpretatio, 17. dist.nec licuit.

Item cum simoniacis dispensatio, 2.q.3.c.paulum.

Item maiorum, & difficilium quæstionũ discussio, 17.dist.multis, & alia, quæ apponuntur per glo. in verbo Reseruata, in c.qđ translationem de offic.lega. vbi inter cætera ponit, quòd quædã vota solus Papa commutat, vt extra de voto, c. ex multa. Huiusmodi sunt.

Votum perpetuę continentię, c.cum ad monasterium de statu monach. Religionis, Peregrinationis in terram sanctam, idest in Hierusalem, quod dicitur vltramarium, c.2. c.magnæ, ca. ex multa de voto. Item eundi Romam, vel ad S.Iacobum compostellæ, & ex Greg. XIII. votũ peregrinationis ad Beatiss. Mariã
12 Lauretanam; †Exceptis ijs omnia alia vota, vt peregrinationis c.1.de voto, pecuniæ erogandæ in pauperes, ieiunandi, castitatis ad tempus, non nubendi, presbyterij, continentiæ coniugalis, & c. propriè pertinet ad Episcopũ commutare, vt dixit glo. in c.2. verbo reseruata de pœnit. & rem. in 6. vel ad habentem iura Episcopalia, Abb in d.c. 1. de voto. Igitur sensus expositionis horũ verborum est, quòd confessarij non se intromittant ad commutanda vota, vel dispẽsanda, quia hoc pertinet propriè ad Episcopos; Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

I. QVia est mortale peccatum,
13 † nam confessarius extendit manum ad ea, quæ non potest, c.adijcimus §. ecce 16.q.1. confessor enim in dedicatione sui præsbyteratus, iuxta text. in d.§.ecce accipit potestatem audiendi confessiones, & pœnitentes absoluendi à peccatis habitualiter, licet actualiter postea per Concil.Trid.sess.24.c.quamuis, & commutans votum accipit id, quod est propriè Episcoporum, d. c. 1. & ita excedendo potestatem sibi traditam, peccat mortaliter, cum aliud sit à peccatis absoluere, & aliud commu-

mutare. Quare cum sint diuisa, separatorum separata debet esse ratio, & ex diuersis non fit illatio l. Papinianus ff. de minorib. Hinc facultas ampliſſima absoluendi à quibuscunque peccatis, & censuris, non extenditur ad vota commutanda.

II. Quia commisit mendatium pernitiosum, cum commutando dicat se habere potestatẽ hanc cum præiudicio Episcopi, cuius est hoc proprium d. c. 1.

III. Committit furtum, atque sacrilegium, auferendo per dispensationem, seu communitatem rem deuotam Ecclesiæ dando alteri.

IV. Quia decipit pœnitentem credens cõmutationem validam, quæ in rei veritate non est, licet pœnitens, (quia versatur in probabili credulitate) excusetur, argum. glosæ in d. cap. dudum 2. verbo deceptæ de election. sed modo descendamus ad decisiones. quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I CAsus iste etiam Regij in
Regij 14 Lombardia † reseruatur, & quamuis ibi solum dicatur (Votorum commutatio, & dispensatio) tamen subintelligitur scilicet de his votis, quorum commutatio, & dispensatio spectat ad
Nolæ Episcopum. Alibi verè vt Nolæ habetur (Votorum commutationes) quibus verbis multò magis includuntur dispensationes. Etenim cum dispesatio in plus se habeat, quàm commutatio, quia prorsus tollit voti obligationẽ, quod non sic est in commutatione, cum ad aliquid vice voti te-
15 neatur. fit, vt Episcopus † reseruando commutationem, multò magis reseruare censeatur dispẽsationem, cum simus in his, quæ sunt eiusdem generis, argumen. text. in cap. pœnale 14. quæst. 5, cap. meretrices 32. quæst. 4. Imò potius est inclusio, quàm extensio. argum. rubr. C. de Malef. & Mathemat. & cætera.

II. Quamuis Episcopus alicui confessori commiserit gene-
16 raliter vices suas, † tamen commutando, vel dispensando cum causa, casu ligatur, tum, quia intelligitur potestas concessa, quò ad peccata, & non quò ad commutationem votorum, unde cum hæc sint diuersa, & separata, ad illa non est extendenda, l. Papinian. §. exuli ff. de minor. Tum, quia licet ius concedat in
17 articulo † mortis posse quempiam absoluere à quocunque casu etiam enormissimo, & censura, & à transgressione cuiuslibet voti non tamen poterit dispensare in voto, quia hoc nullibi cõceditur, sed tantum absolutio, quæ non est dispensatio, Sylvest. in verbo votum 4. versic. Decimum. Tum, quia in generali mã-
18 dato † non venit id, quod specialiter spectat ad Episcopum, argum. ff. de procur. l. mandato generali, & l. procurator tuorum. argum. de offic. Archid. c.

1. &

1. & c. significasti, & cap. quod translationem de offic. legati.

III. Non incidit Confessor, cui Episcopus ante eius pedes prouoluitur, & commutat aliquod votum, vel dispensat, quia eo ipso, quod eligit aliquem sibi
19 in confessarium, † potest omnia exercere in ipsum, quæ posset Episcopus in alium, quare potest quæcunque vota commutare, & dispensare, nisi sint reseruata Summo Pontifici, Di. Antoni. in summ. de aucto. confes. cap. 2. Confessor verò, qui ab Episcopo eligitur, debet esse approbatus
20 † iuxta Conc. Trid. nisi esset suus subditus, nam tunc eo ipso, quod eligitur, censeretur approbatus, vt alias diximus.

IV. Sed quid de Vicario Episcopi, cum vnum, & idem consi-
21 storium faciat cũ eo, † quare ab vno ad alterum non potest appellari, extra de appell. cap. Romana Resp. 1. Host. in sum. de offic. vicar. §. quis sit vicarius versic. Quid de officiali, & sequ. An comprehendatur sub casu, si commutauerit votum. Respondeo, quod sic. Nam quod diximus habet locum in cõtensionis, non
22 autem † in foro conscientiæ, nisi appareat quod hoc sibi committere voluit, puta quia hoc expressit, vel transtulit se ad aliquã remotam regionem, modo vicarius sit sacerdos, quod si sacerdos non est, potest hoc alij dele-
23 gare arg. de consecr. Eccl. cap. aqua, de offic. de leg. capitulo excommunicationis ad finem cum similibus allegat. per Host. in d. §. cui confitendum in fine Archid. in cap. 2. in fine de pœnit. & remiss. Hinc fit, quod non potest absoluere à casibus reseruatis, vt dixit Sbroz. de vicar. Episcopi libr. 2. cap. 19 numer. 2. & seq.

V. Quod autem diximus nullum confessarium posse commutare, vel dispensare vota, intelli-
24 ge de presbyteris † approbatis ad audientiam cõfessionum quò ad subditos Episcopo, vnde quò ad religiosos non requiritur potestas Episcopi, vt vota commutentur. sed satis est, vt habeatur facultas à suis prælatis, & nec requiritur, vt confessor, qui commutet, sit de approbatis ab Ordinario: quia Conc. Trid. loquitur de confessarijs subditis Episcopis. At religiosi non sunt illis subditi, ergo eorum approbatio non requiritur.

VI. Nec commutãdi, aut di-
25 spensandi facultas † intelligitur de votis rerum impossibiliũ, aut stultis, vel quæ scandalum, aut indecentiam causarent, vel quæ superstitionem potius, quàm vtilitatem aliquam redolerent, vt si quis voueret vna die ire Hierusalem à Neapoli, vel alere omnes pauperes ciuitatis, cum ipse pauper sit, vel qui, aut quæ voueret nudus omninò adire Sanct. Mariam miracolorum Andriæ. Esset enim hoc votum stultum, vel inhonestum, & scandalosum, aut non manducare capita arietum, vel à alium. In

hono-

honorem decapitationis S. Ioannis Baptistæ, quia tunc hoc magis superstitiosum esset, quàm pium, iuxta mentem Theologorum, & Canonistarum, vt nos diximus in 1.& 2.part.decis. extra de voto. Quare possunt talia vota declarari nulla à confessario, & si ad preces confitentis in ali quod licitum commutaret, non esset literæ trâsgressor, quia litera loquitur de votis iustis, licitis, honestis & possibilibus.

VII. Quamuis solius sit auctoritatis Episcopi, iuxta tex.in cap.1.de voto, vel habentis iura Episcopalia, vt dixit ibi Abbas vota commutare, tamen illud in
26 telligitur, † quando fieret in æquale bonum, vel maius bonum, vel etiam in minus, vt nos diximus in 1.volum.consil.de voto, lib.3.consil.7.num.1. per cap.1. de voto. Tamen, quando commutatio fieret per confessarium
27 in maius bonum, † tunc non arbitramur incidere in casum; nã eo casu auctoritas competit vni cuique etiam vouenti. Non est enim fractor voti, qui promissũ mutat in melius, & gratius Deo. Si.n.vouit calicem dare tali Ecclesiæ, & ipse, vel confessor commutat in ædificium illius Eccle-
28 siæ, † vel promisi rosariũ me dicturum, & commutatur in officium Dominæ, quis ambigat, qab sque alia auctoritate possit vniusque sibi commutare: Ad hoc optimus text.in cap.peruenit de iureiur.& ob id vota omnia in sæculo emissa cessant per solennem professionem religionis, quia euidenter commutantur in rem meliorem, & perfectiorem, cap.scripturæ de voto. Sic per ingressum religionis extinguntur omnes pœnitentiæ, glosa in cap.admonere 32.quæst. 4. Ad hæc vide, quæ diximus supra cons.7.

VIII. An vero comprehendatur sub litera confessor, qui commutaret quædam vota mi-
29 nima, † quorum trangressio non esset peccatum mortale, vt si cõmutaret votum dicendi vnum pater noster singulis diebus, vel abstinere à singulari aliquo verbo otioso, vel mendatio aliquo iocoso, cum hæc modica semper excusent à mortali, de quibus votis rerum minimarũ diximus in j par.decis.lib.2 cap.23. Credimus quòd non: nam vt casus reseruatio non comprehendit venialia, sic nec votorum, commutatio; nam de istis minimis non videtur curare lex.

IX. Incidit in casum reseruatum confessor, qui ideò votum commutauit, quia pœnitens non
30 potest adire Episcopum, † & periculum esset nõ adimplendi ob fragilitatem pœnitentis, quia & si hoc procedat in pœnitentia iniũcta ab alio, vt ab Episcopo, vel etiam à Papa; Etenim tunc his circunstantijs existentibus potest etiam alius inferior commutare, secundum glosam in c. tempora 26.q.7.& in cap. accedens dist. 50. & in cap. latorem 33.q.2. in verbo conuersionem:

Tamen fallit, si Episcopus, aut Papa reseruaret sibi quædam vota, nos, vbi supra cons. 8. num. 15.

X. Votorum dispẽsatio, seu commutatio, quæ spectat ad Episcopum, est circa omnia vota, & quæcunque, præter illa, quorum dispensatio, seu cõmutatio pertinet ad Summum Pontificem. Huiusmodi sunt votum non nubendi, quod differt à voto castitatis, † quia vouens matrimonium non contrahere, fornicando non facit contra votum. Item votum continentiæ ad tempus, puta ad mensem, vel ad annum, vel continentię coniugalis, vel suscipiendi ordinem sacrum, etiam presbyterij, quia omnia ista sunt de spectantibus ad Episcopum: cum non sint de reseruatis Papæ, de quibus in extrauag. Sixti IIII. & si dominici de pœnit. & remiss. Item peregrinationis, ieiuniorum, eleemosynæ erogandæ: Item votum pœnale religionis ante conditionis euentum, vt nos diximus in j. par. decis. cap. 28. lib. 2. num. 3. Item votum non petendi vnquam dispensationem, vel petita nõ vti, Sotus de iust. & iu. lib. 8. quæs. 9. art. 9. colum. fin.

XI. Circa confessionem insinuet pœnitenti grauitatẽ peccati, † vt supra diximus, verbo Grauitas, & quamuis pœnitens sit tutus in conscientia, quousq; persistit in probabili ignorantia, credens sibi ritè commutatum fuisse votum, tamen tenetur cõfessor (vt alias diximus) in confessario, qui absoluit à quibus nõ potest, commonere pœnitentem, & accepta facultate ab Episcopo illum absoluendi, si hoc fine scandalo potest, illum absoluat. Ita pariter idem dicendum, quãdo commutauit votum, quod non potuit.

31

32

SVMMARIVM.

1 *Factis tentare aliquid plus est, quàm verbis. num. seq.*
3 *Vsura vnde dicatur.*
4 *Vsura in pecunia, & in alijs rebus dicitur.*
5 *Mercator an verificetur ex vnica negotiatione.*
6 *Quocumque optimo fine vsurarij si exercent vsuras, comprehenduntur.*
7 *Vsuræ multiplices species.*
8 *Vsurarum crimen vtrumque testamentum detestatur.*
9 *Vsurarij Idolatræ, & absque charitate dicuntur.*
10 *Vsura vocatur vorago & quare.*
11 *Vsura est contra Constitutiones Sanctorum Patrum.*
12 *Vsurarij dicuntur raptores, pauperumque trucidatores, & infideles, atque filij diaboli per imitationem. num. 13.*
14 *Casus iste (Vsurarij multiplicter reseruatur.*
15 *Vsuræ crimen habet locum tàm in mutuo explicito, quàm implicito.*
16 *Vsura palliata in quibus contractibus contrahatur.*
17 *Mutuum palliatum quare sic dicatur.*

Pu-

18 *Publicus vsurarius multipliciter sumitur.*
19 *Vendentes vltra pretium rigidum, dicuntur vsurarij.*
20 *Pœna statuta contra vsurarios, procedit etiam in vendentibus vltra pretium rigidum.*
21 *Extensio de iure communi fit ad vsurarios in odiosis.*
22 *Vsuras raro committens incidit in casum.*
23 *Raro dicitur, quod bis fit.*
24 *Vsurarius an dicatur, qui vsuras commisit, sed pœnitentia ductus desijt.*
25 *Vsurarium an faciat fama publica.*
26 *Infamia quid operetur in vsurario.*
27 *Vsurarius an sit, si debitor ex pecunia multùm fuerit lucratus.*
28 *Vsurarius an sit faciens contractũ communiter æstimatum licitum; sed est vsurarius.*
29 *Notarius scienter faciens vsurarios contractus, an includatur cũ nexu restituendi.*
30 *Proxenetæ & mediatores quando teneantur.*
31 *Confessor insinuet vsurario grauitatem criminis.*
32 *Satisfactum dicitur, qualitercunque sit satisfactum.*
33 *Hæres, & legatarius vsurarij quãdo restituere teneantur.*
34 *Vsurarum iudicium Canonicum est, & ciuile.*

De vsurarijs. Cap. XLIV.

Vsurarios.

EXPOSITIO.

NOn opus est ver Nota.
bis demonstrare se vsurarium esse, † sed factis, vtquis includatur sub
1 hoc casu, l. si tamen §. ei, qui vers. Multa enim. ff. de ædil. edi. cap. vt nostrum verbo cum plus extra de appellat. cap. cum dilecti eod. tit. Plus enim est factis, quàm verbis aliquid tentare. Hinc verbo clericus † priuilegio Canonis renunciare non
2 potest; sed facto sic. cap. perpendimus, cap. cum non ab homine, cap. in audientia de sent. excommunicat.

(Vsurarios) cum litera generaliter loquatur, intellige omnes, siue sint laici, & multò magis clerici, quia ipsis magis, quã laicis est vsura prohibita, c. quia ĩ omnibus de vsur. & dicitur vsura ab vsu ęris, † ideſt pecuniæ, &
3 vsura est quicquid amplius requiritur, quam datur, (v.g.) si dederis solidos decẽ, & amplius quæsieris, vel dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris, cap. fin. 14. quæst. 3. Et aduerte, q̃ licet vsura dicatur ab vsu æris, ideſt pecuniæ, nolo tamen, vt putes, sicut aliqui putarunt vsuram esse tantum in pecu-

cunia: nam siue illud, quod plus acceperis, sit pecunia, siue triti-
4 cum † sit, siue oleum, vel quodlibet aliud, siue munuscula diuersi generis, siue vestis, siue merces aliqua, & tandem quicquid illud sit, si ab eo, quod dedisti, plus ratione mutui recepisti, vsura est, cap. si fœneraueris, cap. putant 14. quæst. 3. & quid amplius quodcunque sorti accedit, vsura est, & quod velis ei nomen impo nas, vsura est, capit. plerique 14. quæst. 5. Et illud plus, quod acceperis, siue fuerit à principio conuentum, siue ex post facto, vt si adueniente termino solutionis, debitor, qui non potest commodè soluere, aliquid promittat propter retardationem, vel dilationem, quod quotidie euenit.

(Vsurarios) Et si mercator, vel negociator non verificetur
5 † ex vnica negotiatione, sic nec hospitator ex vnica hospitatione, l. j. ff. de tritic. act. ex regula illa, quòd verba significantia aliquem actum licitum, non verificantur ex vnico actu, tamen si sunt significantia delictum, vt homicida, blasphemus, verificantur ex vnico actu, l. maritus. §. qui quæstum. ff. de adulter. facit tex. in l. quis sit fugitiuus. ff. de ædil. edicto vbi ex vnica fuga dicitur quis fugitiuus: Quare cum litera dicat. (Vsurarios) sufficit, ꝙ semel commiserit vsuram, & nota, ꝙ cũ litera nõ distinguat de persona, nec de fine; Hinc fit, vt comprehendantur vsurarij quocun-
6 que fine † illam committant, siue pro necessitate propria alendi se, & suam familiam: nam licet quædam pro necessitate tolerẽtur, quæ alias non tolerarentur, vt in cap. 3. cum ibi notatis de furt. facit text. in l. præsidis ad finem. ff. si cert. pet. tamen necessitas propria isto casu non excusat, l. si ea pactione, & l. si ea lege. C. de vsur. siue vsura consistat in magno, siue in modico, cum ex se sit peccatum mortale vsura omni iure prohibita, vt infra patebit: Hinc nec pro redimẽda anima captiui licitum est exercere vsuram, cap. quoniam, cap. super eo de vsur. nam non est prætextu pietatis impietas exercenda, 1. q. 1. c. non est putãda. 14. q. 5. c. ne quis.

(Vsurarios) Quicunque illi
7 sint, siue sint pactionales, † hoc est mutuantes pecuniam adiecto pacto lucri intenti, siue exactionales, exigendo lucrum post factam mutuationem, siue vsurarij reales recipientes lucrum post mutuum factum; Sed modo deueniamus ad criminis quantitatem.

Grauitas.

I. QVia illam reperimus vtriusque testamenti pagina
8 † detestatam, vt nec pro redimenda vita captiui dispensatio aliqua fieri potest, vt ob hoc quis vsurarum crimine non inuoluatur, c. super eo de vsur.

Qui

II. Quia vsurarij videntur
9 idolatræ; nam pecuniam † vt Deum venerari videtur, 47. dist. cap. sicut hi, & c. omnes iuxta illud. Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum. Ad idem facit qđ habetur in cap. auaritiæ de elec. in 6.

III. Quia vsurarij sunt impij & absque charitate; nam debet quis subuenire proximo suo in necessitate constituto, vnde cõtra charitatẽ peccant, nolentes mutuare sine lucro. quapropter non diligũt proximos, sicut semetipsos, quemadmodũ tenentur ex præcepto diuino, pro quo vide pulcrum tex. de pœnit. dist. 2. c. proximos autem.

IV. Quia vsura est vitium contra naturam, nam pecunia germinat, quæ non est apta germinare: cum sit tantum mensura rerum, l. j. ff. de contrah. empt. c. in palea, c. eijciens dist. 88.

10 V. Vocatur vorago, † non solum deuorans animas; sed & facultates exauriens soluẽtium. Ita ꝙ deducantur in paupertatem, ita Gregor. X. in c. 1. eod. tit. in 6. Sed dices; Quomodo vsura potest deuorare animam, cum sit immortalis? Resp. D. Gregor. 4. dialog. ꝙ anima est immortalis, quò ad viuere, quia illud nunquam amittit; sed est mortalis quò ad bene viuere, quia perdit per peccatum mortale. Tendunt enim vsurarij ad infernum: vnde meritò vsura vocatur profunditas, siue baratrũ, faciunt etiam vsurarij contra vetus testamentum. Vnde dicitur per Prophetam. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo. Cui Dominus respondit. Qui pecunias suas non dedit ad vsuram 14. quæst. 4. cap. si quis oblitus. & cap. quoniam. Item faciunt contra Euangeliũ Lucæ, Mutuum date, nihil inde sperantes; & habetur in cap. consuluit de vsuris. Item contra
11 † Constitutiones Sanctorum Patrum 14. quęst. 4. & 5. per totum. Item contra Constitutiones Ecclesiæ, vt per totum tit. de vsur. Item faciunt contra nouas Constitutiones Ciuiles, glosa j. in c. quid dicam 14. q. 4. & Quid plu-
12 ra, vsurarij † dicuntur raptores, & quodammodo fures, & idcirco vita non viuunt, cap. si quis rapinam 14. quæst. 4. Item pauperum trucidatores; Item sectatores turpis lucri auaritię causa 14. quæst. 4. cap. Item quoniam, & cap. nec hoc. Dicuntur etiam infideles; Item serui pecunię, filij diaboli non nascendo; sed imitã-
13 do † illius opera; Item maledicti, vnde super omnes maledictos maledictus est vsurarius 88. dist. c. eijciens. Meritò igitur ex his infertur quòd vsura apud omnes reputatur res illicita, atque prohibita, & consequenter proter vsuram potest quis etiam criminaliter puniri; Sed modo deueniamus ad Decisiones.

De-

Declaratio Casus per Decisiones.

I. SOlet casus iste ab Ordinarijs
14 multipliciter reseruari; †nam in præsenti simpliciter reseruatur. sic Tarenti, Cauæ, & Rossani. Verum Mottulæ & in diœcesi S. Marci extenditur ad vsurarios publicos; sed Tarenti reseruatur etiam peccatum notarij stipulantis cõtractus vsurarios; At Rossani fit maior extensio: Sic enim habetur vsurariorum, & Notariorum, seu (& ita magis ampla, quàm Tarenti) quorumlibet vsurę contractus scienter scribentium, tractantium, & illi auctorizando præsentium ex quibus omnibus colligamus.

Tarenti. Cauæ. Rossani. Mottulæ S. Marci.

Primò, quòd quando solum reseruatur crimen vsuræ, tantum hi comprehenduntur, qui sunt propriè vsurarij; Nam cum simus in Casuum reseruatione, quæ est stricti iuris, non debet excedere propriam vim, & significationem verbi. Vnde cum vsura sit propriè sortis accessio, quę propter mutuo datæ pecuniæ vsum exigitur, fit, quòd propriè hoc crimẽ habeat locum, siue mutuum sit explicitum, siue implicitum, † Est namque mutuum explicitum, quando quis expressè mutuat decẽ, aliquid plus recepturus propter vsum, ratione temporis; At implicitum illud dicitur, quando quis venderet merces suas vltra rigidum, & summum precium illis, qui emũt ad futuram pecuniam (Exempli gratia) vendo tibi pallium pro decem, sed quia nõ es soluturus, mutuo tibi breui manu illa decem, vt eadem restituas cum lucro, & superabundantia, quæ est illud, quod est vltra rigidum pretium; ita nos diximus in 1. parte decis. lib. 2. cap. 101. num. 10. Cũ ergo appellatione vsuræ veniat mutuum explicitum, & implicitum, fit, quòd veniãt vsurarij palliati. Et committitur vsura pal-
16 liata in ijs præcipuè † contractibus, s. emptionis, & venditionis, assecurationis, pignoris, depositi, in cãbijs, & societate, de quibus vbi supra c. 11x. sub proprijs titulis, vt de cambijs, c. 110. De assecuratione cap. 111. De emptione, & venditione cap. 112. De societate cap. 120. Verum diuersa exempla horum contractuum apposuimus in dicto cap. 11x. quando sunt contractus vsurarij. Et dicitur mutuum pallia-
17 tum, †quia contractus cooperitur pallio, nam sub contractu iusto apparente latet vsura, quia secundum formam apparẽtem, & verba contrahẽtium est alius contractus, quàm mutui. Sed secundum formam latentem, & mentem contrahentium veram, vel præsumptam est mutuum. Exemplum patet de venditione: Et hoc magis comprehenditur in reseruatione casus facta in diœcesi Tarentina. vbi dicit. Et notarij stipulantes contractus vsurarios; Nam ibi reseruantur omnes cõtractus vsurarij expli-

citi

citi, & impliciti, quamuis per dictum Ordinarium non solum reseruantur vsurarij; sed etiam notarij, qui comprehendebantur sub illa particula vsurarij. Hoc autem expresius fuit reseruatum Rossani, vbi additur particula illa. Et notariorum, seu quorumlibet vsuræ contractus scienter scribentium. tractantiũ,& illi auctorizando præsentium. Et ita includuntur sub casu tabelliones,qui publicum gerunt officium; Hinc dicuntur serui publici, l. 1. in fine, ff. rem publ. saluum fore.

Rursus quicunque habentes merum officium scribendi, qui tales contractus scriberẽt. Item tractantes, vt sunt mediatores; Modo ij omnes scienter faciant, aut scribant,vel tractent de istis contractibus vsurarijs; Necnon existentes præsentes auctorizando.

Solet etiam ab aliquibus Ordinarijs addi vsurarij publici.

18 †Publicus autem vsurarius quis sit, dignoscitur, & notatur per Summistas in verbo Vsuræ, post Io. Andr. in c. quia in omnibus de vsur. & c. 1. eod. tit. in 6. inter quos enumeratur.

Primò, qui est conuictus, vel condemnatus de vsuris, vel spõtè confessus coram iudice, per capitulũ cum olim,& capitulum super quibusdam de verborum significat. facit text. in cap. vestra, capitulo finali de cohabitatione clericorum, & mulierum, & potest conuinci ex proprijs libris, vt per Ioan. de Imo. in clement. eos de sepult. in glosa Manifestos nume 24. per clement. 1. de vsur. quæ ad hoc allegat cap. qui sincera dist. 45. & l. 1. §. editionis. ff. de eden. & notatur 24. q. 2. c. sane.

II. Qui est publicus notorietate facti, puta quia tenet mensam paratam, vel mutuat in camera omnibus volentibus, sicut mulier est in prostribulo iuxta notata per Bart. in l. 2. ff. de furt. & Bald. in l. hæredes palam ff. de testam.

III. Quando delatum est ad Episcopum, vel aliter deductum in iudicio, & probari potest crimen vsuræ cum communi fama, secundum Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccl. iuxta notata per Sylu. in verbo Blasphemia post Doct. in c. 1. de maled.

IV. Quando coram sacerdote, & testibus testificatus est vsurarius, & confessus in articulo mortis se esse vsurarium, ita quòd in multorum notitiam peruenerit, vt per glosam in c. 2. vbi Geminian. de vsur. in 6. & mandat restitui vsuras, & libros resignat,ita Feder. de Senis cons. 8. incip. Quæstio quomodo. Et ita duo requiruntur, probatio per duos. vel tres testes, q confessus sit se esse vsurarium,& cõmunis opinio, & fama. Bald. vbi supra.

II. Decisio. Comprehendũtur sub hac litera vsurarij, qui vendunt res carius propter solu-

19 tionem pretij dilatam,†vt puta

quia easdē res vendunt pro certo pretio, sed cum vendunt ad credentiam easdem merces, illæ vendūtur pro maiori prætio, nā tales sunt vsurarij, c. nauigāti de vsur. quamuis hoc publicè exerceant, vt patet in libris mercatorum, vnde fit, vt testamentum eorum fit nullum. Abb. in c. ad nostram nu. 3. de empt. & vend. quod dicit esse benè notandum, per tex. in c. quanquā de vsur. in
20 6. Et pœna statuta cōtra †vsurarios exercētes, procedit ēt contra fictos emptores, qui in veritate sunt vsurarij, vt notat Abb. in d. c. ad nostrā nu. 2. Quod si quis obijciat dictum Abbatis habere locum, quando pœna esset appositā de iure communi; sed quando est ex statuto, tunc non militat ratio Abbatis, cum statutū Episcopi non habeat locum in casu ficto, vt per addit. ad Bart. in l. 3. §. hæc verba ff. de negot. gest. Bald in l. si quis seruo in fin. C. de furtis. Ioan. de Anan. in c. 1. de raptor.

Respondeo, quòd si constitutio pœnalis, quæ est odiosa, extenditur de iure cōmuni ad fictos emptores, q. in veritate sunt vsurarij; Multò magis extēditur illa, quæ est ex statuto Ordinarij. Si enim in odiosis fit extensio con-
21 tra vsurarios † de iure communi, vt pœnæ extendantur ad indirectè vsurarios, quod quidem ius commune obligat vniuersos, Multò magis hoc procedit in statuto Episcopi, quod solū astringit illos de Diœcesi, præterea definitio est earum rerum, quæ sunt eius rei propriæ, quam definire volumus, breuis, & circumscripta quædam explicatio, Baldus in l. 1. ff. de iust. & iu. sed vsura est lucri acceptio ex causa mutui vltra sortem, sed mutuum ibi accipitur tàm explicitum, quàm implicitum, vt Doctores exponunt, & nos in Prima Par. lib. 2. cap. 150. nu. 10. ergo. Quod si iterum quis opponat; Ad quid erat necessaria Casus reseruatio, si hoc erat de iure cōmuni.

Respondeo propter nouum vinculum; nam non est solubile à quocunq; confessario hoc crimen.

III. Qui raro incidit in factum damnatum, hoc est, qui raro facit vsuram, includitur sub
22 casu, † seu excōmunicatione, si illa appositā esset contra vsurarios; nam licet sit argumentum ex tex. in c. diuortium de pœnitent. dist. 1. (Nō dici quid factū si nō perseuerauerit) extra de rapt. c. nam & ego. Tamen in Casu nostro sufficit factum esse impletū, argum. text. in l. quis sit fugitiuus §. 1. ff. de edil. edicto, vbi vt quis sit fugitiuus, factum spectatur, l. bouem ff. eodem tit. Et di-
23 citur raro fieri, quod fit bis, † Bartolus in repetit. tex. in l. iura ff. de legib. Imò vt diximus sufficit semel commissam esse vsuram, vt comprehēdatur sub Casu, qui reseruat vsurarios, hoc est illos, qui vsuram committunt, quod quidē verificatur ex vnico actu, vt diximus supra nu. 5.

Com-

IV. Comprehenditur etiam sub hac Episcopi constitutione is, qui vsuras commisit, sed po-
24 stea pœnitentia ductus † desijt; nam quamuis videatur dicendum non debere inspici id, quod fuit; sed quod est, capitulo ferrum distinct. 50. ita iste, cum modò non sit vsurarius, non videtur includi sub litera, quia illud procedit quò ad Deũ; Hoc est quòd per pœnitentiam iam sit in Dei gratia, non autem quòd vsuram, quàm commisit, non teneatur confiteri, & quòd non innodetur vinculo reseruationis Casus, facit à simili, quod dixit Bartolus in l. prætor ait §. etiam is ff. de edendo, vbi dicit, quòd is, qui desijt exercere vsuras, sic compellendus est ad restitutionem, sicut exercens, ita comprehenditur sub Constituonibus Episcoporum; Quod secus esset, si fuisset contractus vsurarius; Verum antequàm aduenire tempus exactionis, accessit ad confessionem, & confitetur, quia iste non comprehenditur meo iudicio sub Casu, quia actus non fuit consumatus, quod est necesse, vt quis incurrat in pœnam casus, argum. eorum, quæ dicuntur in c. perpetuò de elect. in 6. per Doctores.

V. Quando reseruatur Casus vsurariorum publicorum, non credimus posse dici vsurarium publicum, si de hoc esset
25 fama † publica, ita Abbas in capitulo cum in Diœcesi not. 1. de vsuris, vbi dicit, quòd licet quis per solam famam possit reputari vsurarius manifestus, non tamen, vt ferat pœnas Concilij Lateranensis, quas numerat Syluest. in verbo Vsura 9. §. 4. & no tantur in capitulo quia in omnibus eodem titulo; nam infa-
26 mia tantum operatur, † vt per viam inquisitionis procedatur, capitulo inquisitionis §. 1. de accusat. non autem vt criminosi tanquam notorij puniantur, capitulo tua nos de sentent. excõmunication. Couar. in capitulo alma mater §. 2. num. 7. vers. iij. eodem titulo in 6. nos, qui supra nu. 18. in fine.

VI. Nec vsurarij excusari possunt ex eo, quòd qui pecuniã mutuo acceperit, multum ex il-
27 la † fuerit lucratus, quia non ratione lucri eius, sed ratione mutui accepti accepit, & satis est, vt includatur in Casu, quia sunt vsurarij, Nauar. in Manu. c. 17. nu. 278.

VII. Non est dicendus vsurarius ille, qui facit aliquem cõtractũ, qui æsistimatur commu-
28 niter licitus, † sed tñ in veritate est contrarium, quia illicitus, ita Bartolus per text. in l. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem ff. de edil. edicto, vbi habetur non censeri malefacere eum, qui facit aliquid, quod publicè putatur licitũ. Tum etiam quia si auctoritas pij viri, & eruditi excusat à peccato transgressionis legis, capitulo cappellanus extra de ferijs iuncta glosa, Abbas, & Imola ibidem, multò ma-

gis excusabit consuetudo, quæ est maioris auctoritatis, quàm vnus, vel alter doctor, argumen. text. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Tenetur tamen rescindere contractum, & de præteritis retento eo lucro, quantum verisimiliter potuisset acquirere per alios contractus licitos, tenetur residuum restituere, Nauarrus extra de vsur. lib. 5. cons. 20. nu. 12. in antiquis.

VIII. Circa Casum reseruatum Tarenti, & Rossani. Notarius publicus faciens contractũ
29 simulatum † scienter, vt qui pro centum decem datis scripsit 120. includitur sub Casu, cum obligatione restituendi, nisi principalis restituat; Quod idem extẽde, si fecerit ad preces eius, q mutuũ accepit, fortè quia indigebat, & vsurarius gratis mutuare nolebat, & ne conuinceretur de vsura, accepit centum mutuo ad restituendum in fine anni, & notarius scripsit debitorem accepisse mutuo cito; Non tamen in hoc Casu tenetur ad restitutionem, Nauarrus in Manuali capitulo 17. numer. 275. & seq. Quod idem extende ad scriptores scienter scribentes in diœcesi Rossani.

IX. Proxenetæ, qui dicuntur internuncij, seu mediatores, & tractatores ex parte vsurarij principaliter, vt illi, & sibi vtilitatem faciant, comprehenduntur sub litera, & ratio est, quia mediator criminis dicitur ipsũ crimen committere, capitulo 1. de testib. in 6, vbi Geminianus notat illum textum ad statuta committentium delictum, vt includat etiam mediatores, & in specie est glosa notab. in l. si sciẽte ff. de parricid. quæ dicit, quòd proxeneta in contractibus vsurarijs potest dici vsurarius, in tantũ, quòd ad restituendum teneatur, quam sequitur Bartolus in l. 1. §. incidit ff. ad senatus consult. Turpill. Lapus alleg. 93. nu. 6. qui ait, quòd tales mediatores subiacent pœnis vsuriarorum, & tenentur ad restitutionem. Quod intellige, quando rogauerunt vt daretur pecunia ad vsuram, non autem, quando simpliciter rogauerunt vt daretur mutuum, & nec ad eos, qui rogatu debitoris operam præstiterunt, argument. text. in l. si quam C. de operib. libert. Diuus Antoninus Secunda Par. titulo 1. cap. 9.

X. Circa confessionem insinuet confessarius grauitatem criminis per ea, quæ diximus à nume. 8. vsque 14. & quòd istud peccatũ est cęteris periculosius, cum non deleatur sola pœnitentia, vt cętera cõmuniter delẽtur sed opus est restitutione. Quod si vsurarius non restituerit, quia ad hoc induci nequit, præter excommunicationem ipso iure latam, cap. 1. & 2. de vsur. in 6. cap. quia in omnibus eodem tit. non potest seperiri in Ecclesiastica sepultura, cap. quanquàm eo. tit. lib. 6. clem. eos de sepult. si tamẽ non potuerunt ob inopiam resti-

tuere

tuere, sunt absoluendi, præstita tamen idonea cautione cum fideiussionibus, & pignoribus restituēdi quàm primum poterint, quam si nō habent,& sunt ad restituendum impotētes,procuret si fieri potest, vt creditores vsuras remittant, quia satisfactum
32 intelligitur,qualitercunq; † fiat satisfactio,glosa in regula peccatum de regul. iur. in 6. At si nolunt remittere, potest confessarius illos absoluere, cum proposito satisfaciendi, quàm primum possunt, capit. odoardus de solut. Nolo tamen, vt putes hanc diligentiam adhibendam, vt prius adeantur creditores,vt remittant vsuras, quia licet hoc non fiat, possunt absolui, quando nequeunt restituere. Quod si impœnitens mortuus fuerit, vel ob impotentiam non fuerit vsurarius soluturus, sciat hæres se obligatum esse ad restituendum, & si nec hæres, tunc legatarij,
33 & donatarij † tenentur in eo, quòd facti sunt locupletes,Nau. in Man.c.27.nu.278. Insinuet ēt cōfessarius,quòd adeò vsuræ crimen abhorretur, vt vsurarij nec testari,& nec donare causa mortis possunt,dicto capitulo quanquàm, vnde sunt infames, 16. quæstione 1. capitulo infames. Iudicium quoque est canoni-
34 cum, † & ciuile, quia vt priuetur communione altaris,& ei sepultura denegetur, est canonicū,quia pœnæ istæ sunt à Canonibus institutæ, quod dic vt per Hostiensem in summa de vsuris, quæ pœna coram Ecclesiastico tantum agitur.

At si Princeps sæcularis statuerit in regno suo publicationem bonorum, vel aliam pecuniariam pœnam, cognitio de bonis erit iuris ciuilis; sed si dubium est, vtrum contractus, de quo agitur, sit vsurarius, vel non, tunc cognoscet Ecclesiasticus,cui definitioni habebit necesse iudex laicus parere; Ita Andreas de Isernia titulo Quæ sint regalia in §. contrahentium numer. 37. Vide quæ diximus in Secunda Part. decisionum lib. 2. capitulo 24. & inducat postea pœnitentem ad concipiendam contritionem cum firmo proposito amplius illos contractus vsurarios non exercendi,sub promissione pœnæ erogandæ alicui loco pio, argument. text. in l. ex ea §. mulier, ff. de verborum obligation. Non tamen potest illum cogere ad deferendam illam mercaturam, in qua multùm peccauit, si deferendo esset probabile periculum incidendi in aliquem statum, in quo plus peccaret, Nauarrus in capitulo qualitas de pœnitentia distinctione 5. Posset tamen de consilio persuadere, iuxta capitulum consideret §.in his omnibus de pœnitent. distinctione 5. Deinde his perpensis absoluat eum, si est publicus iuxta tenorem capituli quanquàm de vsur. in 6. & iniungat pœnitentiam iuxta quantitatem cōtritionis,& circumstantias. Nē-

pè si vsurarius scienter fecerit contractus fęneratitios; Si ad hoc fuerit assuetus; Si fuerit clericus vel laicus; Deinde hortetur pęnitentem, vt se ponat omnino in potestate sua, nihil sibi reseruans sui, vt omnia iubente confessariò paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quæcunque faceret pro vitanda corporis morte, & hæc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam, & ita pœnitentiam iniungat.

Finis Libri Secundi.

CASVVM RESERVATORVM PRACTICA,

QVATENVS PERTINET AD RELIGIOSOS.

Auctore

R. P. D. IACOBO DE GRAFFIIS A CAPVA, Ordinis S. Benedicti Professo Monasterij SS. Seuerini, & Sossij à Neapoli, Abbate Congregationis Cassinensis.

I. V. D. ET POENITENTIARIO Maiore in Ciuitate Neapoli.

LIBER TERTIVS.

DECRETVM S. D. N. Clem. VIII. super Casuũ reseruationem ab omnibus Regularium Superioribus obseruandum.

Sãctissimus D.N. qui iam pridem accuratè perpendit, & reipsa comperit, quòd reseruatio facultatis absoluẽdi religiosos pẽnitentes à peccatis quibusdam grauioribus, nisi superiores admodum prudenter, ac moderatè

illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem, quò circa vt huic malo Sanctitas sua opportunè prouideret, decreuit, vt nemo ex regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, pro vt subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerit.

1 Veneficia, incantationes, fortilegia.

2 Apostasia à religione siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peruenerit, vt extra septa monasterij, seu conuentus fiat egressio.

3 Nocturna, & furtiua e Monasterio, seu conuentu egressio, etiã non animo apostatandi facta.

4 Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

5 Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

6 Procuratio, auxilium, seu cõsilium ad aborsum faciendum post animatũ fœtum effectu non secuto.

7 Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterij, aut conuentus.

8 Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

9 Lapsus carnis voluntarius opere consumatus.

10 Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ.

11 Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores.

Si quòd aliud peccatum grauè pro religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliud fiat, quàm generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in prouincia, matura discussione, & consensu.

Non liceat Superioribus regularium confessiones subditorũ audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi spontè, aut proprio motu id ab ijs petierint

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures cõfessarios pro subditorũ numero maiori, vel minori, ij quæ sint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatorum absolutio committatur, quando Casus occurrit, in quo eam debere committi, ipse in primis confessarius iudicauerit.

Tàm superiores pro tempore existentes, quàm confessarij, qui postea ad superioritatis gradũ fuerint promoti, caueant diligẽtissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gu-

gubernationem vtantur.

Licebit tamen superioribus determinare pœnitentias graues quibusdam peccatis etiam non reseruatis à confessarijs imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Atque ita per quoscunque regularium superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit; Nõ obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis Concilij etiã generalis, Decretis. Necnon consuetudinibus ab innumerabili ẽt tempore obseruatis, aut regulis in generalibus, seu prouincialibus Capitulis æditis statutis, & constitutionibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis. Priuilegijs, indultis, & concessionibus quibuscunque, quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, cæterisque in contrarium faciẽtibus quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum Die 26. Mensis Maij 1593.

Andreas Sorbolongus Secretarius visitationum.

SVMMARIVM.

1 *Veneficia, sortilegia, & incantationes includunt etiam alias species*
2 *Pœna, quando erit extendenda.*
3 *Diuinatio definitur.*
4 *Futura vel possunt cognosci in suis causis, vel in seipsis.*
5 *Ex somnijs quæ licitè possunt deduci, nu. 48.*
6 *Pluuias, vel grandines futuras prænuntiare, quando licitum.*
7 *Circa vanas obseruationes quæ regula constituenda.*
8 *Sortilegia quæ nam sapiant hæresim.*
9 *Regula quæ circa Dæmonum inuocationem, & seq.*
11 *Ignorantia circa Dæmonis inuocationem quando non excuset.*
12 *Superstitionis definitio.*
13 *Veneficium duplex.*
14 *Dæmones quare seruent promissa.*
15 *Incantatio, & sortilegium quid. nu. seq.*
17 *Superstitionum species, quàm sint execrabiles.*
18 *Malefici vocati ob facinorum magnitudinem.*
19 *Malefici qui in casum incidant.*
20 *Poculum amatorium dicitur potus datus ad bibendum vel esus.*
21 *Maleficæ, vel strigæ comprehendũtur sub casu, nu. seq.*
22 *Maleficium, quod nocet in rebus, quale.*
23 *Astrologi, qui volunt prædicere ea, quæ dependent ex libero arbitrio, comprehenduntur.*
24 *Sic superstitionum variæ species, & quæ.*
25 *Præstigium quare sic dicatur.*
26 *Diuinatores quando hæretici iudicandi.*
27 *Somnia obseruantes quando comprehendantur.*
28 *Idem de vientibus sortibus ad requirenda furta.*
29 *Sic proijcientes plumbum, aut ceram liquefacientes, vt ex ijs occulti cognitio colligatur.*
30 *Idem de fabricantibus per se, vel alios*

alios imagines, phialas, annulos, &c.

31 *Adorantes Dæmones ob libidinis causam grauissimè peccant.*

32 *Sortilegia quàm maximè execrabiliora facta cum hostia consecrata, & sapiunt hæresim manifestã. num. 33.*

34 *Inquisitor an possit cognoscere, si dubium est an sapiat hæresim.*

35 *Colligere herbas tali die quando illicitum.*

36 *Verba collo appensa circumferre quando superstitiosum sit, vel licitum, nu. seq.*

38 *Sed quid de portantibus reliquias Sanctorum ad collum.*

40 *Maleficium maleficio tollentes incidunt.*

41 *Idem vtentes verbis deprecatiuis cum Dæmone.*

42 *Idem dantes poculum effectu non secuto.*

43 *Superstitionum omnes species comprehenduntur, & supra nu. 2.*

44 *Ad maleficam si quis incipit ire, pœnitentia ductus non accedit, non includitur.*

45 *Et nec qui pergit non causa malignandi, sed conuersandi, vel pro causa licita.*

46 *Et nec mittentes ad magos, seu mãdantes, aut consulentes.*

47 *Et neque futura prædicens attendendo alicuius rei dispositionem, vel motum.*

49 *Et neque qui ignoranter agit opus, credens illud esse licitum, nu. seq.*

De Veneficijs, incantationibus, & sortilegijs. Cap. I.

Veneficia, Incãtationes, Sortilegia.

PRIVSQVAM deueniamus ad verborum expositionem, oportet tradere quasdam regulas circa has species superstitionum, quarũ sit.

I. Sub ijs tribus superstitionum speciebus expresè prolatis, & explicitis † comprehenduntur cæteræ omnes species, de quibus infra, ex identitate, vel maioritate rationis, quia sunt eiusdem generis; nam quando agitur de salutæ animæ, & euitando peccato, debet fieri extẽsio etiam iuris † pœnalis, Iason, qui alios citat in auth. quas actiones nu. 25. C. de sacrosanct. Eccles. glosa in c. sciant cuncti de elect. in 6. Franc. in cap. 1. de tempor. ordin. in 6, & potius dicitur inclusio similium peccatorum, quàm extensio, vt patet ex tit. Codicis, qui inscribitur, C. de Malefic. & Mathem. & cæteris similibus.

II. Circa diuinationem, quę est futurorum indebita pronuntiatio, 26. qõ. 5. c. 1. quæ propriè loquendo sonat in malum, 1. q. 1. c. nunquãm, Feder. de Senis cõs. 284. incip. Domine Reuerende num. 2. Gemin. in cap. accusatus

§. sane

6, sanè num. 3. de hæret. in 6. qui num. 4. ponit tres species diuinationum; Nam quandoq; sumitur pro scientia Theologica, à qua Theologi diuini dicuntur. Item pro scientia infusa à Deo, prouerb. 16. Diuinatio in labijs Regum in iudicio nō errabit os eius. Rursus pro scientia magica, seu fallaci prophetatione, qua falsi prophetæ, vel magi fingunt se præuidere, & prædicunt futura multa, Num. 23. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel; De hac diuinatione habetur 26. quæst. 2. cap. qui sine, & 1. quæst 5. cap. 2. & cap. aliquanti, & cap. sortes, & cap. si quis clericus, & quæst. 7. non obseruetis, 3. quæstiones 5. constituimus; Quod quidem genus Persarum à Persis fuit allatum, & de hac talis regula constitui potest.

Futura vel possunt cognosci
4 in suis causis, vel in seipsis, † quæ causas habent necessarias omnino futuras, cognoscere possumus, ac etiam prænunciare, sic Astrologi prænunciant eclipses futuras, sic etiam si tale quid sit, qđ causari ex illa re, quę attendi potest, aut solet, non videtur prohibitum; Et ita solent Astrologi ex stellarum aspectibus quædam prænoscere, & prænunciare de pluuijs, atq; siccitatibus, sic medici de sanitate, & morte. At de effectibus futuris, qui nullam habent necessariā causā; sed possunt contingere ad vtrāque partem, aliquid velle determinatè cognoscere, & absentia scire, quæ solius Dei cognitio est, sicut solius eius oculis oia sunt nuda, & aperta, q vocat ea, quę nō sunt, tanquā ea, quæ sunt, vt Paul. Hebr. 4. docet. Qualia sunt, quæ ex nostro dependēt arbitrio, omninò est prohibitū, hæc talia pronunciantes dicūtur diuinare, volentes vsurpare sibi quod proprium est Dei, qui vocantur diuini, non quidem à diuinitate, sicut erant Apostoli; sed à diuinatione, 1. quæst. 1. cap. eos 16. quæst. 1. cap. prædicator cum simil. volētes vsurpare sibi quod proprium est Dei, cap. igitur 26. quæst. 3. D. Thomas 2. 2 quęst. 95 art. 1. versic. Respondeo vide, quæ diximus in 3. parte nostrarū decis. lib. 2. c. 3. num. 9.

III. Circa somnia, ex somniorum qualitate deducere † quę
5 non sit corporalis interior dispositio, licitum est, vnde qui aquā, aut niuem in somnis mente reuoluit, solet ex medicorum iudicio frigidis humoribus abundare; sed futura casualia ex somnis velle præcognoscere, hoc est absque dubio illicitum; nam cum ex natura somniorū causari ista non possint, aut dicendum erit fieri expressam dęmonū inuocationem, aut saltem non negandū interuenire tacitam. Ipsi enim dæmones huic Inquisitioni, eò, quòd superstitio vana sit, & illicita, se immiscent, D. Thomas 2. 2. quæst. 95 art. 6. Quare superstitionis maximum est peccatū credere talibus somnijs, ponendo in opere dicta in somno, vel omittere propter illa aliquid bonum,

num, ad quod ex præcepto tenebamur, vel consueti eramus, vel facere aliquod malum etiam veniale, nisi paruitas facti excuset, vel non plena deliberatio, ita Fr. Hieron. Ilamas 3. par. Metho. cap. 3. §. 1. versic. Est ergo circa finem.

IV. Circa obseruantes auiũ volatus, vel cantus ex D. Thoma art. 7. eadem quæst. & opusc. 25. cap. 4. & opusc. 26. Idem dicendum: Si enim pluuias, vel grandines futuras † ex quorundam
6 auium volatu, vel cãtu quis pronunciet, vanum non erit, nam ex impressione cælestium, qua eorũ vitæ necessaria consecuntur, vnde futuras pluuias, aut ventos citò cognoscunt, & annunciant; sed ex illis velle mysteria fidei, aut ea, quæ ex libero pendent arbitrio, vt potè quæ euenire, & non euenire possunt pronunciare per voces auium, aut brutorũ quadrupedum, vel per obiationem eorum, vel serpentũ, est omninò vanum, superstitiosum, atque illicitum, & hoc vocatur augurium.

V. Circa vanas obseruationes hæc regula constituatur ex D. Thoma 2. 2. quæst. 96. art. 2. & ad 3. & contra Gentiles cap. 105
7 Si talis res † assumatur, quæ possit naturaliter effectum, quem desideramus, producere seu causare, erit absque dubio licita, si vero nõ possit, reliquum erit, vt sit illicita, quia non adhibetur, vt causa: sed potius tanquam signum pactionum, qua si non ipsi qui seruant, saltem ij, qui seruandas tradiderũt, cum dæmonibus inisere. Exemplo hoc melius manifestabitur. Ecce si febrib. quis æstuat, vel capitis dolore, si ad morbum expellendum aromatariorum arte composita medicina vti velit, est absque dubio licitum. Apta est enim talem effectum producere, scilicet expellere morbum. Si verò ligaturas quasdam pro sua curatione faciat, aut caracteres in lino, aut alibi signatas, vel aliqua verba, seu etiam herbas superstitione aliqua collectas, quæ ad hoc naturaliter non proficiunt, erit omninò illicitum, cap. non liceat 26 quæst. 3.

VI. Quo ad sortilegia. Omnia illa sortilegia sapiunt hære-
8 sim, † quæ cum aliquo dicto, aut facta hæreticali exercentur, vt si quis in sortilegio amatorio Deũ abnegaret, & Ecclesiæ Sacramenta, aut in eodem sortilegio Ecclesiæ Sacramenta, aut Sacramentalia admisceret, Alfonsus de Castro lib. 1. cap. 15. de iusta hæret. punit. De his vide Oldradum cons. 210. quod incipit. Regularis habet traditio. Imò etiam includitur diuinatio illa, quæ fit cum candela, vel aqua benedicta ad sciendum furta, vel aliqua occulta, vel vbi verba sacra admiscẽtur, symbolum fidei, &c. Barbat. cons. 55. incip. casus est.

VII. Circa dæmonum inuocationem sciendum est pro regu-
9 la, † illam fieri dupliciter, expres-

sè,

sè, & tacitè, expressè, vel faciendo cum eo pactum visibiliter apparente soléniter in solio suo sedente cum caterua dæmonum, promittendo dæmoni animam, & diuinorum præceptorum abnegationem, atq; Sacramentorum, & dæmon promittit se omnia illi facturum, vel apparente ei priuatim; Alio modo fit inuocatio dæmonis expressè opere, vt quando quis enititur efficere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, aut diuina, aut Ecclesiastica dispositione possùt illud efficere, & creditillud effici opera ipsius dæmonis, Caiet. 2.2.q.95.art.3.in princ. Si verò hoc non cogitabat; sed tantum suum adimplere votum, dicitur tacita dæmonum inuocatio; Nos latè 1.volum.consil.de sentent. excommunic. cons. 19. num. 16.

Vltima, pro generali habenda est regula, q; vbi nulla interuenit dæmonis inuocatio, nec expli
10 cita, nec tacita, † & licet sit, ignoratur, quia si crederetur esse, nó fieret, tunc non est peccatũ mortale, quandiu facientes non fuerint moniti, vt desistant: nã post monitionem nõ excusantur amplius, quia cessat bona fides, & inde conuincuntur, q; nõ per ignorantiam peccant, qui postquam sciunt, aut dubitant de inuocatione dæmonum, nihilominus faciunt: Et similiter non excusantur de præteritis ignorantes,
11 † qui si sciuissent, nihilominus fecissent, quia ignorantia nõ fuit causa peccati; Ita Caiet. Verbo Incantatio, & iuxta has regulas potest etiam procedere, quò ad sortes; Sed modo deueniamus ad expositionem textus.

Veneficia, Incantationes sortilegia.

EXPOSITIO.

VEneficia & cætera) sub his tribus superstitionum speciebus intellige omnes alias species, vt diximus in j.regula. Vt
12 superstitio, hoc est † superfluus pernitiosus Dei cultus. Idolatria, quæ est simulacrorum cultura, vel est cultus Deo debitus creaturæ exhibitus, S. Thomas 2.2.quæst 94. art.1. Diuinatio, quæ est superstitiosa faturorum inuestigatio: De hac S. Thom. 2.2.quæst.95.art.1. Versic. Respondeo, cap.igitur 26. qnæst. 7. quæ diuiditur in plures species. Nam quædam fit cum manifesta inuocatione dæmonum, vel tacita, de quibus late per nos in j.par.nostrarum decis. lib.2.c.3. fit etiam dæmonis inuocatio per sortilegia. hoc est per vsum sortium ad assequendam cognitionẽ occultorum, vt per nos toto cap.4. Comprehenduntur etiam sub ijs verbis infinitæ vanæ obseruationes, de quibus habentur plura exempla per nos in 1.vol. consil.de sent.excomm.cons.19. per totum, & præsertim nu. 16. Et tandem de his vide Gabriel

2.li-

2. libro senten. dist. 8. quæst. 2. Sed proprius accedendo ad verba tex. Venefici dicuntur in casu nostro, qui homines incanãrationibus occidunt, vel eis nocẽt.

13 Et hoc veneficium † dicitur duplex. Vnum quo nocent in propria persona, Et ita solent laminæ, & strigæ homines occidere, aut lædere, vt quando ad requisitionem sortilegarum impedit diabolus, quod aliquis non possit cognoscere vxorem suã, dando impedimentum circa partem regeneratiuam, cap. si per sortiarias 33. quæst. 1. vt dicit Scotus dist. 34. lib. 3. & sequitur Gabr. qui supra. vbi ait quod dæmones habentes pactiones, cum

14 hominibus seruãt promissa † non quia veraces, sed vt alij ipsis adhæreant, quia si nulla pacta seruarent, nulli eis seruirent, & vt illi, quibus seruant promissa, eos colant, nã ex superbia eorũ præcipuè appetũt honores diuinos, Deus autem permittit eos exercere potestatem ipsorũ ad impediendum aliquos, vel ab aliquibus actibus, in quos possent, si non essent impediti, & hoc vel propter peccata eorum, vel propter aliquã certam causam occultam, Et hoc modo magus habens pactũ, cum dæmone procurat ab eo, vt istum impediat à tali actu cum tali muliere, quamdiu tale maleficiũ perseueret, puta quamdiu sit acus incuruatus, non possit erigere virgam. vel solent isti malefici aliquas facere imagines cæreas, vel ex alia materia, & dum partem, aut membra acubus pungunt, personæ statim patiuntur in illa parte, qua pungitur in Imagine, vnde non est existimandum illud nocumentum imaginis peruenire ad personam, sed dæmon operatur circa personam, dum maleficus circa Imaginem; Solent etiam, vt dixit Hypp. de Marsil. in l. 3. §. adiectio ff. ad l. Corn. de sicar. facere quasdam facturas, ex quibus homines infirmãtur, & nec à medicis cognoscitur eius ægritudo, & ex talibus maleficijs homines, & mulieres moriuntur, & si statim non moriuntur, debilitantur dietim, & ita pereunt: Sic est & aliud male ficium, quo nocent in rebus, vt scribit D. Thomas in 2. distin. 7. & 8. nam possunt elementa concutere, aerem conturbare, destruere vineas, & animalia occidere, & subuertere ædificia, & hoc duplex veneficium comprehenditur sub nomine maleficij, seu poculi amatorij, de quo loquitur tex. in l. si quid aliquid §. qui abortionis ff. de pœnis, & in l. 3. §. 1. ff. de sicar. Comprehenditur etiam sub nomine maleficij, seu veneficij id, q̃ datur à malefico alicui personæ ad edendum, vel bibendum, Archid. in capititolo si per sortiarias 33. quæst. 1.

(Incantationes) Incantatio di-

15 citur ab incantare †, quod propriè est verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam moliri de

hac

hac loquitur tex. 26. quæst. 2. c. illud,& cap. non liceat, & dist. 88. cap. quoniam, & 26. quæst. vlt. cap. admoneant. vbi habetur, quod Incantationes ab Ecclesia sunt reijciendæ.

(Sortilegia)sortilegi sũt,q̃ per
16 quasdã inspectiones† sortiũ,vel figurarũ futura prænuntiant,22. q.1.c.sortilegi,De his sortilegijs loquitur tex. 26. quæst. 5. cap. non liceat. Et de varijs nomibus sortilegiorum, quæ omnia sunt damnata, habetur 26. quæstio 2. c. illud.

Grauitas.

QVam sit execrabilis huiusmodi species superstitio-
17 nũ,† habetur etiam in veteri testamento, vnde Leuit. 20. habetur. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliquid iscitemini, & polluamini per eos, & Leuit. 20. Anima, quæ declinauerit ad Magos, & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de manu populi sui. Quare Aug. in capit. admoneat 26. quæst. vlt. dicit, quod clerici has incãtationes exercẽtes sunt degradandi,laiciq; anatematizandi, & de incantatoribus dicit tex. 6.quæst.1. cap. infames, quod ipsi sunt infames,sic de diuinatoribus propter detestationem criminis diuinatores in accusatione non admittuntur, 2. quæst. 8. capit. quisquis, & si clerici sunt incorrigibiles, sunt deponendi, 6. quæst. 5. capit. si Episcopus Magiam quoque non solum,qui sectantur,sed qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrunt 26. q. 2. cap. qui sanè; Sunt etiam seueriſſimè puniendi in foro exteriori, dixit tex. in l. eorum. C. de malefi.& Mathem. & in l. nemo.& l.multi. Sũt inimici generis humani, l.si ex excepta. C. eod. vnde ob facinorum magni-
18 tudinẽ †vocantur malefici, d.l. nemo; Priuantur dignitatibus,d. l. & si ex excepta tam discentes, quàm docentes, l. culpa. C. de Mathem. Accusator hodie non habetur pro delatore,sed dignus est præmio, l. nullus. C. eod.tit. Sunt huiusmodi malefici per varios Summos Pontifices excommunicati, vt est extrau Ioan. XXII. quæ incipit super illius specula. Item Sixti IIII. in constit. edita Anno Domini 1473. quæ incipit.Dilecte fili,Innocen. VIII.Summis Anno 1484. Alex. VI. Receptum & Sixti V. Cœli, & terræ edita Anno 1566. Sunt de hæresi suspecti, vnde possunt contra huiusmodi tales Inquisitores se intromittere, vt nos diximus in 1. vol. consil. lib. 5. de sent. excomm.cons.19. num.20. vbi annumerauimus quatuor casus; Sunt quandoque hæretici, si prauum de fide instru. Quare cum sit tam detestabile scelus, fit, q̃ ferè ab omnibus Ordinarijs etiam reseruari soleat quandoque cum censura, vt Neapol. excomm. 3. Caetæ, absque ea,

sic

sic Cauæ, Rossani, Nolæ, Salerni cũ cẽsura, & ab Episcopo Cõuersanensi sine illa. In foro exteriori qui abortionis poculum dant etiam sine dolo malo, quia res mali exẽpli est, effectu nõ secuto humiliores in metallũ damnantur, honestiores in Insulã amissa parte bonorum relegabantur, & summo supplicio secuta morte afficiebantur, & si clericus est, priuari debet officio, atque beneficio, quando fit ex proposito; De hoc poculo vide tex. in cap. si aliquis de homic. Sylvest. in verbo Homicidium 2. versic. 19. Nos 1. par. nostrarum decis. lib. 2. cap. 5. num. 25. Sed modo deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I 19 INcidunt in casum malefici, qui per adhibitionem † rerum naturalium, quas alicui dant ad bibendum, vel edendum, vt sunt venenatæ herbæ, radices, & cætera talia, quorũ occultas proprietates nouerunt dæmones ad finem, vt maleficiata impudico amore aliquam amet, vel vt odio habeat, Qui quidem potus, vel esus vocatur poculum amatorium † iux. tex. in l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœnis, & per Martianum iurisconsultum in l. 3. §. adiectio ff. de sicar. vocatur venenum medium inter bonum, & malum, quod datur (vt diximus) ad amorem captandum, vel conseruandum, & venenum non occidit, & neque sanat, sed homines incitat, & inducit ad amorem, vel odium, vt habetur per Hyppol. de Marsil. in d. l. 3. §. adiectio. vel vt aliquis non possit cognoscere vxorem suam, dando impedimentum circa partem generatiuã, quam diu illud maleficium durat, de hoc loquitur tex. in cap. si per sortiarias 33. quæst. 1.

20

II. Cõprehendũtur etiam ipse maleficæ, quæ suis maleficijs, 21 solent nocere in personã †, vt faciunt Strigæ, occidendo pueros, aut infirmitates, vel dolores causando, faciendo aliquas imagines cæreas, & dum imaginum illarum partem, vel membra pungunt, tunc personæ statim patiuntur in illa parte, quæ pungitur in imagine, vnde non est censendum illud nocumentum imaginis peruenire ad personã, sed dæmon operatur circa personam, dum maleficus circa imaginem, & hoc occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, d. capitulo si per sortiarias.

His adde aliud maleficium, quod nocet in rebus, nam ad requisitionem maleficiorum dæmon elementa concutit, aerem cõtur- 22 bat †, destruit vineas, & arbores, occidit animalia, & subuertit ædificia, atque inducit sterilitatem, sicut diabolus fecit Iob. Quare ex his collige, quod quando maleficus per aliqua exteriora exercet sua maleficia, vt intingen-

tingendo scopa in aqua, vt fiat grando, incuruando acũ, dicens. Quandiu acus sic stat, non possit coire cum vxore, tunc maleficus nõ facit illa per opera sua immediatè; sed per dęmones, vnde quã do maleficus imaginem ceream pungit, tunc opera diaboli maleficiatus patitur in illa parte, vbi fit punitio.

III. Sunt etiam innodati illi, qui ex astrorũ motu, vt Astrologi ea, quæ à libero pendent arbitrio volũt prædicere, † vt qui ex auium volatu talem quærunt cognitionem, qui augures, seu auspices vocãtur, vel qui ex lineamentis in manu, aut spatula apparentibus volunt futura prædicere, qui Chiromantici appellantur; vel qui ex inspectione astrolabij furtum aliquod inuenire quærunt, imò qui certo aliquid prænũtiare audebit de his, quæ naturaliter sciri nõ possunt, sunt de hæresi suspecti; De his vide D. Thomam 2.2. q.95. art.5. comment. ad Eymer. in 3. par. direct. q.42.

IV. Sub Casu etiam cõprehenduntur variæ species † superstitionum, vt quãdo dæmones solent apparere in vigilia quibusdam præstigiosis apparitionibus ad prænuntiandum futura, quæ quidẽ species vocatur præstigiũ, ex eo, q̃ præstringit oculos hominum, vnde secundũ Alex. de Hales 11.q.44. mẽbro iij. art.1. præstigium dicitur dæmonis illusio, cuius operatione fit, vt res existens non appareat, vel non existens appareat, aut res existentes aliter, quàm se habẽt, appareant. potest etiã illusio fieri alijs modis duobus, de quibus omnibus latè per Gabr. in 2. par. in 4. sẽt. dist. 8. q 2. art. 3.

Aliquando etiam dęmones solent apparere per figuras apparentes in aquis, & dicitur Hydromantia; nam in aquę inspectione euocantur vmbræ dæmonum, & ibi vident imagineas ludificationes eorum, ibiq; ab eis aliqua audiunt. Quandoq; per somnia, & hęc dicitur diuinatio somniorum. Quandoq; per fictã mortuorum suscitationem, & dicuntur Necromãtici. de quibus in c. nec mirum, 25. q. 5. omnes igitur hę speties inuocandi dæmones sunt grauissima peccata, imò si error sit in intellectu, sunt hęresi cõiuncta, imò sapiunt hæresim manifestam, vt nos latè in 1. vol. cons. 19. nu. 12. & seq. & in 3. par. decis. lib. 2. c. 3. nu. 6.

V. Non solum est Casus reseruatus, sed hæretici sunt † iudicãdi diuinatores, qui circa aras idolorum nefarias preces emittunt, sacrificia offerũt, qui arioli vocantur, c. igitur 26. qõ. 3. & 4. dæmones consulunt, eorumq; responsa suscipiunt, obedientiam eis offerunt, per dæmones iurãt, genua flectunt, prostrationes faciũt, vel prædicta faciunt cũ corpore, & sanguine Christi, nã hæc omnia, & similia manifestã hæresim sapiunt, & propterea de his velut hęreticis possunt cognoscerę inquisitores, c. accusatus §.

sane vbi glosa de hæret. in 6. Caiet. 2.2.q.95.art.4.

VI. Pariter somnia obser-
27 uantes, vt ex illis futura † præcognoscant, & omittentes ob illa aliquid facere, quod est de præcepto, vt in die festo non audire missam, vel aliquid faciētes quod ad malum inclinat, D. Thomas ad Roman. cap. 13. lect. 3. circa finem. Caiet. verbo. somniorum obseruatio, vel obseruātes auium volatus, cum hæc sine expressa dæmonum inuocatione fieri non valeant, aut saltem tacita, ipsi enim dæmones huic inquisitioni, eò, quòd vana sit superstitio, & illicita, se immiscēt, Diuus Thomas 2.2. quæstion. 95. art. 6.

VII. Idem dicimus de his,
28 qui vtuntur sortibus, † ad inquirēda futura, siue in codicibus, sicut pleriq; faciūt dicētes versus psalterij aliquos, & faciūt illud voluere, siue in tabulis, quia faciunt ibi puncta, sicut faciunt Necromantici, cum saltem ibi sit tacita dæmonum inuocatio, non solum expressa opere, cum ex sui natura illa reuolutio libri facta cum recitatione versuum non sit apta ad sciendum furta, Hinc in c. 1. de sortilegijs taxatur pœnitentia à sacerdote pœnitenti 40. dierum, quæ qualiter intelligatur, vide Sylu. in verbo Pœnitentia q. 5.

Sic proijcere plumbum, aut
29 æram liquefactam, † vt per cōsiderationem figurarum ex his prouenientium occulti cognitio colligatur, vel si festucæ inæquales, aut puncta, vel cædulæ scriptæ, vel non scriptæ in loco occulto apponantur à puero extrahendæ, vt dixit Io. de Anan. in rubrica de sortilegijs, ex quibus occulti reuelatio expectatur, omnia hæc sunt omnino fugienda, & detestanda, capit. sortes 26. quæst. 5. De his latè diximus in Prima Par. decis. lib. 2. cap. 4.

Sed neque ij excluduntur, sed 32
30 maximè includuntur, † qui fabricant per se, vel alios imagines, phialas, annulos, specula, compellendo ibi spiritus familiares ad inueniendas res furtiuas, vt respōsa ab illis petant, & pro adimplendis suis desiderijs auxilia petunt; nam si ea inquirunt, quæ a mero, & libero hominis arbitrio dependent, qualia sunt mysteria gratiæ, q̄ hic saluetur, & ille condemnetur, sapiunt manifestam hæresim, & reputantur hæretici; Quod secus esset, si subderentur notitiæ dæmonum, quamuis grauissimè peccarent, & incurrunt in excōmunicationem Papalē, quæ habetur in Extrau. Ioannis XXII. super illius specula, imò essent idolatrę, si peterent responsa, faciendo aliquē actum adorationis, & si iudicarēt dęmones tali honore dignos, essent verè hæretici iudicandi, & incidunt in caput bullæ 1. cænæ Domini. 33

Et si adorant dæmones ob li-
31 bidinis causam, † vt prouocarēt suam amasiam ad se amandum,

vel

vel ad inueniendum thesaurum, etiam grauissimè peccant, cum dęmones interrogati non respõdeant super talibus, nisi per quædam pacta, & venerationes, atq; ad orationes, & inuocationes illicitas, argum. de minori ad maius in c. 2. de sortileg. & si procedunt per modum adorationis, hoc sapit hæresim manifestam, quod secus est, si per viam imperij. Anch. in c. 2. in fi. de sortileg.

32 Quæ quidem sortilegia † eò magis essent execrabiliora, quò magis si hæc fierent, offerendo sacrificia, vel si cum hostia consecrata, seu baptizando imaginem, vel rebaptizando puerum, vel subfumigando caput defuncti, vel intermiscẽdo plures sanctas obseruationes, vt ieiunare, castum esse, dicere Pater noster, & Euangelium; Ita vt vnde deberet honorari Deus, honoretur Diabolus, prętęrquàm quòd sunt iudicandi hæretici, quoniam ex sui natura præseferunt aliquid, quod manifestè est hæresis, sicut baptizare imaginem, præsefert, quòd ipsa sit capax huius Sacramenti, & rebaptizare puerum, quòd baptismus bis possit conferri, Sylvest. in verbo Hæresis 2. q. 3. vers. quod quantum, vnde

33 cum ista sapiant hæresim † manifestam, potest inquisitor hæreticæ prauitatis inquirere, vt dixit Ioan. Andr. in rubr. de sortilegijs per tex. in cap. accusatus §. sane de hæret. in 6. subdẽs quoque, quòd inquisitor non potest cognoscere, etiam si sapiat hæresim, dummodo non manifestam, d. §. sanè. Vnde Marian. Soccin. in cap. 2. nu. 10. de sortilegijs dicit, quòd nec potest co-

34 gnoscere, † an sapiat hæresim, quia iurisdictio est sibi tributa, existente illa qualitate, vt notat glosa in d. §. sane. Secus, vbi vellet cognoscere, an sapiat hæresim manifestam, quia potest, & ita debet intelligi glosa in d. ca. accusatus, & vide text. 26. quæst. 5. capit. Episcopi in princ. qui videtur velle, quòd sortilegium sapiat hæresim; sed debet intelligi secundum ea, quæ diximus supra num. 31.

VIII. Colligere herbas tali die credens ea maiori virtute pollere, quàm si alio die colligerentur pro curatione sua, † quæ

35 naturaliter ad hoc nõ proficiũt, est omnino illicitum, cap. liceat 26. q. 5. nisi simplicitas, vel ignorantia causam aliquam excusationis præbuisset, Nauar. cap. 11. num. 36. Sic qui inspectione aliquarum imaginum, aut prolatione aliquorum verborũ ignotorum quærit scięntiam aliquam addiscere, quæ ad artem notoriam pertineat, manifestissimè errat, quia cum non sint ista ad causandam scientiam in sui natura idonea, fit, vt sint signa tantummodo ad pacta quędam cũ dæmonibus pertinentia. Sic pariter condemnabuntur qui an. aliquod prosperè processurum, fit ex aliquo oculorum, aut aurium spõtaneo motu, aut etiam sternutamento, aut ex fortuito

canum latratu, aut transitu, aut ex aliqua re, quæ eis fit obuiam, velint præcognoscere, ita ij, & alij condemnabuntur ex quinta regula superius allegata.

IX. Eodem etiam superstitionis peccato, & vanæ obseruationis dicimus illos peccare, qui verba aliqua collo appensa se-
36 cum ferunt, † spem suam in illis figentes, quasi dum illa secum habeant. Sint ab hostium insidijs securi, cum ista non valeant ex se huiusmodi effectus producere; Vt autem quis licitè verba aliqua collo appensa possit ferre, multa concurrere oportet, &
37 I. Vt in illa pagina † nõ nisi sacra, & cognita noïa sint scripta.

II. Vt nullus caracter ibi depingatur, nisi venerabile crucis signum.

III. Si spes in modo scribẽdi, aut ligandi, aut in charta, in qua scribitur, nulla collocetur.

IV. Quòd talis scriptura nõ contineat ignota nomina Angelorum, & similia, ne sub illis aliquid illicitum lateat, vt si nullũ ibi vanum, aut superstitiosũ insit aut ad tacitã, vel expressam dæmonum inuocationem spectans, aut quòd ad laudem Dei nõ pertineat, 26. q. 5. c. non liceat, & 26 q. 2. c. illud, Turrecr. in c. quia fine 26. q. 2.

V. Vt talis scriptura aliquid falsitatis non contineat, Anan. in d. c. 1. de sortil. nu. 3. qui subdit, quòd quemadmodum in verbis sacris nõ est habenda spes in modo scribendi, aut ligandi, sic eadem ratio est habenda in illis;
38 † qui portant reliquias Sanctorum ad collum, quia si portant ex fiducia Dei, & Sanctorum, quorum sunt reliquiæ, non est illicitum, si autem esset aliquid vani, puta quòd vas esset triangulare, aut aliquid simile, quod non esset ad reuerentiam Dei, tunc esset superstitiosum, & illicitum.

X. Sub Casu etiam includũtur strigæ, seu laminæ, quæ vulgo dicuntur Ianaræ, quæ fidem
39 negantes conculcant † sacra, puta Crucem, & Sacramenta, cum hæreticæ præsumantur, quia ei, quem Diabolum credunt, diuinũ exhibent honorem, & Apostatæ, quia fidem negant, vnde possunt etiã cognosci ab inquisitoribus sanctæ fidei, Sylueſter in verbo Hæresis iij. quæstione 8. iuncta q. 1. & 8.

XI. Incidunt etiam, qui maleficium alio maleficio tollunt ministerio dæmonũ per alias incantationes, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona,
40 † 1. quæst. 1. cap. non est putanda, facit tex. in c. 2. de sortil. Vbi Anan. ex illo text. notat non excusari operantem per finẽ boni, si indebito modo operatur. Sed vt dixit Gabr. lib. 2. dist. 8. qõ. 2. art. 4. versic. Secundò dubitatur, curanda sunt maleficia Sanctorum orationibus fusis ad Dominum, eleemosynis, & pijs operibus, facit tex. in d c. si persortiarias, vel si Deo amouere non placet, patienter est tolerandum.

Hinc

Hinc etiam per eandem regulam: Qui faciunt incantationes ad infirmitates curandas, includuntur, 26.q.7.cap.non obseruetis, Sylu. in verbo Maleficium, quæst 8.

XII. Similiter mortaliter peccant, & includuntur, qui verbis deprecatiuis vtuntur cum
41 dæmone, vt præcor, † oro, obsecro, vt aliquid fiat, vt consiliũ, vel auxilium præstent, vel vt ab humano corpore discedat; nam hæc verba deprecatiua adoratio nem includunt, quæ sapiunt hæresim manifestam, ita Eymer. in coment. direct. inquis. 2. par. qõ. 43. vers. Qui dedit.

Eodem modo comprehendun tur in litera facientes veneficia,
42 &c. (v.g.) † Dãtes poculum mulieri ad bibendum, vel edendum causa inducendi illam ad turpiter amandum, quamuis effectus non fuerit secutus: sufficit enim vt actio fuerit cõsumata, hoc est, vt mulier poculum acceperit.

XIII. Cõprehenduntur, & vltimò omnes species superstionũ, vt diuinatores, qui nefarias pre-
43 ces circa † aras idolorum committunt, Augures, qui ex auium volatu futurorum cognitionem quærunt, Mathematici, qui euen tus nascentium prædicere conãtur. Magi stellarum inspectores, Astrologi in astris augurantes, Incantatores, qui artem verbis peragunt, Onimantici, qui ex lineamentis in manu, aut spatula apparentibus futura prædicere conantur, Hydromantici, qui in aquarum inspectione vmbras dæmonum euocant. Necromantici, quorum præcãtationibus videntur mortui resuscitati diuinare, & ad interrogata respondere. & diuini, qui diuinitate se esse plenos dissimulantes astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant, de quibus om nibus habetur 26.q.2. c.illud. & q.3.ca.igitur. & 26.q.5. cap.nec mirum.

XIV. Non comprehenditur qui ad maleficam pergeret pro factura, & dum iret, pœnitentia
44 ductus, vel aliter impeditus † nõ perfecit opus, & hoc propter opus imperfectum, Imò quasi non cæptum, argum. not. in glosa in clement. ne in agro §. quia verò. verbo Ipso facto de statu mo nachorum, vbi excommunicantur religiosi sine licentia euntes ad aulas Principum causa nocendi prælatis, seu monasterijs, vbi concludit, quòd per solum ingressum in aula contrahatur excom municatio, sed non per exitum de monasterio hoc animo, c.3. & fin. ne cler. vel monach. & secuntur communiter Doctores in d. §. quia vero, facit à simili c. pro humani de homic in 6. l. quisquis C. ad l. Iuli. Maiest.

XV. Nec etiam meo iudicio incurreret qui peregeret ad maficos; non causa malignandi; sed
45 conuersandi tantum, † vel pro causa licita, facit tex. in d. clem. §. quia vero, vbi qui accederet ad curias principum non dolosè, & malo animo causa malignan-

di, non est excommunicatus; Sic licet grauiter peccet pergens ad maleficos, vel introducens ad domum suam, & interrogans, c. non observetis 26.q.7. & 26.q.5. c. qui diuinationes, tamen si alia causa licita hoc faciat, non videtur ligari.

XVI. Pariter immunes quoq; à Casu esse arbitramur mittentes ad magos, vel eos per tertiã personam consulentes, vel mandantes talia fieri, quia non verè agunt prohibita in casu, seu actiones in Casu cõtentas excommunicationi subiectas, c. vt famę de sent. excom. Quod idem videtur de consulentibus per tertiam personam, iuxta tradita per Caiet. verbo Excommunicatio post princ. verbo ex parte agentis, vbi tradit, quòd si excommunicatur aliquid agens, nõ comprehenditur mandans, aut consulens, quia non dicuntur verè agere, sed interpretatiuè, & quando lex tales vult comprehendere, exprimit.

XVII. Nec ille comprehenditur, qui futura prædicit, attendendo alicuius rei dispositionẽ,
47 vel motum, † si tale quid sit, qđ causari ex illa re potest, aut solet, sic solent Astrologi Solis, Lunæq; labores, aut defectus certo certius futuros prædicere; Considerant enim cęlorum motus, qui tanto temporis spacio hoc necessariò causabit; Sic medici mortem, aut salutem infirmo prænunciant; sed non tanta cum certitudine. In his enim nulla est expressa, aut tacita dæmonum inuocatio; sed futura colliguntur, & causantur ex dispositione, & motu ipsius rei. Sic etiam Astrologi futuras eclypses, imò etiam siccitates, & pluuias præcognoscere solent. Si tamen tãta cum certitudine non prædicant, & salua diuina omnipotentia, quæ dubium nõ est quòd impedire posset, vt nos diximus in j. par. nostrarum decis. lib. 2. c. 3. num. 12.

XVIII. Sic neque medicus comprehẽditur, qui somniorum
48 qualitatem † deducit, quæ nam sit corporalis interior dispositio, vt qui in somnis aquam, aut niuem mente reuoluit, solet ex medicorum iudicio frigidis humoribus abundare.

XIX. Nec ille includitur, qui ignoranter agit, putans fore lici
49 tũ † & nullum, aut veniale peccatũ, secus si appensatè, & post monitionem, atque certificationem, quòd esset illicita talis ars, vt per Diu. Antoninum in 2. par. tit. 12. c. 1. & in summula Defecerunt in j. par. interrogatorij post D. Thomam 2.2.q.92. & seq. Caiet. & Armilla post alios in verbo superstitio, qui volunt, quòd diuinatio, & si genere suo sit mortalis, tamen frequenter est venialis, & maximè primis vicibus, & ignorantibus.

XX. Vltimo nec qui ad fugãdam ægritudinẽ præcantationes
50 † adhibuit ex quadã simplicitate, credẽs non esse peccatum, vt diximus supra ex D. Antonino.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Apostasia vnde, & quotuplex dicatur nu. seq.
3 De Apostasia à religione sunt multæ constitutiones.
4 Religio licet multipliciter capiatur, nu. seq.
5 Apostata quis, & quotuplex, num. sequent.
7 Dictio siue est alternatiua.
8 Apostata regulariter non est excommunicatus.
9 Casus tres circa monachum, quando sit apostata.
10 Habitus nouitiorum quotuplex.
11 Habitus professorum qualis esse debeat.
12 Habitus dimissio ad modicum tempus non facit apostatam, sed quãdo faciet illum, nu. seq.
14 Dispositio pœnalis extenditur, si fieret elusoria.
15 Secta differt à septa, & seta.
16 Monasterium qualiter differat à conuentu.
17 Fratrum appellatione veniunt monachi.
18 Epilogus.
19 Apostasia inducit irregularitatẽ, dispensatur à Papa, nu. seq.
21 Excommunicatus quãdo de hæresi sit suspectus.
22 Inquisitores an, & quando procedant in apostatam.
23 Apostata reuersus qualiter puniẽdus, & publicè absoluendus.
24 Cogendus sub graui carcere ad reassumendum habitum.
25 Reassumpto habitu sit ad dignitatẽ ineligibilis.
26 Est infamis, repellitur ab accusatione, & testimonio.
27 Bona acquisita in apostasia cui applicantur.
28 Apostata vt quis dicatur, multa requiruntur.
29 Apostata qualis sub Casu comprehendatur, nu. seq.
31 Professus tacitè, vt quis dicatur, tria requiruntur.
32 Apostata vt sit excommunicatus, quæ requirantur.
33 Et an qui dimittit partem habitus.
34 Apostata an sit transiens ad aliud monasterium, vel religionem.
35 Transitus ad aliam religionem, vt sit licitus, qualis; sed illicitus, nu. sequent.
37 Priuilegium Casinense, ne in aliam religionem monachi recipiantur.
38 Habitum deferens coopertum monachus, ne capiatur ob aliquod delictum, an sit Apostata.
39 Apostata an sit exiens ex eo, quia parentes habet in necessitate positos.
40 Trãsitus iste hac ex causa an licitus
41 Apostata est egrediens, & si efficiatur clericus.
42 Apostata an sit exiens ex eo, quia per vim, aut metum prætendit se emisisse professionem.
43 Apostatæ non dicuntur viuentes in Congregatione collegialiter.
44 Apostatæ sunt religiosi Societatis Iesu exientes post biennium.
45 Apostatæ mente, sed non corpore non includuntur.
46 Apostata neque qui ad modicum tempus.
47 Religiosus fugitiuus an apostata.
48 Transitus ad religionem multifariã vocatur.

49 *Apostata an sit exiens ob rigorem prælatorum.*

50 *Abbas quando monacho concedere debet transeundi ad strictiorē religionem.*

51 *Monachus factus Episcopus à quibus absoluatur circa ea, quæ pertinent ad religionem.*

52 *Et quid si est translatus ad Ecclesiam sæcularem parochialem.*

De Apostasia à religione. Cap. II.

Apostasia à religione siue habitu dimisso, siue retento, quando eò peruenerit, vt extra septa monasterij, seu conuentus fiat egressio.

EXPOSITIO.

1 DE Apostasia, quę & quotuplex sit †loquitur Diu. Thomas 2.2.q. 12.art.1. ad 3. Apostasia dicitur ab Ab, ꝙ est retro, & stolon, quod est admissus, vel missus, inde Apostata, ideſt refuga, retromissus, retroabiens à fide, vel religione secūdum Hugonem, ita Archid. in c. penult. dist. 50. vel dicitur apostata, seu apostasia quasi post status, ideſt retrogradus status, vnde Apostasia est retrogradatio, 26.quæst.vlti.in cap.non obseruetis, vbi Augustinus exponit apostatam, ideſt retrohabientē.

Et ita Apostata in se dicit omnem retrocessionem, quare miles militiā deserens dicitur apostatare, cuius pœnæ sunt multæ, l.desertorem ff.de re milit. facit etiam text. in cap.magnæ, §.sed nec dicens, de voto: vbi nemo (sicut scriptum est in Euāgelio) mittens manum ad aratrum, & respiciens retro apostando, aptus est regno Dei, quæ quidē verba exponuntur per Greg. super Ezechielem Homil.3. & habentur in c. pennata de pœnit dist.2. Et est apostasia propriè temerarius recessus, & cum sit illa nomen æquiuocum, plura complectens, † scilicet Apostasiam perfidiæ, quādo quis recedit à fide, 2.q 7.c.nō potest, inobedientiæ, quando quis diuina trāsgreditur præcepta, cap.si quis venerit de maior. & obed. & irregularitatis, cum quis ab ordine suo clericali, siue statu sumptæ religionis, cui professus est, recedit, vt in c. 1.c.fi. de Apost.c.fi. dist.50. Diu. Thomas, qui supra. Hinc ad tollendam difficultatem, de qua Apostasia loquebatur Casus noster, exprimitur per verbum subsequens.

2

A religione, De hac Apostasia, 3 seu † retrocessione à religione videnda est constitutio Pauli IV. quæ postea quò ad pœnas ibi taxatas fuit redacta ad formam iuris per Pium IV. in constitut. viij. quæ incipit. Sedis Apostolicæ, & habetur in Bullario fol. 654. adeò quòd hodie attenditur consti-

constitutio 43. Clementis VIII. & constitutio 10. Pauli III. & constitutio 60. Iulij III. & Sylu. in verbo Apostasia §. 9.

(A religione) Religio quãuis
4 multis modis sumi possit, † vt habetur per nos in nostris decis. li. 3. cap. 5. num. 2. & 3. Hic tamen capitur pro statu illo, in quo quis solemne emisit votum per professionem expressam, vel tacitam factam alicui de religionibus per sedem Apostolicã approbatis, cap. vnico de voto in 6. & ita pro regulari professione, cap. pen. extra de regular. Hoc est Apostasia per sanctam religionis professionem, capit. fin. dist. 50. Et ita notat Gemin. ex illo tex. quod professio regularis dicitur sancta, Hinc dicit. D. Thomas 2. 2. q. ante pen. & vlt. quod emittens professionem, cõtrito corde consequitur plenariam indulgentiam.

Et secundum Innoc. in c. fi. de renunt. & in cap. intelleximus de ætat. & qualit. Apostata à religione dicitur ille, qui recedit
5 † inconsulto superiore suo, & nõ subijcit se alius obedientiæ, vt quia non intrat aliud monasterium, quantumcunque retineat habitum, & tonsuram, quia recedit à regula superioris, & venit contra vnum de tribus substantialibus, videlicet contra votum obedientiæ, cap. cum ad monasterium extr. de statu monach. vt etiã dixit Panorm. & Anani. in cap. 1. de Apost.

(A Religione) Apostasia à re-
6 ligione dicitur triplex † Nam quædam est tantum interna, vt cũ religiosus in monasterio corpore viuit, mente tamen à religione alienata, & remanendi in sæculo potius, & hic quamuis apud Deum habeatur verus apostata, cum Deus cor respiciat, & non manum, 14. q. 5. c. si quid inueneris, glosa in cap. cum voluntate de sent. excomm. non tamen incurrit casum reseruatũ, & pœnas iuris, quia casus reseruatio intelligitur de actibus externis, Externa tamen est; cum religiosus ex libidine per mundum vagatur animo tñ ingrediendi religionem, & redeundi. Sed interna, & externa est, quando simul animo, & corpore religiosus monasterium deserit, ad illud, vel aliud non rediturus.

(Siue habitu dimisso, siue retento) Dictio siue est alternati-
7 ua, † vnde sufficit alteram partẽ esse veram, Abb. in capit. inter cætera de rescript. Et ita ad cõstituendam Apostasiam satis est egredi à religione, cum habitu dimisso, seu retento, licet in hoc differant, quia si religiosus dimittat habitum, est ipso facto excommunicatus cap. 2. ne clerici, vel monia. lib. 6. Et ita
8 nota, † q licet Apostata regulariter non sit excommunicatus, vt sensit glosa in cap. ex parte de tempor. ordin. & Clarius in cap. 3. de Apost. & in cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6. Tamen fallit in religioso temerè habitũ reijciente, per id, quod habetur

in c.

in cap. 2. ne cler. vel mon. lib. 6. Doct. in cap. si quis ex clericis de vita. & honest. cler. At si retinet habitum, est apostata, sed non excommunicatus, Et ita nota tres casus, quos diffusius videbimus in decisionibus.

9 Primus † quãdo monachus temere dimisit habitũ, & redit ad sęculum, & hic propriè dicitur Apostata, & est excommunicatus.

Secundus, quando intrat aliud monasterium in eodẽ, vel diuerso habitu, & hic nõ propriè dicitur apostata sed improprie quia retro abijt, vt habetur plenè p Dom. Ant. in c. ex parte de tẽpor. ord.

Tertius, quando non dimisit habitum, nec intrat monasterium aliud, sed vadit vagando, & hoc dic. vt colligitur ex notatis per Innoc. in cap. fin. de renunt. Hic autem intellige de primo modo.

(Habitu) Non hic intelligas habitum nouitiorũ, qui multiplex est, distinctus, indistinctus, & indistinctissimus. Et distinctus est
10 duplex, † latens, & patens, de quo in cap. 1. de regular. lib. 6. & clem. eos eod. tit. Item indistinctus est, quando professi, & nouitij habẽt eundem habitum. At indistinctissimus, quando omnes eundem habitum portant, & nouitij, professi, & conuersi, & tandem oẽs de illa regula, vt habetur per Anan. in cap. consulti num. 2. de regular. Sed intelligas habitum professorum, qui debet esse conueniens pœniten-
11 tiæ, & deuotioni, † 20. quæst. 1. cap. vidua, qui qualis debeat esse quo ad monachos nigros Sanctissimi Patris nostri Benedicti, declarat glosa in clem. ne in agro §. 1 verbo Habitus de statu monach. Vbi habetur, quod in qualitate panni nõ excedatur modestia, & nec quæratur quid pretiosius, vel subtilius, sed quod vilius valeat inueniri, nam inter XII. Abusiones Clausstri ponitur habitus pretiosus, gl. in d. clem. §. quia vero.

(Dimissio) Non ad modicum
12 tempus, hoc est ad horam † Syl. in verbo habitus, Caiet. verbo Excommunicatio cap. 61. quia talis non est mortifera dimissio, & ideo non est casus reseruatus, & de minimis nõ est curandum, l. Seio ff. de in integr. restit. ff. de verb. oblig. l. continuus, cap. & si quæstiones de simon. & qui aliquantisper dimittit, non dicitur dimittere, sicut nõ dicitur abesse, qui aliquãtisper abest, statim reuersurus, facit tex. ff. de seruit vrb. præd. l. 1. §. quotidiano, & l. foramẽ, vbi stillicidiũ habet causam continuam, quamuis non sẽper cedat, Et nec si dimissio habitus esset mortifera animo redeundi, vt qui nocte secreto, ex lasciuia, vt magis commodè illi vacare posset, dimitteret habitũ, egrediendo extra monasterium, vt post illam completam redeat habitum reassumpturus, Et multò magis, si fieret dimissio habitus extra monasterium ex causa rationabili sine peccato, transiturus fortè per loca hæreticorũ,

iuxta

iuxta notata in cap. Deus, qui de vita, & honest. cler. de quibus per Sylvest. in verbo Excommunicatio IX. §. 12. sed tunc demum, quando dimittitur habitus animo illum amplius non reassumendi, vt hæc omnia infra manifestabuntur.

(Siue retento) intellige, vt videri non possit ab hominibus, quia tunc nõ solum est apostata,
13 † vt dixit glosa in cap. quoniam de vita, & honest. cleric. in verbo. Extrinseci, & in regula certum lib. 6. sed etiam excommunicatus, Tum quia par est nõ esse, vel non apparere, de consecr. dist. 1. cap. sollemnitates, glosa in d. cap. quoniam, l. intellige ff. de contr. empt. Tum etiam quia vbicunque dispositio pœnalis posset fieri de facili eluforia, nisi fieret extensio, semper illa
14 permittitur †, per id, quod habetur per tex. & glosam in cap. quanquam de vsur. in 6. Vbi fit extensio de testamento ad codicillum, & donationẽ causa mortis, & in clem. ij. de sepultu. quæ rectè loquitur de sententia excommunicationis, & tamen fit extensio de cæmiterio ad Ecclesiam, nam tunc non dicitur propriè extendi, sed tacitè includi, ita dixit glosa valdè notabilis in verbo Italia in cap. 1. de tempor. ord. lib. 6. facit etiam ad idem l. nominis, & rei §. verbum ff. de verb. signific. & est ad hoc tex. optimus in l. his solis. C. de reuoc. donat. ibi (satis etiam tacitè, & cautum putamus) vnde Baldus per illum tex. in rubrica C. de naut. feno. notat, quod non dicitur omissum, quod eadem ratione includitur. Vnde cum sit par ratio dimittere habitum, vel ita coopertum gestare, vt nihil de eo appareat, ergo ita est apostata, & excõmunicatus dimittens, ac retinens, modo non possit ab hominibus videri, ita hanc opinionem tenet Ioan. Andr. in c. 2. nec cler. vel monachi. lib. 6. & sequitur Dom. Anton. & Ioan. de Imola, & Anch. in d. c. Deus qui, contra Ioan. de Lignano in d. cap. 2. Ita etiam tenet Anan. in rubr. de Apost. nu. 3.

(Quando eò peruenerit) hoc est, vt ad tantã temeritatem, vt extra septa, Septa differt à secta,
15 & seta, †, nã septa dicitur clausura, à sæpio sæpis, sed secta cum l. C. dicitur à seco secas, & est propriè habitus animorum, & propositum in malum circa falsam disciplinam. Inde tales dicuntur secti. Idest separati, & diuisi ab vnitate fidei, & Ecclesiæ, vt hæretici. Verum seta sine P. & C. significat pilum durum, quo potest trahi filium, cap. sicut seta de pœnit. dist. 2. Ita dixit glosa notab. in d. clem. ne in agro §. rursus, & in clement. ad nostrum, verbo secta de hæreticis.

(Monasterij seu cõuentus) Hoc est loci, vbi degunt monachi,
16 †c. monasteria de vita, & honest. monach. vel frates religiosi, & ita monasteriũ dicitur locus monachorum, qui dicũtur à Mouos grece,

græcè,]deſt ſoli, & Achos mæſti, 16. quæſt. 1. c. placuit, gloſa in l. decernimus. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & conuentus locus religioſorum,& fratrum. Et nota, quia inter monaſterium, & cõuentum in medio ponitur dictio, Seu. quæ idem videtur ſignificare, quod aut, vt ff. ad Senatuſconſ. Trebel. l. 1.§. ſublata, ſcilicet q̃ diſiũgat, vt aut eſt dies, aut nox. Hoc eſt q̃ Apoſtata eſt ille, q̃ egreditur extra ſepta monaſterij,& pariter à cõuentu.

Et dicitur conuentus ad tollendam difficultatem illam, an Appellatione fratrũ veniãt monachi, quia in materia odioſa
17 † appellatione fratrum veniunt monachi, etenim communis vſus loquendi attenditur, vt notatur in cap. ex literis de ſponſ. facit tex. in cap. quam 2. quæſt. 7. & quod notat Abbas in cap. ſanè in fine de foro compet. & de cõmuni vſu loquendi illi tantum dicuntur monachi, qui ſunt de ordine Sanctiſſimi Patris Benedicti, & alij religioſi mendicantes fratres dicuntur, Decius in c. cauſam n. 6. de Iudic. Igitur ad tollendam hanc difficultatẽ dicitur. Monaſterij, ſeu conuentus.

(Fiat egreſſio) Egredi eſt à loco in locum progredi, hoc eſt de monaſterio extra, De hoc verbo latiſſimè loquitur Sylua allegoriarum in verbo Egredi. Item loquitur tex. in l. vlt. ff. de condit. & dæmones, Vlpianus in fin. in l. 1. ff. de conſt. pecu.

Eſt ergo ſenſus horum ver-
18 borum †, quòd eſt vnus de caſibus reſeruatis, quando eò peruenerit religioſus, vt habitu profeſſionis dimiſſo, ſeu retẽto, ita vt non appareat, exeat, extra clauſurã monaſterij, animo non redeundi, quo caſu eſt ẽt ipſo facto excõmunicatus. At ſi exierit habitu retento, Ita q̃ appareat, dicitur apoſtata, eſtq; caſus reſeruatus, ſed non excommunicatus; Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

EX multis cognoſcitur grauitas huius criminis, Inde meritò reſeruatur, & Primo, quia ſunt tales Apoſtatæ infames, cap. conſulti de regular. cap. ſi quis venerit 30. quæſt. 4. Quare in clericos non ſunt ordinandi, & ita Apoſtaſia inducit irregularita-
19 tem, † ad hoc extra de Apoſt. ca. fin. Vbi Anani. num. 1. Gemin. in cap. fin. diſt. 50. Vnde Archid. ibi num. 4. dixit, quod nec poſt acceptam pœnitentiã poſſunt promoueri. Quapropter qui vult ordinari, debet petere diſpenſationem, & exprimere quod non ſolum poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, ſed etiã ad maiores aſcendere. Dom. Anton. de Butr. in cap fin. de Apoſtat. Quare ſi collatus fuerit ordo in apoſtaſia, non habet ordinis executionem, & in tali caſu Papa retinet facultatem
20 diſpenſandi, † d. cap. fin. capit. pen. & fi. de fili presbyter. Vbi nota caſum, in quo Papa diſpenſat,

sat, cæteros casus vide per glosam ibi, & vltra eam per Zabar. in d. cap. fin. & Ananiam. Vnde non habita dispensatione non habet ordinis executionē, quemadmodum nec si reciperet ordinem non sacrum, sed in hoc est differentia, quia in sacro Papa dispensat, sed in non sacro potest dispensare Episcopus, postquam Papa solum de ordine sacro sibi specialiter reseruauit, extra de sent. excomm. cap. nuper, glosa in cap. vbi periculum verbo Incurrat de elect. in 6. de præsumpt. cap. nonne, de biga cap. 1. & 2.

Secundò religiosi apostatę habitu dimisso, vel retento, ita vt non appareat, sunt ipso facto excommunicati, cap. 2. nec cler. vel mona. lib. 6. & si per annum animo indurato persistunt in ex-
21 communicatione, † ad religionem redire negligentes de hæresi sunt suspecti, tanquam in contemptum habentes claues Ecclesiæ, cap. grauem extra de pœnis, quæ tunc dicuntur contemni, quando quis per annum persistit in excōmunicatione, facit tex. in cap. cum contumacia de hæret. in 6. & est ratio, quia omnis Christianus saltē semel in anno debet confiteri, & ad minus in Pascha reuerēter recipere sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, c. omnis de pœnit. & remiss. excommunicatus autem ab his excluſus est, vt not. de cler. excom. ministr. cap. si celebret. Igitur si per annum excommunicatus in pertinacia suæ fuerit, præsumitur esse infidelis d. cap. omnis in princ. nec non Ecclesiastica contemnere Sacramenta, & aliter de ipsis sentire, quā Romana Ecclesia sentiat, Vnde præsūptio iuris est, quod sit hæreticus, & de fide respōsurus citari potest per inquisitorem, vt habetur apud opus iudicale inquisit. verbo apostasia, cū ex facto animus declaretur, ff. de his, qui not. infam. l. 2. dist. 43. cap. 1. de appellat. cap. dilecti, Tamen vt diximus in nostris decis. par. 1. lib. 3. c.
22 5. num. 84. non solent † inquisitores contra tales procedere, nisi solum, quando relicta religione, quam professi sunt, ad matrimonium transirent siue post annum, siue ante, vt dixit Ioannes de Anan. in cap. ad abolendam num. 27. de hæret. ex quo præsumitur male sentire de sacramento matrimonii.

Tertiò Apostata, qui dimisso habitu ad religionem reuertitur, est actiua, & passiua voce, iure-
23 que suæ primogenituræ †, & prædicandi ad populum, audiendi confessiones priuatus, per nullos superiores, nec per capitulum Generale, vel Prouinciale rehabilitandus, donec per quadriennium ad minus bene, ac laudabiliter sub correctionis, ac disciplinæ forma patienter, & humiliter vixerit, Item tempus quo manserit extra religionem, intra professionis annos non est computandum, Item est publicè absoluendus à censuris, & pœnis

Eccle-

Ecclesiasticis ob dimissionē habitus à iure communi, & à superioribus latis, vt habetur in constitutionibus Capucinorū à Summis Pontificibus approbatis, nā statim, quod quis à religione apostatauit, excommunicatur, & pro excommunicato denuntiatur, & quando regreditur, publicè absoluitur, Ita Capucini adnotatio in compendio priuilegiorum Fratris Hieronymi a Sorbo verbo Apostatæ ab ordine.

IV. Quia potest superior sub
24 graui custodia † apostatam carcerare, Ita quod solummodo sibi misera vita reseruetur, & fortè panis, & aquæ, extra de verb. signific. cap. nouimus, si nullatenus induci posset, vt abiectum habitum reassumat, cap. à nobis de apost. & cap. tuæ eod. tit. Et ita licet carcer detur ad custodiam, cap. quamuis de pœnis lib. 6. Tamen Apostate nolenti habitum reassumere datur ad pœnam, vt in d. ca. à nobis. ibi sub graui custodia, & quod diximus de religioso Apostata. Idem extende ad sæculares in sacris constitutos, nam possunt compelli, d. cap. tuæ. Vbi Ananias nu. 12. extendit etiam ad constitutos in minoribus, si habent beneficium, vt not. in cap. Ioannes de cler. coniung. & in c. fin. dist. 50. si verò non habent beneficium, non possunt præcisè compelli, sed causatiuè sic seruata cautela, vt moneantur ad reassumendum habitum, alias carebunt omni priuilegio clericali.

Quintò, quia Apostata ab apo
25 stasia absolutus † per reassumptionem habitus, quamuis fuerit effectus bonæ vitæ, non potest eligi in Abbatē, quia sic temerè dimittendo est factus ineligibilis 16. quæst. 4. & cap. legi in princ. Archid. in cap. per tuas de voto in 6. vbi habetur, quod vouens, de quo ibi loquitur, fuit ineligibilis, antequam regularem habitum assumpsisset, cum hoc vouisset, ergo multò magis ille, qui habitum regularem suscepit, quem postea apostatādo dimittit, est ineligibilis, cum magis peccet ille, qui habitū iā susceptum dimittit, quàm ille, qui nunquam habitum susscepit. Archid. in capit. 2. Ne cler. vel mona. lib. 6.

Sextò secundum canones debet decem annis pœnitentiam agere 27. q. 1. c deuotam.

Septimò ex quo Apostata est infamis, infertur, quod nec ante reuersionem nec post recipitur in accusatione, & testimonio,
20 † Archid. in cap. Beatus 3. q. 4. & nec potest capere legatum, vel hæreditatem, ex testamento C. de Apost. l. hi, qui, & l. sequent.

Octauò Bona acquisita in apo
27 stasia ipsis non redduntur, † 27. q. vlt, cap. quicunque §. fin. in auth. de monach. §. si verò deliquentes, sed sunt Cameræ Apostolicæ per constit. Greg. XIII. quæ incipit Officij nostri. Vbi reuocat concessiones Pauli, & Pij IIII. qui prius statuerunt esse

mona-

monasterij. Hæc pauca de multis sufficiant ad innotescendam grauitatem huius criminis. Superest modo, vt ad decisiones descēdamus: Verum antequam ad illas deueniam constituo mihi hanc regulam, ex qua inferri possunt multæ decisiones Regula sit hæc.

Vt quis dicatur verè Apo-
28 stata à religione, multa † requiruntur, & Primò, vt emittat votum solemne per professionem expressam, vel tacitam.

Secundò, vt dicta professio fiat alicui de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis, c. vnico de voto in 6.

Tertiò, vt professus exeat a conuentu, siue monasterio.

Quartò, vt inconsulto superiore, hoc est Prælato, vel Abbate, qui præcipuam dignitatem in monasterio gerit, vel ipso absente, Priore, aut altero, qui ei succedit.

Quintò, vt fiat egressio animo non amplius reuertendi.

Sextò, vt deserat religionem in genere, hoc est animo non ingrediendi aliam, sed viuendi, vt laicus, vel clericus; Sed modo ex hac regula deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

COmprehenditur sub casu Apostata, non quidem à veritate fidei Christianæ, qui dici-
29 tur apostata a fide † nam iste deuians sic habendus est hæreticus, & infidelis, & in hoc habent locum iura posita de hæret. Et nec apostata inobedientiæ, qui si superiori, puta Papæ, vel canonibus non vult obedire, credendo eum non habere potestatem condendi Canones, punitur vt hæreticus, 19. dist. cap. nulli fas. At si non negans hanc facultatem, non vult obedire ex contemptu, grauiter puniri debet, quia est deponendus, cap. deniq. §. hæc & si legibus dist. 4. & si est incorrigibilis, tradendus est curiæ sæculari, & poterit excommunicari, de Iudic. ca. cum non ab homine. Verum si nollet obedire ex quadam concupiscentia, qua tenetur astrictus, tunc mitius punitur, vt dixit Abbas in cap. 1. num. 3. de Apost. sed ille apostata comprenditur, qui retrocedit a religione, animo illā derelinquendi.

II. Non omnis religiosus, qui a religione apostatat, sub litera includitur. Sed religiosus cum effectu, hoc est, qui tacitè,
30 vel expressè professus † iux. tex. in cap. religioso §. fin. de sent. excomm. in 6. qui derelinquens suam religionem inconsulto suo Prælato non subijcit se alterius obediētiæ, quantumcūq; retineat habitum, quia venit contra vnum ex tribus substantialibus, scilicet contra votum obedientiæ. capit. 1. Vbi Abb. num. 2. de statu regul.

Vt

Vt autem dicatur tacitè pro-
31 fessus, tria sunt necessaria†, Primum, vt habitus sit indistinctus ab habitu professorum. cap. 1. §. qui vero de regul. in 6. Secundum, quod deferat eum in monasterio, d. §. qui vero, ibi Degens cum eis.

Tertium, quod illum deferat intra monasterium per annum continuum, c. 1. de regul. in 6. ibi per totum annum.

III. Non solum apostata est, sed excommunicatus, qui dimitteret habitum propriæ religionis, alium non reassumpturus, modo hæc concurrant. Primum
32 †, quod dimittat extra monasterium, egrediendo, vt probatur in cap. vt periculosa ne cler. vel mona. lib. 6. ibi in scholis, vel alibi, secundum Ioan. Andr. ibi Quare infertur, quod si aliquis in domo illum dimitteret, non esset excommunicatus. Secundũ, quòd temerè dimittat, hoc est sine rationabili causa.

IV. An verò sit excommunicatus, si non dimittat in totũ habitum religionis, sed partem
33 habitus, † vt quia defert habitum religionis subtus, & exterius portet habitum clericorum sæcularium, Ioan. Andr. in capit. Ioannes de regul. cõcludit, quod si est monachus claustralis, incurrit excommunicationem, vt notat glosa in verbo Extrinsecus in clem. 2. de vita, & honestate cler. si verò non esset monachus claustralis, sed esset translatus ad Ecclesiam Parrochialem clericorum sæcularium, tunc extrin secum habitum regularem potest mutare, non tamen ex toto dimittere, & ideò tunc non incurrit excommunicationem, vt notatur in cap. noua actione 16. quæst. 7. claustralis autem minimè posset se conformare habitui extrinseco clericorum sæcularium, vt not. in cap. 2. de testam. Ita refert Ananias in ca. fin. in fine de Apost.

V. Et si omnes videantur concludere non esse apostatam
34 † religiosum intrantem aliud monasterium diuisum à suo, sed non diuersæ religionis, Exemplũ in regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti, qui habet religiosos diuersi habitus, tamen non omnes profitentur eandem regulam, & ita loquitur tex. in cap. ex parte de tempor. ordin. Vbi habetur, quod talis trãsiens non est apostata, & nec recipiens ibi, hoc est in secundo monasterio ordinem efficitur irregularis, atque suspensus ab executione. Tamen dubium est de eo, qui dimitteret habitum suæ religionis, & transiret ad diuersam religionem quò ad habitum, & professionem, vnde Gemin. in cap. 2. ne cler. vel mona. lib. 6. dicit, quod iste est apostata, & excommunicatus, Tamen alij, vt Lapus allegat. sua 24. dicunt transeuntem ad laxiorem religionem nõ dici strictè apostatam, sed impropriè, idest retro abeuntem, Ita Anan. in dicto capitulo ex parte.

Vt

Vt autem transitus sit licitus ad aliam religionem, oportet,
35 † quòd transitus fiat non respectu melioris religionis, seu maioris, vel respectu finis, vt quia fructuosior est; aut alio modo; sed solum respectu arctioris vitę. Vnde præsuppositò, q religio sit melior, & fructuosior, tñ si non viuitur ibi strictius, non videtur licitus transitus secundum iura; ita concludit Ioan. Andr. in ca. sanè de regular. post recitatam Theologorum opinionem. Idem ibi Panormit. & probat per tex. in c. licet de regular. Adest etiã circa hoc Extrauagans Ambitiosè de regular. quæ vult, vt nullus frater ordinis mendicantũ possit transire ad aliquem ordi-
36 nem † monachalem excepto ordine Carthusiensium, nisi de licentia Papæ, alias ille esset excommunicatus, & apostata, & similiter eum recipientes, verum si de licentia Papæ transiret ad ad ordinem monachorũ, clem. vt professores de regular. vult, vt nullum ibi possit habere officiũ. Similiter, & nos monachi Casin.
37 priuilegium † habemus ab Eugenio Papa, per qđ prohibetur, ne monachi abstrahantur à sua religione. ne sponte venientes recipiantur ẽt occasione arctioris vitæ, ordinis, & religionis absq; consensu Capituli generalis, seu præsidentis, & maioris partis visitatorum dictæ Congregationis sub pœna excõicationis latæ sententiæ. Quapropter Nau. lib. 3. de regular. in antiquis cons. 39. dicit, prefatum priuilegium non reuocari per Conc. Trid. Vnde consuluit Chartusianos incurrisse in pœnã prætatã ob receptionem duorum monachorum licẽtia ab ijs non petita, sed reuocatum certè fuit per Innoc III. de regul. per quod statuit, vt nõ obstante tali priuilegio possit regularis transire arctiorẽ vitam petita licentia, licet non obtẽpta.

VI. Diximus supra paria esse non esse, vel non apparere, quapropter esse apostatam deferentem habitum, ita coopertum vt nihil videatur, si exierit à monasterio animo non ingrediendi aliam religionem; imò si monachus est claustralis, incurrit in excommunicationem, quia iste videtur offendere mentem, & amplecti verba, ergo incidit in pœnã, vt dixit Anch. in c. Deus, qui nu. 4. de vita, & honest. cler. Sed dubiũ est; An regularis, qui ob timorem iustitię propter aliquod crimen ab eo perpetratũ, ne capiatur, & puniatur à suo su-
38 periore, † deferens tñ habitum, sed coopertum, alio habitu publicè super indutus incedens, sit apostata censendus. Respondeo quòd cũ casus Venetijs accidisset, fuit pro tali diiudicatus, & punitus referente Thoma Triuisano lib. 2. decis. Venet. decis. 19. Tum quia deferre habitum regularem est de essentia religionis, glosa in cap. de monachis, verbo Discedere 16. q. 1. & gestare illũ coopertum, perinde est, ac si nõ ferret, cum non videatur. Tum

quia prædictus timor, cũ sit respectu pœnæ benè meritæ, nõ dicitur excusabilis, & iustus, quinimo punibilis, ita Additio ad Stephanum Quaranta Parte Secunda, verbo Apostasia in prima Editione fol. 377.

VII. An sit annumerandus
39 in numero Apostatarum tum † professus ille, qui parentes habẽs in necessitate positos exijt claustra ad subueniendum eis animo redeundi, sed non durante necessitate parentum.

Respondeo, quòd propriè iste nõ est apostata, quia deficit quintũ requisitum positum in regula supra nu. 28. quia iste egreditur animo reuertendi.

An verò possit iste talis claustra exire ad subueniendum parentibus in necessitate positis,
40 † Sylu. in verbo Religio 6. §. 9. secutus opinionem Diui Thomæ 2.2.q. 101. art. fin. ad Quartum, & quodl. 3. art. 16. Sic distinguit, aut pater, vel mater erant in necessitate, antequã filius ingrederetur religionem, aut non.

Primò Casu cõcluditur quòd filius tenetur exire claustrum, cum limitatione tamen, si filius exiens à claustro non poterit eis subuenire, quam etiam opinionem sequitur Nauar. in Manu. c. 14. Et dicitur necessitas grauis, vtpote, si oporteret eos mendicare, vel alijs seruire cũ magna indecentia status eorum, Sylue. in verbo Religio 2. §. 7.

In secundo Casu dicitur non teneri, & nec debere exire, & patri subuenire, & licet Caiet. 2.2. vbi supra aliam afferat distinctionem pro concordia opinionum. Ego tamen secutus opinionem Capuc. in addit. ad Sorbum in verbo Apostasia ab ordine fol. 90. in fine. tutiorem partem sectando in similibus consulerem recurrendum esse ad Summum Pontificem; Sic enim multoties visum est litteras absolutorias esse datas à Papa, durante tamen necessitate parentum. vt sic posset esse tutus non solũ in foro poli, sed etiam poli.

VIII. Incidit in casum etiã professus, qui egreditur à monasterio, & habitu dimisso efficitur
41 clericus sæcularis, † nam iste præter apostasiam, si suscipit ordinem sacrum, est suspensus ab executione ordinis, & à Papa dispẽsationem obtinere debet. Et idem, si suscipit minores, cum hac tamen limitatione, q. Episcopus potest dispẽsare; Ex quo enim Papa hanc non reseruauit, videtur Episcopo concessisse, argumen. text. in c. nonne de præsumpt. c. nuper de sent. excom. & hæc procedunt etiam peracta pœnitentia, ita Ioan. de Anania in c. fi. de Apost.

An vero dispensatus per Papã super ordine suscepto possit ascendere ad superiores sine vlla dispensatione. Dicit Anan. qui supra quòd tutum est; vt petens dispensationem faciat. exprimi quòd non solum in susceptis possit ministrare, imò et ad superiores ascendere. cum di-

dispensatio sit odiosa, & ideò nō dicitur extendi ad Casum expressum.

IX. Cum ad incurrendam Apostasiam inter cætera requiratur, vt quis temerè, hoc est sine
42 † causa recedat. Quæritur an Regularis, qui prætendit se per vim, & metum, aut etiam ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, si proposita causa corā superiore suo, & Ordinario egressus fuerit a monasterio inconsulto superiore, dimisso habitu ante latā sententiam, incurrat casum reseruatum. Respondeo, quòd non, quia litera loquitur de vero apostata; At hic non est verus apostata, vt habetur per Conc. Trid. sess. 25. cap. 19. vbi cauetur, q̄ ad monasteriū iste est cogendus redire iuxta tex. in cap. à nobis de Apost. & tanquàm apostata puniendus, vnde non est verus apostata: cùm talis egrediens non videatur habuisse intentionē absolutam egrediendi, sed conditionatam, quatenus si lata fuisset sententia pro eo professionē fuisse nullam, alias secus.

X. Non dicuntur apostatare
43 illi, qui viuunt in aliqua † Congregatione collegialiter, non tamen emittunt professionē, vel faciūt aliquam oblationem in aliquo loco, qui non est approbatus à sede Apostolica, cum nō dicatur emissum votum solēne, c. 1. de voto in 6. Pariter eadem ratione nec ille, qui non est plenè oblatus, qui se, & sua non plenè dedicauit monasterio de præsenti. sed stat in sæculo, vel retinet vsumfructum, aut partem suorū bonorum, facit glosa in c. vt priuilegia de priuil. quæ ipsas personas vocat largo modo Ecclesiasticas, ideò nō profitentur tria vota, sed solum assumunt quendam specialem modum viuendi, vt dixit glos. singul. in clem. 1. de relig. domib. glosa in clem. cum ex eo, verbo tertio de sent. excom. Ad hoc spectat tertius ordo S. Francisci inuētus tàm pro maribus, quàm pro fœminis, qui habent proprium in singulari, qui vocantur continētes, ex eo dicti, nam certis diebus abstinent à toro, de quibus in c. cum ex eo de elect. in 6. Ad hoc etiā spectant omnes religiosæ, quæ viuunt collegiatim, sed non sub perpetua clausura: Etenim cū omnes moniales sic de cætero viuere debent, c. vnico de statu regul. in 6. & habetur in Conc. Trid. sess. 25 c. Bonifacij, fit, q̄ si non degunt sub perpetua clausura, non dicātur verè moniales, & consequenter se exuendo habitu, non dicātur verè apostatæ, & multò magis viuentes in suis domibus, & exeuntes, quæ vulgo dicuntur bizoche.

XI. Incurrunt Religiosi So-
44 cietatis Iesu, † qui post biēnium probationis emittunt tria vota simplicia, nam qui recesserint à sua religione post dicta vota emissa absq; expressa sui superioris licentia ad id ab eis specialiter obtēta, ipso facto sunt excōi-

cati, & absolui nequeunt, nisi à Summo Pontifice, vel Superiore Societatis, vt habetur in literis à Pio V. editis pa. 94. & seq. imò Greg. postea XIII. per suã Const. quæ incip. Ascendẽte Dño declarauit tria vota, & si simplicia, verè tñ esse religionis substãtialia, quod verè sint religiosi, & exẽpti à iurisdictione Ordinarij, vtq; discedẽres sint verè apostatæ inhabiles ad matrimoniũ cõtrahendum ante absolutionem Põtificis, vel Prepositi generalis; De hac Const. facit mentionem F. Thom. Chapeauille de Casib. reseru. tit. de Apostas. c. 2. verbo Apostasia à religione, & Adnotatio Capucini vbi supra, ibi ex priuilegijs Societatis Iesu.

XII. Non comprehẽduntur Apostatæ, qui à monasterio recedunt animo redeundi corpore,
45 † sed non mente, quia talis apostasia est mentalis, & Casus reseruati non habẽt locum in actibus internis, quãuis sint in statu damnationis, nisi resipiscant.

Et nec apostata censendus est, & ideò nõ erit Casus reseruatus, si quis ad lõginquum diu euagetur, si animum redeũdi se habuisse ostendat, ff. de re milit. l. desertorem.

Pariter nec is censetur, qui re-
46 trocessit † ea retrocessione, quæ nõ est mortifera, vt si per aliquos passus sine licentia prælati egreditur monasterium, statim reuersurus, quia non videtur egressus ille mortalis, cum exiguitas in omni materia excusset à mortali, l. Seiò ff. de in integr. restit. D. Th. 2. 2. q. 59. ar. 4. Imò nec q; si retrocessio monachi esset criminosa, qualis est inobedientia, qua monachus intra monasteriũ existens continuè renuit obedire iustis prælati præceptis, & si violaret votum substãtiale castitatis, licet possit tanquã, & impudicus castigari, non tñ est apostata, & ideò vt talis puniendus. Imò nec sufficit vt exeat à monasterio inconsulto, prælato quãuis habeat animum deserendi religionem; Hinc fit, vt non omnis religiosus
47 fugitiuus sit apostata, † quamuis e conuerso omnis apostata sit fugitiuus; nã qui fugit à monasterio, & celat se, nec inueniatur, est fugitiuus: Io. Andr. quem sequitur Panor. & communis in c. fina. de regular. vt probatur per text. in l. quis sit fugitiuus ff. de edil. edicto, & tamen non omnis talis est apostata.

XIII. Nec etiam est apostata, qui egrediens de maiori religione ad minorem transiuit, vt supra diximus nu. 34. per doctrinam Innoc. in c. intelleximus de æta. & qual. quia in nullo venit contra ea, quæ sunt de substantia ordinis, cum semper sit in alicuius obedientia; Nam nõ dicitur apostata propriè, nisi quis ad sæculũ redeat, extra de Apost. c. 1. Archid. in c. fi. in fine dist. 50.

Multis tamen nominibus vtũ-
48 tur iura † circa transitum ad religionem; nam quandoq; dicitur migrare ad religionem, c. Ioannes de regular. Item transmigrare

grare, c. licet eod. tit. proficiſci c. ex parte de conuerſ. infid. cõuolare, aduolare, de renuntiat. c. niſi in fi. tranſuolare, c. licet de regul. intrare, eod. tit. ca. ſignificatum. Ingredi, tranſire, c. 3. qui cler. vel vou. conferre, eo. tit. c. 2. Transferre, de eo, qui furt, ord. ſuſce. c. fin. profiteri, de regul. c. ſane, & tonſurari, ita hæc cumulat Io. Andr. in d. c. Ioannes n. 6.

XIV. Et nec qui non animo retrocedendi à religione, ſed forte propter prælatorum rigorem, aut propter libidinem vagandi
49 † exijt à monaſterio inconſulto prælato; nam talis non apoſtata, ſed fugitiuus eſt, & vagus, quia iſte nunquàm conſenſit retroceſſioni, quamuis incurrat pœnam inobedientiæ, & rebellionis, exeundo contra voluntatem, Nau. de Apoſt. lib. 5. conſ. 1. nu. 7.

Multò magis nec is iudicandus eſt, qui ad aliam religionẽ ſe transfert duriorem conſcio ſuperiore, iux. tex. in c. licet de regular. Verum adnotandum, quòd ſuperior non debet dare licentiã
50 † monacho ſuo intrandi religionem arctiorem, niſi primo certificatus ſit de ſecũdo monaſterio, q̃ ſit ſtrictioris vitę, & quòd monaſterium tale velit illũ recipere, & ſi aliter recederet monachus, eſſet apoſtata, cũ non eſſet in alterius obedientia, ita dixit Innoc. quem ſequitur Abb. & Io. de Imola in c. fi. de renunt. Conſuluit tamen Abb. quòd ſuperior concedat talem licentiã ad euitandum maius malum, vt quia forte ſi non daret dictam licentiam, ſua auctoritate recederet, facit quod notat gl. vlt. de elect.

Hic etiam patet nullum trãſlatum ad aliam religionem mediante diſpenſatione eſſe apoſtatam, vt habetur in Extrau. Viã ambitioſe de regular. vt ſi ad Epiſcopatum, iuxt. clem. 1. de elect. Quo in caſu non abſoluitur quò
51 ad ea, quæ ſunt de ſubſtãtia † monachatus, vt de habitu ſeruando, & continentia, & de non habendo propria; ſed bene abſoluitur à ieiunio, ſilentio, & vigilijs, itẽ à iuriſdictione Abbatis 18. q. 1. c. vnico.

Sic etiam neque perpetuò inſtitutus in aliqua Eccleſia, quæ deſinit eſſe clauſtralis, iuxta gloſam ſingul. in clem. 1. §. ad hæc de ſtatu monachor. vide Zabar. in c. quod Dei eodem tit. & glo. in cap. in noua 16. quæſt. 1. vbi habetur, quòd ſi religioſus nõ eſt clauſtralis, & eſt traslatus ad Eccleſiam parochialem clericorũ
52 † ſæcularium, tunc extrinſecum habitum poteſt mutare, non tamen ex toto, ſed talem, in quo conueniat cum clericis ſæcularibus, cum quibus conuerſatur, ſed clauſtralis non poteſt ſe conformare habitui extrinſeco clericorum vt in capit. 2. de teſtamen. Geminianus in capitulo ſi quis ex clericis diſt. 23. Et tandem quando monachus tranſlatus ad Eccleſiam ſæcularem ſit exemptus à iuriſdictione Abbatis, & quale officium debeat recitare, an monachale, vel ſecũ-

dum illam Ecclesiam, quam regit, & an eximatur à regula monachali quo ad comestionem carnium, vide glosam singularē menti tenendam in cap. de monachis, verbo Discedere 16. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Nox, quid & partes eius quæ sint. nu. seq. & 15.*
3 *Vesperum, & diluculum quid.*
4 *Nocturna egressio religiosi grauius peccatum, quàm diurna, nu. 12.*
5 *Copulæ natura, & quæ.*
6 *Furtiua egressio qualis dicatur.*
7 *Monasterium, cœnobium, & conuentus differunt.*
8 *Egressio quid significet.*
9 *Dictio etiam quid denotet.*
10 *Vagus, & fugitiuus quis.*
11 *Religiosus nō est dominus suipsius.*
13 *Clam quæ fiunt, habent præsumptionem iuris.*
14 *Egressionis nocturnæ, egressio vt incurratur, tria necessaria.*
16 *Clam egressio solum non facit incidere casum.*
17 *Delictum commissum de nocte quare atrocius.*
18 *Egressio quando est dubia, qualiter interpretanda.*
19 *Dies quando dicatur.*
20 *Casus reseruatio de casu ficto an intelligatur.*
21 *Medium naturaliter pertinet ad extrema.*
22 *Casus iste qualiter intelligatur, scilicet egressio noturna, seu furtiua e monasterio.*
23 *Egrediens propter impatientiam an incidat.*
24 *Prælatus potest dare licentiam monacho exeundi extra monasterium.*
25 *Fugere quando liceat religioso absque apostasia.*
26 *Castigatio quando conceditur, moderata intelligitur.*

De Egressione nocturna, & furtiua e monasterio. Cap. III.

Nocturna e monasterio, seu conuētu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

EXPOSITIO.

1 NOCTVRNA) Hoc est egressio de nocte, †Nox est absētia solis à nocendo oculis dicta, quæ tamen Stellarum, & Lunæ splendore lucet, ne indecora sit, itaq; donec Stellæ, & Luna lucent. prius nox dicitur, & fortius, si propter impedimenta nubium non dant lucem. Hæc habet partes
2 vij, † scilicet vesperū, crepusculum, conticinium, intempestiuū, gallicinum, matutinū, & diluculum, de quibus per Archid. in c. superueniente 1. q. 1. Sed modò sufficiat explicare quid sit vesperum, & quid diluculū, quæ necessariè sunt pro explicatione
3 Casus. Vesperum †à Stella occiden-

dentali vocatur, quæ Solem occiduum sequitur, & tenebras sequentes præcedit. Diluculum est pars vicinior diei, hoc est parua lux iam incipiens, quæ aurora vocatur.

(Nocturna) Rectè reseruatur egressio nocturna, & nõ diurna, quia nocturna egressio grauius
4 est peccatũ, †quàm diurna, Hinc acrius punitur delictum factum de nocte, quàm de die, vt dixit Hippol. de Marsil. in l. 1. nu. 12. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. Quare solet duplicari pœna, quando maleficium committitur de nocte, vt dixit Io. Andr. in c. si perfodiens, de homic.

(Et furtiua) Collige, q̃ cum natura copulæ; Et, sit ponere in-
5 ter diuersa, † vt per glos. in rubrica de iur. & fact. ignor. & in c. quærelam extra de simon. & in l si duo, verbo nescit C. per quas personas nobis acquir. fit, vt differat nocturnum à furtiuo, nam quamuis furtum à furuo, idest nigro dictum Labeo dicat, quòd plerumque nocte fiat. Tamen vt idem iurisconsultus ait, furtum dicitur à furuo, quia clam fit, ita text. in l. 1. ff. de furt. sic tex. in l. clam ff. de acquirẽd. possess. dicit clam possidereeum dicimus, qui furtiuè ingressus est possessionẽ eo ignorante, quẽ sibi controuersiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat. Igitur fur
6 tiua egressio est illa, † quæ fit e monasterio ignorante superiore occultè, & clam. Et nota, q̃ cum inter vtranque nocturnam, & furtiuam ponatur copula. [Et colligitur, quòd requiratur vtrunq; coniunctim, scilicet quòd egressio sit nocturna, & furtiua, l. si hæredi plures cum glosa cõiunctim ff. de condit. instit. Vnde alterum per se non sufficit.

(E monasterio, seu conuentu) Adnotãdum, quòd habemus mo-
7 nasterium, cœnobium, †& conuẽtum, quæ taliter inter se differunt; nam monasterium nomen est diuersorij, nihil amplius, quã locum, idest habitaculum, signignificans monachorum. At cœnobium etiam professonis ipsius qualitatem, disciplinamq; designat. Et monasterium potest vnius monachi etiam habitatio nominari. Cœnobium autem appellari non potest, nisi vbi plurimorum cohabitantium degit vnita communio. Hic autem credimus monasterium pro cœnobio poni. Sic enim Cassianus collat. 18. de tribus gener. monach. cap. 9. indifferenter à nonnullis monasterium poni pro cœnobio monachorũ dicit. At conuentus pro loco ponitur religiosorum, qui nuncupantur fratres.

(Egressio) Significat fugam,
8 † Genes. 12. Egredere de terra tua; Hoc est discede. Exo. 21. Egredietur liber, &c.

(Etiam non animo apostatandi facta) Ac si dicat casum esse reseruatum, si egrediatur foras iuxta literam animo non apostatandi, innuens quòd multò
9 magis, si animo apostatandi. †Et ita hæc dictio innuit idem in cõ-

trario Casu, hoc est, si apostataret, ita glosa singular. in l. suus quoque hæres verbo etiam si ff. de hæredit. instit. vbi Bart. nu. 4.

Grauitas.

REctè crimen hoc computari debet inter grauiora crimina, quæ committere posset religiosus. Vnde iure reseruatur; Etenim per talem egressionem
10 religiosus dicitur vagus, † & fugitiuus, optimus text. in lege quid sit fugitiuus ff. de edil. edicto, vbi definit Ofilius iurisconsultus fugitiuum esse, qui extra domum domini fugæ causa, quò se à domino celaret, mãsit. Quare 10. Andr. in c. fi. num. 2. de regul. dicit, quòd qui recedit a monasterio, & celat se suo Abbati, dicitur fugitiuus, etiã si postea pœnitẽtia ductus redit ad mona-
11 sterium. Dicitur etiã fur, † quia cum suipsius potestatem non habeat; sed Abbas, cui imperio se subiecit, capitulo si religiosus de election. in 6. cum exeat eo ignorante; dicitur committere furtum, glosa in l. 1. verbo Fraudulosa ff. de furt.

Rursus, quia magis deliquit, quàm si de die egrederetur, facit à simili quod delictũ factum
12 de nocte magis punitur, † quàm illud, quod est de die commissũ, vt dixit glos. in l. si vt allegas C. ad l. Cornel. de sicarijs, pro quo facit text. in l. fure ff. eodem: tẽpus enim aggrauat delictum, vt C. ad l. Iuli. de adult. l. Gracch. & ff. de pœnis, l. aut facta §. 1. & §. tempus, vnde vt dixit glosa in d. l. si vt allegas, quòd licitum est occidere furem nocturnum, quando sine periculo personæ, vel rerum parcere non possum. At de die non sic. quia in die potest cognosci, vnde non sic nocet, si euadit, cum postea possit capi, ad hoc vide textum in capitulo 2. & 3. de homicid. voluntar. Sic nocturnus depopulator immmunitate Ecclesiastica non gaudet, capitulo inter alia de immunitate Eccles. præterea aggrauatur, quando fit egressio clam. nam quæ fiunt clam, non carent præsumptio-
13 ne † fraudis, & doli, probat textus in c. vni. vt Eccl. benef. facit text. in l. cum ipse, C. de contr. empt. capitulo cum inhibitio de cland. desponſ. Vnde Bartol. Cœpolla in suo consil. 26. incip. Magnificè in iij. colum. dicit, quòd ille, qui emit rem clam, dicitur fur. Vnde Bald. in l. 1. C. de interd. matrim. dixit, quòd leges dicentes, quòd sexus, vel rusticitas excusent, debent limitari, nisi fiat actus clam. sic Bart. in l. Pupillus §. finali. ff. de auct. tut. dixit, q̃ si tutor clam emit rẽ pupilli, præsumitur mala fide versari.

Aggrauatur etiam peccatum, quia si egressio fit sine habitu, est excommunicatus, per tex. in c. 2. Ne cleric. vel monach. lib. 6. gl. in c. 1. de tempor. ordin. in 6.

Rursus, si fiat egressio ad malum finem, qui induceret scandalum

dalum, puta ad cognoscendum mulierem, veniret ipse contra votũ castitatis emissum in professione, esset causa mali exempli, esset homicida non solum animæ suæ: sed alterius, capit. noli de pœnitent. distinctione 1. Vnde grauius peccaret, item propter scandalũ, vt in c. ex literis de homic. not in c. qui scãdalizauerit de regulis iur. Sed modò deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. VT includatur religiosus sub hoc Casu, tria copulatiuè sunt necessaria.

Primũ, vt sit nocturna egressio.

Secundum, vt sit furtiua, hoc est occulta inscio superiore monasterij,

Tertium, vt extra monasterium, scilicet clausuram. Hinc infertur, quòd qui de nocte egrederetur, sed non occultè, non incideret, & dicitur non occultè, quando talis egressio posset probari per testes, hoc est duos, vel tres religiosos, siue alios videntes eum exire, vt per Sotum de ratione tegend. membro 2.

Rursus qui occultè egrederetur, sed non de nocte, nec includeretur. Cum inter hæc duo nocturnã, & occultam sit copula. Et, cuius natura est habere cõcursum vtriusque, vt supra diximus nu. 6. & vt talis egressio fiat de monasterio.

II. Quamuis inter vij partes noctis numeretur diluculum, & vesperum; vt supra numer. 2. Tamen cum huiusmodi partes
15 † ascribantur diei potius, quàm nocti. cum in diluculo absque lumine Stellarum, & Lunæ, atq; luminis artificialis, vt candelæ possint res discerni per visum, facit textus in capitulo si perfodiens de homicid. ibi quia potuit discernere, quod idem dicimus de vespero. quia etiam post occasum Solis, quando eius radij videntur nobis occidisse, aliquando remanet terra illuminata, fit, vt qui clam egre-
16 ditur diluculo à monasterio, † nõ incidat in Casum, & ratio est, quia diluculum, quod videtur medium inter diem, & noctem, & est aurora, quando cœlum incipit albescere, ascribitur diei, & censetur pars diei, & non noctis, quare cum talis egressio non possit dici nocturna, fit, vt non sit Casus reseruatus.

Quod idem dicendum est, si aliquis clam egrederetur post Solis occasum, modo sit aliqualiter terra illuminata, antequàm in totum fierent tenebræ per textum in dicto capitulo si perfodiens. Vbi exprimendo quid sit fur diurnus, subiungit rationem, quia poterat discernere, Ita Dominus Abbas post Ioan. Andr. ponderat illum textum, & idem Aret. in l. Lutius ff. de liberis, & posthumis, qui subdit, quòd ideò statutum punit a-
17 crius delictum † commissum tem-

tempore noctis, quia offensus minus potest cauere propter tenebras, & offendens potest latere, quæ ratio cessat quando potest discerni subsistente aliqua claritate; etenim tenebræ incitant hominem ad delinquendum, nam qui malè agit, odit lucem, vt dixit tex. in cap. consuluit de offic. deleg. glosa in l. 1. §. mulier ff. de ventre inspic. & hæc est communis opinio, vt dixit Ioan. Andr. in d. c. si perfodiens: Non enim diluculum potest dici nox, quia nox dicitur a tenebris, sed in diluculo, iam cœlum cæpit albescere etiã ante solis ortum, & idem de sero, ergo non dicitur nox. Sed idẽ concludit Iason in l. Titius §. Lutius numer. 18. ff. de lib. & posth.

III. Quando dubium vertitur in foro exteriori, An egressio fuerit facta in nocte, vel vespero, aut in diluculo,† interpretandum est in mitiorem partem, vt sit facta de die, vt sic pœna mitigetur, l. si præses, l. interpretatione ff. de pœnis & reg. in pœnis in 6. Quod si quis obijciat tex. in l. 1. C de custod. reorũ ibi Reuertente die ad primum Solis ortum, huic decisioni, per quem tex. notat ibi Angelus, quod non dicitur dies, antequam oriatur Sol, sic facit tex. in cap. 1. de treuga, & pace, quia responderi potest, quod idem erit, quando Sol est super terram, vel de proximo veniendus, per regulã iuris, quod de proximo cingendus habetur pro cincto, l. pen. ff de re milit. vide late addit. ad Bart. in verbo venio ad secundum in l. aut facta §. locus nu. 2. ff. de pœnis, ita Luc. de Penna in l. qui agrum C. de omni agr. desert. lib. 11. Hoc etiam tenere videtur Anch. & Anan. in d. cap. si profodiens. Verum in foro conscientiæ, & iudicio animæ, vt agitur de casibus reseruatis, explorandus est pœnitens, An egressio fuerit tempore, quo tenebræ erant super terram, & tunc erit casus reseruatus, alias secus, sed quando est animo ancipiti, tunc confessor potius inclinat in partem mitiorem, quod non sit casus reseruatus.

IV. Cum Casus reseruatio non habebat locum in casu ficto, † sumus enim in pœnis, & ideo non debet fieri extensio, sed potius restrictio infertur, quod & si in aliquo loco, vt Senis, est statutum, vt dies discernatur a nocte per pulsum campanæ, si religiosus egressus est de nocte postquam terra erat obtenebrata, ita vt res per visum discerni non poterant, ante tamen pulsum campanæ, incidit in casum, si talis furtiuè, & clam egressus fuerit è monasterio, quia in casibus reseruatis est attendenda nox naturalis, & non ficta.

V. Licet mediũ naturaliter pertineat ad extrema †, vt per Dynum not. in l. 3. ff. de lib. & post. Vnde si egressio fit post Solis occasum, videtur facta de nocte, tamen quia casus reseruatio

est

est intelligenda solum in casu suo, hoc est, quando nox est, quæ dicitur lucis priuatio, l. hæc verba ille, aut ille ff. de verb. oblig. fit, vt sit immunis à casu reseruato egressus post Solis occasũ, ante tamen totalem lucis positionem, Quod facit ad quæstionem, quando maior pœna imponitur committenti delictum de nocte, quàm de die, arg. text. in pœnis. Anan. in d. cap si perfodiẽs num. 4.

VI. Cum litera simpliciter loquatur, fit, vt quæcunque furtiua, hoc est occulta, & nocturna
22 egressio a monasterio † siue fiat habitu dimisso, siue retento, siue fiat, vt se celet Abbati, quia tunc dicitur fugitiuus, siue causa lasciuiæ, iterum eadem nocte reuersurus, siue ex leui causa associandi aliquem, sit casus reseruatus.

VII. Sic etiam arbitramur religiosum incurrere, qui nimia impatientia agitatus egreditur
23 de nocte, † & clam a monasterio per duas, vel tres horas noctis durante illa impatiẽtia prosequitur iter, Deinde in se reuersus non deueniendo ad alios extraneos actus, pœnitentia ductus clam eadem nocte monasterium reuertitur, nam cum illa egressio fuerit mortifera, sciebat enim quid ageret, & non per modicos passus, fueritquè nocturna, ac furtiua, non video cur huiusmodi talis possit excusari, & si vnum peccatum committat, quod secus esset, si deuenisset ad extraneos actus, & propositum interruptũ renouasset, iterum reassumendo illud fugiendi, quia tunc tot peccata tenetur confiteri, quot essent renouationes propositi, sicut a simili diximus, in 1. part. decis. lib. 1. c. 20. num. 15.

VIII. Nec qui egreditur, & esset extra monasterium cum causa, de licentia superioris, cũ talis egressio non sit furtiua, Qui tamen debet deferre habitum: nam potest Prælatus dare hanc
24 facultatem monacho manendi extra monasterium, capitul. monachi 16. quæst. 1. vt prouitilitate monasterij etiam indirecta, vt sit procurator patroni Ecclesiæ, vel alicuius amici, vel Episcopi, q monasterio profuit, prodest, vel speratur prodesse, iuxta Innoc. communiter receptum in cap. Cum I. & A. de sent. & re iudic. vel causa studij, iux. notata per nos in 1. par. decis. lib. 3. de regul. capit. 5. num. 101.

IX. Pariter nec crederem incidire in casum religiosum qui fugit ob nimiam seuitiam Abbatis in eum, vnde Abb. in cap. ad nostram de appeilat. dicit, quod Abbate nimis in monachos seuiente † licitum est illis
25 fugere de monasterio, & nec per hoc dicuntur apostatæ, allegat bonum text. in l. 2. §. dominorum ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur. Vbi etiam Baldus dicit, quod correctio debet esse moderata, alias ad superiorem

rem remitti potest per viã querelæ, & quando Abbas odio haberet monachum, & illum grauaret, monachus arma assumere potest ad defensionem, vt notanter Cardin. dicit in clem. 1. §. præfatæ de statu monac. Et generaliter quibus casibus aliorum castigatio permissa est, moderata intelligitur, & si modus excederetur, corrigens de excessu puniri debet, vt notat Baldus in l. sed & quæcunque §. si magister ff. ad l. Aquil. tradit Alex. in cons. 73. viso Themate in 3. lib. & de his etiam scribit Anan. in c. 1. de cler. percuss. 26

SVMMARIVM.

1 *Proprietas quid, & a quo descendat; & qualiter hic accipiatur, cum duobus seq.*
4 *Votum differt a promissione, sponsione, & pollicitatione.*
5 *Votum solemne qualiter fiat.*
6 *Paupertatis quinque sunt species.*
7 *Proprietas quando sit peccatum mortale.*
8 *Pecuniæ nomen quid comprehendat.*
9 *Proprietatis grauitas quanta sit, ostenditur.*
10 *Meum, & tuum proprietatem sonat.*
11 *Pecunia monachis materiam vagandi præstat.*
12 *Proprietarius sepultura priuãdus, & fratrum oratione.*
13 *Fur est, & apostata.*
14 *Peculium tres habet significationes.*
15 *Vsus duplex, & qualiter intelligatur regula nostra.*
16 *Monachus quando dicatur proprietarius.*
17 *Petens ingredi religionem pacto, vt sibi partem bonorum retineat, an sub casu sit.*
18 *Pẽsio annua religioso relicta potest auferri ad libitum Abbatis fallitnum. 20.*
19 *Professio hac lege, vt habeat proprium, non tenet.*
21 *Proprietarij nostri temporis qui.*
22 *Proprietas etiam in minimo constituitur.*
23 *Vsus à Prælato concessus qualiter intelligatur.*
24 *Licentia à Prælato semper reuocari potest.*
25 *Abbas an possit cum monacho generaliter dispensare, vt possit habere peculium.*
26 *Occultans res tempore visitationis facit contra votum paupertatis.*
27 *Sic qui aliquid retinet ex causa iusta sine licentia.*
28 *Et quid si superior negauerit sibi licentiam.*
29 *Habens ad vsum aliquid, si aliquid ei supersit, monasterio restituere debet. num. 30.*
31 *Abbati, vel Abatissæ non licet habere proprium.*
32 *Abbates non possunt testari.*
33 *Eleemosynam religiosus faciens, quando incidat in casum, & quãdo possit facere, num. seq.*
35 *Proprietarius est religiosus petens indumenta ab Abbate, non indigens.*
36 *Dispensare non potest Prælatus absq; causa.*

Et

37 *Et nec vt expendat pecuniam ad libitum.*
38 *Consuetudo religiosorũ pessima proprietatis nuncupatiua pro pannis signatis accipere pecuniam.*
39 *Emere, aut vendere absque debita licẽtia est monachis prohibitum, sic donare, num. seq.*
41 *Munuscula quædam an possint donari.*
42 *Pecuniam retinentes ob consuetudinem non excusantur, & num. sequent.*
44 *Licentia à Prælato, vt possit subditus mobilia, vel immobilia retinere, an concedi possit.*
45 *Vota non emittens, non potest dici proprietarius.*
46 *Vel qui habitum suscipiũt in domo*
47 *Intellectus ad tex. in cap. insinuãte qui cler. vel vouem.*
48 *Religiosi, Capellani, Papæ recipiẽtes portionem de seruitijs nõ sunt proprietarij.*
49 *Donatum à parentibus moniali est resignandum in manu Abbatissæ.*
50 *Proprietarius an sit subripiens paulatim deueniens ad notabilem quantitatem.*
51 *Vsufructuarius effectus monachus an comprehendatur sub casu.*
52 *Religiosus capiens vestes à conseruatorio bonorum, an sit proprietarius.*
53 *Monialis an esculenta donare possit, quod si sic, quanta erit hæc quantitas, nu. seq. & 55.*
56 *Monialis quoties in anno poterit hæc donare.*
57 *Verbũ videbitur ostendit arbitrium boni viri.*
58 *Abatissa, an poterit concedere licentiam generalem, vt possit monialis esculenta donare.*

De Proprietate Monachorum. Cap. IV.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

EXPOSITIO.

PROPRIETAS præter multas expositiones Theologicas, quas affert Gabriel in 4. sent. dist. 18. quæst. 1. lib. 1. art. 3. dicitur etiã
1 secundũ iurisconsultũ illud† dominium, quod est vsufructu diminutum, Inde Neratius lib. 3. ff. de acquir. re domin. quum dominium dixisset, & illud, quod vsusfructus expers est, significaret, continuò proprietatis nomine hoc interpretatus est, & hoc dominium disiunctum, seu separatum ab vsufructu dicitur proprietas nuda, plena vero proprietas est, quæ cum vsufructu coniuncta est, l. 2. ff. quibus mod. vsufr. amitt. l. videmus ff. de vsur. Quæ quidem proprietas descendit a proprio, quod
2 etiam † multos habet significatus, nam a Latinis vocatur peculiare perpetuum, & conuenienter attributum, vel ascriptum rei, personæ, aut dictionis, expli-

explicans effectum, conditiones accidentia, & qualitates, Aliquã do proprium sumitur pro ambitione 8. quæst. 1. cap. sciendum, ibi de suo, dicit glosa ex ambitione. Item secundum Archid. in cap. res Ecclesiæ, proprium dicitur illud, quod ad se, & non ad aliud pertinet, inde proprium dicitur suum, 3. quæst. 1. cap. reintegranda in fine, Ad idem 2. quæst. 6. cap. biduum, versic. & palam. Vbi palam est eam propriam esse causam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet, Ad idem est tex. in §. solutum instit. de nupt. Interdum autem dicitur proprium, quod est alicui principaliter obligatum, ff. de naut. fœno l. fenerator. Hic verò accipitur pro dominio vsurpato. Vnde quo ad religiosos proprium† secundũ Archid. 3 in c. non dicatis 12. q. 1. & Ioan. And. in c. cũ ad monasterium de statu mona. dicitur quicquid celatur Abbati, seu Prælato suo, vel cõtra eius voluntatẽ tenetur, sic Turrec. in d. ca. non dicatis nu. 8. Ad quintum dicit, proprium autem est omne, quod non est resignatum in manu Prælati, & non administratur in communi vtilitate monasterij, nec est reseruatum sub communi custodia vt colligitur tam ex c. non dicatis, quàm ex c. quãto de offic. ordin. & in d. c. cum ad monasteriũ.

(Contra votum paupertatis) Hoc est, quæ contrariatur, & de directò aduersatur voto paupertatis, Votum dicitur ad differentiam promissionis, sponsionis, & 4 pollicitationis†, quæ communia verba sunt, & fiunt vel Deo, vel hominibus, At votũ præcisè illã promissionẽ designat, quæ fit Deo, quod quidem secundum diuersos status diuersa sortitur nomina, vt dixit glosa notab. in cap. neque viduas 27. quæst. 1. Etenim cum quis in origine disponit aliquid bonifacere, dicitur deliberatio. 17. quæst. 1. ca. qui bona. Sed si proponit formiter se idem facturum, dicitur propositum 17. quæst. 2. cap. 2. & quæst. 2. cap. nos nouimus. At si accedit obligatio, hoc est promissio, dicitur votum, cuius fractio mortale peccatum est, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, si Solemne est, 27. dist. c. fin. §. vlt.

(Votum) Hic collige hoc intelligi de voto solemni, qualiter 5 †fiat habetur in cap. vnico de voto in 6. Vbi dicitur illud solũ debere dici solemne, quantum ad post contractũ matrimonium dirimendum, quod solemnizatũ fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem expressam, aut tacitam factam alicui de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis.

(Paupertatis) quinquè secundum D. Augustinum sunt gene- 6 ra paupertatis, Prima est infelicitas, Secunda est paupertas cupiditatis, Tertia superfluitatis. Quarta dolositatis, Quinta voluntã-

luntatis, Primam habet mendicus, sic dictus, quòd manus habet, quibus vitam ducat, Ad hoc C. de mendicantibus lib. 11. Secundam habet auarus, quia nunquam opibus expletur, & quantum plus habet, plus eget, Inde auaritia ab auro, quod est cupio, & aurum, quasi auiditas, iuxta illud flacci. Semper auarus eget, secundum Isido. Ethimol. x. Tertiam habet prodigus, qui dat danda, & non danda, glosa in capit. ex parte de consuet. quæ ponit discrimen inter auarum, prodigum, & largum. Quartam habet paries dealbatus, Hypocrita. Quintam habet vir diuitias despiciens, Prima est flagellum, Secunda venenum, Tertia ventilabrum. Quarta vmbraculum. Quinta ædificium, Prima est miseria, quia cruciat, Secunda est venenosa, quia necat, Tertia ventosa, quia inflat, Quarta dolosa, quia dissimulat, Quinta glorioſa, quia coronat. Est & alia paupertas à natiuitate, quia quilibet nascitur nudus, 47. dist. capit. sicut hi. 1. quæst. 2. capit. Sacerdos, Alia ex infortunio, 86. dist. capit. considerandа, & alia ex scelere, vt ibi. Hic verò loquitur de paupertate voluntaria, Non quidem ea, quam Philosophi reliquisse legũtur, vt expediti à mundialibus curis vacare potuissent Philosofiæ, sed ea, quæ est ex electione sumpta, quæ fit solemni voto professionis sanctæ, de qua loquitur tex. in cap. fin. dist. 50.

Quæ sit peccatum mortale, Multæ sunt opiniones circa determinationem quantitatis pe-
7 cuniæ, quæ constituat peccatum mortale, nam dixit Nauar. in suo Manu. cap. 17. num. 3. illam esse dimidium Iulij. Verum extra de regular. conſ. vlt. num. 18. tenuit appropriationem vsquè ad vnum Iulium, siue regale non esse peccatum mortale, sed si excedit, sic. Nos autem credimus requiri tantam quantitatem, quanta sufficeret, vt aliquod furtum laici sit mortale, hoc verò statur arbitrio boni viri, vt nos latè in nostris decis. in 1. part. quæst. 93. num. 27: cum appropriatio facta à religioso sit furtum, quia contrectat rem alienam inuito, & insicio superiore l. 1. ff. de furt. Et si Lector optaret, vt talis quantitas explicetur, acquiesco sententiæ Nauar. in d. cõs. vlt. nu. 19. Et aduerte, q talis proprietas licet videatur sonare in pecuniam, tamen cum pecuniæ, nomine non solum nu-
8 merata pecunia veniat, sed omnes res mobiles, quàm immobiles, & iura, l. pecuniæ appellatione. l. pecuniæ verbum, & l. pecuniæ nomine ff. de verb. signifi. Ideo hic includitur proprietas non solum pecuniæ numerate, sed etiã cuiuscunq; rei mobilis, vel immobilis.

Gra-

Grauitas.

QVanta sit huius criminis grauitas, & enormitas, latè per nos habetur in 2. par. decis. lib. 3. cap. 8. Verum aliqua addendo dico primum, quòd D. Augustinus in cap. non dicatis 12. quæst. 1. voluit, vt proprietas in monachis, & canonicis regularibus, cum quibus ibi loquitur, non solum in re inue-
9 niatur, sed etiam † in ore; cum dicit. Non dicatis, Exemplo primitiuæ Ecclesiæ, de qua habetur Act. 4. Nec quicquam eorum, quæ possidebant, aliquid suum esset dicebat Quapropter valde reprehẽsibilis est religiosus ille, qui dicit, meus liber, mea cella, mea tunica, non attendẽs cæcus, nequè verecundans, quia
10 meum †, & tuum in proprietatem sonat, cap. dilectissimis 12. quæst. 1. capit. 1. §. his itaquè 14. quæst. 1. cap. quò iure dist. 8. Vnde Io. Cassi. in 4. lib. de Instit. renuntiantium ait. Nec verbo audet quis etiam dicere aliquid suum, magnumquè sit crimen ex ore monachi processisse codicẽ meum, tabulas meas, & similia, proquè hoc digna pœnitentia satisfacturus sit, si casu aliquo huiusmodi verbum de ore eius effluxerit, Hucusquè Cassianus. Imo si ex proposito, & modo assertiuo hoc dixerit, peccat mortaliter, secus autem si ex lapsu linguæ, Ita Turrecr. in dicto capitulo non dicatis. num. 13.

II. Cognoscitur grauitas ex eod. cap. Non dicatis, Dum dicitur. Quicunquè autem in tantum progressus fuerit malum, ecce grauitatem criminis ostendit.

III. Quia proprietas in pecunia congregata a monachis
11 † materiam præbet vagationis, & dissolutionis, quod ita notatur ex tex. in cap. quantò de offic. ordin. Quod idem in multis alijs hodie est expressum secundum Do. Florianum, quia multi fierent virtuosi, si non essent diuites, Anan. ibi nu. 7.

IV. Quia pœna proprietarij est remotio à communione altaris, ideſt perceptione Corporis, & Sanguinis Christi, & priuatio oblationis, hoc est, vt non celebretur pro eo Missa, quæ Domino offertur pro animarum salute, Ita tex. in cap. monachi, §. quia verò, Vbi Zabar. in prin. de stat. mona.

V. Quia est proprietarius
12 priuandus sepultura, † & fratrũ oratione, d. §. qui verò glosa in cap. Ioannes versic. Peculiare de regular. Vbi dicit, quòd nisi in morte resignauerit, cum ipsa pecunia in sterquilinio est sepeliendus, cap. cum ad monasterium de statu monach. & ita quamuis agatur de præiudicio charitatis, quæ inde posset fieri, est subterrandus cum tota pecunia. Sic exemplum Gregorij, & rigor literæ in d. cap. cum ad monasterium §. 1. & Hieronymus ad Eustochium de virginite in-

te innuit de tota quantitate, & non vt alij dicebant, quòd ponantur solũ 30. dinarij cum eo, sicut tantò fuit venditus Ioseph, Genes. 37. & Christus, Matt. 27. cum hoc videbatur sufficere ad signum perditionis, nam licet non videatur æquum, tamen aliter est de rigore literę.

VI. Quia est in statu dãnationis, vt habetur in Conc. Trid. sess. 25. c. 2. & 14. non absoluendus, si resignare noluerit, c. super quodam de regular. neq; sepeliendus, imò exhumãdus, si in Ecclesia fuerit sepultus: modo ossa discerni possint ab alijs, c. sacris de sepult. si tamen proprietarius desistit à proposito non resignandi, quamuis in vltimo vitæ, est absoluẽdus, & in loco sacro sepeliendus, facit tex. in c. à nobis 2. de sent. excom. vbi notandũ pro illis, qui se mortaliter vulnerant, nã si eos pęnitet in puncto mortis, non sunt sepultura priuandi, facit tex. in c. ponderet dist. 50.

13 VII. Fur est apostata, † retrocedẽdo ab eo, quod promisit, transgrediendo votum paupertatis, quod est magis de substantia, quàm habitus, facit tex. in c. cum ad monasteriũ de statu monach. vbi abdicatio paupertatis annexa est regulæ monachali. Sed iam descẽdamus ad decisiones. Hoc vnum præsupposito, ꝙ quando dicitur in d. cap. cum ad

14 monasterium, posse † monachũ habere peculium de licentia Abbatis, non est intelligendum de peculio illo, cuius nomine censentur ea bona, quorum quis dominium, seu proprietatẽ habet, vt dixit Turrecr. in d. c. nõ dicatis n. 2. vers. Ad secundũ, sic neq; de ijs bonis, quorum quis habet vsumfructum, vel vsum, vel administrationẽ absq; vlla alterius volũtate, ita vt arbitratu suo possit eorũ fructibus vti, & de eis nutu suo, sicut voluerit, disponere; sed peculij nomine id venit, quod est cõcessum ad vsum monachi, qui est in potestate Abbatis auferre illũ cũ ei placuerit. Et ita nota,

15 ꝙ duplex est vsus † certus, qui nõ potest auferri, & incertus, qui est in voluntate alterius auferre, qñ ei placuerit, & ita intelligitur qđ habetur in regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti, quando dicitur, Monachus nihil habeat, nisi quod Abbas dederit, vel permiserit. Hoc est, vt sit in eius potestate auferre quando voluerit; & voluntas religiosi sic prælato debet esse subiecta, vt resignet qñ voluerit, ita Turr. in d. c. non dicatis n. 3. quo posito sit đcisio.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. 16 INcluditur sub litera religiosus proprietarius, † qui tũc dicitur habere proprium, quãdo habet sine permissu Abbatis, vel de qualitate aliqd cęlat Abbati, vel si cũ licentia aliquã pecuniã retinet, tñ non est paratus reddere, & dimittere ad iussũ Abbatis, ita Zabar. in c. 2. §. 1. & in §. Ab-

bas nu. 3. & in c. cum ad monasterium, vbi Io. Andr.

II. An includatur sub Casu, qui petit religionem ingredi
17 cũ protestatione, †vel conditione, vt sibi partem bonorum retineat, & ad voluntatem suã dispo nat. Respõdeo, q̃ non, nam si intendit cũ tali protestatione habere proprium, talis protestatio nulla est; esset. n. contra substantiã monachatus, seu religionis, d.c. cum ad monasterium §. non æstimet Abbas. Vnde ille non efficeretur monachus. Cõstat. n. q̃ cum tria vota sint de substantia monachatus, monachus nihil habere debet, Turrec in d.c. n.4. Quare cũ iste non sit monachus, & casus sint reseruati quò ad mõnachos professos, vel fratres, ergo non includitur, ita ẽt de hoc loquitur Abb in cons. 88. par. 1. nu. 3. Zabar. in c. cum M. de cõstitut. col. 3. & c. fi. q. 5. de cõdit. Appos. & in c. 2. § qui vero nu. 2. q. 1. de statu monach.

Hinc Abbas in ca. nisi essent, nu. 12. de præben. dicit, quòd si relicta est annua pensio religioso, quòd tunc non dabitur illa,
18 †vt habeat eam vt propriam, & ita quòd possit ad libitum dare, vel in testamento relinquere, sed habebit vt dispensator in administratione, vt poterit Abbas ad libitum auferre, nisi ille haberet confirmationem, & assensum Sedis Apostolicæ, nam tũc per Abbatem non posset illa priuari, & hæc dicta nota diligenter; nam Primo habes non valere professionem, si quis conuenit pacto, vt fiat religiosus, aliter non intẽ-
19 dens profiteri, †& hoc exprimit, nisi habeat proprium, quia tunc non valet professio, sed reijcitur conditio, cum sit contra substantiam monachatus.

Secundò, quòd religioso licitè constitui potest aliqua pensio, non vt faciat eam suam, sed vt habeat dispensationem permittente suo Abbate, vel sciente, & non contradicente, quia ex quo superior tacitè, vel expressè cõcedit ei, non propter hoc dicitur habere proprium

Tertiò, quòd habens certam
20 dispensationem † ex confirmatione Papæ, non potest priuari per Abbatem suum, ita Abb. in d.c. nisi essent.

III. Proprietarij nostri temporis multi sunt, qui vsum rerũ
21 sibi appropriant, † sicut si res eorum essent propriæ, vnde libros, & res alias, quibus non vtuntur, quia senio, aut infirmitate grauati, aut quia tunc studere non possunt, aut quia mutati libros, & res dimittunt sub claue, si sunt animo parati huiusmodi res nõ dimittere ad iussum Abbatis, tales res constituunt peccatum mortale, cum sint proprietarij, vt dixit Aluarus de planctu Eccles. lib. 2. cap. 64. colum. 8. versic. Tum etiam quartò, credimus eos incidere in Casum: vbi affert rationem, nam ex quo religiosus libro, vel re aliqua non vtitur in præsenti, vel in proximo modico non

est

est vsurus, liber ille, vel res, ideſt eius vſus competit alteri religioſo volenti vti, quia vſus communis eſt, d. capit. dilectiſſimis.

IV. Et ſi monachus etiam
22 in re minima poſſit dici † proprietarius, cap. cum ad monaſterium §. 1. ibi ſi quicquam de ſtatu monach. cum verbū quicquid etiam verificetur in minimo, l. ſi ſeruum §. prætor ait ff. de acquir. hæred cap. nihil 7 q. 1. tamen non comprehenditur ſub litera, ſi illud minimum non deuenerit ad eā quantitatem, quæ conſtituat peccatum mortale, Nauar. 1. volum. conſil. de regular. conſil. 75. numer. 10. & nos 2. volum. eodem titulo conſil. 1. num. 10.

V. Religioſus, cui à prælato conceditur vſus alicuius rei, vel pecunia, poteſt quidem habere vſum illius rei pro ſuis neceſſitatibus; At ſi vltra quam neceſ-
23 ſitatem donaret de reſiduo † ēt eleemoſynaliter, diceretur proprietarius, & comprehenderetur ſub Caſu, & qui ex dono recepit, tenetur reſtituere monaſterio, tanquàm ex turpi cauſa recipiens, Sylueſt. in verbo Religio 6. q. 7. ibi ſecundum.

VI. Si ſuperior monaco cōceſſerit vſum, ſeu detentionem alicuius rei, poteſt hanc licentiam ſemper ad libitum reuoca-
24 re, † adeò quod ſi ipſe religioſus negaret ſuperiori ſemel conceſſum reddere, vel non eſſet animo paratus ad reſignandum ipſi ſuperiori, quotieſcunque voluerit eſſet in peccato mortali, & Caſus eſſet reſeruatus, ita colligitur ex Doctoribus in d. c. cum ad monaſterium, & c. non dicatis.

An vero poſſit Abbas cū monacho generaliter diſpenſare, vt poſſit habere peculium, hoc eſt res ad vſus neceſſarios ſine ſua licentia, & ſcientia, Zabar. in d. c. 2. §. quia vero nu. 1. dicit, quòd non, niſi talis monachus haberet adminiſtrationem, vt quia cellararius, vel eſſet in aliquo officio, ex quo habet recipere, & in vſus monaſterij expendere, ſiue
25 ſit pecunia, ſiue aliud, † ne cler. vel mona. c. 1. nam tunc potius ipſa adminiſtratio peculium habet, quàm ipſe monachus, arg. de præben. c. 3. vel non habet peculium, ſed adminiſtrationem peculij; nam tunc ex quo Abbas cōmiſit ſibi adminiſtrationem, quam vt regat, peculium habere poteſt. Alias Abbas non poſſet diſpenſare, ideſt quatenus generaliter diſpenſaret.

Secus ſi eſſet adminiſtratio, cuius adminiſtratione haberet tantum circa ſpiritualia intendere, vt prior clauſtralis, vel alias audiens confeſſiones, vel tātum vacans obſeruantiæ regulę, quia tunc non licet ex hac cauſa peculium habere.

VII. Facit etiam contra
26 votum paupertatis, † ſi ſuperior ſuo ſubdito conceſſerit facultatem retinendi aliquam rem, quā ille occultat tempore viſitationis, vel ne ſucceſſor ſuperioris

videndo illam auferat, sic Archiep. Flor. 3 par. tit. 16. c. 11. §. 2. & ita incidit in Casum, Azor. lib. 12. c. 12. q. 3. par. 1.

VIII. Nec à proprietate
27 excusatur monachus, † qui omni temporali auxilio destitutus, & parentibus orbatus, cum nec à monasterio forsan ei de omnibus necessarijs succurratur, vult retinere aliquid proprium, quia hoc non obstante, si aliquid sibi reseruat, incidit in Casum, Cardin. Zabar. in clement. 1. §. præmissa nume. 2. de statu monach. Et nec superiore quamuis requisito necessaria sibi negante, vel subtrahente, licet sibi clam, vel inuito eo illa sibi retinere, nisi præcisa sit necessitas ad indiuidui sustentationem.

VIII. Habens aliquid cum licentia, si aliquid ei supersit, non potest de eo ad libitum di-
29 sponere, sed debet † restituere monasterio, alias esset proprietarius contra Conc. Triden. sessione. 25. c. 1. de reformat. Quod
30 nota cõtra religiosos, qui † expendere non possunt tuta conscientia id, quod ei supereſt in itinere, parcius viuendo, vt diximus in j. par. cons. de regular. consil 8. nume. 23. & 24. verum crederem vt si id, quod datur, ea lege detur cum licentia Abbatis, quòd nihil amplius à monasterio exigat, & nec rationem reddat, sed id suo damno, vel commodo impendat, quòd si postea parcius viuendo aliquid remanserit, poterit asque peccato pro suis veris necessitatibus expendere, cum interueniat tacitus consensus, & licentia prælati, quæ meo iudicio non videtur sublata per Concil. Tridentin. & clem. 8. vt diximus in præfato cõsilio, vbi licet contrariũ affirmauimus illud intelligitur, quãdo absq; licẽtia Abbatis cellararius daret, vel quando superfluũ expenderet pro libito suo, & non in necessitatibus.

IX. Quia appellatione monachorum venit Abbas, cum & Monachus sit, cap. fin. de simonia. Sic appellatione monialium venit Abbatissa, cum & ipsa monialis sit, capit. verum de statu regul. infertur, quòd vt monaco, & moniali professæ non licet habere proprium, si nec Ab-
31 bati, † vel Abbatissæ, capit. Abbate dist. 54. Vnde etiam infertur, quòd cum non habeant, vel habere possint aliquid propriũ,
32 d. cap. cum ad monasteriũ, † prohibentur testari, auth. ingressi, C. de sacrosan. Eccl. cap. quia ingredientibus, & in §. e contra, & §. nunc autem 19. q. 3. & in c. 2. de testa. vbi ad hoc vide Couar. quod extende etiam ad pias causas, vt tenet Bart. in l. 1. versic. Tertiò quæro, C. de sacrosanct. Eccles. & idem extende ad professos, qui profitentur tria vota substantialia; De his in cap. vt lex continentiæ. 27. q. 1. vbi Archid. & Turrecr. nisi de licentia Papæ, argum. text. in l. si quando C. de inoffic. testam. & tunc subsistente vera, & legitima causa,

causa, nam tunc videtur concludi posse monachos condere testamentũ de bonis per eum oblatis monasterio, Innoc. in d. cap. cum ad monasterium, super verbo summus. Ita Franchus latè examinat hanc quæstionem in rubr. de testam. in 6. nume. 77. qui postea numer. 82. circa finem sic videtur concludere.

X. Incidit etiam in casum
33 monachus, qui facit † eleemosynam de bonis monasterij, modo sit talis quantitas, quæ constituat peccatum mortale: nã cum ipse non habeat, nec habere possit proprium, d. cap. cum ad monasterium, cap. nolo, cap. non dicatis 12. quæst. 1. nam qui ab alio possidetur, ipse nihil potest possidere, ff. de adulter. l. sic euenit, fit, quòd ipse non debet facere malum sub specie boni, 1. quæst. 1. cap. non est putanda,
34 Nisi in his † casibus, vt de licẽtia Abbatis. Item si habet dispẽsationem a Prælato commissam, quia tunc illam potest facere de bonis monasterij secundũ, quod est ei commissum, D. Thom. 2. 2. quæst. 32. Turrecr. in d. cap. non dicatis, num. 12. vel nisi foret in articulo extremæ necessitatis, in quo licitum esset ei furari, vt eleemosynam daret, & etiã in tali casu præsumitur, quòd superiori placeret, nec etiam propriè dat, sed reddit quod est indigẽtis in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia, & debẽtur in tali necessitate existenti, 86. dist. cap. pasce, glos. in d. cap. non dicatis, Doct. in cap. cæterum de donat. vel nisi esset monachus in studio, vel in peregrinatione de licentia Abbatis, quia istis casibus potest facere eleemosynam moderatam tantum, vt dixit glosa not. in verbo conuertendum in clem. 2. de vita, & honest. cler. & in cap. alia causa 16. quæst. 1. Doct. in cap. ex parte de accus.

XI. Religiosi, qui pannis, & rebus supperfluis suffarcinati,
35 †, & nihilominus singulis annis faciunt sibi signari à Prælato monasterij post aduentum à capitulo vestimenta non necessaria, grande peccatum, & sacrilegium committunt, auferentes, id, quod erat alijs religiosis profuturum, vel pijs locis, quare homicidæ reputantur, 12. quæst. 2. capit. prædia, & cap. qui abstulerit, & 13. quæst. 2. cap. qui oblationes 1. & ij. in fine, ibi Ecclesiam verò fraudare sacrilegium est, Et nec valet multorum excusatio, quòd habeant, & vtantur supperfluis cum licentia suorum Prælatorum, quia istis respondet Aluarus lib. 2. de plãctu Eccles. cap. 64. col. 3. ibi. Sed contra hoc, quòd Prelati simpliciũ, & clausstralium regularium administrationes non habentium nõ possunt cum talibus dispensare,
36 vel rectam licentiã dare †, quia dispensatio est discreta pensatio necessitate, vel vtilitate suadente, 1. q. 7. cap. nisi rigor cum c. seq. Hæc autem non esset dispensatio, sed dissipatio, Etenim cum

quilibet religiosus victu, & vestitu debeat esse contentus, 12. quæstio 1. capitul. clericus, capitulo. Episcopus quomodo contra iura, & eorum regulas potest cum talibus in tali auaritia dispensari, nam vbi peccatum implicatur, licentia, vel dispensatio, non habet locum arg. dist. 8. cap. quæ, contra de iureiur. cap. & si Christus §. quædam. Quare tã dispẽsans, quàm dispensatus retinendo superflua, sũt in peccato mortali nõ tñ est proprietarius, & nec incidit in casum, nisi sit in animo non resignandi ad libitum Abbatis, vnde ex hoc patet, quàm periculosè decipiantur religiosi credentes sibi sufficere dispensationem, seu licentiam suorum prælatorum ad habenda multa, quæ sibi non sunt necessaria, ita Turrecr. in d. cap. non dicatis nu. 4. versic. sed hic surgit; Azorius lib. 12. cap. 12. quæst. 5. par. 1. De istis etiam religiosis, qui nũquam satiantur libris, pannis, & alijs superlectilibus vide quid dicat Aluarus libr. 2. capitulo 64. col. 4. Vbi ait. Multorum supellectilia religiosorum plus constant ad portandum, quum se mutant de loco in locũ, quàm valeat quicquid in mundo ante possidebant.

XII Nec etiam poterit Ab-
37 bas dispensare †, vt possit pecuniam ad libitum suum expendere, quãdo voluerit, Et dixi pecuniam, quia in pecunia magis inest quædam species proprietatis, quàm in alijs rebus, quanquam nomen pecuniæ quicquid habeãt homines comprehendat, arg. extra de pignor. capit. vlt. Vnde quanquam possit dicere prælatus subdito suo. De pecunia tibi data, vel quam tibi de monasterio do, vade, & eme tibi habitum, vel calciamenta, aut alia necessaria de his, quibus indiges. Non tamen dicere poterit. Concedo tibi tot florenos, vt expendas sicut tibi placuerit, vel vt dones eos cui vis, quia hoc est dispensare in proprio, quia illa pecunia, quæ vsu consumitur, donataria efficitur, quod esse non potest, vt prælleg. cap. vlt. de pignor. & c. 2. & c cum ad monasterium.

Sic pessima est illa consuetu-
38 do quorundam religiosorum †, & proprietatis nutritiua, quæ pro indumentis sibi assignatis, Cellararius eis dat pecuniam, quam postea expendunt, & dant, atq; reponunt pro libito voluntatis, & efficiũtur proprietarij, Vnde deberent eis dare necessaria secundum indigẽtiam vniuscuiusquè, & non pecuniã, d c. dilectissimus. Aluar. col. 4. nisi illam expenderent pro suis necessarijs.

XIII. Pariter infertur esse casum reseruatum, si monachus, vel alius religiosus absquè debita licentia emit, aut vendit ali-
39 quid †, si vestem, aut librum permutat cum veste alia, aut libro, toto tit. Ne cler. vel mona. Multi enim sunt contractus proprietariorum interdicti omnibus

nibus religiosis per se, & per alios. Qui enumerantur per Aluarum lib. 2. de planctu Eccles. cap. 67. versic. Et quia, vt emere, & vendere, extra de empt. & vendit. per totum. 1. quæst. 1. cap. qui studet. Donare, extra de donat. per totum, permutare extra det rerum permut. p totũ, cõpensare, C. de cõpensat. per totum &c. & ratio est, quia si verum est, vt verissimum, quòd ipse non habet velle, nec nolle, cap. quorundam, cap. si religiosus de elect. in 6. & quod non est dominus vestis, qua vtitur, fit, quòd ab què licentia eius, qui præsidet super eum, non possit em re, aut vendere, vel donare, aut pmutare, & si res sit, quæ cõstituat peccatũ mortale, cõprehẽditur sub litera, cũ sit proprietarius: Nisi religiosus existat in scholis, quia ex quo datur ei licentia morandi, omnia intelliguntur ei concedi, quæ ritè profectui necessaria sũt Scholastico. Turrecr. in d.c. nõ dicatis nu. 10.

XIV. Pariter nec potest donare, quamuis habeat monachus
40 † licentiam ab Abbate, vt possit aliqua habere ad vsum suum. (v. g.) libros, vestem, vel pecuniam: nam illa pecunia intelligitur concessa non pro libito suæ voluntatis, sed pro suis veris necessitatibus, facit tex. in cap. clericus, qui, & cap. duo 12. q. 1. vnde cessante necessitate intelligitur denegata licentia, 1. quæst. 7. capit. quod pro remedio, nam pro superfluo præsumitur fraus, Ioan. Calder. extr. de regula cons. 2. Hinc fit, quòd cum monachus, vel monialis, vti debeat dicta licẽtia pro suis necessitatibus, nõ potest dicta mobilia donare, cum illa solum habeant ad vsum, facit text. in §. 1. instit. de vsufru. Vbi habens vsum, rei potest re illa vti, non tamen vendere, Sotus de iu. & iu. q. 1. art. 1. col. 4.

An verò indistinctè professus donando sit proprietarius, & incidat in casum.

Respondeo secundum Turrec. in d. cap. non dicatis, & Nauar. de regular. cons. 75. numer. 64.
41 quòd non, nam potest † absquè vitio proprietatis quædam munuscula, vt poma donare amicis suis, modo sic se habeat communis vsus, quia ex quo scit prælatus, & non cõtradicit, cum possit, facit tex. in cap. quantæ de sent. excomm. fit, quòd tacitè videatur consentire, qui consensus ad hoc sufficit, Hæc Turrec. & Nauar. De hac quæstione vide Azor. lib. 12. quæst. 4. vbi per constit. clem. 8. videtur hoc derogatum.

XV. Non excusantur religiosi retinentes pecuniam, vel
42 mobilia † absquè licentia prælati stante consuetudine, quia talis consuetudo tanquam irrationabilis est reijcienda, dist. 8. ca. mala, & cap. seq. cap. quanto de consuet. cap. cæterum de donat. Etenim obstat vni ex substantialibus regulæ, scilicet paupertati, d. cap. non dicatis, cap.

nolo, cap. super quibusdam de statu monac.

Hinc fit, quòd bona relicta religioso intuitu, suæ personæ
43 † à consanguineo, vel alio extraneo, siue mobilia sunt, siue immobilia, & annui census, vt possint ad vitam retineri absque licentia superioris, est donatio inualida tanquam irrationabilis, vt latè diximus in 2. par. decis. lib. 3. de statu monach cap. 18. num. 48. Imò neque posset superior bona immobilia, vel annuos census, qui inter immobilia computantur, clem. 1. §. cunque de verb. signif. dare licentiam moniali, vel monacho ad
44 vitam retinendi, † licet de iure antiquo hoc erat permissum, vt Doctores notant in d. cap. cum ad monasterium, & hoc ex conc. Trid. sess. 25. cap. 2. versic. Nemini, latè per Azorium lib. 2. c. 9. quæst. 2. Nos 1. vol. consil. lib. 3. de regul. cons. 8. num. 18. & ita declarauit Sacra Congregatio testãte additione ad Step. Quaranta in Summa Bullarij in verbo casus. Ibi sequuntur declarationes versic. Queritur Primò, & retinendo efficiuntur proprietarij, & peccant mortaliter.

XVI. Nec proprietarius di-
45 ci potest is, qui non emisit † tria vota, quamuis susceperit habitũ professorũ extra monasterium, nam ex tali susceptione habitus non præsumitur professionem fecisse, vel votum solemnizasse, sed tantum simplex votum, extra q cler. vel vouen. c. consuluit, extra de regular. ca. porrectum. vnde iste non erit monachus, cũ nulli monasterio se tradat, vt notatur 27. quæst. 1. capit. de viduis, verbo proprijs, & monachi nomen acquiritur in ipsa professione, ad hoc 20. quæst. 3. cap. præsens, capit. si seruus dist. 54. glosa in cap. 1. versic. dedicanda de relig. domib.

XVII. Et nec illa includitur
46 quæ habitum suscipit † in domo propria, & votum emittit in manu publicæ personæ, scilicet Episcopi, vel Abbatis, cum tale votum non possit dici solemne, nam vt votum solemne emitti possit iux. tex. in cap. vni. de voto in 6. oportet iuxta conc. Trid. sess. 25. ca. 15. vt sit per annum completum ad probationem, legendo Chartam. Dicens. Ego D. Talis. & cæt. & ponat illam super altare, cap. meminimus, qui cler. vel vouen. & de cler. coniug. cap. dudum, vel tacitam per delationem habitus indistincti a professis, quem deferre debet per annum continuum intra monasterium cap. 1. §. quia verò de regular. in 6. sic de monialibus est tex. in cap. vnic. de statu regul. lib. 6. quòd moniales expressè, vel tacitè professę debent esse sub perpetua clausura, quod si aliquis obijciat tex. in cap. insinuante, qui cler. vel vouen. per quem dixit Archid. in d. capitul. de viduis numer. 4. quòd mulier potest suscipere habitum in domo propria cum pacto, vt retineat omnia bona,

& emit

& emittere professionem in manu publicæ personæ, & tale votum dicitur solemnizatum.

Respondeo, quòd illa clausula cum retentione bonorũ fuit apposita a vouente simpliciter castitatem, quod votum scilicet castitatis non aduersatur retentioni bonorum, & ita nõ dicitur votum solẽne, Ita dixit Anchar. in d. capitul. insinuante num. 2 Quare nec facit ille tex. vt allegatur per Abbatem in cap. ex rescripto nu. 5. de iureiur. quòd Abbas possit concedere monacho, vt in perpetuum stet extra clausuram, Tum quia (vt diximus) ille non emiserat votum religionis, Tum etiam, quia dum loquitur de monacho, debet intelligi de professo, & non nouitio, cum nouitius non dicatur monachus, Verum ad quæstionem dicimus cũ Abbate in d. c. ex rescripto, quòd potest ex causa vrgenti, & probabili concedere, vt sit extra clausuram, quia dummodo sit sub obediẽtia Abbatis, semper fingitur esse in monasterio, facit quod notat Innoc. in c. porrectum de regular.

XVIII. Nec comprenduntur sub litera regulares Capellani, Pãpæ, qui de seruitijs ita reci-
46 piunt portionem †, sicut & alij, vt refert Zabar. in d. cap. cum ad monasterium §. Abbas num. 2. facit dictum Nauar. extra de regul. cons. 47. in fine, vbi dicit, ꝙ solita est Sãcta Sedes Apostol. concedere aliquibus religiosis pẽsiones beneficiorũ aliquorũ ea lege, vt ipsi soli impendant, & Pius V. vt ipse ibi refert, quandam similem facultatem cuidam nobilissimæ virgini volenti religionem ingredi, concessit, Sic etiam potest Papa licentiam a Prælato concessam confirmare, cum clausula ne quis alius Prælatus eam tollat, vel minuat, ibi Nauar. Testari tamen de his non possunt, tanquam proprijs, Alias sepelirentur cum proprio, d. ca. 2. §. prohibemus. Sic etiam de monialibus obseruatur in aliquibus monasterijs, quòd à monasterio habent solum victum, Indumenta verò à parentibus, vel de suo, Vnde in ijs casibus non dicuntur monachi proprietarij, cum expendant de licentia superioris. Quod idem extende ad moniales.

Fuit tamen per Sacri Concilij Tridentini dispensationem indistinctè definitum, vt quicquid fuerit moniali a parentibus
49 † donatum, relictum, vel eius labore, & artificio acquisitum, totum habeat assignari in manu Abbatissæ, quæ eo primum prouidere debet necessitatibus illius monialis, cuius causa illud est quæsitum, seu donatum, & relictum, reliquum autem in communem monasterij vsum esse conferendum, ita refert additio ad Steph. Quar. Qui supra versic. ad sextum.

XIX. Pariter licet proprietarius dicatur, non tamen pec-
50 cat † mortaliter, & ita non incidit in casum reseruatum, qui

post

post multa paulatim accepta de pane, aut vino singulis ferè diebus a monasterio deuenit ad notabilem quantitatem, nisi accipiendo habuerit voluntatem deliberatam subripiendi magna, cap. vulgaris, ca. si cui cap. propterea de pœnit. dist. 1. Nauar. cap. 17. num. 140. contra Sotum de iust. & iu. quæst. 3. col. 6. art. 3. Nos in 1. par. decis. capit. 5. num. 49.

XX. Nec etiam comprehẽditur sub litera ille, qui vsufructuarius erat rei stabilis, quia in-
51 grediendo in monasterium, † per professionem vsufructus non finitur, & non extinguitur, non tamen retinendo vsumfructum, erit proprietarius, quia ius vtẽdi coherens personæ remanet apud monachũ, & vtilitas apud monasterium, arg. tex. in l. si vsusfructus ff. de iure dotium, cap. nuper de donat. inter virum, & vxor. Quidem vsusfructus durat in vita ingredientis, instit. de acquis. per arrog. §. vsus etenim, & 3. seq. De vsufructu. §. finitur. Includitur verò religiosus ille, qui obtenta licentia, vt possit detinere rem aliquam, non est animo paratus resignare illam, quando voluerit superior, vnde si reuocauerit licentiam, quam ad libitum semper reuocare poterit, religiosus negaret reddere superiori semel concessum, esset in peccato mortali, & casus esset reseruatus.

XXI. Si religiosus a conseruatorio bonorum vestes caperet calceos, & similia sine licentia
52 † superioris, licet fecerit contra votum, & regulam, non tamen esset proprietarius, si ea detineret tanquam dependentia a Prælati voluntate in loco patenti, Cotrarium tamen videtur tenere Azorius lib. 12. cap. 11. versic. sexto quæritur, & q. 7. ibi si iterum, vbi dicit, quòd qui ex communi, aut ex eo, quod alteri ad vsum eius tributum est, furtim aliquid sibi capit, crimen proprietatis incurrit, quia vtitur re, vt propria, & consúmit quod ad esum, & potum communem pertinet, verum primum dictum habet locum, quando religiosus aliquo, quod est in communi, vtitur, & postea reponit in loco suo, ita tenet idem Azor. cap. 12. lib. 12. quæst. 3. At secundum, quando consumit, nam tunc si id, quod consumit, est parum, & leuè, erit veniale peccatum, & si grauius, & magnum, mortale.

XXII Cũ monachus, vel monialis non possit donare etiam ea, quæ sibi fuerunt ad vsum suũ certum cõcessa, vt supra diximus num. 46. Quæritur an hoc sit sim-
53 pliciter verum, † maximè post inhibitionem factam a S. D. N. Clemente VIII. in constit. edita Anno salutis humanæ 1594. quæ incipit. Religiosæ cõgregationes quo prohibetur munerum largitio.

Respondeo, quòd possunt leuiora donare esculenta, aut poculenta munera cõmuni tamen

nun

nunquam verò particulari nomine, vbi superiori de consensu conuentus videbitur tradenda, vt habetur per dictam constitutionem.

Sed rogabis ad quãtum possit
54 hæc quantitas ascendere, † interrogatus de hoc respondi esse ea, quæ paucis possunt consumi diebus, facit tex. in cap. statutum §. insuper de rescrip in 6. qui tex cum loquatur in numero plurali saltem non excludit duos dies, cum pluralis locutio duos nnmero cõprehendat de consecr. dist. 1. cap. hoc quoque ff. de testib. l. vbi numero, glosa in d. §. in super verbo paucis, vel secundum Host. in cap. & si quæstiones de simon. includit etiam tres.

Sed si iterum roges quanta possit esse hæc quantitas.

55 † Respondeo id, quod posset sufficere moniali ad edẽdum, & bibendum, inde dicuntur esculenta, & poculẽta per tres dies. Hoc est, vt meo iudicio donare possit vsquè ad summam carolenorum vij. cum dimidio, comprehendẽdo in hoc religiosos, siue religiosas, delicatos, siue delicatas, & male complexionatos, qui non possunt vesci cibis communibus, arg. tex. in ca. non cogantur dist. 41.

56 Attamen si iterum † quæris, Quoties poterit monialis exsculenta hæc, & poculenta donare, an bis in anno, aut quater, vel quoties.

Respõdeo quoties subsistat iusta causa, & rationabilis, quæ quidem debet arbitrari an ita sit non ex dicto ipsius monialis, sed ipsa Abatissa, vel Abbas hoc iudicare debet cum consensu cõuẽtus, quod probatur ex præfata constit. Religiosæ. Dum dicit, (vbi superiori de consensu conuentus videbitur.)

57 Nam dũ dicit videbitur, † ostendit Abbatissam non debere hoc cõcedere ex proprio capite & sine ratione, non ponderando, An causa donandi fuerit iusta, vel non, sed debet considerare, vtrum fuerit iusta causa, Nam verbum videtur non importat arbitrium liberum, sed boni viri, l. fideicommissaria libertas la. 2. verbo tibi videbitur ff. de fideicom. libert. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. l, fideicommissaria §. quanquam ff. de legat. iij. Iason in l. si sic legatum nu. 4. ff de legat. 1.

Sed iterum quæres, An suffi-
58 ciat vna licẽtia generalis, † scilicet quòd Abbatissa proponat in capitulo, quòd possit soror talis, vel donna talis donare vsquè ad summam Carolenorum vij. cum dimidio in anno, quoties habuerit iustam causam.

Respondeo quòd non, nam dũ supra diximus Abatissam cum consensu conuentus debere iudicare, an causa donandi, sit iusta, sit, quòd in quolibet indiuiduo est requirendus cõsensus vtriusquè Abbatissæ, & conuentus, An sit probabilis causa donandi. An hæc causa de raro proueniat, hoc est semel, aut bis iuxta doctrinam

trinam Bart. in l. iura numer. 1. ff. de legib. & tunc de facili concedenda, an frequenter, & tunc difficulter, scilicet si infra annum petierit vltra duas, vel tres vices.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in genere susceptum duplex est.*
2 *Iuramentum iudiciale quid, & eius species.*
3 *Iuramentum vnde, & idem, quàm iusiurandum, & sacramentum.*
4 *Falsum tripliciter considerari potest.*
5 *Iudicium regulare, siue legitimum quid.*
6 *Falsitatis crimen quàm enormissimum probatur.*
7 *Testis falsus Deum, Iudicem, & partem lædit.*
8 *Iuramentũ falsum an maius, quàm homicidium.*
9 *Periuri sunt infames, vnde non promouentur ad ordines.*
10 *Si clerici, sunt deponendi ab ordine, & beneficio.*
11 *Condennati, & declarati etiam post pœnitentiam non admittuntur in testem.*
12 *Periurium blasphemiæ comparatur, & peccato contra naturam*
13 *Falsarius inter homines deuenit ad nihilum.*
14 *Falsario non creditur, sed alijs criminosis sic.*
15 *Iuramentum vt sit casus reseruatus, oportet, vt sit falsum.*
16 *Falsum dicens credens esse verum, an includatur sub casu.*
17 *Incontinenti quando dicatur testis reseruatus.*
18 *Teste reuocato, cui fletur dicto, primo, an secundo.*
19 *Iuramentum falsum à religioso, vt sit casus reseruatus, quid necessarium.*
20 *Falsificans comprehenditur siue sit principalis, siue reus.*
21 *Falsum dicere, seu veritatem tacere an sit idem.*
22 *Veritatem occultans extra iudiciũ an sit falsus.*
23 *Testis in iudicio falsũ dicens quando sit falsus.*
23 *Mandans, seu consulens an comprehendatur sub casu.*
25 *Falsum testimonium requirit actũ personalem testificantis.*
26 *Faciens per alium non dicitur verè facere.*
27 *Nescire dicitur, quod quis audit.*
28 *Veritatem occultans ex quo præcesserat iuramentum de tenendo secretum, incidit in casum.*
29 *Falsum deponens in causa criminali ad quid teneatur, numer. 30. & sequent.*
33 *Testis testificando quas expensas recipere possit.*
34 *Reus iuridice interrogatus negans delictum, includitur sub casu.*

Iura-

De Iuramento falso in iudicio. Cap. V.

Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

EXPOSITIO.

PRAETEREA, quę diximꝰ explicando casū (Qui in iudicio dolosè falsum deposuerint, siue ad falsum seduxerint in præiudicium tertij) aliqua addendo, deuenio ad expositionem verborum literæ nostræ.

(Iuramentum) vt cæteras iuramenti diuisiones omittamus tanquam ad rem non pertinentes, in genere sumptum duplex
1 † est, iudiciale, & extraiudiciale, quod appellatur voluntarium, ex eo, quod voluntate, & conuentione partiū suscipitur. Abb. in cap. fin. de iureiur. & de hoc non loquitur litera nostra, sed solum de iudiciali, Quod vt aliqualis cognitio habeatur, quia diffusè habetur per Marantam de ord. iudic. in sua praxi. tit. de iuram. Sciendum est iudiciale
2 dici † illud, quod præstatur in iudicio, Cuius nonnullæ sunt species, & prima Iuramenti necessarij, quod præstatur ad supplementum probationis ad litis decisionem à Iudice parti, etiam altera parte inuita, vt probatur in l. in bonæ fidei in verbo oportet. C. de rebus cred. Quod, vt possit deferri, sex requiruntur, vt ibi per Maran. nu. 4. Et istud iuramentum vocatur etiam litis decisorium, vt per Abbatem in d. cap. fin. num. 1. Est etiam, & alia species iuramenti iudicialis, quod defertur in iudicio alicui aduersario, vt principali, vt quādo quis examinatur super positionibus medio iuramēto, & hoc appellatur iuramentum veritatis, & de hoc est ritus magnæ curiæ Vicariæ nu. 283. ltē, q̄ quandocunquè, Tertia species iuramenti iudicialis est iuramentum veritatis, quod defertur testibus, vt toto tit. extra de testib. Et de hoc iuramento iudiciali, siue quod defertur parti, vel testibus, loquitur tex. nost. Iuramētum deriuatur à iure †, quia id,
3 quod iuratur, pro lege est habēdum. Et idem significat Iuramētum, quòd iusiurandum, siue sacramentum, Vnde hæc tria sunt sinomina: idem significantia, vt dixit Abb. in rub. eo. tit. num. 1. Fuit autem hoc iuramentum institutum, vt omnis controuersia tam iudicialis, quàm etiam extraiudicialis tollatur, l. sed & si §. hæc verba ff. de petit. hæredit.

(Falsum) Quod secundum leges caret primordio veritatis, ff. de leg. 11. l. cum filius §. hæres. Et est propriè falsitas mutatio veritatis dolosa ff. de verb. signific. l. Paulus, ff. ad l. Cor. de fals. l. quid sit falsum.

(Fal-

(Falsum) tripliciter considerari potest,† primo re tantum, & non animo fallendi, vt cum quis putat verum, quod est falsum, & adhibita omni diligentia iurat verum esse. Secūdò Animo tantum, cum quis credit aliquid esse falsum, quod est verum; & tamen pro vero iurat. Tertiò re, & animo simul fallendi, vt cum quis scit falsum esse, & tamen ex certa scientia iurat verū esse, Primus vel non peccat, aut venialiter. Secundus, & Tertius mortaliter, sed mortalius tertius, quàm secundus, Archidiac. in capit. homines 22. quæst. 2. Hoc verò intelligitur de iuramento falso re, & animo. 4

In iudicio regulari, scilicet coram Iudice, vel Prælato eiusdem ordinis, & religionis. 5

Seu legitimo, scilicet quoties examinaretur à Nuntio, seu Episcopo, seu Inquisitore, aut quocunquè alio delegato, Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

QVàm sit detestabile, & enormissimum secundum Canonistas, vt dixit Lopex ad Diax cap. 93. crimen hoc, multipliciter patet, & Primò quia iurans falsum contumeliam facit suo creatori:† quia aut credit Deum nescire verum, quod est contra eius sapientiam, cum illi omnia sint nuda, aut diligere mendacium, quod maximè odit, iuxta illud. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, aut derogat potentiæ, quasi non possit reum punire. 6

Secundò testis falsus tres personas lædit †, Deum, Iudicem, & partem, c. 1. de crim. falsi, Vnde tenetur vnicuiquè satisfacere, notatur in cap. Parochianos de sent. excomm. & plenè per Bart. in l. nunquàm plura ff. de priua. deli. Deo, per condignam pœnitentiam, parti, quam lædit ex falso testimonio ad interesse, l. qui nomine ff. de crim. falsi, Iudici, quia cum aures eius offendat, l. nullum C. de testi. poterit per illum Iudicem puniri, Anan. in d.c. 1. nu. 1. 7

Tertiò est maius malum Iuramentum falsum, quàm homicidium † quodam respectu. 2. q. 5. cap. ille, qui. Cum periurium sit contra rationis ordinem directè, & immediatè respiciens Deum, qui est veritas, sed homicidium est contra rationis ordinem directè, & immediatè respiciens proximum, Item periurium est præuaricatio præcepti prioris tabulæ, qua diuino detrahitur honori, sed homicidium contra præceptum secundæ, Sotus de iust. & iu. quæst. 2. art. 3. lib. 8. Archid. in d. cap. illa, Lucas de pen. in l. si vacantia col. 3. C. de bonis vacan. lib. 10. verum an hoc dictum simpliciter sit verum, me remitto ad ea, quę latè dixi in 2. par. decis. lib. 2. ca. 11. nu. 7. 8

Quartò est infamis, 6. quæst. 1. cap.

9 cap. infamis †, cap. quicunquè de testib. Hypp. de Marsil. latè in sua praxi. crim. in §. restat num. 14. Panorm. in cap. testimonium extra de iureiur. qui declarat quando periuri sunt infames, Vnde non promouentur ad ordines sacros.

Et clericus pro periurio præiudiciali est deponendus ab or-
10 dine †, & priuandus beneficio per sententiam, vt sentit Abbas post alios in cap. 2. de rescrip. & ibi Felinus, qui dicit hanc esse communem, Cardin. in ca. quærelam de iureiur. & latè de hoc per Diax, & addit in c. 93.

Quintò periurus sic condemnatus, & declaratus etiam post peractam pœnitentiam non po-
11 test admitti in testem †, quia ex quo semel deliquit in illo officio, semper suspensus remanet, vt not. in l. si aliquid C. de susceptoribus li. 10. Sic si tabellio cõficit testamẽtum falsum, de quo fuit accusatus, & damnatus, etiam & alia postea per eum cõfecta non valent, sic Luc. de Penna in d. l. 1. & Tutor si male gessit in futurum remouetur, ff. de susp. tut. l. tutor quoquè §. nunc videamus, & §. sin autem ipse.

VI. Item peccatum periu-
12 rij comparatur blasphemiæ †, & peccato contra naturam, & in omnium vertitur iniuriã, quod in religionem vertitur diuinam de Hæret. l. Manichæos, & ideò videtur crimen publicum. Tu tamẽ de hoc vide distinctionem traditam à Luca de Penna in d. l. si vacantia. Et quid plura, Canonistæ in rubr. de crim. falsi dicunt, quòd crimen falsi est adèo abominabile, sicut aliquod aliud crimen, quod possit reperiri, vnde Vgolinus de Fontana dicebat quòd per maculam falsitatis homo deuenit ad nihilum inter alios homines, quia dicitur homo sine ratione, & sine conscientia, & omne, quod est ex conscientia, peccatum est, cap. fin. de præscript. sed peccatum est idẽ, quod nihil. Item pœna falsarij, est, quod non credatur ei postea, etiam si illud, quod dicit, sit verum. Iuxta illud. Mentiri sic sæpe soles, quod dicere verum. Si quandoquè velis, non adhibeo fidem, facit tex. in l. si cui §. eisdem criminibus ff. de accusat. Vnde licet alijs criminosis cre-
14 datur †, solis falsidicis non creditur, & ideò peior est eorum vita, quàm mors, in l. hi, qui sãctam C. de Apost. Sed modò deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I VT Iuramentum sit casus reseruatus, oportet, q̃ sit
15 falsum †, Quapropter dicens verũ in iudicio, putans falsum, est falsus quò ad Deum, qui potius animum inspicit, quàm opus, c. si cui de pœni. di. 1. cap. contra animum cum duobus seq. dist. 50. Non tamen est mendax, quare includitur sub litera, verum non tene-

tenetur ad restitutionem, quia etsi nocere voluit, non ex hoc nocuit, Nauar. in cap. inter verba nu. 700. 11. quæst. 1. Licet non includatur ille, qui quod falsum est, verum putans iuramen-
16 to asserit †, nam iste, est mendax, sed non falsus, & non peccat, si diligentiam adhibuit mediocrem, Sotus de iu. & iu. lib. 8. quæst. 2. art. 1. Nauar. in Manu. cap. 18. Sylvest. in verb. Testis quæst. 8. & ad nullam tenetur restitutionem, quãdo statim, & incontinenti post depositionem se reuocat, & corrigit, antequam cum partibus loquatur, alias subornatus præsumitur, glosa in cap. præterea de testib. cogen. vel antequam cum alia persona loquatur, vel ex interuallo etiam ante sententiam latam saltem ad debilitandum dictum suum. Nauar. in Manu. cap. 25. num. 40. Nos in 1. par. decis. lib. 2. cap. 135. num. 18. & 19. communiter tamen tenetur, quòd sit in arbitrio Iudicis, qui considerabit qualitatem personæ, interuallũ, colloquium paruum, & similes circunstantias, Ita Ioan. de Anan. in capit. 1. c. præterea de testib. cogen. At quando se reuocauerit, cui dicto stetur, Io.
18 And. ibi videtur velle † quòd stetur primo dicto, sed minor fides adhibetur.

II. Vt Casus iste sit reseruatus, necessarium est, vt iuramen-
19 tũ falsum sit factũ a religioso † in iudicio iuridice coram suo superiore, & ab ipso interrogatus quia si quis deponãt coram eo, fortè, quia conduxit animal, cũ talis depositio nõ fiat in iudicio, non incidit in casum.

III Comprehenditur sub li-
20 tera † tam is, qui fuit examinatus tamquam principalis, quàm is, qui tanquam testis, si falsum dixerit, cum litera simpliciter loquatur de iuramento falso.

IV. Et si par sit falsum dicere, & veritatem tacere circa
21 ea, quæ tangunt causam, † iux. tex. in cap. 1. §. 1. de crim. falsi. Concordat tex. in l. presbyteri. C. de Epis. & cler. Tamen hæc intellige, quando quis iurauit dicere meram, ac puram veritatẽ, & multa subticuit, nam etiam obligatur ad restituendum damnum, quod dedit, iuxta mentem D. Thomæ. 2. 2. quæst. 70. art. 4. Panorm. in d. cap. 1. Alias si iurasset respondere ad interrogata, tunc si testis vltra non responderet, & taceret, non esset falsus, ita est optimus tex. in ca. cum dilecti de accusat. Vbi Anch. num 11. dixit, quòd ille, qui iurauit dicere meram, & puram veritatem, non debet aliquid tacere quod sciat, & nec exprimere falsum, sunt enim paria exprimere falsum, & tacere veritatem, vel quando interrogatus super aliquo articulo dicit se nihil scire capit. quisquis, & ibi glosa 11. quæstio. 3. tamen credimus non includi sub casu, si aliquis tacuerit verum, quia iste non dixit falsum, sed tacuit.

Qui

V. Qui occultat veritatem, nõ tanquàm testis productus in iudicio, non dicitur testis falsus,
22 † & nec cõparatur dicenti mendatium, c. ne quis 22. q. 2. & propterea non comprehenditur sub litera, vt de interrogato extra iudicium, vbi sit aliquis, quem eius inimicus quærit interficere; Tali namque permittitur non respondere, vel recusare dicendo. Nunquid custos fratris mei sum.

VI. Incurrit in Casum, quan
23 do iudex iuris ordine † seruato, hoc est præcedente semiplena probatione, aut infamia, vel iudicijs iuxta Nauar. c. 12. nu. 18. & c. 18. nu. 57. aliquem interrogauerit, (v. g.) An viderit Paulũ tali nocte, & ipse respondet se non vidisse, aliter mente reuoluens scilicet montem, mortaliter peccat, & dicitur falsus, quia verba iuramenti sunt accipienda secundum intentionem id deferentis, non autem secundum intentionem iurantis, Didacus de pactis lib. 6. §. 5. in princ. fol. 284. Quod secus esset, si interrogatus fuisset à iudice incompetenti, vel de his, de quibus testimonium ferre non cogitur, & iurare compellitur, Nauar. cap. 12. num. 18. Mentiri autem nullo modo licet, Diuus Thomas 2. 2. quæstion. 69. artic. 1. & 2. Didacus lib. 1. vari. resolu. ca. 2. num. 2.

VII. Non comprehenditur
24 mandans, † seu consulens, vt falsum dicat, cum in litera nihil de his exprimatur, & Casus reseruatio est stricti iuris, & pœnalis præiudicatiua auctoritati confessorum, & ideo non patitur extensionem ad Casus non expressos, argum. tex. in l. pen. ff. de pœnis. Sic excommunicatio loquẽ de faciente, non extenditur ad mandantem, nisi in Canone ferente excõmunicationem id exprimatur, vt diximus in Prima Par. nostrarum decis. lib. 4. cap. 8. numer. 1. facit dictum notabile Bart. in l. sed si vnius §. seruus nu. 2 ff. de iureiur. vbi dicit, quòd falsum testimonium requi
25 rit † factum personalem testificãtis, vnde nõ potest propriè committi per alium. Quare mandãs, vel consulens, vt quis in iudicio exprimat falsum, non dicitur verè facere, sed interpretatiuè, facit tex. in l. 1. §. deieciſſe verbo facere videtur ff. de vi, & vi arm l. si pater, ff. de his, quæ in fraud. credit. notatur etiam expressè in l. si obstetrix in princ. ff. ad l. Aquil. & §. 1. vbi ille, qui per alium facit, ipse verè non facit, & hoc voluit dicere glosa in l. 1 §. quoties, ff. de vi, & vi arm. licet mandans, & consulens teneatur ad restitutionem.

VIII. Et nec incidit in Casum, si interrogatus à iudice an aliquid sciat quòd ipse audiuit,
26 respondat, nescio, † quia quod audit, nescire dicitur, l. 2. vbi glosa in §. idem Labeo. ff. de aqu. plu. arcen. Quod nota pro excommunicationibus fulminatis contra scientes talem, vel ta-

lem rem fuisse subrectam, quòd non teneantur reuelare audientes.

IX. Includitur etiã meo iudicio ille, qui interrogatus à iudice cum iuramento dicendi pũram, & meram veritatem, illam
28 occultat † ex eo, quia præcesserat iuramentũ de tenendo secretum, quia tale iuramentum, vt temerarium non est seruandum, quando immineret rationabile nocumentum corporale, vel spirituale Reipublicæ, vel particularis personæ, ita tex. est iuncta glosa in ca. nerui, verbo à transgressione dist. 13. Innoc. in c. qualiter el. 1. de accusat. Nam interpretatur iuramentum hoc, nisi fuerit productus in testem. vnde hoc iuramentum seruari nequit absque interitu salutis æternæ, quia inducit mortale, scilicet taciturnitatem veritatis, 11. q. 1. c. quisquis. c. 1. de crim. falsi, probatur specifice in c. intimauit de testib. per Innocent. in c. constitutus 1. eodem titulo.

X. Testis, qui falsum deposuit in causa criminali in iniuriã
29 † alterius, si causa pendet, & nõ est iam finita, debet omnem suã diligentiam adhibere, vt reum à morte liberet, etiam si oporteret sub discrimine propriæ vitæ dictum suum reuocare, quod secus dicendum, quando causa esset expedita, vt quia reus vitam amiserit, & ipse reuelando periculo se subijceret, Archiepisc. Floren. in summ. Defecerunt in octauo præcepto ca. 1. Sotus de iust. & iu. lib. 4. q. 6. art. 3. versic. Sed tamen. Nauar. in Manu. ca. 30. 15. nu. 17. † Tenetur tamen ad litis expensas, quas pars læsa passa est; & Rursus ad omne dãnum, quod falsò accusatus, vel eius hæredes patiuntur, cum fuerit causa efficax damni, & consequenter tenetur ad damnum, D. Thom. 2. 2. q. 62. a. 2. t. 7. Couar. in regula peccatum, & Sotus qui supra, & alterius ad famæ restitu-
32 tionẽ. † Quod si reus verè cõmiserit delictum, & testis in gratiã ipsius periuriũ commisit ad eruendũ eum à morte, tunc pariter tenetur ad litis expensas, & ad dãnum, quod iustè accusans patitur, quia ob falsum testimonium intentionem suam probare non potuit. At in causa ciuili, si causa pendet, tenetur dictum suum reuocare, si reuocatio prodesse possit; sed si est expedita siue in gratiam, siue in iniuriam falsum protulerit testimonium, tenetur ad litis expẽsas, & ad damnum, quod causa sua inde pars læsa patitur tanquam pars efficax damni, quia si delictum aliunde prius probatum fuerit, falsus testis non tenetur nisi ad excessum expensarum, quarum causa fuit.

XI. Et si nonnulli Doctores, vt Bartol. in l. 1. in princip. ff. de falsi. & ibi Marsil. Abbas in cap. 1. vbi Felinus eodem titulo dicant falsi pœna teneri eum, qui
32 precio inducitur ad testificandum, quam opinionem tu dicit cõmunem Couar. de pact. in 6. in

cap.

cap. quamuis j. par. num. 5. Tamen cum periurium, siue falsitas sit immutatio veritatis, & qui accipit pecuniam, non immutat veritatem, fit, vt non sit falsus, & non comprehendatur sub Casu. Ita Decius in cap. 1. nu. 2. de testib. vnde arbitrio iudicis in foro exteriori pun&edus erit, & in foro interiori prę ter peccatum mortale, si pecuniam recipit, vt verum deponat, tenetur restituere ei, qui dedit, 14. qó. 5. c. nó sanè. At si recepit pecuniam pro falsó testimonio ferendo, tunc restituere debet ei, in cuius iniuriam falsum dixit, vel pauperibus, d. c. non sane.

Poterit tamen testis recipere
33 expensas, † quæ consistút in veniendo, stádo, & recedendo, glo. in c. statutum §. proferendo de rescrip. in 6. & ibi Franch. nu. 3. & lucrum operarum amissarum à producente, Nauar. c. 25. num. 45. & vecturam equi, si qualitas personę hoc patitur, vt not. in l. idéq; §. idem ab eo, ff. mand. Ab his tamen ego demerè expensas, quas testis omnino infra hoc tépus fecisset in domo sua.

XII. Vltimo comprehendi-
34 tur sub litera † reus iuridice interrogatus, si negat delictum, quamuis ob confessionem esset in mortem plectendus, vnde nisi veritatem in iudicio palam confiteatur, non est in foro animæ absoluendus; Attamen nisi manifestissimum sit huiusmodi reú cogi ad manifestandum, nó esset à confessario cogendus, vt per nos habetur in Prima Par. nostrarum decisionum lib. 3. cap. 7. numero 16. & 17.

Procuratio, Auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto.

EXPOSITIO.

CAsus iste à pleriſq; Ordinarijs est reseruatus; Qui cú à nobis per triginta tres decisiones fuerit explicatus in j. par. decis. li. 2. cap. 63. ideo sicco pede illum pertranseo; Hæc duo solum addendo, & Primum, quòd procuratio, auxilium, seu consilium includunt scientiam, hoc est, eos qui sciéter procurant varijs medijs faciédi abortum, vel ad hoc auxiliantur, seu consilium præbent. Vnde excluduntur religiosi, qui nó fuerint in dolo, & ignorantes mulierem non esse prægnantem in actu loquendi interrogati retulerunt aliquod remedium ad faciendum abortum, vt not. per DD. in l. pen. C. de sicarijs, facit dictum Augustini Arimin. in Apostilla ad Angelum in verbo Et ex interuallo dictus Titius, verbo Quid si faciat.

Rursus, dum dicitur, ad abortum faciendum post animatum fœtum, notandum tunc censeri fœtum animatum per animæ infusionem, tàm in mare, quàm

in fœmina, si habebit lineamenta omnium membrorum, vt per Burgas in tract. de irregul. par. 6. de veneficijs sub num. 14.

Dum sequitur. (Effectu non secuto) infertur opus dici consumatum in Casu nostro, quando mulier acceperit id, ob quod poterat sequi abortus, quamuis postea ille non fuerit secutus.

Rursus ex verbo (ad abortum faciendum) sequitur à contrario sensu, quòd qui dederit poculum mulieri pdeam ingrauidandam, & illa eo sumpto mortua fuerit, nõ incidit in Casum quãuis mortaliter peccet, & graui ter sit puniendus, & si laicus sit, puniendus veniret, pœna relegationis, l. 3. §. sed ex senatusconsulto ff. ad l. Cornel. de sicarijs, Afflictus in Const. Mala noxia, in §. Amatoria pocula num. 6. & ratio, quare non incurrat in Casum reseruatum, est quia iste non venit contra verba legis, neque contra mentem, scilicet occidendi existentem in vtero; sed finalis intentio tradentis huiusmodi poculum ad concipiendum, tendit in bonum, scilicet ad susciendam prolem, quod est fauorabile, licet istud factum non debeat ex toto transire impunitum propter malum exemplum consistens in eo videlicet in quærendo violentare naturã, volendo imponere fœcunditatẽ in vtero, in quo Deus, & natura imposuerunt sterilitatem, quæratio colligitur ex dictis notatis per Paul. Grill. in tract. de fortil. q. 12 nu. 19. non tamen euadit irregularitatem.

Item dum dicit, ad abortum faciendum. intellige etiam, si illum prouocauerit ad bonum finem, scilicet ad præseruandam mulierem à morte, facit dictum Sylu. in verbo Medicus §. 4.

SVMMARIVM.

1 *Manus multipliciter in iure sumitur.*
2 *Aut dictio dupliciter capitur.*
3 *Sigillum aliter sumitur à legistis, & aliter à canonistis.*
4 *Possessio transfertur per impressionem sigilli.*
5 *Ex sigillis probatur res esse mercatorum.*
6 *Sigillum ex se conseruat literas clausas.*
7 *Sigillũ violans qualiter puniatur.*
8 *Officiales qui dicantur.*
9 *Sigillum monasterij dicitur esse prælati.*
10 *Sigillũ falsare quã graue peccatũ.*
11 *Est maius, quam cudere monetam falsam.*
12 *Pœnæ plures pro hoc delicto ponuntur.*
13 *Eps potest compellere clericum ad abiurandam suam diœcesim.*
14 *Iniuria facta gerenti vices, facta videtur ei, cuius vices gerunt.*
15 *Signum adulterinum facere quid.*
16 *Ad incurrendum præsentem casũ quid necessarium.*
17 *Falsatio literarum sola non sufficit ad incurrendam pœnam falsi.*
18 *Extensio fit ex maioritate rationis*

circa

circa ea, quæ sunt eiusdem generis.

19 *Continens sumitur pro contento.*

20 *Vtens, & non falsans, an sub litera comprehendatur.*

21 *Vtens falsis literis an præsumatur scire falsitatem.*

22 *Falsificans literam non sigillatam an comprehendatur.*

23 *Mandans, aut consulens falsificari sigillum, non comprehenditur.*

24 *Sigillum quale esse debeat.*

De falsificante manus, aut sigillum officialium monasterij. Cap. VI.

Falsificatio manus, aut sigilli Monasterij, aut Conuentus.

EXPOSITIO.

FALSIFICATIO) Præter ea, quæ diximus in Casu, Qui dolosè, & alibi (falsificãtes publicas scripturas.) adde circa hoc duas glosas singulares, ideſt glosam in capit. in memoriam dist. 19. & c. licet de crim. falsi.

(Manus) Multipliciter in iure manus accipiuntur, † nam quandoq; capiuntur pro munere quasi totius corporis, quia per eas cibus ori, & omnia corpori ministrantur, cunctaq; operamur, vnde dicitur res sub manibus esse, vel nummos ad manus non habere ff. ad velleia, l. tutor §. cum haberes, & alibi tex. in l. petenti ff. de pign. act. dicit. Cum præ manu debitor non haberet, sic in tex. in l. si quis id, q; ff. de iurisd. om. iud. habetur suis manibus album corrumpere, propter q; dicitur, manus organum, organorũ, & omnia opera manibus attribuũtur, vt dicit Arist. 3. de anima. Nonnunquàm manus capiũtur pro turba, & multitudine, vt pro seruientibus, vnde Act. 12. Misit Hærodes manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Aliquando manus vocantur leges, quæ puniunt; Inde Constitutiones dicuntur tenere delinquentem, l. item apud §. si quis astrologus ff. de iniur. Item manus significat potestatem, inde dicitur Manumissus ideſt extra potestatem positus, notatur per Anton. de Butr. in capit. transmissam numer. 11. de elect. Sic manus operationes significat extrinsecas; Idem in capit. 1. numer. 14. de sacra vnct. Alibi manus capitur pro arbitrio, l. 2. ff. de orig. iur. (omniaq; in manu Regis gubernanda) & de multiplici genere manuum videat curiosus Archidiaconum in ca. manus 1. q. 1. Hic vero accipitur pro falsificatione scripturæ, quæ fit manu alterius, vt radendo partem, & apponendo aliam, vel falsam chartam de nouo fabricando, & deinceps apponendo firmam, & subscriptionem testium &c.

(Aut) Dictio hæc quandoq;

2 sumitur pro Et, † l. ius ciuile §. de iust. & iu. ius ciuile constat, aut ex iure scripto, aut. i. ex non scripto, l. 1. de postul. ibi. aut Casũ, Hoc est. Et, Quandoq; pro vel disiunctiue, & ita hic.

(Sigilli) Quod apud Canonistas vocatur sigillum, apud le-
3 gistas † vocatur annulus, nam antiqui non habebant sigilla, sed annulos scultos, cum quibus signabant, ita Innoc. & Anton. de Butr. in cap. 2. de fide instrum. qui dicit, quòd modernis temporibus reperiuntur multi annuli sculti pro sigillis; Vnde sigillum ponitur pro signo, & dicitur à signando; Sic testamentũ annulo signatorio, qui habebat caracteres, vel nomen signantis signabatur, §. possunt instit. de testamen. vnde sigillum ponitur pro signo l. 3. §. si quis verbo Signa ff. de tab. exhi. Sic vinum sigillo signabatur id est doliũ, l. videamus §. qui vinum, ff. loca.

Cuius effectus est, vt per im-
4 pressionem † sigilli transferatur possessio in alium, Quare dixit Bald. multũ singulariter in commento rubricæ C. de peric. & commod. rei vendit. quòd si ego vẽdo vinum alicui, & emens imprimit suum sigillum in dolio, & fit acetum, quòd cædit periculo imprimentis sigillum, quia per impressionem trãfertur possessio, & dicit esse casum singularem in l. quod si neque ff. de peric. & commod. rei vendit. Est etiam & alius effectus sigilli, vt voluit Bald. in auth. dos data, C. de donat. ante nupt. vbi dicit, quòd ex signis, & sigillis mercatorũ impressis fardellis, & mercantijs suis, probatur quòd sint illorum mercatorum; Tene menti, quia est quotidianum, licet possit probari contrarium. Sic refert Andreas Barbat. in cap. tercio loco nu. 5. de probat. quòd ex sigillis, & signis, quæ imprimuntur animalibus maximè in Regno Siciliæ quò ad ratias æquorum, præsumptio est, quòd sint eorum, quæ sunt signa, & sigilla, quamuis posset probari contrarium, alias sequeretur inconueniens quòd per impressionem sigilli dolosè factam quis priuaretur dominio rerum suarum.

Est & alius effectus, quia sigillum quantumcunque de se
6 est, conseruat literas clausas, vt habetur in l. 1. §. fi. & l. si ab initio, † & l. si quis ex signatoribus, ff. quemadmod. testament. aper. Hinc prisci Theologi ab hac methaphora sumpta à clausura literarum vocarũt secretum sanctũ confessioni debitum sigillum. Sic & quæcunque secreta scita sigilli nomine significantur, vnde
7 sigillum † violans grauiter peccat, nam iniuriam facit mittenti literas, atque ei, cui diriguntur, quia ille sigillatas literas, præsentare debuit, ita dixit Anas in cap. cum olim num. 1. de offic. deleg. Quibus tamen ex causis sigillum, & subscriptio literis apponantur, & an sigillum faciat scripturam authenticam,

vt

vt illi credatur, vide latè per Innocent. in cap. 2. de fide instrum. De falsante autem sigillum loquitur textus in cap. ad audientiam de crim. falsi.

(Officialium) Officiales dicuntur, ij quibus prælati † cõmittunt vices suas, glosa in verbo Officialium in cap. ex frequentibus de instit. vt vestiarij, cellararij, aut existentes in alio officio, ex quo habent recipere, & in vsus monasterij, vel Ecclesiæ expendere, de quibus per Zabar. in c. monachi §. qui vero de statu monach. 8

(Monasterij, aut Conuentus) Multò magis comprehenditur, qui falsificaret sigillum prælati, vel eius vicem gerentis, nam sigillum † monasterij dicitur esse prælati, & monasterium dicitur esse in prælato, Anton. de Butr. in cap. 2. de fide instrumentorum circa finem, facit text. in cap. scire debes 7. quæst. 1. Item monasterij, aut conuentus; Hoc est sigillo, quo vtũtur officiales monasterij, scilicet monachorum, vt Exactores, Cellararij, & Sacristæ, quod debet habere characteres, & scriptum nomen monasterij, seu conuentus. 9

Grauitas.

A Deò graue est falsare sigillum, † quòd puniatur per Constitutionem Regni, quæ incipit. Qui literas. Pœna mortis naturalis per text. in l. maiorem C. de falsis, & publicationis bonorum falsificans sigillum Regis, imò Andreas de Isernia, in Const. Duram, & Diram dixit quòd maius est hoc delictum, † quàm cudere falsam monetã, & in cap. ad audientiam de crimin. falsi habetur, quòd clericus falsans sigillum Principis deponitur, verbaliter, & character ei in facie imprimitur, ita, vt sanguinem non eliciat, sed cutis superficies defęgatur in signũ maleficij propter odium criminis, vel vt alij dicunt in manu, atque in exilium mittitur, vt per Doctores in d. cap. ad audiẽtiam, vbi etiam notatur ex illo text. grauitas huius criminis ex hoc quòd pro eodem delicto im- 10 11 ponuntur plures pœnę † contra id, quod habetur in capit. at si clerici de iudic. 12

Nam Prima est degradatio, quam iutelligunt Doctores de verbali depositione, cum post degradationẽ remaneat sub Ecclesia, quod secus esset, si intelligeretur degradatio pro actuali, quia sic relinqueretur iudici sæculari, cap. degradatio de pœnis in 6.

Secunda est impressio alicuius caracteris, vt sic per hoc possint isti clerici ab alijs cognosci, & etiam, vt magis terreantur, vt in l. aut facta in fine, ff. depęn.

Tertia est pęna exilij, ita, quòd Episcopus potest compellere ad abiurandam Diœcesim suam, † vt non amplius illam intret. Si ergo sic graue est falsare literas Principis, vt pro eo, 13

plures pœnæ imponantur, sic etiã erit falsare literas officialium prælati, cum ipsi præsentent prælatos suos, & iniuria facta gerenti vices, †illata videtur ei, cuius vices geruntur, capitulo cum olim 2. Vbi ad hoc notat Dom. Anton. de Butrio de offic. deleg. puniendus est etiam tanquàm falsarius scilicet non verè pœna falsi, sed arbitrio iudicis, Innocent. in dict. capit. cum olim. Item priuandus est beneficio, cap. olim de rescript. Item alia pœna, d. cap. cum olim in fi. ex quibus iuribus colligi, poterit, & ex pœnis appositis, quàm graue sit falsare sigillum, vel manus officialium.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. VIolator est literæ, qui signum adulterinum fecerit, hoc est sigillum falsificaue-
15 rit † monasterij monachorum, aut conuentus religiosorum, aut manum officialium subscribendo, ita text. in l. lege Cornelia iuncta glosa in verbo Signum, vbi dicit sigillando, vel etiam subscribendo, & l. Paulus ff. ad l. Cornel. de fals.

II. Quamuis ad esse falsitatis tria requirantur, scilicet vt sit veritatis mutatio, & vt fiat cum dolo, hoc est scienter animo inferendi damnum, ff. de falsis l. 1. & 2. & realiter illud subsequatur, Syluest. in verbo Falsitas; Tamen ad incurren-
16 dum hunc Casum † sufficit mutatio veritatis, & dolus, licet non sequatur damnum, & ratio est, quia per falsificationem manus, vel sigilli iam est opus consumatum; Hinc existentibus his duobus multa inferuntur, &

Primò, quòd quamuis sola fal-
17 sificatio †literarum sine vsu non obliget quem ad pœnam falsi ex notatis per Dom. Anton. de Butrio in cap. pen. num. 3. de crim. falsi.

Secũdò, quamuis falsatio scripturæ, quam non probat, non induceret pœnam falsi, vt dixit idem Dom. Anton. in cap. quanto num. 19. de iureiur. Tamen fallit in Casu nostro, sufficit .n. falsasse manum, vel sigillum, quamuis scriptura inutilis sit, l. si quis legatum ff. de falsis, quia iam ipse rem perfectam fecit, & opus consumauit, facit text. in l. 1. §. finali, ff. quodquisque iur. Quod idem extende, si post opus perfectum nõ vsus eo fuit, quia pœnituit.

III. Et si litera loquatur de manu officialium falsificata; Tamen idem extende ex maioritate rationis ad ea, quæ sunt eiusdem generis, iuxta doctrinã Philippi Franchi traditam in c. 1. de offic. ordin. in 6. scilicet ad adulterantem manum, vel sigillum prælati monasterij, vel superioris conuentus; Tum etiam, quia appellatione monasterij cõpre-

ditur

henditur prælatus de monaste-
19 rio, & ita continens † per con-
tento, c. 1. vbi Gemin. & Fran-
ch. de ininteg. restit. in 6. sic In-
noc. in cap. monasteria de vita,
& honest. cler. exponit monaste-
ria monialium, hoc est ipsas mo-
niales.

IV. Non incidit, qui vtitur,
20 sed non falsauit †, sunt. n. hæc di-
uersa, & ideo de vno ad aliud
non infertur, facit tex. in cap.
ad falsariorum de crim. falsi. vbi
falsarij sunt ipso iure excommu-
nicati, & priuati officijs, & bene-
ficijs, sed vtentes sunt priuandi,
& non degradandi, ac curiæ sæ-
culari tradendi, Hinc Ananias
in d. cap. num. 13. infert ex illo
tex. quòd magis punitur ille, qui
fabricat falsum instrumentum,
quàm ille, qui vtitur, & ratio est
quia ille, qui conficit instrumen-
tum falsum delictum suum
perficit: Non sic in eo, qui vti-
tur, nam parcitur ei, si abstinet
ab vsu comperta veritate, quia
delictum non est consumatum,
l. qui falsam ff. eod. & præsumi-
tur ex ignorantia fecisse, Dom.
Anton. d. cap. ad falsariorum,
num. 2. & 3.

An vero vtens falsis literis in
21 dubio præsumatur scire † falsi-
tatem, Dic quòd sic, ex Anan.
in d. cap. ad falsariorum, qui di-
xit, ꝙ qui vtitur literis Apostoli
cis, debet ipsas primò inspicere,
& diligẽter examinare, & hoc iõ
quia nõ de facili admittitur ꝓ-
batio, ꝙ vsus fuerit ignoranter
detecta falsitate, præsumitur, n.
scientia etiam facti alieni in eo
qui debet esse diligens, vt in ca.
pitulo Innotuit de election. l.
cum ita §. speciem ff. de le-
gat. 11.

V. Sed quid si falsificauit
22 scripturam † talis officialis, nam
ipse scripsit, & manum illius fal-
sificauit, sed non fuit sigillata,
non tamen per eum stetit, an sub
litera comprehendatur, & vide-
tur quòd non; cum sigillum sit
illud, quod est substantiale in li-
teris, vt dixit Afflict. in rubr. de
falsis in cõstit. Regni incip. Qui
literas nu. 1. Tamen contrarium
credimus sufficit. n. quòd fuerit
manus falsificata, quãuis non si-
gillũ, vt probat litera nostra ibi
per dictionem illam, quæ est di-
siunctiua, vt diximus in expo-
sitione.

VI. Non tamẽ comprehen-
ditur, mandans, aut consulens:
23 † quia in casibus reseruatis sunt
verba sumenda in propria signi-
ficatione, & mandans, vel consu-
lens non dicitur verè facere, ca.
vt famæ de senten. excommunic.
vide quæ supra diximus in casu
quinto.

VII. Immunis etiam est a
reseruatione casus, qui falsifica-
24 ret aliud sigillum, † quàm offi-
cialium monasterij, vel prælati,
quod quidem sigillum debet ha-
bere carateres impressos, vel in-
signia, seu arma monasterij, cap.
inter dilectos de fide instrumen.
& ratio est, quia inclusio vnius
est exclusio alterius, ergo dum
dicit sigillum officialium exclu-
dit

dit alia sigilla, Nam litera apposuit casum, quando falsificatio sigilli poterat esse præiudicialis, quod erat, quando falsasset proprium sigillum officialium, quia sicut quis nõ potest sigillare alieno sigillo, vt quia non habet, propriũ, & quando illud non habet de hoc debet facere mentionem in subscriptione, l. ad testiũ §. si signa ff. de testam. cum ibi not. ergo si aliud sigillum, quod non est officialium falsasset, Immunis est à litera.

SVMMARIVM.

1 *Furti nomine quid intelligatur.*
2 *Verba generalia restringuntur ad subditos prælati.*
3 *Rei appellatione multa continentur, sed qualiter hic accipiatur. num. seq.*
4 *In dictio habet 11. significationes.*
6 *Quantitas diuiditur in pondus, numerum, & mensuram.*
7 *Quantitatis nomine apud iureconsultos pecunia continetur.*
8 *Quantitas qualiter consideretur in foro fori, & in foro animæ, num. seq. & 10. vsq. 15.*
15 *Peccatum differt a crimine, ac delicto.*
16 *Furtum a monacho commissum crimen est proprietatis. nu. 21.*
17 *Item sacrilegij.*
18 *Satisfactio qualiter a monacho fiat, cum nihil possideat.*
19 *Furtum domesticum grauiorem mæretur pœnam, quam si non ita esset.*
20 *Furtum quandoquè habet censuram Papalem.*
22 *Furandi actus cum præcedentibus accedens factus mortalis an constituat casum reseruatum.*
23 *Sed an taliter accepta quãdo perueniunt ad notabilem quantitatem, sint sub mortali restituenda.*
24 *Surripiens res sacras religiosus etiam ex deuotione incidit in casum.*
25 *Intellectus ad text. in capit. quisquis §. si quis domum 17. q. 4.*
26 *Item si a religioso surriperet aliqua rescripta.*
27 *Item si retinet pecuniæ residuum quod superfuit de viatico facto.*
28 *Furtum dicitur a ferendo, & auferendo.*
29 *Religiosus cameram intrans causa furandi, si non furetur, in casum non incidit.*
30 *Surripiens aliquid pietatis causa innodatur, etiam si administrationem habeat num. seq.*
32 *Religiosus pro necessitate vitæ alterius furtum committere potest non tamen sic est in fornicatione, & quare nu. seq.*
34 *Surripiens rem monasterio destinatam an incidat.*
35 *Mandans, vel persuadens seruo, vt bona monasterij surripiat, an incidat in casum.*
36 *Religiosus an casu innodatur si retinuerit pecuniã sibi a laico datam vt det superiori monasterij.*
37 *Et quid si longius duxerit iumentum datũ a monasterio causa proficiscendi.*
38 *Religiosus non incidit, si aliquid habet de rebus monasterij, credens illa habere ex tacito consensu prælati.*

39 Sed

39 *Sed qualiter præsumatur platum tacitè concessurum.*

40 *Nec incidit, qui sine animo furripiendi magnum aliquod modicum furripit.*

De furto Capitulo VII.

Furtum de rebus monasterij, aut conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

EXPOSITIO.

1 VRTVM) Hic nomine furti intelligitur omnis illicita † vsurpatio facta a religioso, vel monacho rei ipsius monasterij, quę cũ nõ sit sua, imò neque vestis, quam defert, iuxta glosam in cap. non dicatis 12. quæst. 1. fit, quòd sit aliena, Nam sicut rapinam non permisit, qui furtum prohibuit, sic vtiquè furti nomine in lege veteris testamenti, & rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significauit quicquid illicitè rerum proximi aufertur, vt est tex. in c. pœnale 14. quæst. 5. sic eodem modo cum sit casus reseruatus furtum de rebus monasterij, multò magis erit rapina, quæ est digna maiori pœna, quàm furtum, d. cap. pœnale. ex quo tex. colligę, quòd fit extensio in pœnis ex maioritate rationis in his, quæ sunt eiusdem generis. Item adnotandum ex hoc verbo, quòd & si casus loquatur generaliter

2 tamen † restringitur solum ad subditos prælati, aut superioris in monasterio, qui ipsi subsunt, quod probatur, quia hic agitur de casibus reseruatis à superioribus regulariũ, inter quos est istę, qui non comprehedit nisi subditos, quãuis verba sint generalia, facit tex. in c. 2. de constit. in 6. c. à nobis 1. de sentent. excom.

(De rebus) Quamuis res in multiplici sit differentia, & sit no

3 men satis generale † ff. de rebus cred. l. 1. in fine. ff. de verb. signific. l. rei; nam aliquando sumitur pro causa, ff. de reb. credit. l. in bonæ fidei. Aliquando pro veritate, ff. de falsi. l. 1. §. qui in rationibus. Aliquando pro æquitate, vnde re exigente, idest æquitate; l. 1. ff. de in ius voc. Aliquando pro contractu, de probat. l. cum res. Aliquando pro adulterio, seu fornicatione, vel coitu. Extra da sponsa. duo. c. 1. Aliquãdo pro negotio, 12. q. 1. c. homines. Aliquãdo pro necessitate, vel defectu, 4. q. 3. cap. si res in princ. Aliquando per officio, dist. 40. cap. ante, Vbi Archid. Aliquando pro iure competenti in rebus, C. de pœnis Fiscal. lib. 10. l. 1. in prin. Aliquando pro omni crimine, 2. q. 4. cap. ante dictum est, Aliquando pro lite, ff. de procur. l. quæ omnia §. pen. & Aliquando pro corporalibus, & incorporalibus r reb. instit. de reb. corpor. & inco por. Hic autem accipitur pro

rebus

4 rebus mobilibus † cum furtum fit contrectatio rei alienæ, l. 1. ff de furt. & incorporalia non possunt contrectari, glosa in ca. dudum ij. verbo furtum extra de elect. siue mobilia sint monasterij, siue sint de rebus particularibus ad alicuius monachi, seu fratris particularem vsum concessis, Sic enim fuit a Romano Pontifice declaratum, vt adnotauit Capuccinus ad Sorbum in verbo Absolutio ordinarie quò ad fratres fol. 21.

(In) Dictio hæc multipliciter
5 exponitur †, nam interdum ponitur in pro non. Vnde dicitur infamia priuatio famæ. Authen. Quam oportet Episcop. §. si verò nemo. Interdum pro contra l. 4. C. de Hæret. Interdum pro siue, vel non, l. qui stipendia C. de procur. Quandoquè pro apud C. de iudic. l. nulli. Quandoquè pro cum ff. de adult. l. capite quinto in princ. Quandoquè pro vsq; C. de vsufr. l. si pater Quandoq; exponitur in ideſt propter, ff. de acquir. hære. l. pen. Quandoquè pro inter, ff. de reb. cred. l. final. Quandoquè pro minus, Vnde dicitur crimen inultum, hoc est non perfectè vltum. extra de delict. puer. cap. 2. Quandoquè exponitur in. Ideſt secūdum, ff. de dam. infect. l. inter quos in fine. Quandoquè notat circunstantiam temporis, puta dicitur quis est annorum 25. cum sit in annis 25. Sic exponit glosa ff. de falſ. l. senatus. Quandoquè ponitur pro post. Vnde dicitur in tempus, ideſt post tempus. Hic verò accipitur in pro cum vel secundum scilicet furtum in ea, Hoc est cum ascenderit ad eam quantitatem, vel secundum eam quantitatem.

(Quantitate) Quantitas di-
6 uiditur † in pondus, numerum, & mensuram, Numerus, vt duo. quinquè, decem, &c. pondus, vt sextans, quadrans, &c. Mensura, vt modius. Vrna, Amphora, &c. Vnde appellatione quantitatis, vt plurimum continentur ea, quæ pondere, numero, & mēsura, vt hic. Quamuis in iurecōsultorum libris plerunquè pecunia significatur, l. 2. ff. de com-
7 pensat. †l. 3. §. planè ff. de contrar. tutelæ, & vtili actione. l. Mozchis §. Emilius ff. de iure Fisci. l. quæ extrinsecus ff. de verb. oblig.

(Quæ sit peccatum mortale) Quantitas modica aliter consideratur in foro exteriori, & aliter in foro interiori, Vnde in foro exteriori Iureconsultus in l. si oleum §. fin. iuncta l. seq. ff. de dolo declarauit modicam quantitatem illam esse, quæ non excedit summam duorum aureo-
8 rum †, Vnde pro tam modica quantitate denegatur actio doli a iure ciuili, nā de modicis non est curandum l. Seio ff. de in integr. restit. sic alibi in c. anteriorū verbo auri 12. q. 6. vocatur minima sūma vsquè ad 10. libras. Alibi vsquè ad 20. Marchas, vel vsque ad 20. solidos, glosa in c. terrulas 12. quæst. 2. & alibi vs-

què

que ad 50. c. etsi quæstiones de simo. At in foro conscientiæ Nauar. lib. 3. de regular. cons. 75. num. 18. primò dat quandam regulam generalem, dicens, quòd
9 sufficit † illa quantitas, quæ requiritur, vt furtum laici sit mortiferum, Vtrunquè enim furtum tam cõmissum à religioso, quàm à laico est contrectatio rei alienæ inuito Domino, quæ est definitio furti, l. 1. ff. de furt. & illicita vsurpatio rei alienæ, cap. penale 14. quæst. 5. ergo quod in laico erat lethale, sic etiam erit in religioso, Imò sacrilegiũ. Deinde descendit Nauarrus ad taxandam hanc quantitatem, quando illam furando sit peccatum mortale, & ait furtum vsquè ad vnum Iulium, vel regale exclusiuè non esse peccatum mortiferum. Capuccinus verò, qui supra dixit furtum in religioso peccatum mortale esse quotiescunquè quãtitas rei subrectè pertingerit ad summam duorum Iuliorum, seu carolenorum, Alij verò in quorum numero fuimus nos in 1. par. nostrarum decis. lib. 2. de furt. ca. 23. dicunt hoc esse recurrendum arbitrio boni viri, scilicet prælati, nam cum nihil inueniatur
10 iuribus cautum, vel à Doctoribus sanctis, & antiquis taxatũ, infertur, quòd quæ legibus † non sunt præfinita, & determinata, iudicio boni viri definienda relinquuntur, ff. de iure dot. l. 1. & habetur in cap. de causis de offic. deleg. Nam qualiter quisq; iudicare poterit nummum argenteum esse quantitatem, quæ constituat peccatum mortale, si quando furari acum a sutore,
11 † erit tale. Constituamus enim casum, quòd quis illam à sutore furetur, qui aliam non habet, & nequè potest habere, & ab officio cesset per vnum, aut plures dies, & amittendo stipendium non potest victum quærere, tunc si quis furatus est acum, & hoc prævidit, & perpendit, peccauit, mortaliter, & tenetur ad totum damnum, secus autem, si hoc nõ prævidit, ita Nauar. voluit in Manu. cap. 17. num. 2. contra Syluestrũ verbo furtum §. 4. Sic qualiter quisquè reputare poterit quantitatem nummi argentei esse peccatum mortale, & vsquè ad illam exclusiuè esse ve-
12 niale, cum erit aliqua † quantitas, quæ minima reputatur respectu eius, à quo aufertur, quia diues est, quæ respectu pauperis, cui aufertur ferè est totum, quòd habet, mortale est (Exempli gratia) si auferatur pauperi panis libra, & dimidia, quæ illi sufficiebat præ victu vnius diei, nam ex eo, quia abstulit ei victum totum, peccasse mortaliter dicitur, nam plus erat ei quarta pars regalis Iulij, quàm alterricentum, cum abstulerit ei totum, quod habebat.

Rursus qualiter quisquè taxare poterit quantitatem, quæ cõstituat peccatum mortale, cum
13 non nunquam ea †, quæ in se sunt nullius valoris, aliquibus, alijs,

alijs erunt maximi, vt passerculus carcere incluſus cãtans, Catellus minutiſſimus nobiliſſimis fœminis, vel catus, &c. quæ agricola nihilo æſtimat, nobilis autem nimis, vnde æſtimare ſolet magis venator canem, quàm eques equum, & agricola boues, & aliquibus nimis in precio ſunt fructus alicuius arboris primi, quã ipſe plantauit, quare ſi quis iſtec furetur, mortaliter peccat, quia notabilem infert iniuſtitiæ iniuriam domino rei ſecundum ſuum amorem, & affectum; & cum hoc nouerit furans, quod mallet Dominus carere viginti ducatis aureis, aut equo, quàm Catello, aut paſſerculo, certè videtur peccaſſe mortaliter, cum æqualem (quantum eſt de ſe) irroget iniuriam, & & nocumentum, ac ſi ſi auferret viginti aureos. Ita hæc doctrina habetur ex Soto lib. 5. quæſt. 3. art. 3. col. 6. vt nos diximus in prim. par. deciſ. lib. 2. cap. 93. nu. 17. Verũ hæc procedunt quæ ſupra diximus de quantitate furatã non in ſe, ſed reſpectu nocumenti præcogniti, quod ſequi poterat ex re furata, vt de acu ſupra num. 11. Caſus verò noſter loquitur de quantitate furata in ſe, quæ nam illa ſit, quæ conſtituat peccatum mortale, quæ cũ neceſſaria ſit definiri, vt ſciat religioſus, quãdo inciderit in casũ reſeruatum conſentirem opinioni Nauar. vt ſit illa, quæ aſcendit ad vnum nummum argẽteum vocatum ab Hiſpanis Reale, & apud nos Carlino. Quandoquidem iudicamus mortale furtum
14 gallinæ, † cum etiam de iure ciuili detur patienti furtum actio, vt patet inſtit. de rerum diuiſ. §. gallinarum, & tamen eo tempore quis erit, qui negare audeat gallã in plus valere quàm vnum argenteum.

(Quæ ſit peccatum mortale)

15 peccatum differt † à crimine, & delicto, nam peccatum eſt propriè prauus actus iniquitatis, crimen verò eſt peccatum graue accuſatione, & damnatione dignißimum 81. diſt. cap. 1. ſed delictum eſt deſertio boni, quod conſiſtit in omittendo, gloſ. in cap. ſi peccatum de pœnit. diſt. 1. & in reg. peccatum in 6. & mortale peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi id, quod iuſtitia vetat, 15. quæſt. 1. c. ſed hoc; Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

EX eo noſci poteſt grauitas huius criminis, quòd multipliciter furtum inuenitur punitum, & deteſtatur, vt habetur p Sylu. in verbo furtum per Boſſ. toto tit. de furtis. per Diax in ſua praxi. cap. 91. ſed ego exprimo ſolum aliqua, quæ faciunt ad rẽ noſtram, & primò. Monachus, qui furatur bona monaſterij, cũ furetur inuito ſuperiore, com-
16 mittit crimen proprietatis, † q̃ eſt contra votum paupertatis, &c. cum ad monaſterium de ſtatu monach. ſcilicet, quod in laico

eſt

est simplex furtum, in monacho est sacrilegium, nam qui res Ecclesiæ rapit, sacrilegium com-
17 mittit †, dicit tex. in cap. qui rapit 17. quæst. 4. & cap. nulli 12. q. 2. siue abstulerit sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro, & quisquis 17. quæst. 4. Vnde cum sit circunstantia, quæ aggrauat, & mutat in aliam speciem, & in infinitum, quia ex furto fit sacrilegium, necessariò confitenda est, D. Thomas 2. 2. quæst. 99. art. 3. ad tertium, iuxta Conc. Trident. sess. 14. cap. 5. Quare nisi satisfaciat, est excommunicandus, c. nulli, cap. quicunquè 12. quæst. 1. & si dicis, quomodo potest monachus satisfacere,
18 †, cum nihil possideat.

Respondeo, vel restringendo sibi vestitum, vel magis laborãdo manibus suis, si fortè ex aliquo artificio hoc posset facere, non defraudando obseruantiam, facit ad simili, quod dixit Syluester in verbo Restitutio 5. quæst. 4. Item dicit tex. in cap. qui abstulerit, quòd qui Christi pecunias, & Ecclesiæ rapit, vel fraudat, homicida est, Diciturq; hoc peccatum cæteris etiam grauissimis periculosius, nam pœnitentia peccata diluuntur, sed hoc præter illam requirit satisfactionem, capit. sicut dignum in eos, vbi Abb. num. 7. de homicid. & sine illa peccatũ non dimittitur, reg. peccatũ, quæ statim faciendã est sub reatu peccati mortalis, cap. sæpe de restit. spoliatorum, sed hæc quotidiè procrastinatur, Habentquè fures vocem coruinã, semperq; dicunt. Cras, & nunquam venit dies illa, Quare deneganda est absolutio ei, qui promisit restituere, & non restituit, vt nos diximus in 1. part. decisi. libr. 2. capit. 132. num. 43.

Estquè hoc furtum inter grauiora crimina numerandum, vt dixit Ioan. Faber. in §. alia deniquè instit. de publ. iudic. cum monachus viuat in monasterio cum alijs monachis. Vnde grauiori pœna est plectendus, Quis enim domesticos fures audebit effugere, nisi eos seuerior pœna à tanto facinore retrahat. Etsi in laicis furtum censetur graue delictum, multò magis grauius erit cõsendum in religiosis, cum ratione personæ peccatum augeatur, cap. homo dist. 40. Diax. qui supra vbi de grauitate huius criminis.

Nonnunquam etiam cum sacrilegio est annexa excommu-
20 nicatio Papalis †, vt si cum furto interuenerit effractio, capit. conquæsti. de sent. excom. Igitur iure reseruatur hoc crimen, cum monachus furando bona monasterij, vel alterius religiosi, efficiatur proprietarius, Item sacrilegus, & quandoquè excommunicatus, & cũ hoc crimen nõ dimittatur, nisi fiat restitutio; & cum sit inter domesticos, annumeratur inter grauiora crimina.

Decla-

Declaratio Casus per Decisiones.

RElegiosus, qui ex communi, aut ex eo, quod alteri
21 ad vsum eius † tributum est, furtim aliquid sibi capit, non solum incidit in casum, sed etiam crimen proprietatis incurrit, nã & si nolit dominium furtiuæ rei sibi assumere, assumit tamen sibi vsum absquè nutu expresso, vel tacitò superioris, modò res furtiua sit talis, quæ lethale peccatũ admittat, ita habetur ex Azorio lib. 12. cap. 11. q. 6.

II. Incidit in casum, non solum, quando religiosus prædictam quantitatem caperet vnica vice, sed etiam separatim, &
22 pluribus † vicibus, adèo, quòd omnia illa exigua, & parua furta simul coniuncta efficerẽt quãtitatem notabilem vnius argentei, modò concurrat animus perueniendi ad summam, quæ constituat peccatum mortale, quando ipse furatur, (v. g.) quòd ipse habuisset animum furãdi maiora, si potuisset, nam tunc cum summa incipit crescere, tunc actus iam vnus furãdi præcedentibus accedens efficitur mortalis, ita hoc satis colligitur ex D. Thoma 2. 2. q. 66. art. 6. ad 3. Nauar. in cons. 75. de regul. numer. 17.

An verò taliter accepta, quãdo perueniunt ad notabilẽ quantitatem, sint restituenda sub peccato mortali, Dic quòd sic: modo religiosus continuato tempore illam notabilem quantitatem conflasset, non autem, si magnis interuallis interpositis eiusmodi furta faceret, nam iste restituere non tenetur, vt si aliquot diebus vnius mensis aliquid surriperet, & post duos menses totidem, Nauar. in Manua. cap. 17. num. 140.

III. Est etiam casus reseruatus, si religiosus res sacras †, quæ
24 pretio nummulario non æstimãtur, surriperet, vt sunt sanctorum reliquiæ, esset enim non solum simplex furtum, sed & sacrilegiũ, auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, cap. quisquis 17. q. 4. Syluestr. in verbo Reliquiæ q. 2.

An verò sit sacrilegium, si acceperit Reliquias de licentia
25 † sacristæ, tex. in d. capit. quisquis §. si quis domum videtur dicere, quòd non: nam dicit, quòd tunc dicitur auferre, quando id fit absquè licentia illius, cui cura, atquè custodia commissa esse dignoscitur, Verum nos credimus sacrilegium cõmitti, Nam vt Archidiac. in d. §. exponit, quòd licentia debet esse debita, & Turrem dicit iustam, quia si indebita, aut iniusta sit, illa non suffragatur. Vnde licentiam debitam, & iniustam dicerem Abbatis, & superioris immediati, & non sacristæ, cui data est Ecclesia regenda ad conseruationẽ, & non ad destructionem.

IV. Incurreret etiam casũ religiosus, qui a religioso surri-

peret

peret aliqua rescripta, in quibus ille multum vigilauit, & plura scripsit, nam tunc illud iudicabitur furtũ magnum, vt dixit Angelus in l. 1. colu. vlt. C. vnde vi. Aestimatur enim quandoq; res plus vni, quàm alteri propter aliquam causam particularem, & istud dicitur interesse singulare affectionis, facit text. in l. si cui fundus ff. de leg. 1. & in l. si in emptione ff. de minor.

V. Includitur etiam sub Casu, quoties religiosus ex pecunia
27 † quam accepit à suo superiore pro viatico id, quod supersit, nõ restitueret ipsi superiori, sine cuius licentia nõ potest disponere de eo, quod superfluit, modò dispositum ascendat ad notabilem quantitatem, quæ cõstituat peccatum mortale, sed de hoc vide quæ supra diximus Casu 4. de proprietate nu. 29. & 30.

VI. Cum furtum dicatur à
28 ferendo, & auferẽdo, †iuxta tex. in l. 1. ff. de furt. quia sibi fert, & alij aufert, fit, quòd sola cogitatio furti non facit furem, ita q; ligetur litera, iuxta text. in d. l. 1. cum furtum sit contrectatio rei alienæ, & voluntate illa non fit, quamuis quò ad Deum furti reus erit, qui voluntatem habens deliberatam furandi, nõ furatur, capit. si quid inueneris 14. quæst. 5.

VII. Pariter eũ etiam religiosũ à crimine falsi reputamus
29 immunem, † qui furtum faciendi causa cameram intrauit, si nõ abstulerit, tenebitur tamẽ actione iniuriatum, l. qui in domum ff. de iniur. aut accusabitur de vi, si per vim, aut frangẽdo ostium introiuit, l. 1. ℔ qui furti, ff. de furtis. Quod idem, si aperuit scrinium, non tamen subripuit, quia tollere nõ potuit, vel quia superuenerunt aliqui, & impedierũt, l. si quid furti ff. de furt. vel earum rerum, quos in archa inuenit, cum singulas tollere nõ posset, quasdam tamen subtulit, tũc illarum solum furti reus erit, d. ℔. qui furti.

VIII. Comprehenditur sub
30 litera religiosus, †q. intuitu pietatis aliquid, quod constituit peccatũ mortale, furatur, vt inde faciat forte eleemosynam, c. non est putanda. 14. q. 5. c. forte, 14. q. 5. vbi habetur, quòd etiã si toũt retribuat, parentibus, quod abstulerit, addit potius peccatũ, quàm minuit, nam species furti est ex alieno largiri, l. si pignore ff. de furtis, nisi necessitas pauperis fuerit extrema, quæ æsistimãda est iudicio boni viri, vt quæ moraliter præsefert periculum magni damni salutis, vitæ, cap. si quis de furtis, cap. discipulos de consecr. dist. 5. Nam, & discipuli necessitate famis euellebant spicas de segetibus, & Dominus nõ reprehendebat eos, cap. discipulos de consecr. distinct. 5. Excepto hoc Casu nõ excusantur religiosi, qui intuitu pietatis furãtur, siue sint in administratione, siue habuerint administra-
31 tionem † temporalem, & faciunt sibi marsupium sub specie boni,

vt pecuniam illam expendant in fabricam monasterij, vel in vestes, aut calices, &c. nam isti incidunt in casum reseruatum hic, & supra casu 4. Nam etsi administrationem rerum monasterij habeant, non propterea eis potestas intercipiendi datur, facit tex. in l. tutor ff. de furtis. Hoc tamen intelligerem, quando quis retineret pecuniam per aliquod tẽpus, & postea daret pro emẽdo aliquid, vel pro fabrica, alias secus si habita pecunia illam expenderet.

Sed notandum, q̃ licet pro necessitate vitæ alienum tolli possit, quia tunc temporis omnia sunt communia, 47. dist. cap. sicut hi. Non tamen sic est in fornicatione, ff. de ritu nupt. l. palam §. non est, vbi habetur, quòd non est ignoscendum ei, quæ obtemptu paupertatis turpissimã vitam egit, sed potius debet quis omnia mala pati, quàm malo cõsentire. 32. q. 5. c. ita ne, Syluest. in verbo furtum q. 5. Quod si quæris rationem diuersitatis inter fornicationem, & furtum, dico secundum Panorm. c. quoniam num. 5. de simo. q̃ quædam sunt in se mala, vt adulterari, occidere, peierare, & similia, & illa prætextu paupertatis non sunt committenda, & in his habet locum tex. in d. c. ita ne, At quædã sunt, quæ licet in se sint mala, tamen tempore necessitatis desinunt talia esse, vt furtum, quia in necessitate omnia debent esse communia, d. c. sicut. & ideò non committit furtum eo in tempore, nam nõ contrectat rẽ alienã.

VIII. Si rem monasterio ab aliquo destinatam non solum animo † sed & re dedicatam monachus, seu religiosus furto auferat incidit in casum reseruatum, quia iam illa res non illius, sed monasterij est, & ita dicitur monachus rem abstulisse a monasterio, ita colligitur ex glosa in verbo Dedicatam in l. 3. C. de furt.

IX. Comprehendi etiam credimus religiosum, qui etsi non surripuerit res monasterij, seruo laico persuasit † vel eum sollicitauit, vt illas auferret, quas amotas religioso dedit, facit tex. in l. aduersus §. 1. C. de furt. nam quando casus scriptus est in rem, quemadmodũ in præsentiarum, vt furtũ, tunc mandans dicitur verè facere, c. mulieres in fi. de sent. excom. Bart. in l. si is, q̃ pro emptore ff. de vsucap. Quod secus esset, si malum consiliũ dedisset, vel persuasisset, & consiliũ non esset secutum, vel res amotæ non essent apud persuadentẽ, l. qui seruo. vbi Bartolus versic. Item oppono ff. de furt.

X. Et si includi videatur in litera religiosus, cui ab aliquo data est pecunia perferenda ad superiorẽ monasterij, vel procuratorẽ †, & is, vel totam, aut parua quantitate numerata reliquã in vsus suos conuertit, iuxta tex. in l. is cui. C. de furt. tamen contrarium credimus, cũ iam pecunia illa nõ sit incorporata bonis monasterij, Quapropter poterit mona-

monasterium de rigore conuenire debitorem illius monasterij, quia debebat cautius agere, verũ licet non incurrat in hunc casũ bene tamen in quartum incidit hoc est in vitium proprietatis.

XI Nõ credimus religiosum cui de licẽtia superioris datũ est iumentũ causa proficiscendi in
37 cidere in casum †, si illud longius duxerit, quamuis tex. in l. qui iumenta ff. de furt. contrarium dixerit, qui tamen est intelligendus secundum glosam ibi, quòd duplicabitur ad pęnam pretium vsus, non autem pretium rei, & ratio est, quia res non desijt esse in monasterij potestate, ergo nõ incepit esse furtiua, vt habetur in l. sequitur §. Labeo ff. de vsucap. Bart. in d. l. qui iumẽta versic. Quæro vtrum probabiliter.

XII. Immunis est etiam a casu reseruato monachus, qui aliquid habet de rebus monasterij, credens probabiliter illam
38 rem detinere † prælato consentiente, & non contradicente, cũ furtum sit contrectatio rei alienæ inuito Domino, l. 1. ff. eod. Sed qualiter præsumatur, quòd æstimet prælatum concessurum.
39 † Respondeo, si monachus esset ei familiaris, & specialiter dilectus, ff. de acquir. poss. l. qui iure familiaritatis, item ratione honestatis vitæ præcedentis, & subsequẽtis, extra de præsumpt. c. cum in iuuentute, Archidiac. in c pœnale num. 5. 14. q. 5.

XIII Nec etiam incidit, qui sine animo furripiendi magnum
40 † aliquid furripit quod non constituit peccatum mortale, facit text. in c. etiam si qnæstiones de simon. & si sciret prælatum id molestè laturum, si ei denuntiaretur, & nequè id a se petitum daturum fuisse, Caiet. 2. 2. quæst. 66. art. 6. nisi in casibus, de quibus habetur per nos in 1. par. de cis. c. 93. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Lapsus vnde, & iura, quæ de eo mẽtionem faciunt.*
2 *Lapsus quare vocetur carnalis fornicatio.*
3 *Lapsus carnis comprehendit omnes species peccati carnalis. num. 19. & 40.*
4 *Lapsus carnis in secundam personam an solum a prælato reseruari possit.*
5 *Voluntas cum litera N. differt a voluptate cum litera P.*
6 *Voluntas multipliciter capitur.*
7 *Voluntas cocta duplex.*
8 *Carnalis corruptio omnis mortalis præter eam, quæ est matrimonij.*
9 *Lapsus carnis consumatus voluntate peccatum est mortale.*
10 *Tactus libidinosi absquè seminis emissione peccata sunt mortalia.*
11 *Lapsus carnis in religioso quàm graue peccatum.*
12 *Præceptum non fornicaberis obligat semper, & ad semper.*
13 *Labens in peccatum carnis, fur est*
14 *Item sacrilegus, Affert scandalum num. seq.*
16 *Minister Dei debet esse mundior.*
17 *Item labens est hyppocrita.*

18 Pœna maior imponenda ob transgressionem factam à religioso, quã a laico.

19 Fornicationis nomine continentur omnia prohibita in sexto præcepto.

21 Vitium contra naturam multipliciter committitur.

22 Lapsus carnis non comprehendit humectationem prouenientem ex tactu libidinoso.

23 Patiens tactus an, & quando debeat resistere.

24 Et quid si dubitat an tactus sint libidinosi, vel scit, sed non consentit. num. seq.

26 Professus incidẽs in lapsum carnis cum nouitio, circumstãtiam sacrilegij ex parte nouitij confiteri non tenetur, sed sic, si cum professo. nu. seq.

28 Ecclesiam violans voluntaria emissione sanguinis præter casum reseruatum sacrilegus est.

29 Mollitici dans causam voluntariã, incidit in casũ de religioso æquitante.

30 Actum carnis consumans inuitus, non incurrit in casum, vide numero 32.

31 Pollutio in vigilia perfecta quando peccatum mortale.

33 Lapsum carnis cum muliere adimplens, vt conditionata non est à casu immunis.

34 Vis absoluta an cadat in coitu cum alia.

35 Pollutio in somnis inchoata, & perfecta non est peccatum.

36 Lapsus in secundam personam an committatur per tactum cum seminis effusione.

37 Religiosus sentiens se de proximo semen emissurum, habetur, ac si intra seminasset.

38 In fraudem legislatoris non est aliquid faciendum.

39 Mollitiem patienti tactibus professi an sufficiat dicere, volũtariè passus sum pollui tactibus alienis.

41 Pollutio voluntaria quã frequens.

42 Religiosus polluens cũ masculo extra vas. committit actum sodomiticum, sed non sodomiam, nu. 43.

44 Polluens se cum mare inter crura, an sufficiat dicere ei se tactu alterius mollitiem commisisse.

De Lapsu carnis voluntario. Cap. VIII.

Lapsus carnis voluntarius opere consumatus.

EXPOSITIO.

LAPSVS) Lapsus dicitur à labẽdo, † hoc est, qui ẽ statu bono rediguntur ad malum, vtpotè si diuites efficiantur casu inopes, vnde text. in l. 2. §. siue eo tempore ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertin. dixit, quòd labi dicuntur facultatibus, qui ad inopiam rediguntur siue casu, siue dilapidatis bonis, sic vt non solnendo fiant. Loquitur etiam de hoc lapsu, tex. in cap. tanta extra de simonia, ibi tanta est habes huius 1

ius criminis. Item in capit. sacris de his, quæ vi, aut met. causa, & magis propriè tex. in cap. cum in iuuentute de præsumpt. qui loquitur de lapsu carnis, Et propriè lapsus fit per fragilitatem, glosa in c. 1. ff. de in integ. restit. sic tex. in c. Domino sancto dist. 50. vocat lapsum † corporalem forinicationē, quæ ideò sic dicitur secundum Archidiac. & Gemin. quia fieri non potest sine corporali exercitio, quod non sic est in alijs delictis, Imò est ibi homo totus carneus, vel quia corpus suum interius eneruat, & debilitat, & exterius fædat. Hic verò per lapsum † carnis comprehendūtur omnes species peccati carnalis, de quibus per D. Thomam 2. 2. q. 154. per plures articulos, Itē omnis carnalis corruptio voluntaria opere completa, vt ait idē D. Thom. opusc. 4. adèo vt peccatum molliciei, seu volūtariæ pollutionis etiam sine vlla commixtione tertiæ personæ opere consumatum sit casus reseruatus; fuit † tamen ab eodem Pontifice declaratum Reuerendo admodum procuratori nostro generali Romæ pro tpe tunc existente non ex hoc inhiberi, quin prælatus possit reseruare solum actum consumatum in secundam personam, si ita sibi placuerit.

(Voluntarius) Adnotandum est, quòd differt voluntas scripta †cum litera N. a voluptate cum litera P. nam voluntas propriè est desiderium rei non dum adeptæ, & dicitur voluntas ab eo, quod est velle, & hæc propriè consistit in bonis actibus, sicut in malis dicitur cupiditas. At voluptas est rei adeptæ delectatio, Arcidiac. in cap. matrimonium 27. q. 2.

At hæc voluptas multipliciter capitur, & primò dicitur libera †, Secundò coacta, Tertiò turbata, Quartò decepta, & Quintò nescientium. Voluntas libera nulli dubium, quin constituat peccatum mortale in malo, Cum peccatum adèo sit peccatum, quatenus est voluntarium, vt habetur in summa 15. quæst 1. Idem de voluntate coacta, quia pro nullo metu quis debet Deum offendere, sed omnia mala tolerare, ca. ita ne 35. quæst. 5. & capit. sacris de his quæ vi. Et hoc de voluntate coacta † cōditionali, Hoc est, nisi hoc peccatum admiseris, te interficiam, non autem præcisa, quia tunc potius dicitur pati, quàm agere, cap presbyteros dist. 50. ca. maiores de baptis. sic Idem dicimus de turbata, nam turbata voluntas, voluntas est, arg. de simon. cap. Mattheus, vbi Zabar. affert exemplum de eo, qui videns aliquos cōtradicere amico suadenti de danda pecunia, vt desisterent a contradictione, turbata volūtate. respondit. Des eis in malo puncto, vel pecunia sit secum in perditione, nam talis voluntas turbata non excusat à crimine, vt dixit ibi Zabar. Est voluntas etiam decepta, de

qua in cap. constituit 26. quæst. 3. & nescientium, vt in ca. merito 15. quæst. 1. de qua tamen voluntate hic loquatur, videbimus infra in decisionibus.

(Voluntarius) Hinc excluditur peccatum carnis expletum reluctante ratione, hoc est, quod non fuit cõsumatum in consensu rationis. Etenim licet omnis corruptio carnalis præter eam, quæ est matrimonij, ex genere
8 suo fit mortalis † tamen fit venialis, quando suam perfectionẽ, nõ consequitur, Idest quando nõ cõsumatur ratione, D. Thom. 1. 2. q. 88. art. 3. ad 1. & art. 6. vers. Respondeo. Quod contingit, quando reluctante ratione pollutio contingeret, vel quando semidormientes, vel semiebrij quiduis patrauerint, nam cum paruitate iudicij apertè laborãt à mortali culpa redduntur immunes, cum ad constituendum peccatum mortale integrum iudicium requiratur c. 1. de delictis puer. Cum ergo huiusmodi peccata sint venialia, fit quòd in talibus non habeant locum casus reseruati.

(Opere consumatus) nam licet lapus carnis voluntariè consumatus sit peccatũ mortale, cũ Deus potius animum, quàm opus consideret, vt habetur in addit ad glosam in cap. cum voluntate de sent. excomm. tamen non erit casus reseruatus, cum ille requirat opus externũ, perfectum, Doct. in cap. perpetuò de elect. in 6. Hinc fit, ꝙ tangens personam quantumcunquè libidinosè faciendo varios actus impudicos absquè seminis effusione, licet peccet mortaliter, vt dixit Caiet. 2. 2. q. 148. art. 5. vers. 6. non includitur sub litera, sed oportet, quòd sit consumatus seminis emissione.

Item cõsumatus scilicet qualitercunquè siue in personam suam, siue alterius, Maris, siue fœminæ, coniugatæ, siue solutæ, & ita prosper de Augustino ad Quaranta in verbo Casus reseruati ibi circa nonum. Sic etiam fuit declaratũ per ipummet Clem. VIII. Vbi etiam dixit non ex hoc prohiberi à prælato posse reseruari actum consumatum in secũdam personam; Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

QVàm sit graue peccatum fornicatio, cuius appellatione venit omnis illicitus coitus, patet ex multis, maximè in religiosis in sacris ordinibus constitutis.

I. Quia est voti fractio, nam
11 venit contra votum † explicitè emissum in professione, 27. dist. cap. diaconus, ac etiã contra votum implicitum in sacri ordinis susceptione, glosa in cap. olim verbo continentiæ de cler. coniug. Quare vt trasgressor voti effectus grauissimam meretur pœnam. Hinc Ananias Deo pecunias vouerat, quas postea

ſtea diaboli perſuaſione victus ſubtraxerat, ſubitanea morte multatus fuit 17.q.1. cap. Ananias, & capitul. dilectiſſimi 12. quæſt.1.

II. Venit contra præceptum Decalogi, Nõ fornicaberis, quod
12 eſt inhibitiuum †, vnde obligat ſemper, & ad ſemper, & vt dicit tex. in cap. etſi Chriſtus de iureiur. §. quædam enim prohibentur, quæ per ſe mala ſunt, vt furtum, & adulterium, quæ non ſunt aliquatenus facienda.

III. Committit etiam fur-
13 tum Deo, ac ſuo prælato †, quia corpus ſuum obtulit Deo per votum caſtitatis, iuxta illud Ad Rom. ca. 12. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, & ipſe contrectat rem alienam ſeipſum, ſcilicet qui ſe Deo totaliter dedit inuito Domino, extra de elect. ca. dudum ij § prædictis. Item prælato, quia per votum obedientiæ renuntiauit ne dum voluntati propriæ, Sed etiam corpori, vnde dando ſe alteri, dat quod ſuum non eſt, & ita fur dicitur.

IV. Quia eſt ſacrilegus, tum
14 ratione ordinis ſacri, † tum ratione voti, cum ipſe ſpontaneè ſit Deo oblatus, 24. quæſt. 4. ca. quid ergo. 27. quæſt. 1. c. ſciendum, quare vtramquè circunſtantiam tenetur confiteri, quia venit contra votum promiſſum ratione profeſſionis, & continẽtiam promiſſam in ſuſceptione ordinis ſacri, 28. diſt. capit. 1. & 2.

V. Item quia eſt ſcandalum,
15 & deriſio † populi, extra de purg. cano. cap. 2. ij. quæſt. 1. cap. presbyter. & c. ſi mala. Decipit etiam talis religioſus populum, de cuius eleemoſynis viuit, & pro quo orare tenetur, ſed quomodo orabit in ſcelere Domino diſplicens. Ad hoc 1. quæſt. 1. ca. ipſi ſacerdotes. 3. quæſt. 1. cap. nulli. 3. quæſt. 7. cap. in grauibus. Vnde Bern. Ve qui ambulant in carne, & placare Deum velle præſumunt. Qui ſi Sacerdotes ſunt, adhuc offendũt amplius, 49. diſt. cap. Sacerdotes 1. quæſt. 1. cap. Sacerdotes. Vnde Ambr. Qui indignè Chriſtum ſumit, Idem eſt, ac ſi interficiat. Item, quia miniſter Dei
16 eſt †, debet eſſe mundus, Pſal. 100. Ambulans in via ambaculata hic mihi miniſtrabat, vnde Angeli vocantur 43. diſt. c. ſit rector. Item maiorem habẽt dignitatem presbyteri, quàm Angeli, qui non poſſunt Chriſti Corpus conficere, nec habent ordinem talem. Nec Angelis dicitur, Quorum remiſeritis peccata, de pœnit. diſt. 1. c. quem pœnitet.

VI. Eſt Hyppocrita, quia
17 ſub habitu clauſtrali † luxurioſam vitam agit, extra videtur aureus, intus luteus.

Item eſt puniendus, vt Apoſtata, quia voluntariam caſtitatem à ſe abdicat, quæ magis eſt de ſubſtantia, quàm habitus monachalis, facit text. in cap. cum ad monaſterium verſic. Non æſti

met de statu mona. Ex quibus omnibus manifestè patet, quàm grauissimum sit peccatum religiosi contra votum castitatis,
18 Hinc maior pœna † imponi debet ob transgressionem, quàm laico, Quare Aret. in d. cap. cum non ab homine dicebat communem esse opinionem, quòd talis religiosus debeat deponi, sed in contrarium est veritas, quòd sit arbitrariè puniendus, glosa in capitulo Maximianus dist. 81. 2. quæst. 1. capit. lator, & cap. presbyter distin. 82. Sed modò deueniamus ad decisiones, quarum sit.

Declaratio Casus per Decisiones.

I QVamuis Archid. in capit Domino sancto dist. 50. vocet lapsum corporalem fornicationem, Nolo vt te decipias intelligendo literam solum de coitu naturali illicito soluti cum soluta ab omni vinculo coniugij consanguinitatis, affinitatis, ordinis, seu voti libero,
19 † qui omnis præter coniugium est peccatum mortale, 22. q. 1. cap. prædicandum, 32. quæst. 4. c. meretrices, glosa singul in verbo. Non est in clem. ad nostram de Hæret. sed per lapsum carnis consumatum intelligitur omnis actus carnis opere perfectus, arg. tex. in d. c. meretrices, Nam vt furti nomine cõprehenditur omnis illicita vsurpatio rei alienæ, & ita rapina, quæ maius est peccatum, c. pœnale 14. q. 5. sic fornicationis nomine sunt prohibita
20 † omnia, quæ in sexto præcepto continentur, vt stuprum, quod est defloratio virginis extra coniugium. Raptus, qui specialem deformitatem addit, scilicet violentiam, Adulterium, quod fit accedendo ad coniugatam Incestus scilicet consaguinearum, vel affinium, Sacrilegium, hoc est
21 in personam sacrã †. Vitium cõtra naturam, quod fit multipliciter, vel absquè omni concubitu causa delectationis venereæ accedente pollutione, notatur, 32. q. 7. c. omnes in glosa, quod mollicies dicitur, vel per concubitum ad rem non eiusdem speciei, vt cum iumentis, quod vocatur bestialitas, vel per concubitũ ad sexum non debitũ, vt masculi cũ masculo, vel fœminæ, cũ fœmina quod dicitur sodomia. De quibus habetur p̃ D. Thom. 2. 2. quæst. 164. cum articulis sequentibus, Absurdum enim esset intelligi fornicationẽ, quæ licet sit graue peccatum, & non ea, quæ sunt multò maiora eiusdem speciei, arg. d. c. pœnale.

II. Quando reseruatur lap-
22 sus carnis opere consumatus † nõ arbitramur illum comprehendi, qui tangendo, & osculando, ac proferẽdo verba impudica cum delectatione venerea veniret ad quandam humectationem, quia actus carnis non est opere completus, quamuis peccato mortali sit irretitus, quamuis non habe-

ret

beret relationem ad copulam carnalem, per tex. in cap. si cui de pœnit. dist. 1. glosa notabilis in c. odi 24. q. 1. quæ reprehendit scholares adeuntes Ecclesias, vt videant dominas.

Sed quid si quis patitur tactus,
23 aut oscula a religioso, † quem credit moueri honesto amore, & ille tangendo venit ad pollutionem, An patiens non faciendo resistentiam, peccet.

Respondeo in hoc esse considerandos plures casus, & Primus Quando credit moueri honesto amore, tunc non peccat.

Secundus, quando credit moueri libidinoso amore ad actum venereum, vel delectationem morosam, quia si potest vitare sine scandalo eorum, qui de libidine non suspicantur, peccat mortaliter non vitando.

Tertius, quando dubitaret
24 tales actus libidinosi † ne sint, vel modesti, tunc si sunt eius generis, qui consueuerunt fieri inter pudicos, & non possunt negari sine præiudicio affabilitatis, vt complexus, vel osculum amici nouiter venientis, sunt absquè peccato, quia quis non debet iudicare aliquem de libidine, sed amore honesto, vel saltem sensuali citra mortale, secus verò, si tactus essent apertè impudici, vel oscula furtiua, Sylue. in verbo Delectatio quæstion. 4.

Quartus, quando scit se tangi
25 a religioso mala intentione †, & non consentit, nam tunc quandoquè peccat mortaliter, & aliquando non: peccat enim mortaliter, Quando tactus essent ex suo genere venerei; v t in locis genitalibus, vel vicinis, aut oscula essent furtiua, quia tunc nullo modo id permittere debet, quamuis occultè fiant, sed omninò effugere, Quod si non potest, debet clamare, alioquin videtur tacitè cõsentire, potius enim vult illos tactus, quàm recedere, & clamare, & ita videtur peccatum voluntarium non simpliciter, sed secundum quid, Archid. in c. 1. 15. quæst. 1. Non tamen peccat mortaliter, quando tactus coram omnibus essent liciti, Caiet. 2. 2. quæst. 154. art. 4. versic. Circa huiusmodi.

III. An professus, qui cum nouitio incidit in lapsum car-
26 nis † consumatum, præter casum reseruatum, teneatur confiteri circunstantiam sacrilegij ex parte nouitij, Respondeo, quòd cum non mutet speciem ante emissionem voti solẽnis, quod fit in professione, iux. tex. in c. 1. de voto in 6. infertur non esse circunstantiã necessariò confitendã, sed sic ad bene esse. Cum talis circunstantia notabiliter aggrauet peccatum, cum carnaliter sit cõmixtus cũ eo, qui in schola erat virtutis, & castitatis, & ad probãdũ, si viã pfectionis posset ingredi. Quod secus esset, si commisceretur cum professo, vel professa, nam tunc tenetur exprimere vtrunq; votũ solemne castitatis. Hoc est

Cum

Cum ego essem professus, cognoui monialē professam, vt liquet ex Conc. Tridenti; sess. 14. cap. 5. & can. 7. idem dic, si commisceret se cum conuerso, vel oblato emittente tria vota, glosa in cap. vt lex 27. quæst. 1. secus verò, si promitteret solum obedientiam, Quod si aliqua fœmina se admisceret cum professo sacerdote, non habet necesse dicere, nisi quod peccauerit sacrilegè cum habente votum solemne castitatis.

Eodem modo dicimus præter casus reseruationem committe-
28 re sacrilegium † quemcunq; qui in Ecclesia tactibus alienis, vel etiam proprijs Ecclesiam violaret effusione voluntaria seminis, Non tamen est casus reseruatus, cum non sit coniunctio corporum, vt infra num. 36. quando fieret reseruatio in personam secundam.

IV. Si religiosus æquitans
29 voluntariè cogitans turpia †, vt his imaginibus moueatur membrum genitale, & ex equi, vel mulæ motu pollutio sequitur, moraliter peccat, quia mollicies est causa, & incidit in casum reseruatum, Quod secus credimus, quando cogitationes aduenirent, quas ipse nollet, & fecit moraliter, quod in se est, vt illas expellat quas effugare non potuit, nam tunc si pollutio sequatur, quamuis effusionē seminis sequatur delectatio, tunc non est peccatum, & ita immunis est a casu reseruato, sicut si quis vi ab alio tactibus prouocatus, cū nullo modo recedere, aut clamare posset, pollueretur, certè etsi sensus voluptatem sentiret, vt accidit in eo, cui liquor eo inuito mitteretur in guttere, certe si gustus delectationem sentiret, non esset curandum.

Quare fit, vt quotiescunquè
30 quis actum consumet † contra voluntatem suam, non incidit in reseruationem casus, imò patiēs illam meretur, (v. g.) si quis (vt suscepto officio audiendi cōfessiones satisfaceret) dum inquirit, dum audit carnis vitia, erigendo virgam contra voluntatē suam se inuenit pollutum, non erit peccatum, & si sequatur delectatio per seminis effusionem, quia talis lapsus non est voluntarius, ita Turrec. in sum. dist. 6. cap. 1. Modò probabiliter credat superiorem eius voluntatē non consēsurā, alias potius deberet omittere confessiones, Nauar. in Manu. capit. 16. num. 7.

Incidit etiam in casum, qui pollutionem in somnis cæptam
31 † in totum expergiscens malè consumaret, quia tunc illa est peccatum mortale, secus tamen si integrum iudicium non haberet, quia tunc tantum venialiter peccat, arg. tex. in c. 1. de delict. puer.

Non tamen arbitramur illum incidere, si postquam è lumbis
32 excisa est pollutio; † estquè in motu naturali, dormiens expergefieret, nam non retinendo minimè

nimè peccat, si illam haud retinere valeat, & ratio est, quia talis actus carnis est consumatus contra voluntatem, & huius modi pollutio quantum ad meritum, vel demeritum magis iudicatur secundum principium, quàm secundum finem, Vnde ex quo ille motus est excitatus in dormiendo, non subiacet alterius voluntati vigilantis, & nec reputatur vigilasse dormiens, quousq; recuperauerit verbum, aut visum, Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 7.

V. Pariter neq; iudicamus
33 illum ligari †, qui reperiendo se solum cum sola contra cõsilium D. Hieronymi, (solus cum sola secretò, & absquè arbitro, vel teste non sedeas,) mulier religiosum prouocauit ad actum cum minis, vt nisi operi nefando cõsentiat, se velle cum impudica domina Ioseph clamare, & ille timens probaliter mortem incursuram, aut infamiam, explet opus. Etenim licet iste mortem potius pati debeat, quàm tale peccatum, peragere, d. c. itane. & cap. sacris, quia tamen iste consentit coactione conditionata, quæ voluntas nominatur non simpliciter, sed secundũ quid, Archidiac. in cap. 1. 15. quæst. 1. & verba casus sunt intelligenda in proprio significatu, non incidit.

An verò possit religiosus vi absoluta cogi ad cocundum cum alia, Dic quòd non, sed mulier sic, vt notatur in cap. is, qui de sponsal. & habetur per nos in 1ª par. decis. lib. 2. cap. 78. num. 11. quamuis per sodomiam possit absolutè masculus stuprari, ita Do. Anto. in cap. sacris nu. 14. de his, quæ vi.

VI. Immunes etiam videntur à casu reseruatione religiosi, qui cum alio deueniunt ad oscula, tactus, seu amplexus impudicos, siue in propria, siue in aliena persona in lecto, qui postea dormientes deuenerunt in pollutionem, siue hoc proposito, siue absquè eo, Nam etsi Gabrielis de canone Missæ sit regula lect. 10.
35 nullam pollutionem † in somnis inchoatam, & perfectã esse peccatum, cum in somno deficiat voluntas, quæ constituit peccatum mortale, tamen, quando radix est flagitiosa, & vitiosa, illud opus imputabitur ad culpam mortalem.

VII. Sed an dicatur casus reseruatus, quando fit reseruatio in secundam personam, quãdo religiosus tangendo pulcram mulierem, vel osculando deueniret ad actum consumatum,
36 † hoc est ad seminis emissionem, vel quando illicitè tangẽdo polleueret se manibus proprijs, Credimus, q̃ nisi prælatus hoc explicat non incidat, sed tunc solum, qõ per coniunctionem corporũ veniret ad complemẽtum actus, vt diximus supra explicando casum. Coeuntes in locis sacris.

Sed quid si religiosus concubendo deueniret ad actum propinquum operis explẽdi, & cum

senti-

sentiret se de proximo semen emissurum disiunxit se a persona, & extra vas seminauit, & videtur, quòd non, nam tunc dicitur actus consumatus in secundam persona, quando fuerit cum illa secuta pollutio, argum tex. in c. extraordinaria, verbo impedire 35. quæst. 2. & in cap. fi. extra de sponsal. sed modò hoc non fuit secutum, ergo. Tamen contrarium credimus, sicut a simili diximus in 7. vol. consil. lib. 5. de adulte. cons. 3. nu. 20. quòd qui membrum posuit in partes pudendas contra naturã, licet semen intus non effudisset, quando erat effudendum, sed in fine extra effudit, dicitur verè sodomita, & cõprehenditur sub casu reseruato, Iulius clarus §. sodomia §. vltimo in sua praxi. crimen. Non enim in fraudem legislatoris aliquid faciendum est, cap. constitutus de concess. preben. sic nec in fraudem legis, ff. ad meced. l. 4. §. is autem glosa in cap. quanto verbo in fraudem extra de priuileg. Nam non in folijs, sed in radice rationis consistit lex. 1. quæst. 1. cap. Marcion. & sententia præfertur verbis 38. dist. c. sedulo. 22. q. 5. c. humanæ.

VIII. Quãdo sola mollicies committitur tactibus professi,
39 † vel in sacris constituti, si patiens est sæcularis, non tenetur amplius dicere, nisi passum sum voluntariè pollui tactibus alienis, & neq; in sacris constitutus, vel professus amplius tenetur dicere, nisi causaui tãgens impudice, alium pollui, & si non sit cognitus non tenetur explicare, sum in sacris, vel professus, aut professa religionem, nisi illi etiã accidat voluntaria pollutio, vt de se liquet, quia sacra persona non est in tali casu violata, ita Ilamas 3. part. Metheo. de sacrilegio §. 16. c. 8.

IX. Et si in literam non in-
40 cidat, qui se, vel alium † tangeret manibus impudicè maximè mẽbrum vel vicina ei cap. nec solo 32. quæstio. 5. quæst. 4. cap. meretrices in fine, & 32. dist. cap. Hospiciolum. Sic tamen, quando tangit se, & polluit, notatur 32. quæst. 7. cap. omnes in glosa vester. Et iste viliſſimus tactus, & pollutio multum
41 hodiè inualuit † in omni genere hominum illorum, qui fœtores libidinis amplexantur, quando secundam personam non hebẽt, vel memoria actus illius se turpissimè fædant, & talis memoria cum delectatione, & eius consẽsu etiam sine tactu peccatum mortale est, vt legitur, & notatur 32. quæst. 7. cap. non solum. Multò magis incidit religiosus, si pollueret se cum masculo, quo casu, cum minus malum sit pati, quàm agere, not. 32. quæst. 7. cap. adulterij in glos. credimus non incidere patientem non tamen se polluentem, sed solum agẽtem, Et in ista pestifera specie horribilius, & scelestius est retro in anno membrũ immittere, quàm faciẽ se amplexantes, vel

pro-

procumbentes se contingere, agitare, contrectare, & fœdare. Et multò magis, quãdo fieret talis pollutio cum iumentis.

X. Et si sub casu comprehẽdatur religiosus, qui se pollueret
42 cum masculo extra vas, † non tamen iste peccato Sodomię peccaret; sed solum exercens copulam sodomiticam; An verò teneatur quis hanc circunstantiam dicere, videlicet, ꝙ amplexus marem semen inter eius crura emisit, vel quia posuit se cum illo more fœminæ; Respondeo,
43 † ꝙ cùm hæc circunstantia speciem non mutet, sufficere videtur dicens, tactu alterius molitiem commisi; quia includit omnem pollutionem factam extra vas ordinarium, non tamen exercet copulam Sodomiticam, vt dixit Ignac. Lopex in cap. 88. in fine.

Verum credimus hanc circunstantiam explicandam, quia notabiliter meo iudicio peccatum molliciei aggrauat, quare addendum est, Pollutus sum coiẽs cum mare, & supercubãs sicuti super mulierem. Ita Ilamas in 3. par. Methodi de Sodomia cap. 21. Etenim licet circumstantiæ aggrauantes non sint necessariò cõfitendæ, tamen fallit, quando notabiliter peccatum augerent, vt diximus in j. par. dec. lib. 1. cap. 20. num. 6. Idem, & multò magis quando quis delectatione venerea poneret membrum in ano per aliquem modum, & postea sentiẽs se deuenire ad pollutionem, retrahit illud, & non pollui tur, contentus illa delectatione; nam isti non sufficit dicere. Habui tactus impudicos cum tali; sed oportet exprimere circumstantiam, cum appositio membri in ano sit circumstantia valde aggrauans.

SVMMARIVM.

1 *Occisio alia iuxta propriam significationem verbi, & alia secundum vulgi opinionem.*
2 *Occidere dicitur præbens causam mortis, nisi in casibus.*
3 *Occisio voluntaria dupliciter committitur.*
4 *Defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.*
5 *Occisio quando percutienti non imputetur.*
6 *Vlnus differt ab vlcere.*
7 *Statutum loquens de vulnere non comprehendit vulnusculum.*
8 *Vulnerans an dicatur occidere.*
9 *Occidendi animus qualiter colligatur.*
10 *Percussio quæ enormis, aut leuis, num. 32.*
11 *Verberum coercitionem multæ personæ habent.*
12 *Verberare, & pulsare differunt.*
13 *Grauitas huius criminis ostenditur.*
14 *Homicidium multiplex. Sed quale hic comprehendatur.*

Homi-

15 *Homicidium est animati corporis peremptio.*
16 *Homicidij voluntarij definitio.*
17 *Mandans an comprehendatur sub homicidio reseruato.*
18 *Occidens ob sui defensionem an includatur.*
19 *Mandare an liceat in casibus, quibus licita est percussio.*
20 *Pater occidens filiam adulteram, peccat mortaliter.*
21 *Incontinenti defensio quando dicatur facta.*
22 *Percussio nouitij etiam vnius diei includitur sub litera. Non sic si de proximo vestiendus, num. sequen.*
24 *Non comprehenditur homicidium casu secutum, vt de præguante mortua causa lusus, aliud exemplum, num. seq.*
26 *Iuramento statur in dependentibus ex animo.*
27 *Magister, qui excessit modum in percutiendo, si discipulus moritur, non comprehenditur.*
28 *Percussus an præsumatur ex percussione mortuus.*
29 *Et quid si postquam conualuit, recidiuauit, & obijt.*
30 *Vulnus non comprehendit vulnusculum.*
31 *Et quid si in vulnusculo fuerit appositũ venenũ, & vulneratus obijt*
31 *Religiosus comprehenditur, etiam si occideret Paganum.*

De occisione, seu vulneratione, aut graui percussione cuiuscumque personæ. Cap. IX.

Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiuscumque personæ.

EXPOSITIO.

Occisio) Occisionem si illam capimus, pro vt accipienda est in propria significatione in casibus reseruatis, tam demum dicimus, quæ descendit ab homine, & cędo, quasi hominis cędium. ab homine factum, vt dixit Archidiac. in cap. cum habetur 23. quæst. 5. siue illa fiat gladio, siue etiam fuste, vel alio telo, aut manibus, si fortè suffocauerit eum, vel calce petijt, aut capite, aut de ponte aliquē præcipitauerit, aut puerum saxo illiserit, ita text. in l. qua actione §. occisum, & §. finali, & l. ita vulneratus §. occidisse, ff. ad l. Aquil. Secundum vero vulgi opinionem dicitur occidisse, qui mortis causam quolibet modo
2 præbuit, nisi in casibus, † qui notantur per text. in cap. cum homo Versic. Nec tamen 23. q. 5. Hic autem sunt accipienda verba secundum propriam significationem, sicut dixit Bart. in dl.

d.l. ita vulneratus esse intelligenda in materia statutaria; Quapropter non includuntur aliæ homicidiorum species, quæ habentur in cap. homicidiorum, & ca. homicidium de pœnit. distinc. 1. vel quia fit panis subtractione, 86. dist. cap. pasce, ff. de liber. agnosc. l. necare.

(Occisio) scilicet voluntate,
3 quæ licet dupliciter † committatur, facto, & lingua; Et hoc tripliciter, præcepto, consilio, cap. si quis viduam distinct. 50. & exhortatione, cap. sicut dignum §. qui verò de homicid. & cap. periculosæ de pœnitent. distinct. 1. Tamen hic accipitur pro occisione voluntaria, quæ consistit in facto; Vnde excluditur illa, quæ fit necessitate inevitabili ob defensionem suæ salutis, quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur, † vt dixit text. in l.
4 3. C. ad l. Cornel. de sicar. capit. Sicut dignum de homic. vel fica su. vt habetur per multas leges, ff. ad l. Aquil. & extra de homic. Et ita hic prohibetur occisio corporalis, quæ fit facto: Non autē comprehenditur spiritualis, qua quis animā suam peccando mortaliter, vel sui proximi inducendo ad peccatum mortale, occidit; Item illicita, non autem licita; quia occisio hominis licita non pertinet ad homicidium, optimè facit text. in cap. 3. de homicid.

(Occisio) siue animo occidēdi percussio fuerit facta, vel tantum percutiendi, quia si modum excessit, imputatur ei, si tamen
5 † percussio iudicio medicorum nō erat lethalis de se; sed ob defectum curationis, vel ob malum regimen, vel accessum ad mulierem mors successit, non imputatur mors percutienti.

(Aut vulneratio) Vulnus differt ab vlco;
6 † nam vlcus dicitur morbus innatus; sed vulnus dicitur illatum, l. ob quæ §. Idem ait, ff. de ædil. edicto: Item vulneratio; ergo non vulnusculum modicum, facit text. in l. j. §. proinde & d. §. Idem ait. ff. de ædil. edicto, vbi in §. proinde habetur, q̄ leuis febricula non dicitur fe-
7 bris; Hinc fit, q̄ statutum † puniens vulnerantem, non comprehendit facientem vulnusculum, secundum Baldum in l. fin. C. de ædil. edicto, facit etiam gloſa in cap. cum illorum verbo sanguis de sentent. excommun. cum multis allegatis per Hypp. de Marsil. in l. furem num. 12. ff. ad l. Cornel. de sicar.

(Vulneratio) videtur hoc verbum superfluum, satis enim erat dicī occisio: nam qui vulnerat,
8 occidisse dicitur † gloſa in cap. His à quibus 23. quæst. 8. Sed ad hoc respondet text. in l. 1. §. Diuus. ff. de sicar. vbi habetur, q̄ qui vulnerat, non est homicida; sed qui vulnerat, vt occidat, pro homicida est damnandus, ergo non est verus homicida. Hoc autem dicit ibi text. ex re constituendum est; † nam si gladium
9 strinxerit, & eō percusserit, indubitatè occidendi animo id eum

ad-

admisisse colligitur. Sed si clavi percussit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percusserit, tamē non occidendi animo id fecisse videtur. Quod quidem etiam in foro animæ hoc habet locum, cū apud Deum animus potius consideretur, quàm opus, glosa in cap. cum voluntate de sentent. excommunic.

(Seu grauis percussio) Hoc est, ac si diceret, percussio atrox, siue enormis; Ad dignoscendam
10 autem percussionem, † quæ sit grauis, leuis, aut leuissima, seu mediocris, latè habetur per nos j. par. nostrarum decis. lib. 2. c. 49 nu. 53. cum seq. & in 2. par. lib. 2. de iniur. cap. 17. num. 3. ac in 2. volum. consil. lib. 5. cons. 4. incip. Dum quidam Sexagenarius.

(Percussio) Idem videtur sonare percussio, siue verberatio,
11 † vt habetur in summa 45. dist. Multæ tamen personæ habēt coerctionem verberum; sed temperatam, vt pater, mater, dominus, magister, & maritus, vt habetur per glosam singularem in c. cum beatus distinct. 45. & ibi Archid. num. 3 refert distinctionem positam ab Offilio Iureconsulto in l. lex Cornelia, ff. de iniur. inter verberationem, & pulsationem;
12 † nam verberare est cum dolore cędere, pulsare sine dolore. Plus tamē se videtur habere percussio, quàm verberatio: nam percussio videtur fieri cum ferro, l. 1. §. Diuus Adrianus l. si in rixa, ff. de sicar. Sed verberatio cum lapide.

(Cuiuscunque) vel liberi, aut serui, ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius, §. si dolo, siue sit in dignitate, siue non, Masculus, siue fœmina: Est igitur relatiuum vniuersale omnes personas comprehēdens, cap. quisquis de elect.

(Personæ) scilicet consistentis ex anima, & corpore, cap. in quadam §. per hoc autem vers. Nisi de celebrat. miss. etiam suipsius, cap. si non licet §. fin. 23. quæst. 5. Sed modo deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

EX his noscitur, & prima,
13 quia occidentes, † aut vulnerantes, aut grauiter percutientes sunt excommunicati, si persona percussa fuerit Ecclesiastica, cap. si quis suadente 17. q. 4. ferè per totum tit. de sentēn. excommunic. Item excommunicati excommunicatione Papali sibi reseruata, d. cap. si quis suadente, cap. cum illorum de sent. excommunic. Item si sunt occisores, efficiuntur irregulares, ca. miror, cap. si quis viduam dist. 50 A qua irregularitate contracta ex occisione voluntaria, vt hic intelligitur, solus Papa dispēsat, & difficulter, d. cap. miror. Sunt etiam sacrilegi, 17. quæst. 4. Et tandem quæ sit homicidij pęna, vide cap. 67. in nostris decis. lib. 2. num. 4. in j. par. Sed modo deueniamus ad particulares decisiones, quarum sit.

Decla-

Declaratio Casus per Decisiones.

QVamuis ne dum qui gladio occidit; sed qui detrahit, vel odit, homicida sit, c. homicidiorũ de pœnit. dist. 1. Tamen hi non comprehenduntur sub casu reseruato, & multò minus homicidiũ ex animo tantum nõ includitur, quod est iniquus motus ad nocẽdum alteri, cap. homicidium, cap. si cui de pœnit. dist. 1. cum non comprehendantur sub casibus reseruatis, nisi actus exteriores mortales consumati, facit text. in cap. sicut dignum §. 1. vbi cõsumatio operis aliquid addit.

II. Cum homicidium sit animati corporis peremptio, c. homicidium de pœnit. dist. 1. fit, vt religiosus abscindens corporis
15 † mortui caput, non includitur sub casu, quia homicidium non commisit: nam homo constat ex anima, & corpore, glosa in c in quadã de celebr. miss. & nec erit irregularis, Couar. ĩ clem. j. par. j. in princ. de homic.

III. Cum homicidiũ voluntarium illud sit, quod dolo malo committitur animo occidendi, l. 4. ff. de sicar. infertur, q̃ non
16 † includitur homicidium factum à religioso dormiente, vel furioso, cum nec etiam sit irregularis, clem. si furiosus de homic.

IV. Quamuis casus reseruatio sit strictè intelligenda ad instar statuti, quod est stricti iuris, cum talis reseruatio sit pœnalis, & restrictiua potestatis latæ à iure, cap. adijcimus §. ecce 16. q. 1. reg. pœnæ in 6. & ita videtur, q̃
17 sub casus reseruatione † non includatur mandans, vel consulẽs, maximè, quando casus reseruatio videtur requirere homicidiũ reale, vt si diceret. Si quis homicidium propria manu commiserit, vel ense, aut aliquo simili, vt dixit Io. Andr. in c. sicut dignum §. insuper de homicid. quamuis Domin. in c. si quis viduã dist. 50 simpliciter dicat, q̃ statuta, quæ imponunt pœnam homicidij, includunt committẽtes homicidiũ ipso facto, mandato, consilio, & defensione; Tu autem vide Bart. in l. qui aliter §. fi. ff. quod vi, aut clam, & in l. hęc verba ff. de adul. & in l. si seruũ §. præter ff. de acquir. hær. in quibus ponit, vtrum mandans fieri homicidium teneatur ex propria significatione; an verò ex interpretatiua, & concludit, quòd aut verba statuti sunt scripta in rem, puta si pro homicidio imponatur talis pœna, & tunc, quia respiciunt factum, tenetur ex propria significatione verborum, aut loquũtur in personã, puta si quis fecerit, & tunc ille, qui fieri fecit, non propriè facit; sed ex interpretatione, l. 3. §. deiecisse ff. de vi, & vi arm. & de his omnibus plenius posuit Bart. in l. non solum §. si mandato ff. de iniurijs. Quare concludamus, q̃ cum verba casus nostri respiciãt factum, quia reseruatur simpliciter occisio, etiam ad mandantem, & consu-

lentem extẽditur secundũ Abb. in c. mulieres extra de sent. exc.

V. Immunis etiam est à ca
18 sus reseruatione, qui aliter †mor tem euitare non valens, vt si Abbas proprius, vel alius prælatus contra monachum aliquid attẽtaret in his, quæ non pertinent ad officium suum iure, vel constitutionibus modificatũ, maximè in ijs, quæ propter moram periculum ingerũt, vt potè si Abbas monachũ inuadat, vt subito occidat, quia tunc si monachus suũ interficit inuasorem, non includitur sub litera. Idem si Dominus seruum; Est enim hodie restricta dominorum potestas in seruos, quia nec trucidare, nec acriter eos affligere possunt; Et idem dicendum de vasallo cõtra dominũ, de discipulo contra magistrum, & vxore contra maritũ, & filio quamuis non emãcipato contra patrem, quia hi omnes possunt se defendere, si vltra debitũ iuris aliquid attẽtent, alias non. Sylu. in verbo Bellum 2. q. 5.

V. An vero in illis casibus, in quibus est mihi licitum offen
19 dere, percutere, & occidere, possim hoc alteri demandare, † vt faciat. Baldus in c. 1. de pace iura. firm. tenet ꝙ non, qui facit mentionem de statuto Florentino, quod permittit vindictam; nam non poterit illam alteri demandare; quia personæ denominatio personalis est, l. seruus §. si hæredi in prin. ff. de stat. liber. & ibi declarat glosam notab. in l. cum fundum. ff. de vi, & vi arm.

In contrarium tamen facit tex. in l. Grachus. C. de adulter. vbi Bart. ibi ait, ꝙ non solum pater; sed etiam filij ad præceptum patris possunt impunè adulterum vilem inuentum cum vxore, aut matre interficere. Ita vt sint im-
20 punibiles in foro exteriori † quãuis peccent mortaliter, 33. q. 2. cap. admonere, & in cap. inter hoc. Vnde ex illo text. in l. Grachus notat Bar. quòd licitè possunt filij in istis obedire patri etiam in atrocioribus executionibus legitimè tamen factis.

Ego autem circa præsens dubium ita distinguerem, quòd aut prælatus inuadit suum monachum, vt interficiat, & tunc si monachus neque fuga, neque clamore, neque vllo alio modo potest ingressorem vitare, nisi occidendo, aut mutilando, iuxta gloſam ĩ clem j. & c. suscepimus de homic. tunc non solũ ipse, sed & alij monachi possunt percutere volentem monachum occidere, ne occidat; Ita est doctrina Bart. valde notab, in l. deuotum.
21 C. de metatis li. 12. † si talis defensio fuerit incontinenti, idest dum actu impugnatur, non autẽ postquam violentia transijt, verum in hoc est differentia inter monachũ percutiẽtem, & alios, quia primus neq; irregularitatem incurrit, d. clem. j. Sed alij sic, vt per glosam ibi. De veritate tamen vide dicta per nos in j. par. decis. lib. 2. cap. 65. num. 15. Et ita in tali casu posset monachus alios monachos conuocare excla-

exclamando succurrite, succurrite; imo etiam sine tali conuocatione possunt ipsi conuenire, facit text. in l. si quis in seruitute ff. de furt. quod notatur in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arm. Ita Bart. in l. prohibitum num. 3. & 4. C. de iure fisc. lib. 10. Aut vero licita est percussio; Ita vt illa sit impunibilis de iure ciuili, & tunc sequor dictum Bart. in d. l. Gracchus.

VI. Homicida est religiosus, & comprehenditur sub casus reseruatione, etiam si nouitiũ primi diei percuteret, † qui etiam
22 esset excommunicatus, cap. religioso §. 1. de senten. excommun. in 6. Non tamen esset excõmunicatus, si percuteret de proximo vestiendum, † qui in monasterio est in habitu sæculari, sub
23 cura magistri nouitiorum: Nam regula, quæ se habet, quòd de proximo cingendus habetur pro cincto, l. filius ff. de re milit. & latè habetur per Iasonem in l. admonendi num. 53. cum seq. ff. de iureiur: loquitur per verbum habetur, quod denotat fictionem, quæ non habet locum in casibus reseruatis.

VII. Non comprehenditur sub casu religiosus ille, ilico ludens cum muliere prægnante libidinis causa, si ex illo casu se-
24 queretur abortio fœtus, † quãuis sit irregularis, cum dederit operam rei illicitę, sic Abb. in c. sicut 2. de homic. interpretatur illum tex. cum huiusmodi homicidium non fuerit voluntarium.

VIII. Nec includitur religiosus ille, qui causa proficiscendi equũ non suũ durum bucca ignorantẽ vitium equi, cum non posset fre-
25 nare, hominem occidit; † nam tũc nec irregularis esset, cum in nulla fuerit culpa; Ad hoc vide tex. & ibi Abbatem in c. dilectus de homic. vbi Anan. nu. 2. notat, quòd actus contingens ex ferita te equi præter volũtatem, & culpam sessoris non imputatur sessori quò ad irregularitatem, & nec quò ad l. Aquiliam, ideſt quò ad restitutionem damni, de quo in l. j. ff. si quadr. paup. fecis. dica. Cum tale homicidiũ non sit voluntariũ; sed casuale, dans operam rei licitæ, & statur proprio iuramento ipsius: ita glosa, quæ semper ad hoc allegatur in c. significasti de homic. Vbi Ananias ibi nu. 4. notat, quòd ea, quę con-
26 sistunt in conscientia † mente, & animo, probantur proprio iuramento, quia aliter probari nõ possunt; Idem voluit glosa in c. si verò 2. de sent. excom. c. præsentium de testi. c. pastoralis de except. glo. inst. de actio. §. aliæ. Et hoc intellige, nisi sit aliqua præsumptio contra iurantẽ per notata per Bar. in l. inter omnes §. rectè. ff. de furt. vel nisi aliqua laboraret infamia, quæ tunc necesse esset habere compurgatores, Arch. 1. q. 4. c. quia pũsulatus.

IX. Nec Magister nouitiorũ, qui docendo puerum, cui permissa est moderata correctio, iuxta glosam ĩ c cũ Beatus dist. 45. absq; metu excõmunicationis,

glosa in c.cum voluntate §.fi.de sent. excom. excesserit modum, ex quo mors fuerit secuta, l.præceptoris.ff.ad l.Aquil.c.presbyterum de homic. Nam iste quãuis sit irregularis, tamen puniri non debet, vt homicida dolosus, quia hoc dolosè non fecit, 15.q.j.c.si quis non iratus. Quod idem extende ad prelatos, quibus permissa est moderata in subditos correctio, Abb.ĩ d.c.cũ volũtate

An vero percussus præsumatur
28 ex percussione mortuus, † text. in d.c.presbyterũ dixit post pauc os dies, & sic innuit secus esse, si post multos dies, qui quidẽ pauci dies videntur referri ad tres, iux. glosam in l.j.C.de emẽd.seruo. vnde vult, q̃ mors dicitur seq ex percussinne, quãdo percussus surrexit, & ambulauit, & in triduo decessit, verũ si post triduũ, non videtur decessisse ex percussione. Alibi glosa in c.2. de cler. percuss. dicit q̃ ex diuturnitate temporis post vulnus non presumitur vulneratus ex percussione decessisse; sed ex alia causa. Sed Bart. in l.si in rixa num.12.ff.ad l.Corn.de sicar.dicit, q̃ in dubio recurrendum est ad iudiciũ medicorũ, vt l.semel.C.de re milit. lib.12.& si plures medici nõ reperiũtur, statur dicto vnius, vt in auth.de nõ alien.§.qđ aũt col.ij.

Sed quid si postquã conualuit
29 percussus, † deinde recidiuauit, & obijt: Dic secundum glosam in d.c. presbyterũ, q̃ tenetur occidens de interitu, nisi constaret q̃ præcesserit alia causa recidiuationis, quàm primum vulnus, quia tunc non tenetur, extra de homic.c.ad audientiam. Zabar. in d.c presbyterum, num.4.

X. Vulnerantẽ aliquẽ vulnere tam leui, vt nullo, aut modico corporis regimine possit sanus fieri, immunẽ credimus esse à casus reseruatione, quia statutũ pu
30 niens vulnerantẽ, † non habet locũ in vulnusculo, l.j.§.proinde.ff. de ędil. edicto. Hinc Bald. in l.si quis in hoc genus ĩ fi.C.de episc. & clericis dixit, q̃ si statutũ, vel lex ponit offendentẽ clericũ, cõpræhendit solũ inferentẽ ei atrocẽ iniuriã, non autẽ leuẽ, sic Bal. in l.obseruare in j.col. C. quorũ appell.nõ recip. dixit, q̃ modica tortura nõ dicitur tortura, & gl. fing.in auth. de armis §.fi.dixit, q̃ appellatione armorũ nõ venit paruus gladius; Idẽ glo.in rubr. C.de fabric.in fi.lib.10.imò si in
31 vulnere apposito veneno † vulneratus fuerit mortuus, nõ est irregularis, quia nõ ex vulnere, sed ex veneno fuit mortuus. Couar. in d.clem.si furiosus num.10.

XI. Grauis ẽt percussio reser
32 uata est, quæ † qñque dicitur ex persona, vt si subditus superiorẽ percusserit in dignitate cõstitutũ, vt Abbatẽ, vel Epm, §.atrox instit.de iniur.l.prætor edixit §.fi.eo.ti.vel ratione notorietatis, & maximi scandali, vt hæc duo sint cõiunctim, Nau.ĩ Man.c.27. num.72. Sed de his latè in j.par. decis.lib.2 c.49.n.53.cũ seq.& 2. vol.cõs. de sent.excõ.cons.9.vbi etiã habetur de leui percussione.

Inclu-

XII. Includitur sub hac litera religiosus, qui voluntariè occideret, aut vulneraret, seu grauiter percuteret quamcunque personam etiam Paganam; Imo si occidit, efficitur irregularis,
33 † vnde ad maiores ordines non solum prouehi non potest: sed etiã nec habere executionẽ ordinis aquisiti, quia homicida est, c. clericum & cap. sequent. dist. 50. cap. penult. de homicid.

SVMMARIVM.

1 *Dolus duplex, dolus malus semper culpam continet, & in quibus contrahatur.*
2 *Impedimentum literarum quando excuset à mortali.*
3 *Dictio; Aut in iure multipliciter sumitur.*
4 *Casus præsens quos liget.*
5 *Superiores, qui, & superioritas quotuplex. num. seq.*
7 *Inferiores duplicem honorem debent superioribus.*
8 *Impedimentum differt à retardatione.*
9 *Aperiens literas alienas tenetur in quocunque casu contegere.*
19 *Secreta Ciuitatis, vel capituli reuelantis quæ pœna.*
11 *Impediens, aut aperiens literas tenetur ad damnum.*
12 *An sit excommunicatus; Item alia pœna, num. seq.*
14 *Aperiens literas incidit in casum, etiam si suspicetur aliquid esse contra se.*
15 *Punitur quandoque vt falsarius.*
16 *Falsum est immutatio veritatis.*
17 *Punitur quandoque quis de falso licet non immutet veritatem.*
18 *Aperiens literas solus legendo, & alteri non ostendendo, incidit in casum.*
19 *Aperiens literas incurrit tunc, quando fecit animo inferendi notabile damnum proximo.*
20 *Sed quid si aperiendo peccaret venialiter.*
21 *Vel quando literæ deuenirent ad manifestum inimicum mittentis.*
22 *Vel si aperiret bono fine ad obuiandum delicto.*
23 *Et nec qui aperiret ex tacito consensu mittentis.*
24 *Et nec qui traxit sigillum, non tamen aperuit, & nec legit.*
25 *Facultas reseruandi casus ad quos spectat.*
26 *Necessaria quæ sint ad casus reseruationem.*
27 *Reseruari an possint alij casus à supradictis xj.*
28 *Necesse an sit omnes xj. reseruari.*
29 *Superiores regularium an possint audire confessiones subditorum.*
30 *Conditiones, quæ requirantur in confessarijs.*
31 *Pœnitentiæ graues an possint à superioribus determinari pro quibusdam peccatis.*
32 *Pœnitentiarij an possint suam facultatem subdelegare.*

De retardatione literarum. Cap. X.

Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarũ à superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad superiores.

EXPOSITIO.

MALITIOSVM; Hoc est dolosum: Dolus vero † dupliciter 1 considerari potest, vel vt est dolus bonus, qui secũdũ glosam ĩ l.j.§.nõ est.ff de dolo accipitur pro solertia: ideſt astutia, qui eatenus permittitur, quatenus alteri non nocet, & non est in alterius iuris machinationem, vel vt est dolus malus, quem Vulpianus sic definiuit in l.j.§.1. ff. eodem esse machinationem quandam alterius decipiẽdi causa, cum aliud agitur, & aliud simulatur, qui quidem dolus idem est, quàm fraus, inde fit, q̃ fraus ineſt dolo, l. iurisgentium §. dolo malo. ff. de pact. & fraus, & dolus idem sunt, & dolus culpam continet l. & non tantum, §. veniunt ff. de petit. hæredit. Committitur vero hic dolus non solum in contractibus, in testamentis, & in legibus condendis, vt dixit Paulus Iureconsultus in l.j. ff. de except. Sed etiam in factis particularibus, vt hic. Est ergo malitiosum impedimẽtũ: hoc est, est quis data opera, & appensate causa nocendi impedit; ergo secus, si impedimentum proueniret ex ignorantia, † simplicitate, obliuione, inaduertentia, aut bona fide: nam cum tale impedimentum non sit peccatũ mortale, quapropter non potest cadere excommunicatio, D. Thomas 1.2. quæst. 6. ar. 8. vbi Caiet. fit, q̃ non possit reseruari. 2

(Aut) Hæc dictio multipliciter in iure sumitur: † Nam quã doque ponitur Copulatiuè, l. penult. C. de verbor. significat. l. sæpè eod. tit. Cardin. in clem. 1. 4. qõ. opposit. j. de offic. ordin. Aliquãdo ponitur expositiuè, pro ideſt; Quod est, quãdo ponitur inter genus, & speciem, & constat de mente proferentis, Baldus in l. vbi pactum in j. colum. & in j. opposit. C. de transact. Item aliquando est aduersatiua, quæ coniunctionem inducit, l. Lucius, §. quæ habeat, & ibi Bart. ff. ad Trebell. Regulariter tamen capitur disiunctiuè, clem. j. versic. Quæro etiam ibi glosa, & Cardin. de cõcess. præben. & in clemen. j. in princ. de reb. eccl. non alien. & in l. ille, aut ille in princ. ff. de legat. 3. & ita capitur hic. Quare incurrit in hunc casum reseruatum tàm † qui dolosè, & data opera impedit, ne literæ perueniant ad eos, quibus diriguntur, quàm qui non impedit, sed retardat dare, vel qui neutrum facit; sed aperit literas, dissigillando, & legendo, & postea iterum sigillat, 3 4

gillat,& dat cui diriguntur;quia per ſolam aperturam abſque lectura non eſt caſus reſeruatus. argum.text.in cap.ſi quis in gra ui §.ſi quis tabulas, vbi Bart. ad Syllaian.

(A ſuperioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad ſuperiores.) De inferioribus, & ſuperioribus loquitur text. in cap. inferior diſtinct.21.cap.cum inferior de maior. & obed. Superiores vero ſunt omnes † illi, qui 5 præſunt,ſiue ſint paſtores, & Epiſcopi, ſiue prælati regulares,ſiue reges, & principes,& magiſtratus alij, & parentes. Et ita triplex ſuperioritas aſſignari poteſt, ſpiritualis, vt paſtores, & 6 prælati religioſorum † Item temporalis politica quo ad regimẽ Reipublicæ,vt reges,& magiſtratus, per quos regitur Reſpublica; Item temporalis œconomica, quo ad regimen propriè domus,& ita ſunt parentes,quibus inferiores duplicem honorem 7 debent † obedientiæ,vt ipſorum præcepta cuſtodiunt,& reuerentiæ, vt honorent. Hic verò propriè accipiuntur ſuperiores religioſorum, vt eſt Abbas,& quilibet alius prælatus, cui cura animarum incumbit,cum iam caſus iſte ſolùm ad religioſos pertineat. Sic inferiores idem ſunt, ac ſubditi,qui & ſi multipliciter capi poſſint, vt habetur per nos in j. par. deciſ. lib.3.c.6.num.2. Tamen hic propriè dicuntur illi, qui ſubſunt iuriſdictioni prælatorum regularium;Igitur hic reſeruatur Caſus,quando quis dolo malo impedit literas directas à ſuperioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad ſuperiores,vel illas retardat, aut aperit;Et differt impedimentum à retarda- 8 tione, † quia impedimentum videtur eſſe perpetuum; Hoc eſt, quando quis literas ad ſe peruẽtas ſcienter retinet, nullo modo dando inferioribus; ſed retardatio videtur eſſe ad tempus,ſcilicet quando per aliquot dies, vel menſes ſine legitima cauſa retinet,& poſtea mittit; Sed modò deueniamus ad grauitatem criminis.

Grauitas.

GRauitas huius criminis ex multis dignoſci poteſt: nam qui obſignatas literas alienas 9 mala fide aperiunt,†tenentur in quocunque caſu etiam in mortis diſcrimine contegere, Sotus de rati. tegen. membr. 3. quæſt.4. 3. concl. nam reuelare ſecreta grauiſſimum quidem crimen omni æuo iudicatum fuit; Hinc dixit Baldus in l.nullum num 5.C. de teſtib.q; Conſiliarius Ciuitatis,ſiue decurio,qui ſecretò detexit, ſi ratione iuramenti, & officij tacere debuit, cum periurus 10 ſit,†ab officio,& dignitate amoueri debet; Idem Baldus tit. de pace conſtan. Verbo credentia ſequitur Cœpol. conſil.39.num. 29. Hinc etiam Angelus in l. Athletas §. calumniator num.4. de his, qui not.infam. vocat Ci-

uitatis hostem, & præuaricatorem; Quod etiam extende ad Canonicos reuelãtes secreta sui capituli, si iuramento ab eis prę stito de non reuelando contraueniunt. Idem extende ad Consiliarios regulares reuelantes sine causa secreta, quæ ab Abbate proponuntur, & ibi decernũtur, vel in capitulis generalibus, si vero nullum iuramentum præsti terint, pro modo culpæ pœna arbitraria puniendi sunt; Ita Lopex ad praxim Diaz. cap. 194.

Item si aliquod damnum patitur is, cui literæ dirigebantur,
11 †tenetur impediens, aut retardans resarcire, ex regula illa; Qui damni causam dat, ipse dãnum dedisse videtur; Et nihil interest occidit quis; an causam mortis p̃beat, l. nihil. ff. de sicar.

Rursus adèo grauiter peccat, vt putent non nulli aperientes literas aliorum esse excommu-
12 nicatos, † quamuis hoc non sit verum, cum non sit hoc iure expressum, licet peccent grauissimè, vt notat Dom. Cardin. in c. cum olim 2. num. 10. de offic. delega. Imo Bart. in l. Titio. ff. ad municip. videtur velle, q̃ sit pęna falsi aperire literas alienas; sed veritas est, q̃ etiã si aperiat literas Imperatoris, non incidat in talem pœnam. Sed benè punitur arbitrio extra ordinẽ per regulam text. in l. j. §. expilatores. ff. de effract. & expil. Iason in l. nondubiũ nu. 53. C. de legib. At si aperiunt, & ostendũt aduersario, tũc sic, vt infra videbimus.

Rursus pœna aperientis lite-
13 ras superioris transmissas † est, quia sibi non creditur, & actis dissigillatis habetur plena fides in sui præiudicium, facit quod plenè habetur in cap cum venerabilis de censib. Anan in d. cap. cum olim 2. num. 4 Sed modò deueniamus ad decisiones.

Declaratio Casus per Decisiones.

I. A Deo religiosus aperiens literas alienas malitiosè incidit in casum, vt habeat locũ,
14 etiam si suspicetur † aliquid esse scriptum in eis contra se; nam non debet per hoc illas aperire: sed aut recipere, vel receptas fideliter præsentari, Ita probatur ex text. in cap. cum olim 2. de offic. deleg. Ex quo text. nota, q̃ possunt dari vni partium literæ sigillatæ, vt illas præsentet superiori, cautius tamen est, vt dentur vni tertio, vt tollatur occasio malignandi, & ita obseruatur de facto.

II. Non solum incurrit in casum aperiens literas; sed doctrina est Bart in l. qui testamẽto ff. de falsis, & in l. Titio cum esset ff. ad municip. & in l. si quis aliquid §. instrumenta ff. de pœnis, q̃ qui aperuit literas præsentandas alteri, aut aperit illas ostendendo aduersario mitten-
15 tis, puniri † etiam potest, vt falsarius, argum. text. in l. j. §. is, qui deposita instrumenta. ff. de falsis,

quod

quod est bene notandum contra procuratores, & aduocatos reuelantes iura parti aduersario; Et per aduersarium intelligo non solum tertium; sed etiam ipsum met aduersarium, si literas videret, & perlegeret; nam vt alius aperiens literas punitur de falso, si eas aduersario ostenderet, sic, si ipse met esset aduersarius, qui eas legeret; Quod si quis obijceret falsum esse immutationem
16 veritatis; † sed aperire literas sigillatas, non est mutare veritatem; ergo illas aperiens dumtaxat, non cõmittit falsum, & consequenter non cadit in pœnam falsi.

Respondeo, quòd sæpè quis
17 punitur de falso, † licet non immutet veritatem, d.l.j. §.is, qui deposita, & ideo licet iste non cõmiserit falsum, quia non immutauit veritatem, tamen punitur de falso, quando ipse, qui aperuit literas, seu acta præsentanda, erat aduersarius; Ita notanter dixit Andr. Barbat. in d.c. cum olim 2. circa finem.

III. Incidit in casum, qui aperit literas, quamuis ipse solus legat, & aduersario non ostendat,
18 † non tamen est puniendus pœna falsi, vt falsarius; sed extraordinaria persuperiorem; ita Bart. in locis præallegatis.

IV. Religiosus propter impedimentum, retardationem, & apertionem literarum, vt incurrat casum reseruatum, necesse est, quòd manifestè sit peccatum
19 mortale, † hoc est, vt id faciat animo inferendi notabile nocumẽtũ proximo, appropriãdo sibi, quia in illis literis erat obligatus ad tantum, & iste literas aperiendo legit, & non dedit, vel animo lucrandi alteri, quem diligebat, argum. text. in l. si quis proferendum. ff. de furt. & tunc præter peccatum mortale tenetur furti; sed si non facit animo lucrandi; sed iniuriam inferendi, tenetur actione iniuriarum, ita Bart. in l. qui tabulas §. fin. ff. de furtis.

V. A casus reseruatione immunis erit, si aperiendo literas
20 peccaret tantum venialiter, † vt si ex inaduertentia literas aperiret, credens ad se illas esse missas, vel si ex obliuione retardaret restituere, vel non redderet, quia casus reseruatio cũ debeat esset de atrocioribus, & grauioribus delictis, non incurritur ob peccatum veniale; vel si ob curiositatem nullo animo nocendi notabiliter; sed tantum sciendi noua, vel captãdi risum ex barbarica compositione, vel voluptatem ex eleganti. Sic nec esset mortale, si literæ deuenirent ad manifestum inimicum mittẽtis,
21 † vel si aperirentur à deferente iustè, & probabiliter timente per illas aliquod damnum sibi parari, vel dubitante ne aliquid in illis contra eum tractetur, facit glosa in d.c. cum olim verbo vriæ; sed hic stultus.

Et nec ille incurrit, qui eas
22 aperiret bono fine † ad præcauendũ aliquod iniustũ alteri per illas

illas probabiliter illaturum, dicendo ijs, qui possunt prodesse, argum text. in cap. hoc videtur 22. q. 5. facit glosa in cap nerui verbo à transgressione dist. 13.

Pariter nec qui aperiret ex
23 † tacito consensu mittentis, † vt quia est suus familiarissimus, & timet ne si aperiantur, posset negotium aliquã pati dilationem, vel bona fide poneret spem in ratihabitione eius, cui mittuntur, cum hic desit animus inferẽdi damnum proximo; Imo est animus bonus, & propositum, & animus extinguntur maleficia, l. qui iniuriæ causa ff. de furt. cap. cum voluntate de sent. excom.

VI. Nec qui traxit illam chartam, quę claudit literas, hoc est sigillatas non tamen aperuit,
24 † nec legit, Bart. in l. si quis in graui §. si quis tabulas ff. ad Syllaia. Vbi ait Bart. facit iste tex. ad quæstionem. Episcopus fecit cõstitutionem, quòd quicunque literas alterius aperit, sit excommunicatus, modo quidam traxit illam chartam, quæ claudit literas, non tamen aperuit, nec legit; an sit excommunicatus, & videtur, quòd nõ per tex. in d. §. si quis tabulas; ita etiam dixit Felin. in d. cap. cum olim ij. Hęc breuiter adnotasse sufficiat, quò ad casus reseruatos tangentes personas religiosorũ; Superest modo, vt aliqua dubiola perstringamus circa verba subsequentia ipsius decreti. Clem. VIII. Vnde post enarratos xj. casus sic habetur.

Si quod aliud præterea peccatum graue pro religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm generalis capituli in toto ordine, aut Prouincialis in Prouincia maturà discussione, & consensu. & c. vsq; in finem ex quibus verbis colligo hæc dubia. videlicet.

1 Ad quos spectat facultas reseruandi casus.

2 Vt Casus reseruatio legitimè fiat, quæ requirantur iux. decretum Clem. VIII.

3 An possint reseruari alij casus à supradictis etiam eiusdem materiæ supra dictorum Casuum.

4 An ex taxatione horum Casuum facta necesse sit omnes illos reseruari.

5 Ex verbo (Non liceat) An superiores regularium possint subditorum confessiones audire?

6 Ex verbo. (Superiores) Quæ conditiones esse debeant in confessarijs deputatis ad audiendas confessiones.

7 Quam facultatem ij deputati habeant.

8 An tales sic deputati debeant innotescere superiori monasterij peccatum reseruatum, quod occurrit.

9 An liceat, & quando superiori committere deputatis etiam reseruatorum absolutionem.

10 An ipsis superioribus liceat determinare quibusdam peccatis reseruatis, & non reseruatis quasdam pœnitentias graues.

11 Religiosi, quibus Abbates cõmit-

mittunt auctoritatem absoluendi à casibus reseruatis; an possint illam alijs committere.

Circa primum dubiũ Ad quos
25 spectat facultas reseruandi † casus; Respondeo, quòd ante decretum Clem. VIII. poterãt Abbates, & superiores immediati religiosorum reseruare illos, vt habetur in princ. eiusdem decreti. Sanctissimus, quæ quidem reseruatio debebat fieri non pro voto, quia sic esset ponere laqueum in viam salutis: sed ex rationabili causa in ædificationem, & non in destructionem quo ad atrociora quædã, & graviora crimina, præsertim quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est, vt habetur per Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. Verum hodie restricta, ac moderata videtur hæc reseruatio p Clem. VII. Ita quòd non possint Abbates, vel alij superiores sibi reseruare casus, nisi sit aliqđ graue pro religionis conseruatione, aut pro conscientiæ puritate cũ matura discussione, & consensu generalis capituli in toto ordine, aut Prouinciali in Prouincia.

Circa secundum; Quæ neces-
26 saria sunt, vt reseruatio † casuũ legitimè fiat: Respondeo, vt sit aliquid graue. Item vt sit pro religionis cõseruatione, aut pro conscientiæ puritate conseruanda. quare arbitror esse esum carnium, ingressum vnius monachi in cellam alterius illo ibi existente, scribere Epistolas sine Abbatis licentia; Etenim licet hæc de se venialia sint; Tamen quia hæc vergere possunt in magnam religionis pernitiem, & solennium votorum rupturam, prælatus, qui legitimè promotus potest obligare ad æternam pœnam, vt dixit Ioan. à Medin. C. de ieiu. q. 7. tract. 4. & constituere trãsgressorem alicuius rei, quæ non est peccatum ad mortale, & qui tenetur obuiare futuris casibus, ne eueniant, c. In nomine Domini dist. 23 potest hęc reseruare, modo fiat matura discussione: an id vertatur ĩ religionis destructionem, & in damnum conscientiarum, si hæc non reseruentur, & præstito consensu in generali capitulo in toto ordine, aut Prouinciali in Prouincia, quam nos dicimus la Dieta, maioris partis iuxta text. in l. quod maior. ff. ad municip. cap. cum in cunctis de his, quæ fiunt à maio. par. capit. dicitur facta reseruatio, qua facta, non dicitur esse de peccatis venialibus: sed de peccatis mortalibus, de quibus solet fieri reseruatio, & ita videtur Capitulũ generale voluisse obligare trãsgressores ad peccatum mortale, vt nos pluribus medijs probauimus in 1. volum. consil. lib. 3. de regular. cons. 2. circa secundum.

Circa tertium; Resp. quòd sic,
27 † vt in materia lapsus carnis etiã tactus impudici, sic etiam, quando per capitulum generale, seu Prouinciale apponerentur, hæc verba, & quicquid est contra votum

tum castitatis, quod in actum externum prodeat,& tunc si solũ intercesserit prouocatio, seu sollicitatio ad turpia,oscula,tactus, seu amplexus impudici siue in propria,siue in aliena persona. essent etiam Casus reseruati: Adnotatio ad Stef. Quar. in verbo Catus. ibi circa Nonũ.

Quo ad quartum. Ab eodem
28 Pontifice fuit † nobis facta declaratio non esse necessariũ omnes ab eo taxatos casus reseruari: sed solum restricta fuit,ne illa fiat ad libitum,& pro voto in destructionem animarum, facit glosa in c. 2. de pœnit. & remiss. in 6. vbi ponit casus solitos ab Ordinarijs reseruari,si tamen nõ omnes illi reseruantur, valet tamen reseruatio.

Circa quintum; Idem Ponti-
29 fex declarat non licere † superioribus regularium audire confessiones subditorũ, nisi in duobus casibus.

Primus,quando peccatum ali quod admiserint reseruatum, verum si pœnitens ob verecundiã, vel quia suspicatur deinceps nõ recto; sed toruo vultu à superiore inspici, vel dubitat de mutatione ob hanc causam,tunc confessarius deputatus, qui superiori innotuit reseruationẽ sibi debere committi, absolutionẽ prælatus illi committere debet, vt habetur ex verbo superiores.

Secundus casus est, quando ipsimet subditi spontè, ac proprio motu id à superioribus petierint,scilicet ab ipsis suas confessiones audiri.

Circa sextum; Respondeo, ꝙ ex verbo superiores, colliguntur tres conditiones,quas debent ha-
30 bere confessarij † deputati ad audiendas confessiones subditorum j. vt sint docti, qui sciant discernere peccatum à peccato. Secus quomodo curabit,qui salutem ab infirmitate nescit distinguere; Item circumstantias necessario confitendas, mutantes speciem peccati; Item casus, qui communiter reseruari solẽt à Sum. Pontifice,& à suo immediato superiore, & c. qui habentur in j.par. decis.lib. 1.de scien. confess. ij. Vt sint prudentes in interrogationibus faciendis, in reprehensionibus,& in pœnitentijs iniungendis iij. vt sint charitate præditi, & ij à non reseruatis pœnitentes absoluere debent, & quando iudicauerint in casu occurrenti, sibi committi debere reseruationem casuum reseruatorum,tunc committenda erit, facit text. in c fin.de offic.deleg. Et ita respõsum est ad vij. viij. & ix.

Circa decimum; Respondeo
31 affirmatiuè † tàm quò ad peccata non reseruata, quàm & multò magis quò ad reseruata,vt sic huiusmodi pœnitentes ab huiusmodi perpetrandis cohiberi possint, facit text. in extrau. 2.com. in princ. de simon. modo notificato peccato à confessario pœnitentis nulla notitia ipsius haberi possit neque directè,neque indirectè, vt nos diximus in j.par. decis.

decis. cap. 20. num. 76.

Circa vndecimum etiam affirmatiuè respondeo, q̃ possit prior, cui Abbas commisit auctoritatem absoluendi à casibus reseruatis, delegare alteri simplex † ministerium absoluendi in casu occurrenti, cap. fin. de offic. ordin Nauar. in Man. c. 27. num. 45. qui dicit, q̃ simplex ministerium absoluendi potest delegari etiam à delegato Ordinarij, & subdelegato delegati Papæ. Quamuis non possint delegare suas iurisdictiones, quarum ratione id eis competit: Hoc autem intellige, q̃ possit delegari simplex ministerium non cuicũque monacho, aut religioso; sed illi tantum, qui approbatus est ad audiendas cõfessiones, vt nos diximus in j. par. decis. lib. 1. cap. 20. num. 15. Quæ quidem approbatio, cum hic agatur de confessione regularium, sufficit, vt fiat tantum à suo superiore. Et hęc breuiter dicta sufficiant, omnia tamen mea dicta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio subijciens, Et ita imposui finem huic Operi magnis Profectò laboribus consumatum ad laudem, & gloriam Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & Domini N. Iesu Christi; Atque Sanctissimæ suæ genitricis Virginis Mariæ; Nec non ad honorem Almi Patris nostri Benedicti, & omnium cœlestis Curię Beatorum, Annovidelicet ab Incarnatione Domini 1607. Circa festum S. Vrsulæ, & sociarũ eius; Laudetur ergo Deus per infinita sæcula sæculorum. Amen.

32

F I N I S.

Errata grauiora sic corrigenda.

fol 18.col.1.lin 8.	ratione	rationem.
fol 27.col 2 lin.20.	terriorum	territorium.
fol 42.col 1 lin.7.	verba	vrbe.
fol 48.col 2.lin.29.	Modo	fiat, modo.
fol 53. col.1 lin.17.	ncitat	inuocat.
fol 64 col.1.lin.21.	mollori	mediocri.
fol.65.col.2.lin.37.	cum	cum sit.
fol 90. col 2 lin.31.	Trinitatem	Mariam.
fol.100.col.1.lin.20.	Satisfeciſſet	Sacrificaſſet.
fol.141.col.2.lin.2.	cognitionis	cognationis.
fol.146.col.1 lin 16.	delectatio	delectationem.
fol.148.col.2 lin.38.	fœturæ	fattu æ.
fol.165.col.1.lin.1.	multo	malo.
fol.278 col.2.lin.6.	agerint	egerint.
fol.305.col.1.lin. vlt.	obſeru.	obſeru. ieiun.
fol.327.col 2 lin 5.	Inquſitionis	Inquiſitorum.
fol.336.col.2 lin.13.	tenor	teneo.
fol.379. col 2. lin.13.	cap.	cap. 1.
fol 493 col.2. lin.23	fuerunt	feriunt.
fol.426. col.1.lin 24.	medicus	mendicus.
fol.441.col.2.lin.26.	infert	inferunt.
fol.488 col 1.lin.33.	extigunt	extinguntur.
fol.490 col.1.lin.37.	requiritur	loquitur.
fol.526.col.1.lin.10.	reuelatorem	reuelationem.
fol.555.col.2 lin.2.	ſuam vxoré, vt concubinã,	concubinam, vt ſuã vxorem
fol.562.col.1.lin.35.	illi citæ	licitæ.
fol.569.col.1.lin.21.	potuit	poſuit.
fol 604 col.2.lin.11.	ſuſti neat	ſuſtineant.
eod.fol col.2.lin 13.	ei	eis.
fol.643 col.2 lin.33.	emat	errat.

Imprimatur.

Petr. Anton. Ghibertus Locumtenens.

M. Cornel. Tirab. Prædic. Ord. Cur. Arch. Theolog.